
image
not
available



# ENCYCLOPAEDIA THEOLOGICA.

# ENCYCLOPAEDIAE THEOLOGICAE

## EPITOME,

PERPETUA ANNOTATIONE, LITERARIA POTISSIMUM, ILLUSTRATA.

FUTURIS THEOLOGIS SCRIPSIT

JOANNES CLARISSE,

A. L. M. Theol. et Phil. Doct., Theologiae in Academia Lugduno-Batava Professor.

*Editio altera auctior.*

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

Academiae Typographos,

1835.

*Intactis opulentior*

*Thesauris Arabum et divitis Indiae.*

HOR.

# FUTURIS THEOLOGIS

*S. P. D. I. C.*

Ecce dudum antea exspectata, denuo retractata, Encyclopaediae Theologicae Epitome! In qua conscribenda, atque nunc repetenda et augenda, quodnam consilium, et quam secuti simus rationem, paulo pluribus, in ipsa opusculi ingressione, Vobis exponendum est. Sed res paulo altius repetenda videtur.

*Nimirum* peregre profecturis solenne esse novistis, *optimi Commilitones!* ut et antequam sese in viam dent, nec raro in ipso itinere, diligenter in ea omnia inquirant, quae vel ipsam, quam petunt, regionem, vel viam eo ducentem, spectent. Et recte eos atque sapienter ita instituere, procul dubio mecum judicatis. Nam, accurata ista atque saepius repetita sciscitatione, cum regionis, quae sic magis magisque innotescit, visendae desiderium alitur quotidie et augetur, tum in antecessum, quaenam, omissis levioribus, potissimum lustrare et investigare operae pretium futurum sit, melius intelligitur, et, quam eximii utilitatis fructus ex peregrinatione exspectari queant, perspicitur distinctius. Quin hac etiam ratione de via, quae caeteris amoenior sit aut brevior aut tutior, quis igitur cursus tenendus, denique quid, ut optatam metam cursu contingere liceat, in ipso jam itinere observandum, agendum, vitandum sit, resciscitur. Quaedam enim viae per ambages multas et anfractus peregrinatorem detinent; prae quibus breviores se-

semitae plerumque sectandae sunt, interdum tamen, quippe minus tutae, repudiandae. Paludes occurrunt et flumina, vel trajicienda, vel circumeunda. Alia diversoria commoda sunt, alia ingrata, aut propter sordidam cauponum avaritiam metuenda. Quid? quod latrones nonnunquam aut praedones vias infestant, prudenter, nisi ancipitem pugnae fortunam experiri placeat, evitandi. Verbo, nonnulla iter brevius reddere possunt et jucundius, alia non pauca peregrinatorem morari, taedioque et molestiis enecare. *Illa* qui non ante cognita habet, quam cursum incipiat, nae is quam plurimis carebit curarum lenimentis et locorum amoenitatibus. *Horum* vero insuper ignarus, quomodo instantia pericula in tempore devitare possit, aut, cum minimo temporis, valetudinis et pecuniae dispendio, eo, quo tendat, salvus et incolumis pervenire? Itaque, nanciscenda praevia visendae gentis peregrinae ac regionis aliqua certe notitia, valde minuitur currendi, navigandi, equitandi molestia. Rerum attentione praecipue dignarum, urbium celebriorum, palatiorum, templorum, tum etiam morum, religionis, regiminis formae, aliarumque anticipata veluti cognitio in rectam viam ducit peregrinaturum. Denique eorum, qui in itinere exspectandi sint, eventuum, tam prosperorum, quam adversorum, praesagitio iter et brevius reddit et tutius, et vero multis peregrinatorem auget utilitatis jucunditatisque fructibus.

Idem vero, quod peregrinatoribus usu venit, Studiosis quoque disciplinarum artiumque accidere solet. Eruditio enim cum fertili sed longe dissita regione, dignissima tamen, in quam proficiscantur, quotquot praeclarae indolis sint, juvenes virique, non incommode comparatur. Affluit ea praeclaris omnino et bonis et deliciis, laborem vel maxime arduum abunde compensaturis, at vero, nisi labore, eoque satis improbo, non venalibus. Quales viato-

atori exantlandi sunt labores, tales fere Studioso etiam. « Ars longa, vita brevis." Vitae igitur brevitas industriae intensitate compensanda. Hoc tamen ubi fit, ibi nec sua laudi praemia desunt, nec sui diligentiae fructus.

Atqui hoc aut omnino fieri nequit, aut non satis commode, nisi eorum morem, qui peregre proficisci cupiunt, imitetur Literarum Studiosus. Nisi enim, illorum ritu, et de Scientiae, cui se dicare cupiat, genere, et de optima studii ratione, antea diligenter sciscitetur, vix sperandum est fore, ut verae eruditionis aliquando fiat particeps. Primum enim ignoti nulla esse solet cupido; itaque de doctrina plane incognita quis praeclare speret? Profecto ignotae plane scientiae vel artis tanta nemo existimatione, admiratione et studio facile ducetur, ut ejus peritiam quovis pretio emendam censeat, ejusque igitur adipiscendae gratia neque durissimos labores subire detrectet, neque vel ab *exquisitae* voluptatis, siquidem aditu se ad scientiam prohibeat, fruitione se abstinere. Itaque ut Studiosi animus eruditionis imbuatur amore, ut studium, quo in eam ferri incepit, identidem alatur augeaturque, ut vehementissimo tandem, et quaelibet obstacula spernente, doctrinae desiderio flagret; sine quo amore et desiderio praeclare de eo sperandum non est; ut igitur haec, quae dixi, obtineantur, omnino necesse videtur, ut Literarum Studiosus, antequam ipsum studiorum cursum ingrediatur, vel mox ab ingressu, aliquam certe disciplinae, praestantiaeque et utilitatis, qua maxime commendetur, cognitionem comparet. Atque haec alio etiam nomine ipsi proderit. Nam, sicut ita demum peregrinator ex instituenda peregrinatione eximios utilitatis fructus percepturus est, si antea jam, legendis audiendisve illorum narrationibus, a quibus idem olim iter factum fuerat, aliquam saltem, nec poenitendam illam, rerum, sive ob singularem prorsus praestantiam imprimis attentione dignarum, sive non-

nondum satis accurate ab aliis animadversarum novamque novi peregrinatoris diligentiam postulantium, notionem velut anticipaverit: sic, in Literarum quoque studio, is demum excellere se posse speret, qui circumspecto spatiosissimo et late patente doctrinae campo, prudenter discernat, ad quaenam praesertim sibi sit animus adjungendus, quibusnam maxima debeatur attentio, ex quibusnam optimi sint et uberrimi utilitatis fructus exspectandi. Nam partes quidem cujuscunque disciplinae complures sunt, sua quaeque utilitate fructuque commendabiles; nec tamen omnes, id quod Vos minime fugere opinor, Commilitones! vel aeque difficiles esse solent, vel quibuslibet perinde aeque necessariae. Si quis enim, ut hoc utar, Medicinam aliquando factitandi spe et consilio, salutaris artis Magistris operam dare incipit, huic nulla quidem hujus Doctrinae pars, non Anatomia, non Physiologia, non Pathologia, sed ne Chirurgia quidem aut Ars Obstetricia, negligenda est. Quis vero sanus dixerit, interiorem Chirurgiae et Obstetriciae Artis peritiam, minutas etiam subtilissimasque complexam particulas, Medico tam esse necessariam, quam Chirurgo futuro aut Obstetricatori? Aut quis huic eâdem, qua Medicinam facturo, Pathologiae, Materiae Medicae, Practicae denique, cognitione opus esse dixerit? Ne ergo pretiosissimi, quippe dicto citius praeterlabentis neque unquam redituri, temporis spatium, ne laboris et studii, in utilioribus collocandi, fructus perdatur sedula talium rerum pervestigatione, quae *vel* minus habeant momenti, utilitatis parum, adeoque omittendae prorsus, vel certe ad πάρεργα referendae, *vel*, quamcunque tandem ob causam, tam grave dispendium non sint compensaturae; utque vicissim, quid maxime agendum, quorsum unice tendendum, quid praecipue spectandum, in quid omni virium contentione incumbendum sit, perspiciatur; omnino careri non posse videtur praevia disciplinae, omnisque ejus ambitûs, partium omnium,

omnium, certe praecipuarum, denique vinculi, quo hae secum invicem conjungantur, cognitione. Quam etsi fateor longe adhuc a rectae intelligentiae perfectione abesse, tamen ei, quod diximus, consilio, dirigendo nempe studiorum cursui, egregie ea est inservitura.

Atqui nondum dicta sufficiunt. Nam uti ipsam, in quam cogitat, regionem, jam antequam eo proficiscatur, quadantenus nosse expedit peregrinaturo, ita et viae, qua in eam commodissime tendat, minime esse ignarum. Idem autem valet de Literarum Studiosis. Qui nisi mature perspexerint, quaenam sint sectanda in studiis, quaenam fugienda, et omnino quomodo agendum sit et progrediendum, verendum profecto est, ne, male instituta studii ratione, vel nunquam, vel sero demum, ad probabilem rerum praestantissimarum scientiam, nedum ad veram eximiamque eruditionem, perventuri sint. Qui metus utinam inanis esset et nihili! Verum, quid causae esse putabimus, Commilitones! cum tot praeclaris ubivis Doctoribus patriae semper superbierint Academiae, cur tamen haud pauci Studiosorum interdum ex optimis institutionibus parum vel nihil utilitatis perceperint? Esse aliquos non diffiteor, quibus natura, novercae ritu, minus favisse videatur; verum, si qui sint, εὐφυΐᾳ naturali, vel prorsus, ut videtur, destituti, vel certe non abundantes, isti tamen et paucissimi sunt, nec prorsus inemendabiles. Verissimum enim est Poëtae effatum:

> Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit,
> Dummodo culturae patientem commodet aurem.

Nec raro ex Academiis et illi domum redierunt indocti, quorum de ingenio laeta quaevis et praeclara pridem augurati fuerant sagacissimi ingeniorum spectatores. Itaque aliunde prima mali causa est et origo repetenda. Unde vero? Ex prae-

praepostera omnino et perversa Literis studendi ratione. Haec optimae ceteroqui spei Juvenes, et ad magna quaevis natos, saepissime praecipites abripuit. Non jam ad Vos de iis referam, quos procul dubio contemnitis, vel quorum Vos potius miseret, qui otio et ignaviae, quin Baccho Venerique, ut et aleae chartisve aut pilae, Musarum amorem postposuerunt. Non moror ista studiosae Juventutis Academiarumque nostrarum dedecora et opprobria. Sed hoc mihi volo, in iis ipsis, qui non levem habuerunt ab industria, in Literarum studio collocata, commendationem, non paucos saepe fuisse, qui, ut multa discerent, et partim bene discerent, plurimum tamen temporis misere perderent. Id quod fecisse eos constat, sive longiore via et per ambages ea discendo, quae multo citius et compendiaria ratione disci potuissent, sive adeo in talibus rebus elaborando et desudando, ex quibus utilitatis parum ad ipsos redundaret. Multos insuper offendas, qui in aliqua disciplinae, cui se dicarant, parte haeserunt, reliquis, etsi vel maxime necessariis, sive neglectis, sive a limine tantum salutatis. Neque defuerunt, qui librorum mole bibliothecam onerarent, rerum lectarum farragine memoriam; nec tamen, aut libris recte et in tempore ac loco uti, aut veram eorum aestimationem inire sapientemque delectum facere, noverant; nedum, quas legendo cognoverant, res, tanquam ingenii pastum, rite digerere et in succum, quod ajunt, et sanguinem convertere. Hos omnes longe felicius in Literarum studiis versaturos fuisse videtis, Commilitones! si accuratam tenendi in studiis cursûs notitiam mature nacti fuissent. Itaque cuivis Juveni, ad praeclaram eruditionem adspiranti, ut jam pridem vitet vitanda, sectanda sectetur, et brevissimo tempore longissimum currendo emetiatur spatium, expediet, si praesensione quadam et anticipatione rerum discendarum praestantiae fiat, ut et inflammetur earum amore, et dirigatur in earum studio. Illum sane, qui ve-

rae

ne Eruditionis delicias vel primoribus tantum labris semel gustaverit, rectaque ad eam via contendere inceperit; illum, inquam, non facile Sirenum cantus a generoso proposito ad inertiam et luxuriam detrahet; non laboris molestiae deterrebunt aut taedio afficient: sed laetissimum permeans doctrinarum campum, semitam se calcare existimabit odoriferis conspersam floribus, mox saluberrimis satiandum fructibus; quin, si quando in arenam cum commilitonibus descendere detur, decoro, ut ille ait, pulvere sordidus, plurimorum victor e certamine discessurus est.

Itane vero? Istane praevia, licet minus distincta, disciplinarum notitia, mente veluti anticipata, istane praevia cursûs in studiis tenendi cognitio Studioso adeo utilis est et necessaria? Unde igitur utramque hauriet? Unde hauriet, antequam, ad singulas disciplinarum partes singulatim conversus, praestantiam earum, jucunditatem, fructum, discendarumque earum rationem ipso usu, sed pedetentim, experiatur? Haec si ex me quaeritis, Commilitones! ad Scriptiunculas Virorum Doctorum, quas, uno cum *Gausseni* Dissertationibus volumine collectas, edidit *Everardus Scheidius*, Vos ablegabo. Quibus, si me auditis, adjungetis *Joannis Matthiae Gesneri Isagogen* cum *Commentario*, quem *Niclasius* edidit, item *Joannis Augusti Ernestii Initia Doctrinae Solidioris*, atque *Bernardi Nieuhoff de ratione studii librum singularem*; paulo post *Stollium* et *Morhofium* et alios illis superaddituri. Quoniam vero quibuslibet Juvenibus studiosis Viri illi docti prodesse studuerunt, nec tam ad peculiarem aliquam disciplinam, quam potius ad omnem Eruditionem universe viam commonstrant; singularis alicujus doctrinae, sive *Theologicae*, sive Juridicae, sive Philosophae, sive alîus cujuscunque, amantibus, insuper suadendum est, mature ut

ut se conferant ad fidelem quemdam peritumque arti
quam praecipue spectent, Praeceptorem, quem mode
attenteque consulant. Hic enim, sive familiari colloqui
sive publica institutione, disciplinae suae ambitum fine
que delineare, praestantissimos in quoque genere libros i
dicare, et omnino vacillantem tironis, ignari quidem a
huc, sed docilis, gressum dirigere gestiet. Qualem studi
rum ducem qui obtinuit discipulus, est profecto, qu
huic valde gratulemur.

Verum enimvero in eum me locum deductum esse se
tio, Commilitones! quem non sine insigni animi dolore u
quam attigi. Quid enim magis dolendum, quam esse j
venes Academicos, qui sua bona adeo non noverint a
non aestiment, ut spernant ea potius ac pedibus concu
cent? Ita sane instituunt, quotquot, cum ad Academi
accedunt, et in iis commorantur, ex Praeceptoribus qua
rere negligunt, quae tamen scire ipsorum tantopere intere
Isti enim, omissa prorsus omni ejusmodi sciscitatione, si
de ipsius indole disciplinae, cujus inter alumnos nom
profitentur, sive de ordine in studiis observando, mis
randa plerumque stultaque arrogantia abrepti, satis si
ipsi se sufficere autumant. Quodsi vel maxime aliunde co
silium petant, commilitones potius, juniores illos, et ipso
ut plurimum consilii inopes, quam Magistros, consule
solent: quin imo a quovis primum obvio, etsi vel imperiti
simo, homine, salubria scilicet! monita expetunt. Quae r
dici nequit quam noxios pariat atque perniciosos effectu
Inde enim repetendum, quod eorum plerique nullum cer
tum studiorum cursum sequantur, sed, marinorum fluctuu
instar, a qualibet aura modo huc, mox illuc propellantu
Inde, quod nonnullas disciplinarum partes plane negli
gant, alias obiter attingant, in levioribus subinde haere
ant, prouti, sive fortuito casu, vel coeco animi impuls
ad

adacti, sive stolidae ineptorum hominum voluntati obsecuti, sive colloquiis aliorum tironum et exemplo allecti, sive alia quadam ejusmodi causa movente, in has conjiciantur, ab illis detrahantur, in neutro genere rectae rationi obtemperantes. Inde etiam repetendum, quod nonnulli inverso et perverso ordine studia instituant, difficiliora aggredientes, antequam faciliora perceperint, aut desultoria industria huc illuc divagantes. Unde fit, ut ex omnibus, quod ajunt, aliquid delibent, universe nihil, certe vix quicquam praeclari et utilis, teneant. Imo vero non aliunde repetendum, quod non raro bonos viros et non indoctos, postquam, per complures annos gravissimis admoti muneribus, ipso jam usu mediocris suae cognitionis defectus experti sint, de tempore in Academia olim minus utiliter, quam, si rectam studiorum rationem mature secuti essent, factum fuisset, fieri certe potuisset, consumto, flebiliter querentes audiamus, tritumque illud:

O mihi praeteritos referat . . . .

gemebundo ore identidem repetentes. Postremo, id ipsum, de quo diximus, vitium in causa est, cur haud paucissimi, quamquam alacri laetoque animo studiorum palaestram intrarunt, seque ad strenue currendum, atque cum omnibus de industriae palma contendendum accinxerunt, vix aliquot a carceribus passus velociter progressi, brevi fatiscant, mox pedem figant, abjectoque ad metam pergendi consilio, eo, unde venerant, non sine gravi dedecore, redeant. Scilicet hos, statim ab initio studia Literarum perverso aggressos modo, ut primum molestiis, antea non praevisis, circumveniri se et undique premi sentirent, ideoque in hac arena, quamtumvis serio, nequicquam tamen, desudaturos, non poterat non propositi taedere ac pigere. Quanto meliore fortuna complures quarumvis artium ac disciplinarum alumni usi fuis-

fuissent, si fidis Praeceptoribus, mature a se consilium rogatis, auscultassent, neque in vasto studiorum mari Diis, quod adagio dicitur, et ventis navem proterve commisissent! Nunc quam plurimi misere naufragium fecere, vix tabulis quasi aliquibus apprehensis, nec junctis inter se nec facile jungendis; id est, non nisi rudem indigestamque inchoatae, et, si fas est ita loqui, fragmentariae (τραυματικῆς), scientiae molem, pondus iners, et discordia semina nacti.

Quae cum ita sint, non amplius opus erit, Vos, Theologi futuri! monere atque hortari, ut alienis periculis cauti reddamini. Nam, quae de quovis studiorum genere valeant, de studio etiam Theologico eadem valere, facile perspicitis. Quid? quod partim de hoc magis etiam valent quam de reliquis disciplinarum studiis. Ea enim, ne quid dissimulem, ea est principis Disciplinae ratio, ut, si quis eam temere et illotis, quod ajunt, manibus contrectare sustineat, hujus petulantiam graviter ulciscatur. Nam primum multitudo discendorum et difficultas vel audacissimum quemque facile deterrent. Dein consilii, quod spectat, certe spectare debet, Theologiae cultor; consilii, inquam, gravitas in Studioso haud mediocrem jam nunc gravitatem requirit, animi levitatis expultricem, et abstinentiam a nonnullis postulat, quae aliarum doctrinarum alumni sibi licita esse fere opinantur. Denique male moratorum hominum scommata, dicteria, calumniae, quibus Religionis scientiam lacessere, atque ab hujus amore studioque adolescentium animos avocare non verentur, imparatis istis ingeniis nullo negotio fucum facere solent. Unde fieri interdum videmus, ut generosi caeteroqui Juvenes, qui religionis causae salutique plurimorum egregie inservire potuissent, nostris signis relictis, tristi exemplo, in alienis castris, transfugae mereri incipiant. Quod tamen ipsum, licet minime probandum, longe aliorum agendi rationi praestat, qui, cum rerum sua-

marum rationes illud postulare ipsis vel parentibus eorum videantur, obtorto collo ad Theologiam rapti, segnes se et inertes ejus asseclas, vel opprobria potius, praebent. Qui quidem, pigritia et moribus minus honestis primum in Magistrorum odium, dolore licet et misericordia temperatum, se adducunt, dein vero etiam in Coetuum, quibus aliquando praeficiuntur, Christianorum contemtum.

Quae vero de ignavis istis et improbis juvenibus, honorificum Studiosi Theologiae nomen mentientibus, diximus, ea ne in istam sententiam disputata existimetis, Commilitones optimi! quasi Vos quoque, qui regia via ad sanctioris Disciplinae Sanctuarium tendere instituitis, una cum istis, de quibus dixi, quisquiliis, a nostris Sacris arcere aut deterrere studeam. Absit profecto! Non ego abigendi Vos, sed fideliter commonefaciendi gratia, dicta in medium attuli. Scilicet Vos, qui optimo consilio, nec sine propitio Summi Dei Numine, Theologiae, atque adeo augustissimo sanctae Religionis Ministerio, nomen dedistis, nolim equidem, aut a data fide unquam resilire, aut tardos, illubentes, invitos, id quod vix melius est, ejus Sacris operari, aut denique minus commode, minusque feliciter in studiorum vestrorum cursu procedere. Velim enimvero, et a Deo benignissimo piis precibus efflagito, ut, juvante Sancto Ejus Spiritu, quam nacti estis, spartam ornetis. Nec ista monendo aliud egi, quam ut, quantum in me erat, caverem, ne et Vos unquam Theologici Studii caperet taedium. Id egi, ut, sine inutili laboris aut temporis, melius utriusque impendendi, dispendio, e praepostera studendi ratione haud dubie exstituro, meo monito obsecuti, fiatis Theologi, praeclaro isto nomine vere digni, atque, qui Ecclesiis moderandis erudiendoque populo praeficiamini, aliis digniores; quin omnino dignissimi, in quos Academiarum Athenaeorumve Curatores, tanquam in

pro-

probabiles Praeceptorum successores, aliquando oculos conjiciant. Hoc equidem spero et cupio, hoc curo et ago, huc studia mea dirigere conor omnia. Vos vero idem velle, et serio velle, atque eodem vestra dirigere studia, et certo scio, et, si vel nesciam, non facile credere religioni ducam.

Ut vero propositum tam grave tamque optabile feliciter assequamini, ex omnibus hactenus disputatis apparere puto, Vobis opus esse et Disciplinae ipsius Theologicae generali tanquam conspectu, et accurata Studii Theologici rationis delineatione. *Illo* quidem, ut vehementer amare discatis disciplinam, ignavos difficultate absterrentem, ast veros cultores utilitatis fructuum et ubertate et praestantia abunde remunerantem; utque, ejus amore ducti, quasvis molestias devorare, quosvis labores exantlare non gravate velitis et queatis; leve enim, quod proverbio dicitur, fit, quod bene fertur, onus. Tum vero ejusmodi conspectus eo etiam nomine Vobis, nisi me animus fallit, proderit, ut sciatis, quid ex qualibet disciplinae parte maxime expetendum, in quibusnam potissimum elaborandum, quorumnam studium prae caeteris gnaviter urgendum sit. Sed ne rationis studii indicio quidem tuti carebitis, quippe quod scopulos feliciter praetervehere vos possit, ad quos multi adeo misere allidere consueverunt. Ut enim mittamus eos, qui, cum minime, ex *Sallustii* monito, « studeant sese praestare caeteris animantibus," « vitam, ut ille pergit, silentio transire" praeferunt, « veluti pecora, ventri somnoque, Veneri et aleae dediti:" — ut istos igitur nebulones omittamus, in aliis etiam, quibus nihil est cum talibus commune, quin adeo in juvenibus, quibus vita severa est et indoles non mala, offenduntur nonnunquam, qui, vel aurae popularis, vel imperiti alicujus ψευδοδιδασκάλων, indicium secuti, a recta studii Theologici ratione longe aberrant coelumque terrae miscent. Eos intelligo, qui

qui, etsi spernunt omnem humanam eruditionem, Linguarum igitur et Historiae, praesertim vero Philosophiae, quam, per contemtum, *secularem* vocant, studium negligunt, ipsam tamen divinae et coelestis doctrinae medullam degustare sibi videntur. Quos homines, miserrime deceptos, arena quippe pastos et cineribus, nubemque pro Junone amplexos, quantumvis forte indoctae placituros plebeculae, sagacioribus tamen quibusque et peritioribus deridendos se propinare verum est: nec se tantummodo ipsos, verum ipsam quoque, cujus doctores esse et vindices, quod, pro caritatis lege, lubentes credimus, cupiunt, Religionem augustissimam. Hoc vero ipsum, quo nescio an nihil turpius cogitari possit aut foedius, ab iis exspectandum est, qui, spretis studiis propaedeuticis, continuo in Dogmaticam Theologiam involant, non intelligentes, sine Philologia et Philosophia nullam esse veri nominis Theologiam. Horum autem errori saluberrima quidem medicina parata est in Regio Decreto, et frenum injectum stolidis consiliatoribus: aliud vero est, Regi invitum, nec ultra id, quod disertis verbis praescribitur, obtemperare; qua in re perparum est utilitatis: aliud, perspecta Legis ratione, ad illam totum se et lubentem componere. Quodsi vero putes, vix amplius in istam Scyllam incidere posse Juvenes bonos, et quibus constitutum est supra vulgus sapere; vel sic tamen periculum est, ne hi, minus recte et liberaliter intellecta ipsa illa, bono licet consilio et sapienti facta, Constitutione, propellantur in oppositam Charybdin. Cum enim plurima sint et diversissimi generis, quae futuris Theologis, antequam aditus ipsis ad Scholas Theologicas pateat, discenda et pertractanda incumbant; fieri potest facillime, quod revera nonnunquam factum est, ut nimis multa simul arripiant tirones; id quod ipsos, primo post adventum in Academiam tempore, ultra id, quod vires patiuntur, laborantes fatigat, mox vehementer conturbat et

veluti gravi vertigine ferit, ultimo a molesta ingenii agitatione prorsus deterret. Quin usu venire potest, ut alicui ex tot amplissimae προπαιδεύσεως partibus ita se addicant praestantioris ingenii Juvenes, tantopere illius capiantur deliciis, ut in illa toti sint, reliquas partes spernant, et ipsam tandem, cujus tamen causa eam tractare aggressi erant, Theologiam fastidiant. Sunt profecto, qui Literarum, quae eximie dici solent, amore tantopere flagrent, vel flagrare se profiteantur, ut illarum studium Theologo futuro ad omnem etiam muneris rationem abunde sufficere, praeterque eas nihil amplius, vel certe vix quicquam, illi discendum esse autument. Alios in Mathematicis, aut in Historia, aut in Orientalibus Literis, aut in Philosophia sic habitare videas interdum, ut, quam multa et gravissima praeterea sibi in Academia agenda sint, vel ignorare vel obliti esse videantur. Alios alto supercilio spernere observes Philosophiae partem, quae haud temere *instrumentalis* vocatur, aut Metaphysicam, aut Naturalium Legum moralium doctrinam, aut Linguae patriae studium, aut Oratoriam. Atqui ne hic quidem consistendum. Nam alia insuper, eaque plurima, salva Legis Regiae auctoritate, studiosum juvenem circumstant, vitia et transversum agunt saepius. Ex quibus unum delibamus. Nimirum alios offendas, qui vel nihil legant, praeter dictata Magistrorum, in quorum verba jurant; alios e contrario, qui, helluonum more rituque, multa, non, ex *Senecae* exemplo et monito, multum, legentes, indigesta lectorum copia et farragine memoriam onerant, judicium obtundunt et hebetant, ingenium exstinguunt. Utinam hos inter non inveniantur etiam, qui, nullo legendorum delectu habito, incauti quosvis, primum obvios sibi factos, libros avide arripiant, eosque potissimum lectitent, quorum auctores pietatis virtutisque et religionis causam telis ejusmodi adoriuntur, quibus juvenile ingenium, in jocos et facetias et dicteria pronum, doctri-

nae vero et variae et eximiae copia nondum subactum, nimis facile pervertatur! Mitto plura. Nam quid opus sit omnia, novum Theologiae Studiosum manentia, pericula recensere? Dicta abunde sufficere nobis quidem videntur, ut de utilitate ac necessitate cursûs studiorum theologicorum recte instituendi, Vobis, Commilitones optimi! penitus persuadeatur. Quin, vel animus nos fallit, vel dicta sufficiunt invitis etiam ac pertinacibus adversariis de praestantia illius doctrinae Theologicae partis, convincendis, quae *Encyclopaedia Theologica*, vel *Methodologia*, vel *Isagoge* in *Theologicam disciplinam* dicitur. Haec enim, ne quis nesciat, in eo tota est, ut, quid vel fugiendum, vel agendum sit futuro Theologo, qua ratione, quo ordine versandum sit in studiis, et omnino, quomodo universum Academicum curriculum instituendum sit, clare ostendat.

Hoc autem ipsum diu et saepius, ex quo, ante hos triginta et quod excurrit annos, splendido at difficili *Academici* Theologi muneri admotus fui, animo volvere coepi. Quo facto ipsa haec, identidem iterata, meditatio, me admonuit de emolumento, quod Scholae ejusmodi encyclopaedicae nostris Theologiae alumnis afferre possent, ad easque Auditoribus aperiendas impulit. Accessit auctoritas, cum aliorum Virorum Doctorum, tum praesertim eruditissimi *Joannis Willmet*, quem venerabilem Senem, octogenario licet longe majorem, vigere etiamnum et antiquam Batavorum in Literis Orientalibus gloriam, pro virili parte, tueri, laetamur impense, utque placida senectute *diu* adhuc fruatur, ex animo optamus. Hic igitur *Vir Doctus*, tum temporis noster in amoenissima statione *Harderovicena* Collega, identidem praedicare solebat commoda, quae ex Decessoris nostri, *Jo. Herm. Schachtii*, *summi Viri*, Scholis in *Mursinnae Encyclopaediam Theologicam* ad se aliosque plurima olim et maxima redundarant.

rant. Itaque quin successorem deceret Decessoris vestigiis insistere minime dubitans, sed curtae supellectilis meae mihi conscius, ipsas illas *Schachtii* Scholas perlustrare et in usum convertere vehementer cupere incepi. Cui desiderio cum *Willmetus* satisfacere non posset, quippe qui eas non haberet nitide, ut vulgo fit, descriptas, compactas, in bibliotheca collocatas, sed partim memoriae traditas, partim per Adversariorum pugillos sparsas; cumque frustra ab aliis, quae fortassis exstarent, Scholarum fragmenta, ad exiguum aliquod temporis spatium, commodatum expetiissem, ecce! de improviso earum, non inspiciendarum tantum aut ad summum perlegendarum, sed meo commodo usurpandarum, quin usu terendarum, copia mihi facta est. Quam rem non possum a me impetrare, ut hoc loco vel plane omittam, vel sine grati animi testificatione commemorem. Nam, quod nequicqùam ab aliis *Schachtii* discipulis fuerat quaesitum, id, re intellecta, ultro mihi oblatum est ab unico superstite *Schachtii* filio. Nimirum doctissimus hicce Theologiae Doctor, olim noster in alma Lugduno-Batava condiscipulus, tunc temporis, recusata, quam paulo ante ipsi honorifice obtulerant Gelricae Academiae Curatores, Professoris provincia, Pastor Dordracenus, quam tamen stationem deinceps cum Leidensi commutavit; hic igitur, antiquae memor necessitudinis, non descriptas ab aliena, imperita fortasse, manu, sed Codice, ipsa venerandi Patris manu scripto, contentas, *Animadversiones in Samuelis Mursinnae Compendium* perhumaniter nobis tradidit; tradidit, inquam, usurpandas, excerpendas, describendas, prouti animus ferret. Pro quo insigni beneficio si gratum animum aut non habeam, aut non saepius, et privatim et nunc quoque palam, significem, profecto mihi ipse videar minime honesti viri fungi officio. Auxit vero existimationem usus operis, in quo non ea tantum, quae quotannis in Scho-

Schola tradere solitus fuerat Senex doctissimus, inveniebam, sed eruditissimas insuper in quaestiones nonnullas, e philologico praesertim genere, dissertationes, quas *Excursus* vocat hodiernus usus, librorumque, unde suam ipse doctrinae copiam hauserat, titulos, quos vocant, in schedularum ora enotatos. Nunc igitur scientiae, cujus consequendae, in duabus Academiis versanti, mihi olim non indicata fuerat via aut ratio, quamque postea nancisci fere vetuerat munus Ecclesiastae, quo, per duodecim annos, partim in amoenissimo pago Trajectino *Doorn*, partim in antiqua Hollandiae Septentrionalis et celeberrima civitate *Enchusana*, fueram functus; nunc istius, inquam, defectûs explendi copiam uberrimam, laetissimam opportunitatem, mihi datam gaudebam. At vero non meo tantum, sed Studiosorum etiam, qui mihi operam dabant, utilitati consulendum esse ratus, quaedam, illorum in usum, ex *Schachtianis* delibans schedulis, quaedam aliunde petita his addens, ipse primum quidem *Mursinnam* commentari incepi; dein, perspectis nonnullis, quae in ipsius opusculo, doctissimo licet et, si temporis, quo conscriptus est, rationem habeas, vix emendabili, vel sic tamen desiderari viderentur, meo tanquam marte, Scholas Encyclopaedicas habere institui. Habui autem eas, non quotannis quidem, saepius tamen, et *Harderovici*, et *Roterodami*, quum ibi, Academicus exul, per tres annos, admodum jucunde, quantum sinebat temporum iniquitas, commorabar, et, Pastorem Christiani coetûs, haud sine aliquo utilitatis fructu, quod sperare modeste liceat, agens, nonnullos etiam Juvenes ad Academicas lectiones privata institutione praeparare conabar, postremo in hacce Academia *Lugduno-Batava*. Quarum Scholarum non illud erat, aut nunc est, consilium, ut singulae Disciplinae Theologicae partes explicentur diligentissime, adeoque ita tractentur, ut uberio-

riore harum expositione futuris Theologis non amplius sit opus, Professorumque collegiis, quae vocari vulgo solent, tuti carere, modo nostras hasce frequentent Scholas, possint. Absit profecto! Non, nisi manu quasi studiosos Juvenes ad ipsas Virorum clarissimorum, de diversis Theologiae partibus data opera exponentium, Praelectiones adducendi proposito, Encyclopaedicae Institutiones traduntur. Monstrant tironi viam; indicant, quaenam potissimum adeundae sint Scholae; quandonam et quo ordine et quamdiu, ut aliae alias commode excipere possint; porro, ad quaenam in Scholis prae caeteris attendendum, quid agendum, quo pacto ibi percepta domi retractanda sint; tum, quibusnam libris utendum; et quae sunt plura, his non prorsus dissimilia. Quoniam vero identidem Librorum inscriptiones, quin ipsa Auctorum nomina, ab Auditorum nonnullis, aut minus accurate intelligi, aut certe non recte chartis mandari observabam, atque insuper, *cum* ex molesta quaelibet in calamum dictandi consuetudine, *tum* ex liberiore disputandi ratione, incommoda consequi, quae nostro consilio, ex parte saltem, adversarentur; jam dudum de edendo Encyclopaediae Theologicae Compendio meditari occoeperam. Dictamen enim propter temporis, in quoque cursu Academico consumendi, angustias, non poterat non brevius omnino et nimis compendiarium, quam pro Auditorum utilitate, esse. Liberius orationis flumen non neminem veluti praeterfluere videbatur, et minus commode vel intelligi, vel certe memoria retineri. Id quod praeprimis valere de librorum inscriptionibus, ad intelligendum est facillimum. Has autem unas dictando discipulis pracire, quid sit aliud, quam ipsarum Scholarum taedium iis parere? Itaque, diu et saepius hac de re cogitationes volvens, modo ad edendum ejusmodi opusculum impellebar, mox ab eo denuo detrahebar. Nempe in iis, de quibus, quid con-

si-

silii capiendum esset, vix mihi ipse satis constare, certique adeo aliquid constituere poteram, illud non ultimum erat aut minimum, quod modo tetigi, librorum scilicet, ad quemque doctrinae locum indicandorum, negotium. Nam displicebat, ne quid dissimulem, Nostratium ratio, non minus quam Germanorum. Nam cum *hi* plerumque, in Literatura, quam vocare solent, recensenda, liberaliores, ne dicam profusiores, esse soleant; et ita quidem, ut mirari interdum subeat, quomodo tot libros perlegere, imo vero vel pervolvere tantum, in hac brevitate vitae et negotiorum peragendorum multitudine et gravitate, potuerint; unde suspicio de nonnullis ferme oboriatur, praegressorum forte schedulas eos duntaxat compilavisse: *illi*, in alterum ruentes extremum, a citandis Scriptoribus, tanquam ab inepta et inutili eruditionis ostentatione, ut plurimum, alieniores deprehenduntur. Quorum modestiam, ab ambitiosa Scriptorum non lectorum enumeratione abstinentem, et stultum, qui indoctis, imperitiam dissimulare studentibus, familiaris esse solet, inaudita nomina, in his barbara, crepandi morem plane repudiantem, ut valde probemus; tamen, in ipsa hac sobrietate, solenne illud μηδὲν ἄγαν observandum etiam esse existimabam. Caeteroquin enim suspicionem, ex altera parte, incidere alicui posse de male neglecta, quam illi parcimoniae obtentu callide tegi sperent, utilium librorum lectione. Ab Encyclopaedica certe, et, quae ipsi necessario adjungitur, methodologica, sive hodogetica, institutione indicium librorum, tanquam doctrinae subsidiorum, commode abesse non posse videbatur. At difficilis erat quaestio, quinam potius quam alii excitandi essent, et quomodo effici posset, ut, in necessaria ubertate et copia, simul tamen de utili delectu faciendo satis admonerentur Studiosi. Qua in re neque tunc, cum, ante hos tres aut quatuor annos, cunctationem tandem vicisset spes aliquorum certe Juvenum commodis inserviendi,

et

et ne *nunc* quidem, mihi me ipsum satisfecisse fateor. Nam, quod invenisse mihi visus fueram, remedium minus necessaria scripta, vel quorum certe lectio in serius tempus tuto possit rejici, obiter tantum, magis vero necessaria, et quibus, jam ab ipso inde studiorum ingressu, careri vix aut ne vix quidem possit, diligentius, addito loci annique notatione, indicandi; illud statim priori institutionis Sectioni, quam alteri, accommodatius, mox et plurimorum votis, eorum etiam, quorum magna apud me est et esse debet auctoritas, contrarium, expertus sum, illisque locis omnino minus convenire, ubi peculiaris alicujus Theologiae Sectionis, e. g. Theologiae *Dogmaticae* aut *Moralis*, Historia, et Historia Literaria, erat enarranda. Quae quidem Encyclopaedicae institutionis pars historica, quam ingentis sit utilitatis, imo vero quam necessaria, ad formandum veri nominis eruditum Virum, vel solo summi Nostratis, *Hermanni Boerhave*, exemplo, possit, si opus sit, evinci et commonstrari. In Historia autem alicujus Doctrinae enarranda, praecipua, quae quoque aevo praestantissimi ejus Cultores de ipsa ediderunt, Scripta silentio praetermitti nec posse nec debere, ipsa res et ratio loquitur. Quodsi quando aliis secus visum fuerit, suum cuique judicium lubentes integrum permittimus, nobis, quod pace eorum dicam, erroris convincendis idonea eorum argumenta non fuerunt. Si fuissent, magna profecto, cum exquirendorum, tum eligendorum, tum vero excitandorum, librorum molestia fuissemus liberati. Caeterum, quod *Wineri* aliorumque Virorum, in hoc genere excellentium, exemplo, in *altera* hac Editione facere nobis propositum fuerat, ut saltem in Indice, diversis utendo literarum characteribus, aut addendis asteriscis, diversum, majus igitur minusve, Scriptorum pretium, aut quibusnam, in quolibet doctrinae nostrae genere, Studiosis nostris primum et praecipue opus esset, ostenderemus; id, fa-

facto semel iterumque rei periculo, prorsus abhorrere visum est, tam a mea, tot eheu! ignorantis et ignorantiam, *Socratis* ritu et exemplo, haud gravate profitentis, modestia, quam a sincera, qua magnos quosque et in qualibet Eruditionis parte eminentes Viros Doctos prosequor, reverentia. Quorum laudibus cum, ne asterisco quidem aut literulae forma, vel tantillum detractum cupiam, propositum abjiciendum potius ab eoque plane desistendum, quam committendum putavi, ut, arrogantius fortassis aliquid, aut imprudentius faciendo, Juvenibus exemplum praeirem migratae perperam verecundiae. Atque eo magis intra hosce me fines et nunc *denuo* continendum arbitratus sum, quo difficilius videbatur utriusque rei, quae a nonnullis flagitabatur, conjungendae negotium, ut, nempe, *et* Librorum, per se spectatorum, diversum pretium, *et* simul, quinam, in *quoque Studiorum genere*, aut statim, aut mox, aut postea demum, adhibendi sint, indicaretur. Cui sane oneri duplici meos certe humeros impares esse lubens fateor. Itaque et a Vobis, Commilitones optimi! quorum maxime in usum libellus conscriptus est publicique juris factus, et a quibuslibet insuper, eo uti haud dedignaturis, hac praecipue in parte, veniam peto pro laude. In ipsis scholis, aut privatis colloquiis, de pretio usuque Scriptorum sciscitantes Auditores, quantum quidem fieri poterit et expedire videbitur, ex mea qualicunque sententia, lubens accuratius monebo. Quod idem ut facere dignentur Viri Celeberrimi, aliarum Academiarum lumina, qui id mihi honoris tribuere haud gravantur, ut, in publica sua institutione, nostrum opusculum explicent, modeste eos amiceque, Literarum et Religionis causa, rogatos velim.

*Habetis* igitur, Commilitones praestantissimi! quae de con*silio* nostro ejusque executione Vos prae caeteris monendos duximus. Unum addendum est. Nimirum, sicuti, propter

multas, quae mihi ab aliquot inde annis evenerant, calamitates domesticas et clades, animi serenitatem et otium, quod Literarum studia poscunt, subinde vel tollentes, vel magnopere minuentes, tum et aliis de causis, quas referre nihil attinet, prior opusculi editio diu, imo vero per plures annos, patientiam cum Typothetae, tum meam quoque, exercuerat; unde alicubi, certe in priore Operis parte, *nuper* aliquid factum, praestitum, editum esse dixeram, quod, cum ederetur Scriptio, jam *pridem* factum esse, aut praestitum, aut editum, fatendum erat: — ita ne nunc quidem caveri omnino potuit, ne idem aliquando liber bis indicaretur; deficiente quippe senili saepe memoria, et fallente crescentem oculorum infirmitatem literularum in annotationibus exiguitate; necessaria illa quidem, ne opusculum, per insignem additamentorum copiam, in nimiam molem excresceret, nec nisi cariore pretio veniret, eoque ipso nonnullis Studiosorum minus parabile redderetur.

Quamquam vero, in nova editione, quantum fieri potuit, maturanda, laudabiliter omnino operarum industria versata est: fieri tamen non potuit, quin denuo locus esset novis augmentis. Quod praesertim valet de nonnullis optimae notae libris, aut repetitis nonnullorum editionibus, quae tum, cum nostra typis describerentur chalcographicis, nondum, vel prodierant, vel certe ad nostram pervenerant notitiam. Cui defectui medicaturus, *Addendorum Specimen*, ad Opusculi calcem, exhibendum putavi. Vos autem, optimi Commilitones! vel ex ipso hoc Specimine intelligetis, quam facilem quoque ansam Vobis praebeat nostra scriptio novorum librorum, qui in posterum in lucem identidem emittentur, suo loco annotandorum. Quod ut recte fiat, id est, ita, ut verae utilitatis plurimum inde ad Vos et Vestra studia redundet, videndum esse perspicitis, *et* quinam eorum, qui eduntur, digni sint, *et* ad quemnam po-

potissimum locum referendi. Utrumque vero hoc, vel certe alterutrum, si fortasse a Vobis ita, ut par est, nondum effici posse speretis, dubio procul Viros Clarissimos, quibus praeceptoribus operam datis assiduam, modeste consuletis. Ita sane de Vobis augurari jubet pietas: quae ipsa in causa fuit, ut scriberem Theologiae Studiosis, *quales esse eos oporteat:* minime veritus, ne, quicunque meo qualicunque opere diligenter usuri sint, tales non futuri sint. Studiosis scribere, *quales eos non esse oporteat*, supervacuum duxi, quippe non lecturis: paucissimos certe ejusmodi, si vel maxime aliquos, Juvenes in nostris Academiis inventum iri, sperans et confidens.

Quod superest, quaedam σφάλματα typographica irrepsisse, tanto magis doleo, quanto major in cavendis illis collocata est industria: nec a me tantum, sed et ab oculatissimo accuratissimoque Viro, olim auditore nostro, in paucissimis laudabili, cum maxime Celeberrimo in Rheno-Trajectina Academia Theologo, *Hermanno Bouman*. Quemadmodum enim Conjunctissimus Collega, *Henricus Arentius Hamaker*, cum opusculum primum ederetur, meae petitioni, ut et specimina plagularum perlegere, et, si quid mendosi offenderet, quod meam attentionem effugisset, emaculare dignaretur, pro sua humanitate annuerat; pro quo beneficio debitas eruditissimo amicissimoque Viro gratias palam egi antea et nunc denuo lubentissimus ago: ita eamdem mihi, et multo adeo majorem, *Boumannus*, quo est propenso in me animo, operam, ad adornandam alteram editionem, praestitit; et talem quidem, ut, si quando, me mortuo, Ipso superstite, tertia forte requireretur editio, vehementissime, ut curandae illius provinciam in solidum gubernandam suscipere dignaturus esset, cupiam. Plurima vero me debere quoque fateor, et aliis Viris Doctis, in his Consultissimo *Johanni Tiberio Bodel Nyenhuis* atque Collegis aestumatissimis,

 Rein-

*Reinwardto*, *Sandifortio*, *Kistio*, *et* praecipue Seni admodum venerabili, Clarissimo *Jodoco Heringa*, *E. F.* Quibus omnibus Viris eruditissimis et amicissimis, quando gratiam pro meritis referre non valeo, gratum certe animum laetus profiteor. Caeterum nec admodum multae sunt, quantum quidem intellexi, graviores, quae irrepserunt, mendae, nec diligentem lectorem remoraturas eas puto. Catalogum tamen insigniorum Opusculi calci adjiciam quoque. Nam, si vel Vobis, optimi Commilitones! una forte alterave excepta, leviores videbuntur, atque tam facile a quovis non indocto tollendae, ut disertis eas verbis indicare vix operae pretium sit; minime tamen dissimulando eas tegendas esse existimavi, sed candide indicandas, ne fortassis in minus periti lectoris, vel minus attenti, commoda peccarem. Atque hanc ipsam ob causam *Indices* rursus quoque addidi copiosissimos: quorum *primus* adjuvare tironum imperitiam poterit, nescientium adhuc, ubinam in Compendio *res* vel *tangantur*, vel ab ipsis commode *annotari possint*. Cavendum autem existimavi, ne simul adjuvaretur socordia et segnities, memorandis in Indice iis rebus, quae, ex *paragraphorum*, nunc et e *paginarum*, *lemmatibus* et universa opusculi, cujus insuper *Conspectum* addidimus, oeconomia, quo loco quaerendae sint, vel collocandae, facillimum est ad intelligendum. *Secundus* Index, Locos *Sacrae Scripturae* indicans, non omittendus videbatur, licet minus, quam *tertius*, necessarius. *Quartus* denique, cujus compositio atque emendatio et diu me denuo detinuit et taedii plurimum mihi peperit, eo maxime consilio confectus est, ut, praeter accurate indicatos libros, etiam facile inveniri possent alii, quorum auctores verbo sunt indicati. Cujus rei haud levem fuisse apud prioris editionis lectores, utilitatem, plus semel, et ab eorum nonnullis comperi, et ipse experiundo cognovi, lubentis-

tis-

tissime caeteroqui molestissimum laborem omissurus. Id tamen unum attendi hîc a Vobis cupiam, plerumque, additis praenominibus, satis a se invicem distinctos esse diversos Scriptores, quibus idem nomen gentilitium fuit: vix tamen hoc in omnibus tam diligenter fieri potuisse, ut nullus amplius errori locus superesse posset. Vos igitur, quicquid hîc supersit vitii, aequi illud bonique consulatis, oro. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut generosis Vestris conatibus et studiis, ex nostra quoque opella, emolumenti nonnihil, quin, si fieri possit, plurimum, accedere jubeat! Valete.

Scripsi in Academia Lugduno-Batava, olim pridie Kalendarum Octobrium, a. p. r. S. CIƆIƆCCCXXXI., nunc ipsis Idibus Sextilibus, a. CICIƆCCCXXXV.



CON-

# CONSPECTUS.



Ejus

Fon-

ENCY-

# ENCYCLOPAEDIA THEOLOGICA.

## PROLEGOMENA.

### §. 1.

### *Theologi Munus.*

Qui doctrinam de Deo rebusque divinis e fontibus dextre eruere, apte disponere, explicare, confirmare, defendere eaque ad commendandam virtutem et pietatem recte uti noverit, is *Theologi* nomen merito obtinebit (1). Theologi vero *Christiani* tum potissimum, si religionis doctrinam e limpidis Sacrae Scripturae fontibus haustam. Quod cum vel populariter in Templorum amplitudine aut privata rudium institutione, vel erudite in Acroateriis, futurorum Doctorum in gratiam, fieri possit, intelligitur, quid inter Theologum Ecclesiasticum et Academicum maxime intersit.

(1) Quinam *Graecis* et *Romanis* dicti sint *Theologi*, vid. ap. *Ciceronem*, Lib. III. *de Nat. Deor.* cap. 21 (*Pherecydes* primus. Cf. *Josephus c. Apion.* Lib. I. cap. 2. *Poëtae* quoque. Vid. *Herodotus*, Lib. II. cap. 53. *Epimenides* itidem. Vid. *Sextus Empiricus*, Lib. IX. *c. Mathematicos*, cap. 29.); quinam *Christianis* Sec. II et seqq., vid. ap. *Eusebium* Lib. I. *Hist. Eccl.* cap. 3. etc. Lib. XII. *Praep. Euang.* cap. 18. (*Joannes*, Apocalypseos auctor: *Gregorius* Nazianzenus). Post *Petrum Abeilardum* recentior vocis usus invaluisse videtur. — De v. cum affinibus cf. *Suicerus*, in *Thesauro Eccl.* Tom. I. pag. 1354—1360.

### §. 2.

### *Theologicum Studium.*

Ut vero utrovis hoc munere quis rite fungatur, non tantum sincera pietate, verum etiam multifaria eruditione ei opus est (1). Ea enim omnia ipsi discenda sunt, quorum cognitio ad doctrinam religionis ita ut par est



eruen-

eruendam, disponendam, exponendam, confirmandam, defendendam, denique vitae usui adhibendam, requiritur. Sunt autem illa multiplicia et diversissimi generis; prout alia ad eruendam doctrinam ex Scriptis Sacris, antiquissimis illis, et Hebraica vel Graeca, sed hebraïzante, lingua conscriptis, alia ad eamdem logico ordine disponendam, subtiliter et philosophe confirmandam ac defendendam, ejusque fatorum, diversis temporibus diversorum, vicissitudines Historiae ope commonstrandas, alia denique ad eam vel severa methodo et ad Scholae legem, vel ex Oratoriae artis praeceptis pro Concione, tradendam et commendandam imprimis facere videantur. In quibus cum alia sint generaliora, specialiora alia, haec vero illis fere nitantur, apparet, hoc studium partim quidem propaedeuticum esse, partim vero Theologicum stricte dictum.

(1) Quod etiamnum negare, aut adeo in dubium vocare, nullus debebat eorum, qui rem Christianam sibi prae caeteris curae esse cordique profitentur: ne in ipsos *Judae* Apostoli (Ep. c. 10.) illud valeat: *Ὄυτοι ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι, βλασφημοῦσιν·* aut vulgare illud: *Ars non habet osorem, nisi ignorantem.*

## §. 3.

### *Encyclopaedia (et Methodologia) Theologica.*

Tot vero doctrinarum campum, tam late patentem, nemo feliciter emetietur, nisi illas omnes prius, in compendium quasi redactas et sub uno veluti adspectu collocatas, earumque nexum, et quomodo aliae ex aliis pendeant (1), mentis oculis circumspexerit. Hoc autem ipsum illud est, quod Encyclopaedia (2) Theologica (et Methodologia) praestat, quippe sectio Encyclopaediae generalis, quae omnes et quaslibet humanae scientiae partes complectitur (3). Itaque eas solummodo, sed eas omnes, doctrinas compendio tractat Encyclopaedia Theologica (4), quae ad formandum et ornandum Theologum, sive directe, sive oblique facere videantur, ad easque rite discendas, id est, quam

quam accuratissime, quam facillime, quam minimo denique temporis dispendio, manu quasi adducit.

(1) Valet et hîc notissimum *Ciceronis* dictum *pro Archia*, cap. 1. extr. Conf. *Wowerii Polymathia*, cap. 24. *Morhofii Polyh.*, I. 2. *Gesneri Isagoge*, I. 1. Add. *W. T. Krug*, (in variis scriptis, e. g. *Vorlesungen*, — *Versuch*, — *Encyclopädie d. Wissenschaften*, III. Voll.); — *Fr. Strass*; — *H. B. Töpfer*; al. (Vid. de illis *L. Bertholdt*, *Theol. Wissenschaftskunde*, §. 7. Tom. I. pag. 9 sqq.)

(2) *Ἐγκύκλιος παιδεία, ἐν κύκλῳ παιδεία, ἐγκ. παίδευσις; ἐγκύκλια*, opp. *τοῖς ἐποπτικοῖς*, quid fuerint Graecis, vid. ap. *Quintilianum*, Lib. I. *Inst. Orat.* cap. 10. et *Suidam*, in v. Add. *Vitruvius*, Lib. I. *de Architectura*, cap. 6. et Lib. VI. in praef. — (*Aristoteles*, *Plutarchus*). Conf. *Martini Lexicon*, Vol. I. pag. 352.

(3) De cujus origine (quam a *Speusippo*, Platonis sobrino et discipulo repetunt, Vid. *Diog. Laërt.* Lib. IV. *de placitis Philos.* c. 2.), variaque variis temporibus forma, ut et de praecipuis hoc in genere Operibus, ad hunc locum, si instituti illud ratio permitteret, dici posset.

(4) Encyclopaediae *specialis*, philologicae, e. g., philosophae, juridicae, medicae, al., specimina a Viris D. edita sunt et numero satis multa, nec suis quaeque meritis defraudanda. — *Methodologia* a nonnullis ab Encyclopaedia distingui solet; et *potest* omnino distingui. Nobis tamen nimis arcta esse videtur et intima utriusque conjunctio (§. 4.), quam ut commode altera utra ab altera divelli queat.

## §. 4.

### *Ejus argumentum.*

Quatuor autem hîc potissimum in censum veniunt quaestiones, Encyclopaedica institutione solvendae: nempe *quaenam* futuro Theologo sint discenda; *quare; qua ratione* ac via, denique *quorum* ope *subsidiorum*. Tertiae quaestionis solutione *Methodologia*, quae dicitur, proprie loquendo, continetur.

## §. 5.

### *Encyclopaedia Theologica generalis et specialis.*

Quatuor haec capita neque debent, neque recte possunt seorsum, aliud ex alio, tractari. Multo certe commodius, utilius et jucundius conjunguntur. Ante tamen, quam ad res singulares, quas Theologiae Studiosum discere oportet,

 sin-

singulatim recensendas et summatim exponendas descendatur (quae *pars* Encyclopaediae Theologiae *specialis* dici potest), haud incongruum erit, de Studio Theologico ejusque ratione universe praecipere; quae revera illius Encyclopaediae pars est *generalis*.

## §. 6.

### *Argumentum Encyclopaediae Theologicae generalis.*

Prior illa pars vel sectio paucis absolvi praeceptis poterit. Nam, si ab iis discesseris, quae omnem omnino studii rationem regunt, hîc quidem de industria non pertractandis (1), omnia pertinent vel ad ingenii animique *dotes*, quae in Theologo requiruntur; vel ad *consilium*, quod praecipue spectari debet; vel ad discendarum *rerum* delectum; vel ad *ordinem*, quo sunt discendae; vel ad *temporis*, iis impendendi, spatium: vel denique ad ea, quae Theologus prae caeteris aut *observanda* habet, aut *vitanda*.

(1) Haud tamen alienum fuerit, verbulo hîc monuisse, pleraque, huc pertinentia, ad *tria* praecepta primaria satis commode revocari posse. Nempe,

I. *Cuilibet verae eruditionis cupido caute videndum, quaenam sibi potissimum discenda sint.* Ambitus enim quarumvis disciplinarum tantus est, ut, sine illorum delectu prudenter instituto, nemo facile metam in hac palaestra contingere queat. Itaque Studioso attendendum *primo* ad *propositum* suum, sive ad *artem*, quam olim profiteri aut factitare constituit. Nam alia Medico futuro, alia Causarum patrono, praecipue discenda sunt. *Dein* eorum ratio habenda est potior, quae ad consilium illud assequendum plane sunt *necessaria*. His *porro* addenda, quae aliqua ex parte *utilia* videantur: neque horum quicquam temere negligendum. At vero in *his* praecipua ei ratio habenda est, cum ipsius *rerum* illarum majoris minorisve *praestantiae;* tum *opportunitatis* illarum discendarum, sive concessae, sive negatae; tum vero *virium* tam corporis quam mentis, ut

—— quid ferre recusent,
Quid valeant humeri, —

prudenter exploretur, neque de illis vel justo arrogantius statuatur, vel facile citoque desperetur.

II. *Cuilibet verae eruditionis cupido circumspicienda sunt et diligenter usurpanda subsidia rerum facillime discendarum.* Quorsum *primo* loco per-

pertinet *institutio idonei magistri.* Paucissimi enim omni memoria celebrantur αὐτοδίδακτοι (*Heraclitus* Ephesius, *Manlius* eques, alii ex antiquis, ex recentioribus *Petrus Rabus*, *Postellus*, *Cujacius*, alii, quin ex aequalibus *Samuël Lee*). — Nec existimanda sufficere, quae *secundo* loco huc referenda est, utilium *librorum lectio:* quorum ne delectus quidem, prorsus ille necessarius, sine fidi praeceptoris monito facile fieri potest. Nam 1) non legendi, nisi *boni;* 2) in bonis ipsis, propter ingentem eorum hodie copiam, *optio* instituenda et praestantissimorum, qui diurna nocturnaque manu versandi sunt, et minus praestantium, semel tantum pervolvendorum; 3) prudens etiam *ordo* in libris legendis observandus, neque vel desultoria industria temere ab aliis ad alios transsiliendum, neque ὕστερα πρότερα facienda: 4) postremo *modus* etiam lectioni adhibendus, ne ingenium obtundatur potius quam acuatur, et memoria magis oneretur quam ornetur et alatur. *Tertio* loco hic commemoranda *colloquia* cum Viris doctis et peritis, ut et *commercium* cum iis *epistolicum.* *Ultimo* vero addatur perlustratio *Bibliothecarum*, tam *publicarum*, quam *privatarum*, *Museorum*, quae dicuntur, *Hortorum*, caet. sive in *patrio* solo sint, sive in *extero*, literaria *peregrinatione* adeundo.

III. *Cuilibet verae eruditionis cupido subsidiis ita utendum est, ut revera fructus inde utilitatis in se redundent uberrimi.* Quod fiet adhibibita 1) diligentia, sive *industria*, quae tenaci discendi studio spectatur; 2) intensissima *attentione;* 3) crebra lectorum auditorumve *repetitione;* 4) subtili, qua omnia veluti subigantur, *meditatione;* 5) prudente *patientia*, qua perpetuo quidem pergatur, lente vero festinetur: 6) postremo *memoria* cum *excolenda*, tum *sublevanda.* *Excolitur* autem praecipue, ne de *Mnemonica*, quae celebratur, arte dicamus, 1) bene *intelligendo*, 2) justo in omnibus *ordine* observando; 3) iisdem saepius *relegendis;* 4) lectorum vel auditorum *ratione* identidem a semet ipso *exigenda*, sibique reddenda; 5) alios ea, quae ipse didiceris, *docendo;* 6) usurpando *disputandi* aut *scribendi exercitio*, caet. *Sublevatur* vero memoria, si rerum maxime memorabilium in *Adversariis* fiat annotatio, sive *Lockiana* ratione, cujus praestantiam multi praedicarunt, sive alia etiam expeditiore.

## §. 7.

### *Dotes in Theologo requisitae.*

Uti nemo, ulli studiorum generi operam daturus, omni prorsus sive *memoriae* vi, sive *judicii* acumine, sive *ingenii* felicitate, tuto carere potest (1); quamquam paucis datur in singulis excellere, nec de tardioris intelligentiae juvene, sed attento illo et indefessae industriae, facile desperandum: ita et hae mentis dotes, satisque firma *corpo-*

*poris valetudo*, et insuper haud infucata *Dei reverentia* atque *Christianae religionis* amor et sincera professio, veraeque *virtutis* studium Theologo non magis impune deesse possunt, quam *donum*, quod vocant, *communicandi*, quo ad alios erudiendos sit idoneus.

(1) Commendanda igitur est matura atque subinde repetita ingenii animique exploratio; de qua, post *Jo. Franc. Buddeum* (in *Isagoge*, mox §. 14. ann. 3. laudanda, pag. 35 sqq.) consulendi *C. Garve* (in Commentatione, quae Belgice versa inscribitur: *Over de beoordeeling der Vatbaarheden*, in Ejus *Wijsgeerige Verhandelingen*, a *Gerardo van der Voort* versis, collectis et editis, Amst. 1790. 8.) et *J. C. Koenig* (in libro, ex Germanico idiomate Belgice reddi dudum coepto, *Over de Akademische Studie en het Akademische Leven*, (Traj. ad Rh. 1782. 8.), Tom. I. pag. 25—32.). Add. *Bijdragen tot het menschelijk Geluk*, Tom. I. pag. 23—45.

## §. 8.

### *Futuri Theologi consilium.*

*Consilium* enim, quod spectare in studiis futurum Theologum par est, non pertinet ad ipsum, sive praeclarae eruditionis fama, aut lautiore in humana societate et honoratiore conditione, aut adeo suavitate ex praestantissimarum rerum cognitione percipienda aliquando beandum; quamquam ista non spernenda sunt: verum, ex muneris ratione (§. 1.), consilium pertinet ad alios recta religionis, ejusque Christianae, notitia et sincero atque efficace amore, sive populariter, sive ad Scholae legem (1), olim imbuendos. Quocirca ipsum oportet, hujus doctrinam religionis accurate didicisse, atque sibi de ejus et veritate, et ad mores formandos animumque cum emendandum, tum recte tranquillandum efficacitate, idoneas ob causas persuasum habere; atque insuper de docendae religionis munere et omnino de Theologico studio, admodum praeclare statuere (2).

(1) Nonnulli Viri praestantiores, in his *Joannes Laur. Mosheim* (in *Anweisung die Gottesgelahrtheit vernünftig zu lernen*, pag. 27—30 et 200 sqq.), et, alios ut praetermittam, *Joannes Aug. Noesselt* (in Programmate

te, a. 1767 Halae in lucem emisso, *de diversitate studiorum, quibus Theologum decet caeteris Ecclesiae doctoribus praestare*, de quo cf. *Jo. Aug. Ernestii Neue Theol. Bibliothek*, Tom. VIII. pag. 469 sqq., et in *Anweisung zur Bildung angehender Theologen*, §. 28, 29.); illi igitur alia, eaque pauciora futuro Ecclesiastico Theologo, quam Academico, discenda esse statuunt. *Noesseltus* tamen vix sibi ipse hac in causa constitit (vid. ibid. §. 30 et 31.): nec Programmati postea locum in suis *Opusculis* aut *Exercitationibus* tribuit. Et legi meretur *Sam. Werenfelsius* (in Diss. *utrum habitus Theologiae* etc., in Viri D. *Opusculis*, Tom. II. pag. 298 sqq.).

(2) Quaedam ad hanc rem spectantia tractavimus olim Harderovici, in Oratione *de injusto Theologici studii contemtu* (quae una cum altera, *de Theologo liberali*, edita est Lugd. Bat. 1815. 4.).

## §. 9.

### *Rerum discendarum delectus.*

Quicquid igitur vel ad eximiam rerum ad religionem pertinentium scientiam, vel ad facultatem ea, quae ipse discendo perceperit, cum aliis docendo communicandi, et ita quidem, uti par est et utile, communicandi, id omne discendum est Theologiae Studioso (Conf. §. 2.)

## §. 10.

### *Ordo servandus.*

In hisce vero omnibus discendis ille ordo tenendus est, ut a facilioribus continuus ad difficiliora progressus fiat, initio ab iis ducto, sine quibus reliqua non recte intelligi possunt. Quantam ad Theologica studia feliciter excolenda et urgenda, vim habeat diligens ordinis observatio, quantae vero iis noxae sit ejus neglectus, vix dici pro rei gravitate potest.

## §. 11.

### *Temporis, studio Theologico impendendi, spatium et divisio.*

His igitur omnibus, vel, ut accuratius dicam, horum omnium elementis, quae sola in Academiis tradi possunt, discendis, postmodum per totam, quantacunque concedetur divinitus, vitam, augendis, excolendis, perficiendis; — his

his igitur primoribus quasi labris degustandis sex vel septem annorum spatium, nisi gravis causa intercedat, in Academia tribuendum est. De eo, quid singulo quoque anno praecipue agendum sit, partim Lex regia, partim fidus et eruditus magister consulendi sunt.

Non omnium prorsus Virorum Doctorum eadem est hac de re, quantumvis gravissima, sententia. Consuli merentur, praeter *Jo. Aug. Noesselti Anweisung zur Bildung angehender Theologen*, Parte III. pag. m. 204 sqq., *Jo. Ge. Herderi Entwurf der Anwendung dreyer Academischen Jahre für einen jungen Theologen*, in Ejus *Sämmtl. theol. Werke*, Tom. X. pag. 157 sqq., ut et *Frid. Erdm. Aug. Heidenreichii*, Theologi Mersebergensis, libellum, *Ueber die zweckmässige Anwendung der Universitäts-jahre*, Lips. 1804. 8.), duo praecipue Opuscula Virorum Clarissimorum; alterum inscriptum: *Anweisung für angehende Theologen zur Uebersicht ihres Studiums, und zur Kenntniss der vorzüglich für sie bestimmten Bildungsanstalten und anderer akademischen Einrichtungen auf der Kön. Preuss. Friedrichs-Universität; herausgegeben von der Theologischen Facultät*, (quae tunc temporis Professores habebat *Noesseltum*, *Knappium*, *Niemeyerum*, et *Schleiermacherum*, qui se unanimi consensu methodum, hac scriptiuncula propositam, commendasse testati sunt in *Hall. Allg. Literaturz.*, *Intelligenzbl.* mensis Maji 1806. pag. 568.) 1805. 8. (de quo tamen et legantur, quae Censor Jenensis animadvertit in *Allg. Literaturz.* 1806. No. 77. pag. 1—13): — alterum titulum praeferens: *Theologiae studium Academicum sex semestribus descripsit Henricus Car. Abr. Eichstädt* (duplice nimirum Programmate Jenensi) a. 1816. forma max. Add. *Georgii Hermes Studien-Plan der Theologie.* (*Ein Anhang der philosophischen Einleitung* etc.) Monasterii 1819. 8., et *Bernardi Galura* (quem indicat *Hermes*), in: *Versuche eines neuen Studien-Planes der Theologie* (in Praefatione praemissa Tomo III. *der neuesten Theologie* (infra a nobis indic. §. 88. ann. 238.).

In his vero singulis etsi permultum inest, nostrorum juvenum studia egregie adjuturum, non tamen ea, quae Germanis expediunt, Batavi tuto sequi possunt omnia. Igitur dudum est, ex quo tempore accuratius in hanc rem inquirere coepi, cum mihi quidem sequens Theologicorum studiorum Schema concludendorum Sexennii spatio (rarius enim accidere solet, ut septimus etiam annus ei addatur) Auditoribus, salvo tamen meliori aliorum judicio, generatim cum aliqua utilitatis spe commendari posse visum fuit:

Anno I. Praeter *privatam* eorum *repetitionem*, quae antea, cum de *religionis doctrina* (cujus studium nunquam plane intermittendum), tum etiam in Scholis trivialibus, de Lingua Latina et Graeca, de Geographia et Historia atque Mathesi, fortassis etiam (optandum est enim) de Physica et Historia Naturali, ut et de Lingua patria, Franco-Gallica, Germanica, Anglica di-

di-

diderit Studiosus; — *adeundae* sunt *Scholae* in Linguas patriam, Latinam, Graecam Arabicamque et Hebraicam: tum in Antiquitatem Romanam, Logicam, cui Rhetorice adjungatur et Mathesis (pura); denique in Encyclopaediam Theologicam.

Anno II. Praeter *privatam* eorum, quae praecedente anno Studiosus didicerit, *repetitionem;* — *iterum* adeundae sunt Scholae in Linguas Latinam, Graecam, Arabicam, cursoriae in Linguam Hebraeam, item de stylo bene Belgico, et in Logicam: — quibus *adjungantur* Scholae in Antiquitatem Graecam, Dialectos Syriacam et Chaldaeam, Historiam Universalem, Mathesin (sublimiorem), itemque (nisi incommodum sit) in Hermeneuticen et Criticen Novi Foederis Sacram. Poterit autem hisce superaddi disputandi de Literis Humanioribus, praeside Professorum aliquo, exercitium.

Anno III. Praeter *privatam* rerum, utroque anno praecedente perceptarum, *repetitionem;* — *iterandae* sunt Scholae in Linguam Graecam (maxime quae in Novi Foederis libros habentur) in exegesin Librorum Hebraeorum, ut et in Dialectos Orientales; denique in Hermeneuticen et Criticen Novi Foederis Sacram: — his vero nunc *addendae* Scholae in Hermeneuticen et Criticen Veteris Foederis Sacram, in Introductionem, quae vocari solet, in Libros utriusque Instrumenti Sacros, in Antiquitatem Hebraicam, in Exegesin Novi Foederis, Historiam Ecclesiasticam, Physicam et Astronomiam. *Adde et (si fieri commode possit)* Scholas in Historiam Naturalem, Anatomiam et Physiologiam: nec negligantur illae, quae in Metaphysicam et primariam imprimis ejus partem, Theologiam Naturalem, habentur.

Anno IV. Praeter *privatam repetitionem;* — *denuo* adeantur Scholae in Hermeneuticen et Criticen Sacram Veteris Foederis, in Exegesin Novi Foederis, in Historiam Ecclesiasticam, in Physicam et Metaphysicam: — at his nunc *adjungantur* Scholae in Jurisprudentiam Naturalem vel Philosophiam Moralem, in Theologiam Biblicam, quae eximie dicitur, et Dogmaticam, atque Historiam Dogmatum. Addi hisce poterit exercitium disputandi inter Commilitones sub Professoris auspiciis de Literis, Philosophia aut Hermeneutice ac Critice Sacra.

Anno V. *Privatim repetenda* sunt identidem, quae quatuor annis prioribus, maxime vero, quae superiore quarto anno tractata sunt; — *iterandae* vero *Scholae* in Philosophiam Moralem et Theologiam Dogmaticam: — his vero *addendae* Scholae in Theologiam Symbolicam, Elenchticam, Moralem et in Homileticam. Legi jam utiliter possunt quaedam Scripta Doctorum Veteris Ecclesiae, initio a Patribus, qui vocantur, Apostolicis ducto. Jungi caeteris poterit disputandi de Theologicis exercitium, et semel elaborari, atque praeside Theologiae Professore palam recitari sermo sacer.

Anno VI. Omnia denuo *repetantur* ante tractata; *iterentur* Scholae in Theologiam Dogmaticam (potissimum quibus graviora Capita selecta illustrentur), *inque* Theologiam Moralem: — *addatur* vero Schola in Pastoralis, quae *dici solet*, Theologiae partes (§. 17.). Aliquoties, nec tamen crebro, *opportunitas* sermonem sacrum alicubi pro concione Christiana reci-

tandi arripiatur. Nec negligatur disputandi exercitium. Imprimis vero elaboretur in concinnanda una et item altera Commentatione de argumento quodam, ad Sanctiorem Disciplinam pertinente, primum breviore, mox uberiore, et, sive sub Professoris praesidio, sive pro Doctoratûs gradu, publice defendenda, aut in Certamine Literario academico Virorum Eruditorum judicio permittenda.

Tali igitur fere ratione Academicis studiis impendendi temporis spatium distribuendum videtur. Ubi tamen non omnia cum pulvisculo excutienda esse ultro fatemur. Accidit enim nonnunquam, ut aliquae Lectiones non possint frequentari: sive quod desint, qui illas nunc Scholas Studiosis aperiant, sive quod iisdem horis aliae quoque pateant, jam minime praetermittendae. Quod si locum obtineat, bonorum lectione librorum Scholae usus quantumpote compensetur, vel adeunda caeteroqui Schola in sequentem annum rejiciatur. Caeterum, in exhibito Schemate, quantum ejus fieri potuit, habendam esse rationem existimavimus regii Decreti d. 2 Aug. 1815. No. 14. Art. 46, 47, 63, 73—75, 82, 98, 110, 116 (quacum cf. *Reglement voor de Studenten van het Nederlandsch Luthersche Seminarium te Amsterdam*, Art. 13. coll. 9—12.). At, si quis forte putet, nos justo plura a juvenibus postulasse (quod tamen, nisi tota via erro, secus est), is notam illam regulam interdum sequendam esse meminerit, qua iniquum petere jubemur, ut aequum consequamur: ignavi vero hominis esse et illiberalis, cum ad summa et maxima adspirare liceat, in secundis tamen tertiisve consistere malle.

## §. 12.

### *Observanda Theologiae Studioso.*

Ad ea, quae Theologiae Studioso prae caeteris observanda sunt, non tantum pertinet cura *valetudinis* (1), *famae* (2), *rei familiaris* (3) et excolendarum *pariter omnium* et singularum *mentis* et intelligentiae *virium* (4): sed insuper quoque studium pietatis et virtutis (§. 2 et 7) *in dies augendae* et perficiendae (5): singulatim vero futurum Theologum ornabunt animi *modestia* (6), *pacis* studium (7), *recta gravitas* (8), animi perturbationum (sive *affectuum*) *regimine* (9) spectanda, denique nunquam non, in cujusvis generis dictis ac factis, se prodens *compositae* mentis robur et *prudentia* (10).

(1) Conf. III Jo. vs. 2.

(2) Conf. *Koenig*, l. c. (§. 7. ann. 1.) pag. 160 aliisque. Add. *Jacobi Crucii Mercurius*, s. *Opus Epp. sex Libros comprehendens* (Amst. 1681. 12.) pag. 78, 122.

(3)

(3) Conf. *Chr. Aug. Heumannus*, in *Dissertt. Sylloge*, pag. 293 sq. Add. *Dan. Wyttenbachius*, in *Vita Ruhnkenii*, pag. 260 sqq.

(4) Vid. *Dionysii van de Wynpersse Logica*, Lib. II. Cap. IV. §. 593 sq.

(5) Matth. V. 16. I Cor. XI. 1. I Thess. IV. 1. I Tim. IV. 7. I Petr. V. 3. Legantur *Davidis Millii* Oratio *de erudita pietate* (subjuncta Viri D. *Miscellaneis Sacris*): *Joannis Ratelband* Or. *de pietate Theologo necessaria*. *Jo. Alphonsi Turrettin* Or. 7. *de eruditionis et pietatis nexu* (*Opusc.* Tom. III. pag. 454 sqq.); *Joannis Franc. Buddei* Or. *de veritatis et pietatis nexu necessario* (in Ejus *Miscellaneis Sacris*, Tom. I. pag. 432 sqq.); *Ewaldi Hollebeek* Or. *de Theologo non vere orthodoxo, nisi vere pio* (repetita in *Oelrichsii Belgio Literato*). *Joannes Jac. Zimmermann* pium, non morosum, Theologum informavit, *Opusculorum* Tom. II. pag. 1206 sq. Add. *Jac. Crucius*, l. c. pag. 55, 57, 65, 79, 85 sq., 104, 116, 148 sqq., 160 etc. Vid. etiam, quae de semet ipse juvene dixit pag. 3 sq.

(6) Conf. *Zimmermannus*, l. c. II. 1197; *Hermanni Wits* Or. *de Theologo modesto* (*Misc. S.* II. 9074.); *Michaëlis Bertling* Or. *de modestia modestaque sapientia, Theologo digna ac necessaria*, Gron. 1752; *Aegidii Gillissen* Or. *de praesenti fundi Theologici calamitate*, Franeq. 1749. *Jac. Crucius Joannem Cabeliavium* a modestia laudat, pag. 35 sq.

(7) Conf. *Jo. Heideggeri Diss. Sel.* Tom. III. Diss. 18—20; *Zimmermannus*, l. c. II. 1201 sqq. 1222 sqq. 1247 sqq; *Turrettini* Or. 2. *de Theologo, veritatis et pacis studioso* (l. c. III. 365 sqq.); *Werenfelsii* Or. *de recto Theologi zelo* (*Opusc.* I. 375 sqq.); *Jo. Laur. Moshemii* Diss. tres *de Theologo non contentioso* (repet. in *Syntagm. Diss.*). Cf. Or. n. *de Theologo liberali*, pag. 22 sqq. c. ann. pag. 63.

(8) Id est, tam a nimia severitate, quam ab animi levitate aliena, non affectata, non hypocritica, nec — „sibi molesta et aliis odiosissima."

(9) Vid. *Zimmermannus*, l. c. II. 1199. *Turrettini* Or. 10. *de affectibus a veri studio abducentibus* (Opusc. III. 513 sqq.); *A. C. Barkey* Prolusio *de affectibus veritati noxiis* (Burgosteinf. 1771. 4.); *Jac. Crucius*, l. c. pag. 177. Add. *Boëthius*, *de Consolat. philos.* Lib. I. extr. (*Nubibus atris* etc.).

(10) *Sam. Mursinnae* Or. subjuncta Ejus *Homileticae*, pag. 124 sqq.

## §. 13.

### *Vitanda.*

Ad ea, quae futuro Theologo praecipue vitanda sunt, haud temere referas, in *studiis* quidem, *praejudicatarum* opinionum propugnandarum temeritatem ac pertinaciam (1), inconsideratum et perversum libertatis cogitandi usum (2), coecam in verba aliorum jurandi proclivitatem

tem (3), et quae sunt id genus plura: in *moribus* vero, quicquid indecorum et ab honestate alienum, aut omnino ejusmodi est, ut, si vel per se illicitum vix dicendum sit, tamen illis, quibus olim docendis et ducendis Theologus destinatur, facile ansam dare possit minus benigne de illo statuendi (4).

(1) Leg. *Ewaldi Hollebeek* Or. *de damnis, quae praejudicia in rem Theologicam inferunt, deque optima iis occurrendi methodo*, Gron. 1752. Add. *Christophori Matth. Pfaff* Diss. duae *de praejudiciis Theologicis*, adjectae *Irenaei Fragmentis*, pag. 541 sqq. *Jo. Geo. Walchii Parerga Academica*, pag. 794 sqq. Et conf. *Dion. van de Wynpersse Logica*, Lib. II, Cap. III. §. 440 sq. 489—492, 499. et Cap. IV. §. 552—558. Egregia hanc in rem loca sunt ap. *Ciceronem*, Lib. I. *de N. D.* cap. 30. et alibi, Lib. III. *Q. Tusc.* cap. 28, ap. *Senecam, de vita beata* cap. 1., *Lactantium* Lib. II. *Divin. Inst.* cap. 7. §. 1 sqq. et Lib. II. cap. 6. §. 7. etc.

(2) Leg. *Pauli Chevallier* Or. *de fructibus, qui ex juste temperata cogitandi libertate in Theologum redundant*, Gron. 1752. Adde, quos ad Or. n. *de Theologo liberali*, ad pag. 22. citavimus in annot. pag. 64, Viros D., in his *Jo. Franc. Buddeum* (*Misc.* S. II. 323 sqq.). Consulatur etiam *Jo. Sal. Semlerus*, in *Praef.* ad *Instit. ad doctr. Chr. liberaliter discendam*, et in *Progr.* de *liberali Doctoris S. S. provincia* (*Programm. Acad. Select.* pag. 227 sqq.).

(3) Leg. *Jo. Hulsii van de Wynpersse* Or. *pro commendando recte temperato ejus quod antiquum est, praesertim in religione, amore* (*Comm. Soc. Haganae pro defendenda Rel. Chr.* ad ann. 1803.): quacum conferri poterit Disputatio *Cornelii Rogge*, in *Godgeleerde, Wijsgeerige en Zedekundige Mengelingen*, Vol. I. pag. 1 sqq. et Orr. n., tam modo citata, quam altera etiam, *de injusto Theologici Studii contemtu* pag. 51 sqq. cum ann.

(4) Conf. adhuc *Koenigius*, §. 7 et 12. laudatus.

## §. 14.

### *Scriptores de ratione Studii Theologici.*

De hisce vero omnibus, quae §§. 6—13. tractata sunt, qui consulantur dignissimi sunt Scriptores aliquot diversae aetatis, diversaeque addicti religionis Christianae formulae. Quorsum pertinet e Patribus, qui vocantur, Ecclesiasticis *Augustinus* (1), pertinent ex Reformatae Ecclesiae doctoribus (2), ex Lutheranis (3), ex Romano-Catholicis (4) haud pauci, suis singuli meritis conspicui (5).

(1)

(1) Praesertim huc faciunt ejus libri IV. *de Doctrina Christiana*, qui non tantum exstant in summi Viri *Operibus*, quorum optima editio *Benedictinis* Monachis debetur, verum etiam seorsum sunt editi, et a *Calixto* (cujus praefatio ut aliis ita *Hugoni Grotio* valde placuit, in *Epistolis*, Tom. I. pag. 14), et postea melius a *J. C. B. Teegio* (Lips. 1769. 8.). — *Augustini* libellum *de spiritu et litera Lutherus* magni fecit et legendum commendarit *Spalatino* in *Ep de methodo, quae sequenda sit Studioso Theologiae.* Ediderat ipsum *Carolostadius*, repetiit vero a. 1767 idem *Teegius*.

(2) Pertinent eo ex. gr. *Andr. Hyperius* (*de Theologo, s. de ratione studii Theologici Libri IV*, Basil. 1559. et aliquoties postea. Liber autem hicce non confundendus est cum *A. H. Methodo Theologiae*, quae doctrinae Chr. summam complectitur. Vid infra §. 88. ann. 79.; — *Jo. Aoronius* (*Προσβούλευμα de Studio Theologiae recte privatim instituendo*, Franeq. 1618. 4. et iterum Amst. 1608. 4.); — *Lud. Crocius* (*Instructio de ratione Studii Theologici*, repetita in duplice fasciculo de ratione studii, altero *Grotii* aliorumque, Amst. 1645. 12., altero *Vossii* aliorumque, Traj. Bat. 1658. 12.); *Henr. Bullingerus*, *Desid. Erasmus*, *Ludov. Vives*, *Jo. Jac. Breitingerus*, *Franc. Junius F.* (quorum Opuscula collegit et una edidit *Jo. Henr. Heideggerus*, Tiguri 1670. 12.); *Ant. Perizonius* (*de ratione Studii Theologiae*, Daventr. 1669. 12.); *Franc. Burmannus* (Pater, in *Consilio de Studio Theologiae feliciter instituendo*, quod adjunxit *Synopsi Theologiae*, Tom. II. Lugd. Bat. 1671. et saepius); *Guil. Wottonus* (*Thoughts* etc. c. infra §. 98. ann. 41); *Steph. Gaussenus* (Dissertatt. *de Studii Th. ratione;* quas ultimo edidit *Everardus Scheidius*, alia etiam addens scripta ad Studii rationem universe spectantia, Harderov. 1790, et Lugd. Bat. 1792. III. Voll. 8.); *Jo. Henr. Heideggerus* (in *Typo Studii Th.* Basileae 1739. 8.) et alii plurimi; veluti *Jo. Henr. Alstedius*, *Gisb. Voetius*, *Ger. Meyerus*, *Henr. Diestius*, *Jo. Hoornbeekius*, et ex Britannis *Henr. Dodwellus*, *Thom. Bennet*, al. (Vid. *Buddei Isag.* pag. 12. *Walchii Bibl. Sel.* I. 21 sqq. *Moshemii Anweis.* pag. 23. *Morhofii Polyh.* I. 403.) Quosdam minus recte huc referri, jam ex *Walchii* indicio constat; id quod etiam observandum de *Philippi Doddridge Lectt. Acad.* (quae Belgice versae inscribuntur: *Verzameling van Akademische Lessen*, Roterod. 1773. III. Voll. 8.).

(3) Praeter ipsum *Mart. Lutherum*, *Phil. Melanchthonem*, *Dav. Chytraeum*, *Jo. Gerhardum*, alios (de quibus vide *Buddeum* l. c. pag. 3 sqq. et *Walchium* l. c. pag. 4 sqq.), imprimis memorandi *Jo. Jac. Rambachius*, *Aug. Herm. Franckii* (qui Halae ediderat *Ideam Studiosi Theologiae*, Germanice quidem 1712. 12. Latine vero 1723. 8.) interpres (Germanus, Francof. 1737. 8.); *Jo. Franc. Buddeus* (in *Isagoge Historico-Theologica in Theologiam universam singulasque ejus partes*, Lips. 1727, 1740. 4.); *Joach. Langius* (in *Instit. Studii Th. literarii*, Halae 1753. 8.); *Jo. Christoph. Koecherus* (in *Conspectu Theologiae universae, et via ad illius studium*, Goel-

Guelpherb 1749. 8.); *Jo. Geo. Walchius* (*Einleitung in die theol. Wissenschaften*, Jenae 1753. 8.); *Jo. Laur. Moshemius* (jam §. 8. ann. 1. indicatus, cujus opusculum Belgice redditum inscribitur: *Theologische Methode, of zakelijke Aanleiding om de Godgeleerdheid verstandig te leeren*, adjectum praeclaro Viri D. operi: *de Predikkunde* etc. (Traj. Bat. 1770. II. Voll. 8.) Tomo II. pag. 163—354.); *Jo. Christoph. Beckius* (in *Encyclopaedia Th. breviter delineata*, praemissa *Synopsi Instit. universae Theologiae*, Basil. 1765. 8., de qua cf. *Ernestii N. Th. Bibl.* VI 233 sqq.), *Chr. Henr. Vogelius* (cum in *Praeparatione Theologi*, Erfordiae 1767 et 1769. 8., tum in *Encyclopaedia Th.*, *sive primis lineis universae doctrinae S.*, ibid. 1770. 8.; de qua cf. *Ernestii N. Theol. Bibl.* VIII 652 sqq.; add. *Kritische Sammlungen*, VIII. 168 sqq.): et, plures ut mittamus (veluti *Hulsemannum*, *Calixtum*, *Calovium*, *Olearium*, *Kortholdum*, caet. de quibus cf. *Walchius Bibl. Th. Sel.* I. 6 sqq.), *Jo. Sal. Semlerus* (in *Institut. breviore ad liberalem doctrinam theol.* II. Voll. Halae 1765. 8.); *Jo. Ge. Herderus* (in *Briefe über die Gottesgelahrth.*, Belgice versis a *Guilielmo van Hamelsveld*, et ed. Traj. Bat. 1790. IV. Voll. 8.); *Jo. Aug. Noesseltus* (in *Anweisung zur Bildung angehender Theologen*, Halae 1791. ex altera ed. III. Voll. 8. min. De nova, quam *Aug. Henr. Niemeyerus* adornavit, editione vid. *Hall. A. L. Z.* ad 1819. No. 140.); *Gottl. Jac. Planckius* (in *Einleitung in die Theol. Wissenschaften*, Lips. 1794. II. Voll. 8. et Ejusd. *Grundriss der Theol. Encyclopädie*, ibid. 1813. 8., sed de quo conf. *Jen. A. L. Z.*, ad a. 1816. No. 21.); *Anonymus* aliquis (in *Versuch über das Studium der Theologie in Rücksicht unsrer Zeiten*, Lipsiae 1790. 8. min.); *Ludovicus Wachler* (*Grundriss einer Encyclopädie der theol. Wissenschaften*, Lemgo 1794. 8. Fatetur auctor, non pauca se a *Noesselto* mutuatum esse); *Jo. Fr. Guil. Thymius* (*Theologische Encyclopädie und Methodologie*, Halae 1797. 8.); *Jo. Aug. Henr. Tittmannus* (*Encyclopädie der Theol. Wissenschaften*, Lips. 1798. 8.); *Jo. Sal. Kleukerus* (*Grundriss einer Encyclopädie der Theologie*, *oder der Christlichen Religionswissenschaft*, Hamburgi 1800. 8.); *Jo. E. Chr. Schmidt* (*Theologische Encyclopädie*, Giessae 1811. 8.); *Geo. Sam. Franckius* (*Theologische Encyklopädie*, Altonae 1819. 8. Plura promisit acutissimus et eruditissimus auctor, nempe *eine Reihe von Abhandlungen über mehrere wichtige damit* (cum Encyclopaedia) *zusammenhangende Gegenstände*: necdum tamen promissis stetisse videtur); *Car. Frid. Stäudlinus* (*Lehrbuch der Encyclopädie*, *Methodologie und Geschichte der Theologische Wissenschaften*, Hannoverae 1821. 8.) *Leon. Bertholdus* (*Theologische Wissenschaftskunde*, *oder Einleitung in die theologischen Wissenschaften* etc. Erlangae 1821. II. Voll. 8.); *A. F. F. Kargius* (*Encyclopaedia Theologica et Methodologia*, Lips. 1822. 8.); *L. J. Rückertus* (*Offene Mittheilungen an Studirende über Studium und Beruf* (ratione Theologorum habita) Lips. 1829. 8.). Ultimus in hoc censu, quantum sciamus, hodie est *Carolus Rosenkranz* (*Encyklopädie der theologischen*

*Wis-*

*Wissenschaften*, Halae 1831. 8.), qui, ab *Hegeliana* philosophia profectus, argumentum nova quadam ac prorsus singulari, nobis tamen non imitanda, ratione tractavit.

(4) *Desiderius Erasmus* (in *Methodo compendio perveniendi ad veram Theologiam*, ed. Basileae 1518. et saepius, e. g. Jenae 1724. 8., etiam in Collectione *Heideggeri* (Tiguri, 1670, 12.) et in Opp. Tom. V. pag. 75. ed. Lugd. Bat.); *Laur. Villavincentius* (plagiarius, sed excusandus, quippe *Hyperii* opus, castratum illud tamen et mutilatum, ut a suae sectae hominibus legeretur, suo nomine praefixo, repetiit, Antverp. 1565. et Coloniae Agripp. 1575. Conf. praeter *Buddeum*, *Walchiumque Baylius* in Lexico, *Morhofius*, l. c. I. 988., et *Christoph. Aug. Heumannus*, in *Conspectu Reip. Literariae*, Cap. VII. §. 39. pag. 482 sq.); *Jo. Mabillonius* (*de studiis Monasticis*); *Lud. Ellies Dupinius* (*Methode pour étudier la Théologie*, primum ed. Paris. 1716., dein valde auctum et emendatum ab Abbate *Dinovart*, ibid. 1768.); *M. Dobmayerus* (v. infra §. 88. ann. 241.); *Franc. Xaverius Gmeiner* (*Schema Encyclopaediae Th.* Graeciae 1786. 8.); *J. S. Drey* (*Kurze Einleitung in das Studium der Theologie*, *mit Rücksicht auf das Wissenschaftliche Standpunct und das Katholische System*, Tubingae 1819. 8.); caet.

(5) Quoniam cum cujuslibet disciplinae, igitur et *Theologicae*, *Encyclopaedia* et *Methodologia* arctissimo nexu jungitur illius *Historia*, praetermitti hoc loco non debet *Christ. Guil. Fluggii Versuch einer Geschichte der Theol. Wissenschaften*, Halae 1796. III. Voll. 8. Et quandoquidem sine bonorum de quavis studii Theologici parte exponentium librorum cognitione vix quicquam proficitur, hic addendum censemus breviusculum nonnullorum indicem Scriptorum, qui optimos indicarunt. Missis vero quam plurimis illorum, antiquioribus iis, v. c. *Gisb. Voetio* (ann. 2. jam cit.) et *Jo. Christoph. Dornio* (infra, §. 90. ann. 3. laudando), sua licet laude minime defraudandis, memoramus tantum *Christoph. Matth. Pfaffium* (in *Introd. in Hist. Theol. Literar.*, *notis amplissimis illustrata*, III. Voll. Tubingae, 1724. 4.); *Jo. Geo. Walchium* (in *Biblioth. Theol. Selecta*, IV. Voll. Jenae 1757. 8.); *Dav. Theoph.* (*Gottlieb*) *Niemeyerum* (in *Bibliothek für Prediger und Freunde der Theol. Litteratur*, novis curis *Aug. Herm. Niemeyeri* et *Herm. Balth. Wagnitzii* emend. et continuata, Halae 1796. III. Voll. 8.); *Jo. Aug. Noesseltum* (in *Anweisung zur Kenntniss der besten allgemeinen Bücher in allen Theilen der Theologie*, ex quarta ed. Lips. 1800. 8.); cujus opus continuare et explere studuit *Christ. Frid. Philotheos* (Liebeg.) *Simon* (in *Literatur der Theologie*, *haupsächlich des* XIXten *Jahrhunderts*, Lips. 1813. 8.); *Guil. Danielem Fuhrmann* (*Anleitung zur Kenntniss der den Theologen und Religionslehrern nothwendigen und nützlichen Bücher*, Lips. 1801. 8.; *Handbibliothek für jungen Theologen* etc. ibid. 1802. 8.: et praecipue ex his duobus conflatum (additis qui postea editi sunt libris), *Handbuch der Theologischen*

*schen Litteratur*, Lips. 1818—1821. II. Tomis III. Voll. 8.); *Jo. Sa[...] Erschium* et *Ern. Gottfr. Adolph. Böckelum* (in *Literatur der The[...] logie, seit der Mitte des achtzehnten Jahrhunderts bis auf die neues[...] Zeit*, ex nova auctaque ed. Lipsiae 1822. 8.): postremo *Georgium Bened[...] ctum Winer* (*Handbuch der Theol. Litteratur*, Lips. ex altera eaq[...] emendata editione, 1826. 8.); cui add. *Erster Ergänzungsheft zur zweit[...] Auflage* (bis Ende des Jahres 1826.), ibid. 1827. 8. De hoc opere con[...] *Hall. A. L. Z.* a. 1819. *Ergänzbl.* No. 135—138.). Citatis his omnib[...] add. *Systematisches Verzeichniss der in der Theologischen Literatur [...] dem j.* 1785 bis 1790; — 1791 bis 1795; — 1796 bis 1800, *herausgekomme[...] nen deutschen und ausländischen Schriften* (Jenae 1795, Vinariae 179[...] Plura, ut puto, Voll. non prodierunt).

§. 15.

*Encyclopaedia Theologica specialis.*

Pars Encyclopaediae Theologicae posterior, sive specialis, de qua nunc porro per universum hoc Opusculun agendum, duas iterum Sectiones continet; alteram προπαιδεύματα Theologici studii, alteram ipsas Sanctioris Disciplinae partes complexam.

§. 16.

*Sectionis Prioris argumentum.*

In προπαιδείᾳ dicendum de *Philologia*, *Historia* et *Philosophia*. Ad Philologiam pertinet quoque *Ars Oratoria* quae *Poëticae* affinis est. Cum Historiae studio arctissim[...] cohaeret *Antiquitatis*, *Geographiae*, *Chronologiae*, *Genealogiae* item, studium. Philosophiae adjungenda est *Mathesis*, cum *pura*, quae dicitur, tum *applicata*.

§. 17.

*Sectionis Posterioris.*

Ipsa Theologica Disciplina, proprie dicta, est bipartita. Partim enim *theoretica* est, partim *practica*. *Illa* complectitur potissimum *Hermeneuticen Sacram*, quacum jungenda est *Critica Sacra*; porro *Historiam Ecclesiasti-*

aticam, cujus pars est *Dogmatum Historia:* denique *Religionis Scientiam*; quorsum pertinet *Theologia Rationalis* (Naturalis), *Biblica*, *Dogmatica*, *Symbolica*, *Elenchtica*, *Moralis*. *Practica* pars, quae minus in *cognoscendis*, quam *agendis* indicandis versatur, *Homileticam* exponit cum *Catechetica* et *Liturgica*, *Curas* porro reliquas *pastorales*, denique *Politicam Ecclesiasticam* et *Jurisprudentiam*.

In argumento *specialis* Encyclopaediae Theologicae describendo secuti sumus antiquiores id genus Scriptores. Novimus quidem, nonnullos magni nominis Theologos hodie partem ejus priorem, *propaedeutiam* illam, omittendam censere. Neque, quid potissimum sit quod ita statuant, nos plane fugit. Quominus autem hos potius, quam illos imitaremur, vetuit opusculi consilium. Nam id agentibus, ut Academicae Juventuti viam ad rite obeundum Munus Sacrum, quantum quidem in nobis esset, et monstraremus et pararemus, non videbantur studii carceres negligendi nobis esse. Ab his quippe studiorum cursus, ut ad metam rite dirigatur, inchoandus est, non in medium veluti curriculum de improviso insiliendum. Tria vero *προπαιδεύσεως* Capita sese ita fere excipiunt, uti ingenium humanum *in discendo* progredi solet et veluti evolvi. Nam prius *verba*, tam peregrina, quam vernacula, verborumque formulae, et quicquid ad Grammaticam artem pertinet, disci solent, quam *res; res* autem *singulae* facilius, quam *universales*. Illae enim sensibus percipiuntur, has solo intellectu cognoscimus. A *Philologia* facilis est, per *Historiam*, ad *Philosophiam* adscensio. Tribus vero his Capitibus (quae liceat nobis, *Ulpiano auctore*, *praeparatoria* vocare) respondent tria posterioris partis Capita (*II*, *III et IV*): quibus unum (I) praemittitur, ex quo, quam grave sit sequentium *argumentum*, perspici posse videtur; unum (V) item adjicitur, practicum *praecedentium* usum, augusto Theologi, praesertim Ecclesiastici, munere *functuris*, indicando destinatum.



# SECTIO PRIOR,

## PROPAEDEUTICA.

## CAPUT PRIMUM,

### PHILOLOGIA.

### §. 18.

*Linguarum in Orbe terrarum multitudo, harmonia, usus, conservatio.*

*Philologiae* studium in Linguis, tam vivis, quae vocantur, quam emortuis, et discendis et judicandis versatur. Quarum, ut ingens inter homines multitudo (1), sic mirabilis in summa diversitate consensus et harmonia deprehenditur (2), unius, sed ignotae, omnium originis vestigia monstrans (3). Earum quaedam Theologiae Studioso prae caeteris discendae sunt, vel ita certe, ut libros iis conscriptos cognoscere et intelligere, vel adeo sic, ut iis ipse, cum loquendo, tum scribendo, recte uti possit. Scripturae ope veteres Linguae dudum intermortuae ut plurimum conservatae sunt: unde fit, ut post multa secula quaedam ex monimentis denuo erui potuerint (4). Quo magis laudandum est ingenium eorum, quicunque tandem fuerint, qui scribendi artem aut invenerunt aut perfecerunt (5): atque hac quoque in re exosculandum est Summi Dei Numen providum et cura benigna.

(1) Ad hanc rem paulo clarius perspiciendam imprimis faciunt Scripta, quibus diversarum Linguarum specimina exhibentur. Quam in rem plerique *Oratione dominica* usi sunt. *Centum ferme ejus versiones* comparebant jam in

in Collectionibus *Magiseri*, *Maueri*, *Reuteri*, praesertim *Thomae Ludkenii* (i. e. *Andreae Mülleri*) Berol. 1680. 4. et 1703. 4. *Centum et quinquaginta duae* in notissimo *Jo. Chamberlaynii* opere, Amst. 1715. 4. *Ducentae* in opere, omnium maxime memorabili, *Benj. Schultzii* (*Oriental. u. Occidental. Sprachmeister*, *centum* quoque alphabetha continenti), Lips. 1748. 8. *Trecentae* in libro *Laur. Hervasii* (*Saggio prattico delle lingue* etc.) Caesenae, 1782. 4. *Centum et quinquaginta*, *propriis cujusque linguae characteribus expressae*, in elegantissimo opere *J. J. Marcelli*, Paris. 1805. 4. Mitto alia similis argumenti scripta, in his *Christ. Guil. Büttneri Vergleichungstafeln der Schriften verschiedener Völker* etc. (Goett. 1771 et 1780. II. Partt. 4.). Mitto etiam *Pallasii Glossarium*, in 130 verbis 200 linguas Asiaticas et Europaeas comparans (*Vergleichendes Glossarium aller Sprachen und Mundarten* etc. Erste Abth. Vol. I. et *Linguarum totius orbis comparativa*; Sectionis primae Pars secunda), Petropoli 1787 et 1789. 4 editum, et 1790. IV. Voll. 4. repetitum a *Jankiowitz de Miriewo* et auctum totidem verbis ex linguis Africanis et Americanis. Mitto *Phil. Andr. Nemnichii Allgem. Polyglotten-Lexicon der Naturgeschichte* etc. (Hamb. et Halae 1793 sq. III. Partt. 4.) et *Jo. Henr. Roedingii Allgem. Wörterbuch d. Marine in allen europäischen Sprachen* etc. (ibid. eod. III Partt. 4): quae duo scripta haud scio an arcto nexu cum Pallasii opere cohaereant. Sed silentio praetermittendum non est praestantissimum *Jo. Christoph. Adelungii* opus, inscriptum: *Mithridates*, *oder allgem. Sprachenkunde*, *mit dem Vater-Unser als Sprach-probe*, *in beynahe* 500 *Sprachen und Mundarten*; — cujus primus Tomus prodiit Berolini a. 1806. 8.; quodque post *Adelungii* obitum, maximam partem ex ipsius schedulis, continuavit *Jo. Severinus Vater*, T. II. ibid. 1809. T. III. Sect. 1. 1812. Sect. 2. 1813. T. IV. 1817. Ex calculo, quem iniit Eruditus aliquis ex Rossica gente, usurpantur in Asia 937 linguae aut dialecti, in Europa 587, in Africa 226, in America 1264, ergo in solidum 3064, de quibus quidem jam constet (*Nederl. Staatscour.* ad 26 Nov. 1825.).

(2) Rem, a *Maupertusio* negatam (in *Hist. de l'Acad. de Berlin*, 1754. p. 360), dudum demonstrarunt Viri D., quos omnes hic enumerare longum sit; e. g. *Thomas Haynius*, *Christ. Nirmuthanus*, *Geo. Cruciger*, *Conr. Gesnerus*, *Sigism. Gelenius*, *Mericus Casaubonus Isaaci F.*, *Steph. Skinner* (de quibus conf. *Morhofii Polyh.* I. 741 sq.); *Gothofr. Henselius* (in *Synopsi universae Philologiae*, Norimb. 1781. 8.); *Edm. Fryus* (in *Pantographia* etc. Lond. 1799. 8.) caet. Nonnulli specimina harmonica exhibuerunt; ut *Dav. Cohen de Lara* (*De convenientia vocabb. Rabbin. c. Graecis* etc. Amst. 1684. 4.), *Jo. Gothofr. Oertelius* (*Harmonia LL. Orient. et Occident.* etc. Viteberg. 1746. 8.): praesertim vero *Sixtus Christianus Lipenius* (in *Biblioth. Lubec.* Tomo I. p. 241 sqq.); *Jo. Gottl. Guil. Dunkel* (in *Specimine Lexici Graeco-Celt.* etc. Conf. *Symb. Litt. Brem.* II. 489.); *Olaus Rudbeck* (*Atlantis*, Upsal. III. Voll. f. m.) Add. *Jo. Josua Stuzmann* (*Comment.* Erlangae 1816. 4.). Atque haec omnia ad eam pu-

potissimum artem vel scientiam pertinent, quam *Linguisticam* hodie vocant Viri Docti. Hanc excolere instituerunt *J. G. C. Rudigerus* (*Grundriss einer Geschichte der menschlichen Sprache* etc. Lipsiae 1782—1785. IV. Partt. 8.); Venerab. *Jenischius* (*Philos. Crit. Vergleichung von 14 ält. u. neuern Sprachen*, praemio ornata ab Academia Scientiar. Berolinensi, et ed. 1796. 8.); *Chr. Denina* (*La clef des Langues* etc. Berol. 1804. III. Voll. 8.); *A. J. Silvestre de Sacy* (*Principes de Grammaire générale*, Paris., ex quarta ed. 1822; ad secundam ed. Germanice redd. a *Jo. Severin Vater*, Halae 1804. 8.); *J. S. Vaterus* (*Versuch einer allgem. Sprachlehre* etc. Halae 1801. 8. Coll. Ejusd. *Linguarum totius orbis indice* caet. Berol. 1815. 8.). Add. ex nostratibus *Guilielmus Bilderdijk* (*Nederlandsche Spraakleer*, Hagae Com. 1826. 8., et *Verhand. over de Geslachten*, Amst. 1805, iterumque auct. et emend. 1818. 8. *Geslachtlijst*, ib. 1822. et auct. 1832. II. Voll. 8. *Taal- en Dichtkundige Verscheidenheden*, et *Nieuwe T. et D. V.* Amst. 1820 et 1824. conjunctim VIII. Voll. 8.). Praesertim vero *Julius Klaproth* (in *Asia Polyglotta*, Lutetiae Paris. 1823. 4.; de quo vid. quae retulit *Henr. Ar. Hamakerus*, V. C., in *Bibliotheca Critica Nova*, Vol. I. p. 158—226.); *Mauritius Drechsler* (*Grundlegung zur wissenschaftlichen Construction des gesammtem Wörter- und Formen-Schatzes*, *zunächst der semitischen*, *versuchsweise; und in Grundzügen auf der Indo-Germanischen Sprachen*, Erlangae 1830. 8): denique auctor spississimi operis, ἀνωνύμως Cantabrigiae a. 1811. edi coepti, quod inscribitur: *Etymologicon universale*, *or Universal Etymological Dictionary*, *on a new plan*, *in which it is shewn*, — — — *that languages contain the same fundamental idea*, *and that they are derived from the Earth*, *and the operations*, *accidents and properties*, *belonging to it* etc. etc. etc. (Conf. *Jen. A. L. Z.* 1817 No. 13.). — Sed nec obliviscendi hoc loco sunt alii, qui informanda *Grammatica universali*, plerisque modo citatis Viris D. viam partim monstrarunt, partim magis munierunt. Quales sunt *Beauzée* (*Grammaire générale*, *ou exposition raisonnée des élémens nécessaires du language*, *pour servir de fondement à l'étude de toutes les langues*, Paris. 1660. 8. iterumque 1664, tum 1668, porro 1676, denique 1754: quod opusculum, uti a tot repetitis editionibus commendationis nonnihil habet, ita tribuitur a nonnullis *Trignyo*, ab aliis *Arnoldo* et *Claudio Lancelotto*, illi inventori, huic scriptori (vid. *Stollii Hist. Lit.* p. 108. §. 13. et *Baylii Lex.* in v. *Lancelot*); porro *Jo. Theod. Canzius* (in *Grammaticae universalis tenuibus argumm.* Tubingae 1737. 4); tum *Jacobus Harris* (*Hermes*, *or a philosophical inquiry concerning language and universal Grammar*, Lond. 1758. 8. iterumque 1765, tertium 1777. Germanice redditum opus est a *Christ. Gothofr. Ewerbeck*, cum ipsius atque *F. A. Wolfii* animadversionibus, Halae 1788. II. Voll. 8.); praeterea *Jo. Werner Meiner* (*Versuch einer an der menschlichen Sprache abgebildeten Vernunftlehre*, *od. philos. u. allgem. Sprachlehre*, Lips. 1781. 8.); adhaec *Jo. Severin Vater* (*Uebersicht des neuesten*, *was für die Philosophie*

der

der Sprache — *gethan ist*, Gothae 1799. 8. coll. modo laudatis ejusd. Viri D. scriptis aliis); add. qui *Deninae* secutus est vestigia, *S. G. Linde* (*Von den Grundsätzen der Wortforschung*, Varsoviae 1803. cum Continuatione (*Fortsetzung*) a. 1805. 8.); item *Guil. Frid. Hezel* (*Einleitung in die allgem. Sprachlehre*, Dorpati et Rigae 1805. 8.); et Anonymus aliquis (in *Philosophische Principien einer allgemeinen Sprachlehre nach Kant und Sacy, in einer ausführlichen Recension der Grundsätze des Letzten.* Regiom. 1805. 8.): denique *G. M. Roth* (*Grundriss der allgemeinen Sprachlehre*, Francof. 1815. 8.). — Horum autem aliorumque opera fortasse fiet aliquando, quod et alii Viri D., et imprimis *J. G. Sülzerus* (*Kort Begrip der schoone Kunsten* etc. §. 16. p. 12. coll. §. 19.), dudum optarunt, ut inveniatur *Grammatica philosopha*, regulas exponens, ad quas de cujusque Linguae perfectione possit judicari, etc. (Cf. mox dicenda p. 27).

(3) Leg. *Gothofr. Guil. Leibnitius* (in *Meditat. de originibus Gentium, ductis potissimum ex originibus Linguarum*, insertis in *Misc. Berol.* T. I. et in *Theodicea* P. II. §. 143.). Porro non pauca, huc pertinentia, egregie monuerunt *Herm. Sam. Reimarus* (*Abhandlungen von den vornehmsten Wahrheiten der natürl. Religion*, Diss. I. §. 14. p. 114 sqq. ed. 5tae, a Viri filio, *Jo. Alb. Henr. Reimaro*, curatae, Tübingae 1782. 8. Belgicae interpretationis, ad primam editionem sub auspiciis *Jo. Lulofsii*, V. C., factae, L. B. 1758. et iterum 1765, p. 52 sq.) et *Lambertus ten Kate* (*Aenleid. tot het verhevener deel der Nederl. Sprake*, T. I.) — Symbolas porro dederunt Viri D., quotquot convenientiam Linguarum Orientalium cum Occidentalibus, Semiticarum vestigia in Graeca et Latina, harum item nexum cum Celtica, Cimbrica, Teutonica, utrarumque insuper cum Gothica, cum Indica, cum Sinica, cum aliis, ostendere sategerunt allatis exemplis, sive verbis, sive verborum inflexionibus. Quos omnes, a *Mylio* aut *Drusio* inde, recensere et longum sit et vix cadens in harum Institutionum nostrarum angustias. Exempli loco sint *Camp. Vitringa* (in *Obss. S.* Lib. I. Diss. I. c. 8. §. 8); *Jo. Gothofr. Lakemacher* (in *Obss. S.* Tomo VI. p. 392 sq.); *Jo. Aug. Ernesti* (*de vestigiis L. Hebr. in L. Gr.*, repet. in *Opuscc. Philol. et Crit.*); *P. Paulinus a S. Bartholomeo* (i. e. *Wesdin*, *de antiquitate et affinitate Linguae Zendicae, Samscrdanae et Germanicae* Diss. Paduae, 1789. Et *de Latini Sermonis origine et cum OO. LL. connexione*, Romae 1802); *Jo. Jamieson* (*Hermes Scythicus, or the radical affinitys of the Greek and Latin languages to the Gothic; to which is prefixed a Dissertation on the historical proofs of the Scythian origin of the Greeks*, Edinb. 1814. 8); *Bern. Dorn* (*Ueber die Verwantschaft des Persischen, Germanischen und Griechisch-Lateinischen Sprachstammes*, Hamb. 1827. 8); *Franc. Wüllner* (*Ueber Ursprung und Urbedeutung der sprachlichen Formen*, Monast. 1831. 8); *Car. Theod. Johannsen* (*Die Lehre der Lateinischen Wortbildung, nach Anleitung der volkommnern Bildungsgesetze des Sanscrit genetisch behandelt*, Altonae 1832. 8). Quibus add. (*J. Steenwinkeli* et *J. C. Clignetti*) *Taalkundige Mengelingen* (in

Symb.

Symb. *Linguae patriae excolendae amore*, L. B. 1785. 8, et *Proeve van Oudheid-Taal-en Dichtkunde, door het Genootschap: Dulces ante omnia Musae* (II. Voll. Traj. 1775. 8.) Tom. I. p. 34 — 58. Omnino, quo majores superiore et nostra memoria facti sunt progressus in cognoscendis et aliis linguis, et praesertim Indica utraque, tam sancta (*Sanscritica*), quam vulgari (*Prakritica*), in antiqua item Persica, harumque ope in Zendica, eo magis rei, de qua hic agitur, veritas in universum clarescere coepit. Igitur laeta nobis spes quodammodo affulget, fore aliquando, nec tamen brevi, ut, nisi omnium prorsus, etiam Americanarum, plerarumque certe, originem detegamus, et communem tanquam matrem exquiramus. Quam vero quaestionem olim moverunt de *primaeva* omnium *lingua*, dum non Judaei tantum, sed multi quoque Christiani, Hebraeam eam fuisse dixerunt, alii cum *Patricide*, Episcopo quondam Alexandrino, Graecam, alii cum *Herodoto* Phrygicam, alii cum *Joanne Goropio Becano* Flandricam sive Belgicam, alii aliam; ea ita proposita est, et magnis olim animis a magnis caeteroqui Viris sic instituta de ea disputatio, ut inanis dici et inepta mereretur. Parum vero abest, quin idem statuamus de altiore etiam et intricatioris disquisitionis problemate, *omnis* inter homines *sermonis* originem quaerente: quam a Deo directe repetiit *Joannes Petrus Sussmilch* (in *Versuch eines Beweises, dass die erste Sprache ihren Ursprung nicht von Menschen, sondern allein vom Schöpfer, erhalten habe*, Berol. 1766 8): ab ipsis hominibus *Jo. Gothofr. Herderus* (in *Abhandlung über den Ursprung der Sprache*, Berol. 1772. 8; quae a. 1771. praemio ornata a Berolinensi Societate Regia, una cum altera, cui idem obtigit honos a. 1774, emendatior repetita est ibidem a. 1789). Anno autem 1772. Rigae alia quoque Anonymi (i. e. *Diderici Tiedemann*, ab *Herderi* mente non deflectens) Dissertatio edita est, *Roussavio*, *Maupertusio*, praesertim *Sussmilchio* opposita, inscripta *Versuch einer Erklärung des Ursprungs der Sprache*. *Herderus* autem praefatione insuper auxit Germanicam versionem Operis a Nob. *Monboddo* conscripti: *Of the origin and progress of language*, a *F. A. Schmid* adornatam et Rigae editam a. 1784. 8.

(4) Patet hoc, ex gr., ex iis, quae *Swintonus* (in *Philosophical Transactions*, Vol. LVIII. P. II.) et *Barthelemyus* (*Reflexions sur l'Alphabet et sur la langue dont on se servoit autrefois à Palmyre*, Paris. 1754. 4) ad instaurandam *Palmyrenam* dialectum praestiterunt. Patet ex iis, quibus de *Phoenicia*, ejusque propagine, *Punica* multi Viri D., quorum praecipuos quosdam, nec tamen omnes, memorat, *Jo. Alb. Fabricius* (in *Bibliographia antiquaria*, p 32), bene meriti sunt. In censum vero venire etiam debebant *Jo. Frid. Gronovius* aliique Intt. ad *Plauti Poenulum*; *Sam. Petitus* (Lib. II. *Misc.* c. 2.); *Otho Verbrugge* (in *Obss. Philol. de nom. Hebr. plur. num.* Gron. 1730. 8. p. 118 — 126.); *Ambrosius Dorhout* (in *Dissert.* addita *Animadversionibus in Loca Sel. V. T.* Traj. B. 1758. 8. p. 309 — 350). Postea alii quoque, ut *Frid. Münter* (cum in Scriptis, quibus titulus: *Religion der Karthager*, Hafniae, ex 2a. ed. 1821. 4. *Ueber einige Sardische Ido-*

Idole, ibid. 1822. 4. et *Der Tempel der himmlischen Göttin zu Paphos*, ibid. 1824. 4), tum potissimum in Comment. *Om en nylig blandt ruinerne af Karthago opdaget Punisk Gravskrift*, ex Opp. Soc. Reg. Hafn. seorsum Hafniae 1824. 4. ed.), qui et *Bayerum* aliosque indicat, hanc laudabiliter attigerunt. Omnes tamen longo post se intervallo reliquisse censendus est *Henr. Ar. Hamakerus* (in *Diatribe Phil. Crit. de Monumentis aliquot Punicis*, L. B. 1822. 4., *Lettre à M. Raoul-Rochette sur une inscription en caractères Phéniciens et Grecs, récemment decouverte à Cyrène*, Ibid. 1825. 4: quacum conferri potest *Commentatio Guil. Gesenii*, Halae eod. a. et forma eadem edita, *de eadem inscriptione Phoenicio-Graeca in Cyrenaica nuper reperta, ad Carpocrationum haeresin pertinente*: praecipue in doctissimo opere, inscripto: *Miscellanea Phoenicia, s. Commentarii de rebus Phoenicum* etc. L. B. 1828. 4). Patet idem quoque ex collocata a praestantissimis Viris opera in explicandis inscriptionibus *cuneiformibus*, sive *Babylonicis* illis, sive *Persepolitanis*, quae ab Peregrinatoribus in Orientem, *Dellavallio*, *Bruynio*, *Chardino*, *Niebührio*, *Richeo*, detectae erant et transscriptae; in quibus, post *Jacobum Rhenferdum* (vid. *Franc. Blanchini Opuscc. varia*, Romae 1754. 4. T. I. p. 63 sqq.), praesertim memorandi sunt *Olaus Tychsen* (in *Lucubratione de cuneatis inscrr. Persep.*, Rostoch. 1798. 8.); *Frid. Münter* (*Versuch üb. die keilförm. Inschriften*, Hafn. 1808. 8); *G. F. Grotefendus* (in *Commentt.* Societati Regiae Goettingensi oblatis, de quibus v. *Goett. Gelehrte Anz.* ad a. 1802. Fasc. 149, ad a. 1803. Ff. 60 et 117. a. 1822. Ff. 65 et 122 sq. tum vero in Scripto: *Ueber die Erklärung der Keilschriften und besonders der Inschriften von Persepolis*, Goett. 1805; quod *Heerenianis Ideis*, ex altera ed., ad T. I. Sect. II. p. 931—960, tanquam Supplementum accessit); Ill. *Silvestre de Sacy* (*Lettre à M. Millin, sur les inscriptions de monumens Persépolitains*, inserta *Millinii Magazin Encyclopédique*; Ann. VIII. T. V. Ann. XI. No. 20). Mitto *Hagerum*, *Lichtensteinium*, *Herderum*, alios: unum adhuc *J. Sancto-Martinum* indicasse contentus, cujus Commentatio (*Mémoire relatif aux antiques Inscriptions de Persépolis*) in Epitomen veluti redacta, exhibetur in *Journal Asiatique*, 1823. p. 65—90. — Postremo res, de qua hic agitur, patet luculentissime ex iis, quae, post *Thomam Young*, Anglum (qui jam ab anno inde 1813. huic studio intentus fuit, et a. 1816. coepit, quae commentatus erat, in chartas conjicere, postea, a. 1821, in *Museo Critico*, No. 7. Cantabrigiae publicae luci exposita: et cujus praecipue consulenda Scriptio haec est: *An account of some recent discoveries in hieroglyphical Literature and Egyptian antiquities, including the authors original Alphabet, as extended by Mr. Champollion; with a translation of five unpublished Greek and Egyptian Manuscripts*, Lond. 1823. 8.), praecipue hausit *Champollionus* junior (in *Lettre à M. Dacier*, Paris. 1822. 8); *Précis du système hiérogl. des anciens Egyptiens* etc. ibid. 1824, iterumque 1828. 8. — *Lettres à M. le Duc de Blacas*, ibid. 1824 et 1826. 8. — *Panthéon Egyptien* ib. eod. 4. *Bulletin des Sciences* etc. passim). Add. *Henr. Salt*

*Salt* (*Essay on Dr. Younge and M. Ch. phonetic System of Hieroglyphices* etc. Lond. 1826. 8.); *J. G. L Kosegarten* (in *Censuris* nonnullis, v. c. in *Hall. A. L. Z.* 1826. No. 35, 36. et aliis Scriptis, in his *Bemerkungen üb. den Aegyptischen Text eines Papyrus aus der Minutol. Samml.* Griphisw. 1824. 4; *De prisca Aegyptiorum litteratura*, Comm. I. Vimar. 1828. 4. etc.). Mitto *Guil. Spohn*, *Gustavum Seyffarth*, *Joannem Guil. Pfaff*, *Julium Klaproth*, qui a *Champollione* dissentiunt, aut adeo ejus detractores sunt; dum tamen, quicquid sine partium studio ab aliis, qui post a. 1813 iter in Aegyptum fecerunt, v. c. *Burtono*, *Prokescho*, repertum est, egregie Systema illius phoneticum confirmat. Imprimis vero admodum memorabilia sunt, quae ipse *Champollionus*, cum *Rosselino* et multis itineris sociis, in Aegypto viderunt, observarunt, depinxerunt, transscripserunt: quae ut propediem publici juris fiant, Literarum causa vehementer optamus. Conf. relatio, in *Bibliothèque Univ.* ad m. Junii 1830. (*Littérature*) facta super *Etudes et travaux faits en Egypte par la Commission Franco-Toscane, sous la direction de M. Ch. le j.* [*et M. Rosselini*]. Theologo haud mediocriter expediet legisse *J. G. H. Greppo* (*Essai sur le système hierogl. de M. Ch. le J., et sur les avantages qu'il offre à la Critique Sacrée*, Par. 1829. 8), ut et, quem in nonnullis secutum se profitetur, *A. L. C. Coquerel* (*Lettre sur le Syst. hiérogl. de M. Ch., consideré dans ses rapports avec l'Ecr. S.* Amst. 1825. 8: de qua, si tanti est, vid. *Recensent, ook der Recensenten*, Tom. XVIII. p. 461—479).

(5) Itaque hic locus est exponendi,

*a.* De iis, quae Scribendi arti praecesserunt. Quorsum 1) referendi sunt nodi in taeniis coriaceis, quos *Quipos* vocabant, quae iis uti solebant, *Americanorum* aborigenum tribus nonnullae, quibus tutum iter et facilem ad suos aditum (*salvum conductum* barbare dicunt) amicis parabant; 2) signa, de quibus antea inter eos convenerat, arborum cortici incisa, venatui et belligerationi inservientia; — 3) quin imagines rudiores et picturae, haud dispari consilio, tabulis ligneis inscriptae, atque aptis locis suspensae ex arboribus: quales etiamnum apud *Canadenses* aliosque *Indos*, quos vocarunt, *Occidentales* offenduntur. Ex hisce vero haud difficilis fuisse videtur 4) ad Iconismum, qualem *Mexicanos* olim usurpasse constat, transitus. De quo, post alios, consulendus est *Guil. Warburton* (*The Divine Legation of Moses*, B. IV. Sect. 4. §. 1. Vol. II. p. opt. ed. 66 sqq. — e Belg. interpr. Vol. III. p. 91 sqq.); quique haud ita pridem nova ejus exempla cum docto orbe communicarunt, Illustris *Alex. von Humboldt* (*Pittoreske Ansichten der Cordilleren, und Monumenten Americanischer Völker*, Tübingae 1810) et editor Operis inscripti: *Colleccion de las antiguedas Mexicanas, que eccisten en el Museo Nacional, y dan a luz Isidro Icasa Isidro Condra; litografiadas por Frederico Waldeck*, etc. (Mexico 182. f. omnium max.) No. 1 et 3. — Magna autem convenientia intercedere videtur huicce Iconismo Mexicano cum 5) istis veterum Aegyptiorum *Hiero-*

*gly*

glyphis, quae **Symbolica**, et **magis** etiam cum iis, quae *Figurativa*, *Champollioni* dicuntur; unde *Phonetica* orta videntur, et Scriptura illa hieroglyphica, quam modo (ann. 4) tetigimus, *Hieraticae* mater, *Demoticae* (*Enchoriae*, *Epistolaris*) avia. Atqui ab hac denuo 6) quam proxime abest ideologica *Sinensium* Scriptura (Vid. *Warburton* l. c. §. 3. p. 78 sqq. Belg. p. 107 sqq.). 7) Quam vero paulo ante etiam memoravimus, Scriptura Babylonica et Persepolitana cuneiformis videtur cum praecedentibus vix comparari posse; nisi fortassis aliquid μυστηριῶδον insit figuris, quae ex diverso, quo Cunei colliguntur et sibi invicem adjunguntur ac consociantur, modo existunt.

*b*. Dicendum de *Scripturae*, proprie stricteque sic dictae, origine, i. e., **quando**, ubinam et a quibusnam sit inventa. Quae quaestio a plurimis Viris Doctis tractata est. (Praecipuos indicarunt *Jo. Henr. Heideggerus* (in *Hist. Patriarch.* T. I. p. 481. Exc. 16. §. 35.); *Petrus Zornius* (in *Biblioth. Antiq. et Exeg.* p. 774); *Jo. Franc. Buddeus* (in *Hist. Eccl.* V. T. Periodo I. Sect. I. §. 27. No. 1); *Brianus Walton* (in *Appar. Bibl.* II. §. 2. p. 220 sqq.); *Morhofius* (*Polyh.* I. 270.); *Jo. Lulofsius* (ad *Buddeum*, de *Atheismo et Superst.* p. 313, ann. 227.); *Chr. Aug. Heumannus* (in *Actis Philos.* P. V. Cap. I. §. 23 sqq. et in *Consp. Reip. Literar.* Cap. III. §. 2. p. 30 sqq.). Conf. etiam *Bourguetus* (in *Misc. Lips. Nov.* Vol. IX. p. 150—157 et 173: ut et ibid. *Gisb. Cuperus*, p. 163 sq. 347 sqq. 503 sq. 507 sq. 523 sqq.). Add. *Camp. Vitringa* (in *Obss. S.* Lib. I. Diss. I. Cap. IV. §. 3. p. 37 sqq.); *Val. Loescherus* (de *Causis L. Hebr.* p. 219.): et *Jo. Owenus* (in *Theologumenis*, Lib. IV. Cap. III. Digr. 1. §. 1, 7 sqq. p. 303, et 306 sqq. etc.). Est autem illa de Scribendi artis antiquiore aut recentiore inventione et usu disquisitio majoris, quam prima specie videatur, momenti ad Sacrorum Veteris Foederis Librorum αὐθεντίαν vel labefactandam, vel vindicandam. Sunt enim, qui cum *Voltario* (in *Dictionnaire philosophique portatif*, et aliis scriptis) Librorum Veteris Foederis antiquitatem, ergo et αὐθεντίαν, vel negant prorsus, vel in dubium vocant, eo potissimum argumento usi, quod Mosis tempore scribendi ars nondum fuerit inventa. Nam, licet *Voltarius* satis refutatus videri posset a *Th. Chr. Lilienthalo* (in *Gute Sache der Offenb.* Tomo XII. Cap. XXII. §. 76. p. 634. in Belg. Vers. p. 201, coll. §. 86. p. 661 sqq. Belg. 228. cf. *Isbr. van Hamelsveld Bijb. Verd.* Tomo VI. 140. et VIII. 108.) aut a *Petro de Wilde*, in Diss., praeside *Ewaldo Hollebeek*, L. B. 1768. defensa, *exhibente Vindicias Pentateuchi Mos. adv. nuperum obtrectatorem Gallum*, p. 9—12: tamen, post edita *Friderici Aug. Wolfii Prolegomena ad Homerum*, hujus tanti Viri auctoritate factum esse videtur, ut Theologi nonnulli, aut locorum ipsius V. T. (Jobi XIII. 26. XIX. 23, 24. XXXI. 35, 36. Exod. XVII. 14. XXIV. 4, 7, 8. XXXIV. 27. Num. XVII. 18. XXXI. 9, 19, 26. XXXIII. 1.) obliti, aut vulgari eorum interpretatione repudiata, *Voltario* hac in parte assentirent. Imprimis *Joan. Severin Vater*, in *Introductione* ad *Alexandri Geddes Excursus Criticos*

*tos et Exegeticos* (*Commentar über den Pentateuch*, Halae 1802. III. Vol 8.) §. 48 sq., id egit, ut, licet *inventam* Mosis aetate concederet scriben artem, eam tamen negaret apud Hebraicam gentem *in usu* fuisse. Quocu fere fecit *Guil. Mart. Leber. de Wette* (cum alibi, tum in *Beyträge zu Einleitung in das A. T.* Tom. I. Halae 1806. 8.). Verum meliora docu runt, post *Joannem Leon. Hug* (in *Die Erfindung der Buchstaben schrift, ihr Zustand und frühester Gebrauch im Alterthum*, Ulm 1801. 4.), *Chr. Frid. Weber* (*Versuch einer Geschichte der Schreib kunst*, Goett. 1807. 8.) et *Chr. Frid. Fritzsche* (*Prüfung der Grü de, mit welchen neuerlich die Aechtheit der Bücher Mosis bestritt ist*, Lips. 1814. 8. praecipue Sect. II.). — Qui nostra memoria in hyp gaeis Ægyptiacis, sive Necropoli, praecipue Thebana, ingenti numero repe ti, atque inde in Europam ex parte translati sunt, Codices papyracei lit prorsus dirimunt. Nam, nisi omnes, plerique certe, summae sunt antiquit tis. *Summae*, inquam, quippe nullus quidem eorum, quos in Museo Tau nensi perlustravit *Champollion*, ipso referente, Dynastiâ Regum Ægy XIXâ. junior, quam plurimi vero ex Dynastiâ XVIIIa sunt. Quid? qu unum invenisse se retulit, conscriptum quinto quinti in hac Dynastiâ re anno. Fuisse autem ille videtur *Thoutmosis* III, qui regnaverit eo fere te pore, quo Josephus, Isaäci patriarchae filius, in Ægyptum servus deduceb tur (*Lettre II au Duc de Blacas.* Conf. *Greppo*, l. c. p. 238). Illoru vero, qui Romae asservantur, papyraceorum Codd. nullus antiquitate supera videtur illum, qui duodecimo *Psammetici* I. anno conscriptus est. (Vi *Angelo Mai, Catalogo de' papiri Egiziani della biblioteca Vaticana* e Romae 1825. 4.).

c. Dicendum de diversa, qua scribendo usi sunt diversis temporibus, *m teria*, in qua, et per quam scriberetur; de *instrumentis*, quibus; de ve suum literarumque *directione* triplice vel quadruplice, et aliis nonnull Quae usum etiam non spernendum Theologo praestant in *Critica S.* utri que, praesertim vero Novi, Foederis.

De hisce vero omnibus, post *Guil. Postellum* (*de Phoenicum liter* Paris. 1552. 8.), de industria egerunt *Herm. Hugo* (*De prima scriben origine* et *universa rei literariae antiquitate*, Antv. 1617, dein auctius emend. ex ed. *C. H. Trotzii*, Traj. ad Rh. 1738. 8.); *Thom. Bangi* (in *Coelo Orientis et prisci mundi*, a. 1657, cujus Operis Exercc. 1 et denuo editae sunt Amst. a. 1661, inscriptae: *Exercitationes de ortu progressu literarum*); *Jo. Nic. Funccius* (*de Scriptura Veterum*, Ma burgi 1743. 8.) et plures, de quibus consuli potest *Jo. Alb. Fabricius*, *Bibliographia Antiq.* Cap. XXI. §. 10 sq. p. 956 et 962 sq. Quibus aliq Viri D. adjungi merentur ex iis, qui seriore tempore scripserunt; vel *Wachterus* (qui ἀνωνύμως conscripsit *Naturae et Scripturae Concordian Commentario de Literis ac Nummis primaevis, aliisque rebus memor bilibus, cum ortu literarum conjunctis, illustratam et tabulis aene depictam*, Lips. et Hafniae 1752. 4.); *Thomas Astle* (in *The origin a*

*pr*

*progress of Writing* etc. Lond. 1784. 4.); *Guil. Bilderdijk* (*over het Letterschrift*, Rott. 1820. 8.). Add. *Herm. Muntinghe* (*Geschiedenis der Mensch. naar den Bybel*, T. II. p. 227 sqq.).

d. Denique dicendum de *Mimographia* (de qua cf. *Bebiani Mimographie, ou Essai d'Ecriture mimique*, Paris. 1825. 12.); item de *Pasigraphia*, a *Pasilalia*, quam a. 1799. Parisiis *Demainieuxius*, multis plaudentibus, exponere visus est, distinguenda. De *illa* invenienda plurimi Viri D. dudum soliciti fuerunt. Nam, post Gallum quemdam, cujus inventum *Renatus Cartesius* (in *Epist. ad Mersennum*, Ep. 111; *Epistt.* Amst. 1682. 4. Tom. I. p. 353.) ad examinis lancem revocavit, hanc rem egerunt *Jo. Joach. Beccherus* (libro mox citando); *Athanasius Kircher* (in *Arte polygraphica*, Romae 1665. f. m.); *Geo. Dalgarnus* (in *Arte Signorum*, Lond. 1661. 8.); praesertim *Joannes Wilkins* (in *An Essai towards a real Caracter and a philosophical language*, Lond. 1668. f. m., repet. in ipsius *Mathematical and philosophical Works*, ibid. 1708. 8. Conf. de *Wilkinsio*, *Chaufepied* in *Lexico* ad v., et de invento ejus, disputatio inserta *Gerardi Brender à Brandis Taal- Dicht- en Letterkundig Magazijn*, Tom. I. (Amst. 1785. 8.) Fasc. III. p. 241—272.) et *Guil. Gothofr. Leibnitius* (cum in juvenili scriptione *de arte combinatoria*, Lips. 1668, repetita invito auctore Francof. 1690. 4, tum in *Historia et commendatione Linguae characteristicae universalis* etc., inserta summi Philosophi *Operibus philos. Gallicis et Lat. ed. a Rud. Eric. Raspio*, Amst. et Lips. 1764. 4. p. 533 sqq.). Post illos autem alii denuo Eruditi in hanc rem incubuerunt; veluti *Davides Solbrigius* (in *Scriptura oecumenica*, Soltquellae 1726. 8, repet. in *Miscell. Berol.* T. II. P. I. No. 2. p. 28 sqq.); *Georgius Kalmár* (in *Praeceptis Grammaticis atque Speciminibus Linguae philosophicae sive universalis*, L. B. et Berol. 1772. 4); Abbas *de l'Epée* (in *Institutions de Sourds et Muets, par la voie des signes méthodiques; ouvrage, qui contient le projet d'une langue universelle*, Paris. 1775. 8); *Ch. G. Berger* (*Plan zu einer überaus reichen unterrichtenden und allgemeinen Rede- und Schriftsprache für alle Nationen*, Berol. 1779. 8); *Wolke* (*Erklärung, wie die Pasigraphie möglich und ausüblich sei*, Dessaviae et Lips. 1797. 8.): et, ne de *Chambraeo* (*De Chambray*, de quo cf. *Ien. Allg. Literaturz.* a. 1805. m. Dec. *Intellgnzbl.* p. 1187) dicam, *G. F. Grotefend* (*De Pasigraphia s. Scriptura universali*, Goett. 1799. 4.) et *I. M. Schmid* (*Grundsätze für eine allgem. Sprachlehre*, Dillingae 1807. 8. — *Von den bisherigen Versuchen, eine allgem. Schrift-Sprache einzuführen*, ib. eod. — *Vollständiges wissenschaftliches Gedankenverzeichniss zum Behufe einer allgem. Sprachlehre*, ibid. 1809. 8. — *Cogitationumclator completus scientificus pasigraphiae inserviens*, ibid. eod. — *Auszug* etc. 1807. 8. — *Synopsis* etc. 1807. — et *Magazin für allgem. Sprache* etc. ibid. 1815. et seqq.). Riserunt tamen omnes ejusmodi conatûs aliqui Viri D.; in his *Berolinenses* (in *Hist. Acad. Boruss.* ad a. 1771. p. 21 sqq.); *Jo. Laur. Moshemius* (in *Obss. s.* p. 405.), alii. Nec diffitendum, *vix* percipi posse,

se, quomodo *Pasigraphia*, i. e. scriptura, quam intelligere et usurpare quivis hujus terrarum orbis incolae commode possint, nedum *Pasiphrasia*, quam nonnulli vocant, aut *lingua* adeo *universalis*, introduci inter homines possit. At multa fieri videmus et inveniri quotidie, de quibus quovis pignore, ἀδύνατα ea esse, antea contenderamus. Nec prorsus, fieri *posse*, ut problema aliquando solvatur, desperasse omnes videntur, qui praeclaram de eo spem non susceperant, *Acolythus* (in *Bibl. Brem. Nov.* Cl. I. p. 539), *Jo. Geo. Sülzer* (l. c. §. 28. p. 20); *Niethammerus* (mox laudandus), alii. Conferri merentur, post *Morhofium* (in *Polyh.* T. I. Lib. IV. c. 2. §. 5.), *Jo. Dav. Michaëlis* (in Diss., cui Belgice versae titulus est: *Over den invloed der Taal op de denkbeelden* etc. Diss. IV. p. 185 sqq.) et *Jo. Severin Vater* (in *Pasigraphie und Antipasigraphie; oder über die neueste Erfindung einer allgem. Schriftsprache für alle Völker, und von Wolkens, Leibnitzens, Wilkins, u. Kalmárs pasigraphischen Ideen*, Weissenf. et Lips. 1799. 8. coll. Ejusd. *Versuch einer allgem. Sprachlehre*, p. 289 sqq.). Prae *Pasigraphia* commendandam censuit *Frid. Immanuel Niethammer* artem, quam *Leibnitius* per totam vitam quaesivisse censetur, cogitata nimirum chartae ita committendi, ut neque verbis opus esset, et vitia in cogitando commissa aeque facile et certo deprehendi possent et corrigi, atque ea, quae in arithmetico calculo aut algebraico forte fortuna committantur. Vocavit eam *Ideographicam* (*Ueber Pasigraphik und Ideographik*, Nürenburgi 1808. 8.). Memorari denique hoc loco potest *Stenographia* (vel potius *Steganographia*), qualis illa *Erdmanni* est, quam *Petrus Witsen Geysbeek* potissimum nostratibus commendavit: huic vero cum iis, de quibus hac ann. actum est, non ea necessitudo intercedit, quam εὑρήματι *Beccheri*, paulo ante excitati, qui illud exposuit edendo libro: *Character pro notitia linguarum universali: inventum Steganographicum, hactenus inauditum*, Francf. 1668. 4.

## §. 19.

### *Discendae linguae vivae.*

Principe loco in censum hic veniunt Linguae *vivae*, quae etiamnum apud aliquas gentes quotidiano in usu sunt. Ex his Theologo futuro primum *Vernacula*, sive patria Lingua (1), nobis Belgica, sive Batava (Neêrlandica), mox vero aliae quaedam etiam (2), discendae sunt. Praecipue ipsi commendandae Germanica, Belgicae soror (non mater), Gallo-Francica et Anglica. Cui vacat, addat is Italicam, Danicam, alias.

(1) Secus atque visum fuisse videtur summo Viro, *Joanni Matthiae Gesnero*, in *Praelectionibus*, quantum fieri potuit, ipsis magistri verbis accu-

tatae exhibitis ab ejus discipulo *Jo. Nicolao Niclas*, ad §. 87 *Primarum Linearum Isagoges in Eruditionem universalem* Lipsiae, 1774. 8. T. I. p. 100 sq: quamquam „ in *universum* nihil pronunciari posse" tandem fatetur. (*Altera* ed. emend. et aucta prodiit Lips. 1784.).

(2) Vid. *Jo. Facciolati* Oratio *de Studiis Linguarum cum Sacrae Scripturae Studio conjungendis*, repetita in *Bibl. Brem.* Cl. V. p. 391—410. et *Guilielmi ab Irhoven* Or., Traj. B. 1739. habita, *de necessario Linguarum etc. cum Theologia connubio*, repetita in *Oelrichsii Belgio Literario*, Tomo II.

§. 20.

## *Belgica.*

*Vernaculum* sermonem accurate cognoscere, uti quemvis eruditum hominem oportet, cui turpe sit, foris civem esse, domi hospitem, ita Theologum imprimis, cui de religione pro concione Christiana vernaculo sermone dicendum est; nam, nisi pure et terse loquatur, ab Oratoris dictis omnis aberit suavitas et gravitas, quin ipsa perspicuitas.

Jam vero in Scholis, quae triviales, vel primariae vocantur, elementa quidem traduntur hujus scientiae: quicunque vero ulterius proficere cupiat, eum oportet, doctrinam linguae etymologicam et syntacticam accuratius investigare; initio quidem a libris elementariis (1) ducto, mox vero uberioribus Virorum Doctorum operibus (2) huic studio adhibitis. Porro legat et relegat optimos Scriptores Batavos, tam eos, qui soluta (prosa) oratione usi sunt (3), praesertim Oratores Sacros (4), quam qui ligata (5), illorumque praestantissimos dextre imitari studeat. Qua in re magnopere adjuvabitur usu optimi, quod ad hoc usque tempus suppetit, Lexici *Weilandiani* (6): ut et librorum, quos de generibus substantivorum scripserunt *Kluitius* (7), *Pietersonus* (8) et praeprimis ingeniosissimus pariter atque eruditissimus *Bilderdijkius* (9). Denique, ad interiorem Linguae et eruditam scientiam pergere si cupiat, non tantum cognoscere studeat vetustissimos Scriptores Belgicos (10), Lexicis *Gerhardi van der Schueren* (11), *Cornelii Plantin* (12) et praecipue

pue *Nicolai Kiliaen* (13). huic lectioni adhibitis: verum diligentem quoque operam collocet in Dialectis, cum viventibus adhuc, maxime affinibus Flandrica et Frisiaca, mox et Septentrionalibus (Danica, Suecica, Islandica, Lapponica, etc.), tum emortuis (Moeso-Gothica, Franco-Theotisca, Alamanica, Anglo-Saxonica, caet. quin et Sanscritica); et *Junii*, *Ihrii*, *Wachteri*, *Schilteri*, *Fuldae*, *Zahnii*, aliorum, ope usus ad legendos *Otfridum*, *Notkerum*, *Willeramum*, praesertim *Ulphilae* reliquias, partim argenteo Codice Upsaliensi, partim Guelpherbytano rescripto, partim denique Codicibus Mediolanensibus palimpsestis, a. 1817. ab *Anglo Majo* repertis, conservatas (14). Horum vero omnium pluriumque cognitio egregie adjuvabitur opera, duce *Ypejo* (15) in *Historia* Linguae collocanda. Quo autem diligentius in hoc studio versetur Studiosus, eo clarius et distinctius intelliget, quam egregiis dotibus excellat lingua patria (16).

(1) Quales sunt, v. gr., *Lamberti van Bolhuis Beknopte Nederduitsche Spraakkunst* (praemio ornata et ed. a Societate pro salute publica (*tot nut van 't Algemeen*), in Comm. ad rem Scholasticam pertinentibus (*het schoolwezen betreffende*) Fasc. II., L. B., Daventriae et Gron. 1793. 8.); *G. Van Varik Rudimenta of gronden der Nederduitsche Sprake* (in iisdem Comm. Fasc. IV. Ibid, 1799. 8.: longe vero uberius et emendatius Fasc. VII., Ibid. 1805. duabus Partt., altera de *Etymologia*, altera de *Orthographia*; quibus accessit (*Petri Weiland?*) *Syntaxis of Woordvoeging der Nederd. Taal*, Fasc. VIII, Ibid. 1810.): et *Grammatica of Nederd. Spraakkunst* (in iisdem Commentt. Fasc. X. Ibid. 1814.). *Petri Weiland Ned. Spraakk.* Ibid. 1805. 8. et saepius; ejusdemque *N. S. ten dienste d. Scholen*, Ibid. 1808. 8. min. Alios, partim antiquiores, veluti *Christianum Van Heule* (*Nederd. Spraeckk.*, L. B. ex altera ed. 1633. 8. min.), *Samuelem Ampzing* (*Taelbericht d. Nederl. Spellinge, door Chr. Van Der* (sic!) *Heule oversien en verbeterd*, Wormerveriae 1649. 8. min.), *Arnoldum Moonen* (*Nederd. Spraekk.*, *ten dienste van in- en uitheemschen* etc. Amst. 1706. 8. quacum jung. *De Spelling van A. M. — verdedigt* etc. Hagae Com. 1708. 8., et quae hujus libelli auctori regessit *Guil. Sewel*, in *Aanmerkingen*, Amst. 1708. 8.), *Guilielmum Sewel* (*Nederd. Spraakk.* etc. Amst. ex altera ed. 1712. 8), *Joannem Huwé* (*Het eerste — tweede — Boek* (III et IV. Partt.) *van de Nederduytse Redekonst* etc. Harlemi 1710 et 1712. 8), *Anonymum Batavum* (i. e. *Adrianum Verwer*, in *Idea Linguae Belgicae Grammatica, Poëtica et Rhetorica*, a *Davide Van*

*Hoog*

*Hoogstraten*, Amst. 1707. 8. min. ed. et ab *Everhardo Van Driel* L. B. 1782 i repet.), *Jacobum Nyloë* (*Aanleiding tot de Nederd. Taal* etc. Amst. 1723. 8.); partim his seriores, e. gr. *Ernestum Zeydelaer* (*Regelmat. Nederd. Spelkonst*, Amst. 1769. 4.), *Cornelium Van Der Palm* (*Nederd. Spraekkunst voor de Jeugdt* etc. Roterod. 1769. IV. Partt. 8.), *Nicolaum* (Klaas) *Stijl* (*Beknopte Aanleiding tot de kennis van de Nederd. Taal* etc. ed. cum eruditis obss. a *Lamb. Van Bolhuis*, Gron. 1776 et saepius, quartum 1802. 8.); hos igitur provectioribus peritia potius legendos commendamus, quam incipientibus, et qui linguae discendae tirocinia nondum posuerunt.

(2) Veluti *Lamberti Ten Kate* (*Aenleiding tot de kennisse van het verhevene deel der Nederduitsche Sprake*, Amst. 1723. II. Voll. 4.); *Balthasari Huydecoper* (*Proeve van Taal- en Dichtkunde* etc. Amst. 1730. 4. et emendatius, atque annotationibus, tam defuncti auctoris, quam editoris *Francisci Van Lelyveld* et (ultimo Volumine) *Nicolai Hinlópen*, aucta, L. B. 1782. III. Voll. c. IV°, *Indices* continente) 8; — itemque in *Annott.* ad editum ab ipso *Æmilium Stokium* (*Rijmkronijk van Melis S.*, *met Historie-Oudheid- en Taalkundige Aanmerkingen door B. H.*) L. B. 1772. III. Voll. 4); *Adriani Kluit* (cum aliis, mox memorandis scriptionibus, tum: *Lijst der gebruikelijke zelfstandige Naamwoorden*, *beteekend door hunne geslachten*, etc. (post *Dav. Hoogstratani*, *Ger. Outhovii*, [*Henr. Pietersoni*], aliorumque studia) Amst. 1783. 8.); *Jacobi Arnoldi Clignett* et *Jani Steenwinkel* (in *Annott.* ad coeptum ab iis edi *Speculum Maerlandi*) L. B. 1784. II. Voll. 8. Volumen III, anno demum Amst. 1812, c. ann. *J. Steenwinkel*, quibus pauca addidit *Guilielmus Bilderdijk*, in lucem emissum est a Classe secunda Regii Instituti. Porro in dictorum duumvirorum *Taalkundige Mengelingen*, supra (§. 18. ann. 3.) cit. Add. *J. A. Clignetti Bijdragen tot de oude Nederlandsche Letterkunde*, Hagae Com. 1819. 8.); *Guilielmi Bilderdijk* (in Opp., supra (§. 18. ann. 2.) citatis); *Matthiae Siegenbeek* (*Verhandeling over de Spelling der Nederd. Taal* etc. Dordraci ex quarta ed. 1827. 8; et *Kort Begrip der Verh. o. d. S. d. N. T.* Amst. 1805, 8 min.); *Annaei Ypey* (*Taalkundige Aanmerkingen over verouderde en min verstaanbare woorden in de Staten-overzetting*, Amst. 1807. 8; Ejusdemque et) *Guilielmi Cornelii Ackersdijck* (*Taalk. Aanm.* etc. *vervolgd* Traj. ad Rh. 1811. 8); *Meinardi Tydeman*, *Zachariae Henrici Alewijn*, *Adriani Kluit*, *Matthaei* et *Justi Van Leeuwaerden*, *Wouteri Rudolphi Nanninga*, *Nicolai Hinlópen*, aliorumque *Disputationes*, quae exstant in *Symbolis* (*Taal- en Dichtkundige Bijdragen*, L. B. 1758 iterumque 1771. II. Voll. 8. *Nieuwe Bijdragen tot opbouw der Vaderlandsche Letterkunde*, Ibid. 1763. II. Voll. 8); in *Proeve v. Oudh.* etc. Societatis *D. A. O. M.* II. Voll. (§. 18. ann. 3. jam cit.); in Opp. *Societatis Literaturae Batavae* (*Werken van de Maatschappij der Nederlandsche Letterkunde*, L. B. 1772. VII. Voll. 4. — *Verhandelingen van de M. d. N. L.*, L. B. 1806. III. Voll. 8. — *Nieuwe Werken v.*

*v. d. M. d. N. L.*, Dordr. 1824, III. Voll. 8.); in *Gerardi Brender à Brandis Taal- Dicht- en Letterk. Kabinet*, Amst. 1781. VI. Voll. 8, et *T. D. et L. Magazijn*, ibid. 1785. II. Voll. 8.) Mitto plura.

(3) V. c. *Petrum Cornelii Hooft*, *Gerardum Brandt*, *Joannem Wagenaar*, *Simonem Stijl*, *Justum Van Effen*, *Engelbertum Matthiam Engelberts*, *Martinum Stuart*, *Joannem Lublink*, alios. De singulis, qui laudari possint et mereantur, scriptoribus, seorsum et de industria hîc loci agi a nobis nec posse, nec debere, nemo non sponte intelligit. Itaque plura qui cupiat, eum ablegamus ad Viri Cl. *Nicolai Gothofr. Van Kampen Beknopte Geschiedenis der Letteren en Wetenschappen in de Nederlanden* etc. Hagae Com. 1821. II. Voll. 8. quibus accessit Volumen III, *Supplementa* et *Indices* complexum, Delphis 1826. 8. Qui igitur etiam de *Oratoribus S.* (ann. 4.) et de *Poetis* (ann. 5.) consulendus est. Non pauca quoque huc pertinentia exhibet *Henricus L. B. Collot d'Escury*, in Opere laudatissimo, inscripto: *Hollands Roem in Kunsten en Wetenschappen* (Amst. et Hagae Com. 1824. V. Voll. 8.) Voll. IV. P. I. p. 49 sqq. et 275 sqq. et P. II. p. 371 sqq. et 731 sqq. (Etiam mox (ad ann. 4.) consulatur Vir Illustr.).

(4) Veluti *Gisbertum Bonnet*, *Joannem van der Roest*, *Allardum Hulshoff*, *Ewaldum Kist*, *Cornelium Fransen Van Eck*; quibus Viris eloquentissimis, fato jam functis, addere ex iis, quos superstites adhuc esse laetamur, complures alios, suis singulos meritis conspicuos, etsi facillimum sit, defungar tamen uno eo, qui hodie principatum apud nos tenet, nominatim indicando, *Joanne Henrico Van Der Palm*.

(5) V. c. *P. C. Hooft*, *Jacobum Cats*, *Justum van den Vondelen* (*Vondel*), *Joannem Antoniden Van Der Goes*, *Hubertum Cornelii Poot*, *Jeremiam De Decker*, *Arnoldum Hoogvliet*, *Nicolaum Simonis Van Winter*, ejusque uxorem *Lucretiam Guilielminam Van Merken*, *Ludovicum Smits*, *Hieronymum Van Alphen*, *Jacobum Bellamy*, *Rhenovisium Feith*, *Guilielmum Bilderdijk*, *Mauritium Cornelium Van Hall*, *Jo. Fridericum Helmers*, *Cornelium Loots*, *Henricum Tollens*, alios. Verum eo minus opus est, ut singulis commemorandis immoremur, quo praestantior est, praemio a Societate pro excolenda Lingua et Poesi patria (*Maatschappij van Taal- en Dichtkunde*) condecorata *Hieronymi De Vries* Historia Poëseos Batavae (*Geschiedenis der Nederduitsche Dichtkunst*, Amst. 1808. II. Voll. 8.): quam, qui Poëtarum nostrorum merita cognoscendi desiderio teneantur, velim consulant. Add. *Collotus d'Escury*, l. c. Vol. IV. P. II. p. 1 sqq. et *Matthias Siegenbeek*, *Beknopte Geschiedenis der Nederlandsche Letterkunde*, Haarl. 1826. 8. denique *Petrus Ger. Witsen Geysbeek*, *Biographisch, Anthologisch en Critisch Woordenboek der Nederduitsche Dichters*, Amst. 1821. VI. Vol. 8.).

(6) *Nederduitsch Taalkundig Woordenboek*, Amst. 1799. XI. Voll. 8. Ejusd. *Handwoordenboek voor de Spelling der Hollandsche Taal* (Hagae Com.

tom. 1812. 8.) tantummodo *Orthographiam* spectat. Cui discendae inservit etiam *Matthiae Siegenbeek Woordenboek van de Nederd. Spelling*, Amst. 1805. 8.

(7) Modo (ann. 2.) cit.

(8) *Rhapsodia van Nederduitsche Taalkunde*, *benevens eene Geslachtlijst der Zelfstandige Naamwoorden*, Amst. 1776. 8. Eidem Scriptori debetur: *Verhandeling over de Scheid- en Onscheidbare Voorzetsels van de Werkwoorden* etc. ibid. 1774. 8, et *Vier Verhandd. over eenige gedeelten van de Nederd. Taale*, ibid. 1782. 8.

(9) Jam indicatus supra (§. 18. ann. 2).

(10) V. c. *Jacobum Van Maerlant*, *Aemilium* (*Melis*) *Stoke*, *Ludovicum Van Velthem*, *Joannem Van Helu*, *Nicolaum Willems*, *Janum De Weerdt*, *Eduardum De Deene*, *Janum Veldenaer*, caeteros: quibus addi merentur eorum, qui Seculo XVI exeunte et XVII ineunte floruerunt, aliqui, uti *Gerbrandus Adriani Bredero*, *Anna Bijns*, *Philippus Van Marnix*, *Joannes De Brune*, caet. Sed opus non est, ordine omnes, vel praestantiores enumerare, cum otium fecerint, paulo ante excitati, Viri praeclari *Kamperius* et *Vriesius*, uti et mox (ann. 15.) laudandus *Ypejus*.

(11) *Teuthonista of Duytschlender* (Coloniae Agripp. 1475 et 1477.), — *door wijlen Mr. C. Boonzajer*, *verrijkt met eene Voorrede van Mr. J. A. Clignett*, L. B. 1804. 4. (Dolendum, *Boonzajerum*, immatura quippe morte praereptum, non potuisse eruditissimis annotationibus editionem ornare. *Quorum* enim praeclari exspectare nos jusserant specimina, a. 1793. exhibita in *Bericht van Inteek.* p. 11—14.).

(12) *Thesaurus Teuthonicae Linguae; Schat der Nederduytscher Spraken*, Antv. 1573. 4.

(13) *Etymologicum Teutonicae L.*, *sive Dictionarium Teutonico-Latinum* etc. Antv. 1598. 4, postea *operâ L. Potteri*, Mediob. 1620. 8., tandem *curante Gerardo van Hasselt*, Traj. B. 1777. II. Voll. 4.

(14) Codex argenteus (Werdensis primum, tum Pragensis, porro Holmiensis, dein Belgicus, postremo Upsaliensis) varias fatorum vicissitudines expertus, primum Dordraci, a. 1665. 4. editus est a *Francisco Junio*, mox repetitus Holmiae 1671 et Amstelodami 1684, emendatius autem curâ *Eduardi Lye*, Oxoniae 1750. 4, ultimo Weissenfelssi 1805. 4, edente *Joanne Christiano Zahn*. Continet interpretationem Euangeliorum Gothicam, hic illic mutilam. — Anno 1763 ex Codice Guelpherbytano Sec. V, sed rescripto Sec. VIII vel IX, *Frid. Ad. Knittel* edidit fragmenta Versionis Gothicae *Epistolae* Pauli *ad Romanos*. — Anno autem 1817. in Mediolanensi Bibliotheca, itidem in palimpsestis Codicibus, *Angelus Mai*, scrutator diligentissimus, multisque jam εὑρήμασι clarus, detexit primum particulas Versionis Ulphilanae librorum *Esrae* et *Nehemiae*, mox *tredecim Epistolarum Paulinarum* interpretationem; tandem fragmentum Gothice versi Euangelii *Matthaei*. *Specimen* harum *ineditarum* adhuc Versionis Gothicae *partium* ipse et *Carolus Octavius Castillionaeus* ediderunt Mediolani 1819. 4; atque ibi-

ibidem 1829. 4. posterior in lucem exire jussit *alteram* Pauli *ad Corinthios Epistolam* Gothice, cum interpretatione, annotationibus et Glossario.

(15) *Beknopte Geschiedenis der Nederlandsche Taal*, Traj. ad Rh 1812. 8., cui, post hos viginti annos, alterum additum est Volumen Gron. 1832. 8.

(16) Conf. Ill. *Collotus d'Escury*, l. c. Vol. III. p. 1—64; cum Ann p. 1—298. Addi possint, si tanti est, n. *Aanmerkingen ter eere en te aanmoediging der beoefening van de Nederd. Taal* (insertae Diario: *Recens. ook der Recens.* Vol. VII. Misc. p. 165 sqq.).

§. 21.

*Germanica.*

Belgicae Linguae studio proxime adjungendum est studium Germanicae, cum quia illius tanquam soror est tum quia a multis retro annis utilissimi, sicut in quov fere alio doctrinae genere, ita et in Theologico, libri hc sermone conscripti sunt a praestantissimis viris, et in lucem emissi. Optimos igitur Scriptores (1), tam eos, qu *Carmina* pepigerunt (2), quam qui *Prosaici* vulgo vocantur (3), in his Theologos et Sacros Oratores (4), spret aliis parum profuturis, quales in tanta copia non pauc etiam esse haud mirandum; illos igitur diligenter legat Studiosus. Initium faciat a facili quodam auctore et perspicuitatis amante, veluti *Gellerto* (5). Nec negligat praestantissimos consulere *Grammaticos* (6) atque *Lexicographos* (7); in his *Jo. Christoph. Adelungium*, et, q lacunas, ab illo relictas, explere conatus est, *Joac Henr. Campium* (8). Linguae historiam cognoscere c pienti adeundus est, post *Morhofium* (9), idem *Adelungius* (10). Tironi nostrati valde proderit *Nicolai Ge brandi van Kampen* Anthologia (11). Ad perfectiore vero et penitiorem Linguae scientiam adspiranti eadem f re scripta consulenda esse, quae sororiae Belgicae acc ratius discendae inserviant, non est, quod data opera m neamus (12).

(1) Aliquos ex optimis saepius relegere melius esse puto, quam vel om omnino cognoscere velle (id quod, in tanta librorum frequentia, ne fieri q dem posse existimem), vel minus bonorum versandorum consuetudine ingeni

ad bonam mediocritatem componere. Quinam autem optimi sint et praestantissimi dicendi, facillime ex mox dicendis colligetur. *Historiam* Germanorum *Literariam* huc usque nemo, quod sciamus, ita scripsit, ut ipsum hac in parte ducem sequi possimus. Fatendum est etiam, haud ita dudum esse, cum eloquentiae et poëseos studio illa, qua intra breve temporis spatium florere coepit, elegantiae laus Germanicae Linguae parata sit. Conf. qui *Fridericum* II. (in *Diss. de la Littérature Allemande*, *des défauts qu'on peut lui reprocher* etc.) Abbatem *Jerusalem*, et *Bielefeldum* (*des progrès des Allemands*) citat, *Janus Macquet*, in *Proeven van Dichtkundige Letteroefeningen* (Traj. ad Rh. 1780. III. Voll.) Vol. II p. 151 sqq. Add. *Jo. Tim. Hermes*, in *Sophiens Reise von Memel nach Sachsen*, T. I., e Belg. versione, p. 142 sqq.

(2) Ex. gr. post *Opitzium*, principem omnium, *Klopstockium*, cujus et alia laudantur poëmata (*Odae* praesertim), et prae caeteris *epicum* illud Carmen, quod *Der Messias* inscripsit; tum ex quolibet alio genere plurimos, veluti *Hagedorn*, *Uz*, *Ramler*, *Haller*, *Von Kleist*, *Von Kronegk*, *Hölty*, utrumque *Von Stolberg*, *Voss*, *Goethe*, *Schiller*, *Matthisson*, *Zachariae*, caet. De aliis etiam, et utriusque quidem sexûs, Poëtis Germanis conf. *Caroli Guil. Hermann Pantheon der Deutschen Dichtern*, Francof. 1803. 8.

(3) Veluti, ex plurimis ut paucos duntaxat nominatim indicem, *Rabener*, *Lessing*, *Herder*, *Wieland*, *Mosen Mendelszohn*, *Meissner*, *Abbt*, *Joannem Tim. Hermes*, *Claudium*, *La Fontaine*, caet.

(4) Quos inter, post *Moshemium*, *Sackium* utrumque, *Jerusalemum*, *Zollikoferum*, alios, principem locum, dum vixit, occupavit *Reinhardus*. In laudis vero societatem cum ipso admittuntur *Ammonus*, *Reinhardi* in statione Dresdensi successor, *Dräseke*, *Eylert*, *Hanstein*, *Theremin*, caet.

(5) Optimi Viri Scripta amabili perspicuitate se et styli facilitate commendant. Ab ejus *Epistolis*, *Fabulis* et *Comoediis* fortasse tiro non male ducat legendi initium; tum vero ad *Miscellaneas* disputationes, ad *carmina sacra*; postremo ad *Lectiones morales* transeat. Has vero, quicunque veri et pulcri et boni studio ducimini, o Juvenes! per omnem vitam

Nocturna versate manu, versate diurna.

(6) Antiquiores Grammaticos (*Schottelium*, *Boedickerum*, caet.) et recentiorum non paucos (e. g. *Hempelium*, *Heinzenum*, *Bodmerum*, *Moritzum*), ne longiores simus, mittimus. Memoramus *Joannem Christoph. Gottsched* (in *Vollständige*, *neu erläuterte deutsche Sprachkunst*, quae a. 1748 primum prodiit, sextum vero Lipsiae, 1776. 8.), quippe e quo ipsi olim profecimus; *Frid. Carolum Fulda* (*Grundregeln der Deutschen Sprache*, Stuttg. 1778. 8.); *Jo. Fridericum Heynatz* (*D. Sprachl. zum Gebrauch d. Schulen*, Berol. e quinta ed. 1803. 8.): praesertim vero *Joannem Christoph. Adelung* (*Umständliches Lehrgebäude der D. Sprache*, Lips. 1782. II. Voll. 8., cui add. *D. Sprachl. für Schulen*, Berol. ex quinta ed. 1806. 8.) et *Jacobum Grimm* (*D. Grammatik*, Goett. 1819—1831. III. Voll. 8.), provectiorum peritia usibus eximie inservituros. Add. *G. M. Roth* (*An-*

(*Anfangsgründe d. D. Sprachl.* etc. Giessae, ex tertia, quae *Frid. Schmitthenneri* est, ed. 1825. 8; et *Frid. Car. Bernhardt* (*D. Gr. für d. höheren Schul-unterricht*, Francof. 1825. 8. (In scholis nostratium primi aut secundi ordinis plerumque, puto, usurpatur *Joannis Valentini Meidinger Grammaire Allemande pratique*, Francof. ex sexta ed. 1807. 8. min.).

(7) Quales sunt (alios ut praetermittamus) *Christianus Ernst. Steinbach* (*Lexicon Germanico-Latinum*, Wratislav. 1734. 8.); *Jo. Leonardus Frisch* (*Teutsch-Lateinisches Wörterbuch*, Berol. 1741. 4.): et *Benjamin Hederiche* (*Promptuarium Latinitatis probatae et exercitae*, *oder Vollständigstes Deutsch-Lateinisches Lexicon*, — — *ed. a Joanne Joachimo Schwaben*, Lips. 1777. 8.). — Tironibus nostratibus praecipue commendari meretur *Matthias Kramer* (in *Neues Holländisch-Deutsches und Deutsch-Holländisches Wörterbuch*, Lipsiae saepius, optime vero 1768. II. Voll. 4. curante *A. A. van Moerbeek*, itemque 1784. 8. edito); aut *O. R. F. W. Winkelmann* (*Hollandsch-hoogduitsch en hoogduitsch-hollandsch Woordenboek*, Amst. 1795. II. Voll. 8. ex praecedente excerptum): aut *Carolus Frid. Weidenbach* (*Neues Deutsch-Holländisches und Holländisch-Deutsches Wörterb.* Lips. 1803. II. Voll. 8.). Quin initio fortasse sufficiat Anonymi (*Jo. Petri Jungst?*) *Neues Deutsch-Holl. Wörterb.* Zutph. 1803. 12.

(8) *Jo. Christoph. A.*, *Versuch eines vollständigen grammatisch-kritischen Wörterbuchs der Hochdeutschen Mundart*, *mit beständiger Vergleichung der übrigen Mundarten*, Lips. Partt. IV. (Voll. V.) 1774—1786. iterumque 1793—1801, et (Vol. V. P. I. Berol. 1818 4.). — (*Auszug*, Lips. 1793—1803. IV. Voll. 8.) *Joach. Henr. Campe*, Brunsvici 1807. 4., *Adelungium* aucturus, instituit edere *Wörterbuch der Deutschen Sprache*, — Ad *Adelungii* Lexicon suum composuit *Joannes Ebers*, mox (§. 23. ann. 7.) citandus.

(9) *Dan. Geo. M.*, *Unterricht von der Deutschen Sprache und Poesie*, Lubecae 1700. 8.

(10) *Jo. Christoph. A.*, *Ueber die Geschichte der Deutschen Sprache*, *über Deutsche Mundarten und Deutsche Sprachlehre*, Lips. 1781. 8. Add. Ejusd. *Aelteste Geschichte der Deutschen*, *ihre Sprache und Literatur*, cujus operis Vol. I. prodiit Lips. 1806. 8. Auctorem vero, cum in eo esset, ut secundum Volumen adornaret, inopina mors occupavit. Consuli quoque meretur Illustris matronae, Mad. *de Staël Holstein*, Opus *de l'Allemagne*, ex quo nonnulla Belgice reddita, ad Literas spectantia, habentur in Diario *Recens. o. d. Rec.* T. VII. Misc. p. 299 sqq. 349 sqq. et 377 sqq.

(11) *Handboek der Hoogduitsche Letterkunde* etc. P. I et II. Harlemi 1823, 1825. 8.

(12) Conf. igitur ad praecedentem et hanc §. etiam *Bartholdus Henr. Lulofs*, *Schets van een overzigt der Duitsche Taal*, *of de Germaansche Taaltakken*, *in derzelver oorsprong en tegenwoordige verdeeling*, Gron. 1819. 8. Add. *J. G. Radlof*, *Die Sprache d. Germanen*, Francof. 1817. 8.

§. 22.

## §. 22.

### *Franco-Gallica.*

Sequitur nunc Lingua *Franco-Gallica*, quae *Richelio* splendorem, quo hodie fulget, potissimum debet (1). Est autem omnium politiorum per universam Europam hominum lingua quasi vernacula (2), et hoc propterea nomine, et aliis bene multis de causis, Theologo commendanda. Nam, praeterquam quod ejus usus magnam postulat (3), adeoque et in scribendo docet, diligentiam et accurationem, habetque illa multum elegantiae et gratiae; quam plurima quoque eam illustrant Poëtarum (4), Oratorum (5), praesertim Sacrorum, cum e Protestantium familia (6), tum e Romano-Catholica (7), Philosophorum item (8) et Theologorum (9) scripta, lectu dignissima. Non igitur acquiescendum in leviuscula, quae in trivialibus jam scholis comparari solet, Franco-Gallici sermonis notitia, sed legendi optimae notae Scriptores (10), et scribendo imitandi (11). Consulendi quoque praestantissimi *Grammatici* (12), et evolvenda diligenter *Lexica* (13). Linguae et Scriptorum historiam *Monachi Benedictini* eximie tradere instituerunt (14).

(1) Partim instituenda *Academia Gallo-Francica* a. 1635, partim excitandis, qui Linguam polirent, elegantioris ingenii et doctrinae laude claris Viris. Caeterum memorabilia de Linguae origine et laudibus leg. ap. *Morhofium*, *Polyh.* I. 753 sqq.

(2) Qua de re consulendi *Antonius* Comes *de Rivarol* (in Diss. *De l'universalité de la langue Française*, praemio ab Academia Berolinensi ornata a. 1784, et Berolini ac Parisiis eod. a. edita), et qui, diligentius etsi scribens, minus placuit, *Jo. Ch. Schwab*; denique *C. N. Allou* (in *Essai sur l'universalité de la Langue Française: ses causes, ses effets, et les motifs qui pourront contribuer à la rendre durable*, Paris. 1828. 8.).

(3) Plurima licentiae genera respuit, quae aliae linguae, in his vicina ipsi Italica, facile admittunt, Franco-Gallica Lingua. Cujus rei exempla exhibens *A. L. Millinus* (in *Magaz. Encyclopédique*, a. 1806. m. Nov. p. 115—121), tandem addit, eam esse pauperem, ambitiosam, fastidiosam (*quinteuse*).

(4) Omnes enumerare Poëtas longum sit: in praecipuis sunt, v. c., *Malherbe*, *Corneille*, *Racine*, *J. B. Rousseau*, *Voltaire*, *Delille*, etc. item *la Martine*, *De La-Vigne*, caet.

(5)

(5) Praesertim hîc *Causarum patronos* intelligimus, quales seculum *Ludovici* XIV. non exiguo numero protulit. Nam, post *Le-Maistrium*, *Patruum* et *Pelissonum*, eloquentiae laude floruerunt *d'Aguesseau*, *Cochin*, *La Chalotais*, *Mondar*, *Gerbier*, *Target*, *Treilhard*, *Linguet*, *Beaumarchais*, *Du Paty*, *Lally-Tolendal*, *Bergasse*, caet. — Tum vero etiam in censum venire merentur Oratores ex *politicis* viris praeclariores, e quibus *Mirabeauum*, filium, nominatim excitasse suffecerit. Plura vid. ap. *P. L. Lacretelle* seniorem (*de l'éloquence judiciaire*; — *Oeuvres*, Par. 1823. II. Voll. 8, T. I p. 87—124. 8.), aut ap. *Chénerium*, mox laudandum, Ch. IV. p. 75 sqq.

(6) Quales sunt ex Sec. XVII. *Jacobus Saurin*, *Petrus Du Bosc*, ex Sec. XVIII. *Rabaut Saint-Etienne*, *Superville* uterque, *Vernède*, *Huet*, *Bouillier*, ex Sec. XIX. *Monod*, *Mestrezat*, *Rau*, *Eschauzier*, caeteri.

(7) Quales sunt *Jacobus Ben. Bossuet* (de quo *Chénerius*: *il atteignit*, inquit l. c. p. 69, *l'eloquence de la chaire*, *et la porta*, *dans ses oraisons funèbres*, *à une hauteur inconnue avant et après lui*); *Bourdaloue*, *Massillon*, *Fléchier*, *Poulle*, *Maury*, caet. Conf. *Lacretelle* (*de l'éloquence de la chaire*, *considérée dans les prémiers orateurs*; *Oeuvres*, T. I. p. 127—195.).

(8) Ex antiquioribus laudantur *Malebranche*, *Charron*, *Pascal*, caet. ex recentioribus *Degérando*, *Villers*, *A Royer Collard*, *Victor Cousin*, al.

(9) V. c. *Arnauld*, *Fénélon*, *d'Aubertin*, *de la Place*, *Abauzit*, *Vernes*, *Sennebier*, *Koch*, *Blessig*, *Haffner*, *Trembley*, *Le Cène*, caet.

(10) Quos omnes quis enumeret? En tamen aliquos, praeter indicatos annotationibus superioribus: *Barthélemy*, *Bernardin de Saint-Pierre*, *Chateaubriand*, *Cuvier*, *De Bausset*, *De Buffon*, Mad. *De Genlis*, Mad. *De Sevigné*, *Du Thou*, *Florian*, *Fontenelle*, *La Bruyère*, *La Cépède*, *La Rochefoucauld*, Madem. *La Fayette*, *Marmontel*, *Mascaron*, *Nicole*, *Raynal*, *J. J. Rousseau*, *Sismondi*, *Thomas*, *Volney*, caet. — Accuratius cognosci poterunt optimi ex quocunque genere et qualibet aetate Scriptores Franco-Gallici, evolvendis scriptis, qualia sunt *Jo. Franc. de la Harpii* (*Lycée*, *ou cours de Littérature ancienne et moderne*, Paris 1819. 8. et stereotypice 1820. 12. optime ed.); *Chénerii* (*J. de Chénier*, *Tableau historique de l'état et des progrès de la Littérature — — Française depuis* 1789, Paris. et Brux. 1824. 8.); *A. Vineti* (*Discours sur la Littérature Française*, praemisso ejus *Chrestomathiae* Vol. III; vid. *Biblioth. Univ.* 1830. Août. *Litér.* p. 371—399); *Noëllii* et *de la Place* (*Leçons Françaises de Littérature et de Morale*, Bruxellis, ex duodecima ed. 1826. II. Voll. 8.): *M. de Barante* (*De la Littérature Franc. pendant le XVIIIe Siècle*, Brux. ex quarta ed. 1825. 12.). Laudantur in hoc genere etiam *P. J. Le Loup* et *Hodiesne*; ille propter *Gedrängte historisch-chrestomatische Uebersicht der Literatur Frankreichs für Gymnasien*, Moguntiae 1829. 8, hic ob *Kurze geschichtliche Darstellung der alten und neuen Französischen Literatur*, Casselae et Marburgi 1830. Ad omnes illos aliosque nunc

ac

edidit *Nic. Goth. Van Kampen* (*Bloemlezing uit de Fransche Letterkunde*, cujus Operis Vol. I. Zutphaniae, 1831. 8. prodiit).

(11) Proderunt hoc agenti Anonymi O. (i. e. *Guilielmi Ant. Ockerse*). *Eenige algemeen bruikbare hulpmiddelen, om zich den geest der Fransche Taal eigen te maken, waarvan in de gewone Fransche Scholen zoo zeer geen gebruik wordt gemaakt.* (Commentatio acutissimi Viri, qua de iis subsidiis perspicue et succincte exponit, inserta est Diario *Recensent o. d. Recc.* T. VI. P. II. p. 397 sqq. et 445 sqq.).

(12) Laudantur multi admodum, veluti poëta ille *Malherbe* (vid. *Morhofii Polyh.* I. 757.), et *Beauzée*, *Des-Fontaines*, *Du-Marsais*, *d'Olivet*, *Duclos*, *Douchet*, *Fromans*, *Hardouin*, al. Praecipue vero Rev. *Buffier* (*Grammaire Françoise sur un plan nouveau*, Paris. 1741. 12.); Rev. *Girard* (*Les vrais principes de la L. Fr.* etc. Amst. 1762. II. Voll. 12. et ex ed. *Beauzéii*, haud mediocriter aucta, Paris. 1769. II. Voll 12); *Wailly* (*Gr. Fr.* Par. 1800. 8. repet. Lipsiae). Mitto *Girardum* Genevensem (*Elémens de la Gr. Fr.* Par. 1806. 12.), *Jo. Bapt. Castillium* (*Gr. Fr. simplifiée*, — et hujus *Epitome*, *Abrégé raisonné* etc. Par. 1803. 8.): ut et *Gallo-Germanicae*, aut *Gallo-Belgicae* Grammaticae Scriptores; unum adhuc memorasse contentus, *Restautium* (*Principes généraux et raisonnés de la Gr. Fr.*, Paris. ex undecima ed. 1771. 8.; cujus libri Epitome in Scholis nostratium diu in usu fuit).

(13) In praecipuis est *Academicum* (*Dictionnaire universel de la Langue Françoise, des arts et des sciences* (Par. 1740. IV. Voll. f. m. — Prodierat dudum antea, etiam Amst. 1696. IV. Voll. f. m. —): cui par aut adeo praestantius censetur *Trevultianum* (*Dict. univ. Fr. et Latin de Trévoux*, Nancy 1740. VI. Voll. f. m.). De *Etymologicis* Lexicis (quae inter eminet Menagianum, quamquam ne ipsum quidem omnibus satis probatum, et a *Sorberio* vehementer improbatum) hic non agendum videtur. Caeteroquin, si quis alius, laudandus esset Ill. *Pougens* (*Trésor des Origines et Diction. grammatical de la L. Fr.*, cui operi per quadraginta annos intentus fuit auctor, quamquam oculorum luce orbatus; vid. *Biblioth. Univ.* 1829. Sept. *Litter.* p. 55 sqq.). Incipientem nostratem raro destituet *Francisci Halma* Opus, saepius recusum (*Le grand Dictionn. François et Flamand: — het groot Fransch en Nederd. Woordenboek*, L. B. et Traj. B. 1758 et 1761. 4.). Nec contemnenda Lexica, sive *Petri Marin*, itidem saepius, forma quarta et octava ed.; sive quod *S. J. M. Van Moock* edere incepit IV. Voll. Zutphaniae 1824. 8. (nondum tamen ad finem perductum); sive quod ibidem minuta forma (12) dudum in lucem emiserat diligentissimus vir *J. P. Jungst.* — Attamen vix, aut ne vix quidem, sufficiunt omnia illa majora aut minora Lexica novissimorum lectori librorum; quos inter sunt, qui in procudendis novis verbis, iisque insolita prorsus ratione construendis, nec ullam analogiae habent rationem, et omnem excedunt modum, et vero Linguam, gratiae caeteroqui ple-

nis-

nissimam, horridam reddunt et barbaram. Quam libidinem utinam alii reprimant Scriptores, illi praesertim, qui ab ingenii fertilitate et elegantia prae caeteris laudari et solent et merentur! Nisi autem, ut vovemus, fiat, brev opus erit *Lexico novae Linguae Gallo-Francicae*, quale, nisi fallimur paulo post publicae rerum politicarum conversionis initia, olim jam meditatu fuit *Gedikius:* et unum alterumve, ut puto, reapse prodiit. *Antiquiori* Linguae Gallo-Francicae studio inservire poterit *La Combii Dictionnaire du vieux Language Fr.*, Paris. 1766. 8.

(14) *Histoire Littéraire de la France, par des Religieux Bénédictins de la Congregation de S. Maur. — — Continué par des membres de l'Institut (Académie des Inscriptions et Belles Lettres)*, Paris 1733—1824. Tomis XVI. 4. (Ultimus Seculi XIII. enarrat historiam). Cf quos ann. 10. indicavimus.

## §. 23.

### *Anglica.*

Disci quoque meretur *Anglica* Lingua, et alias ob causas, et propter excellentia varii generis scripta, hoc sermone edita, quae *vel* ad Sacri Codicis interpretationem pertinent, *vel* ad tuendam religionis Christianae veritatem, *vel* ad illustrandam theoreticam practicamque Doctrinae Sacrae partem (1); ad quos accedunt Oratores Sacri (2) Quorum (3) aliorumque Scriptorum prosaicorum, qui dicuntur (4), et Poëtarum (5), diligenti lectione et imitatione haud difficulter profici poterit ad tersam et elegantem Anglice scribendi rationem: maxime si optimi simul *Grammatici* (6) et *Lexicographi* (7) diligenter lection adhibeantur. Ut vero *loqui* recte discas Anglice, nisi in Angliam transcurrendum, saltem magistro, verae pronunciationis *vere* perito, utendum erit.

(1) Ex *isto* genere sunt, e. g., quae scripserunt *Whitbyus*, *Peircius* *Bensonus*, al., ex *illo*, quae *Bentlejus*, *Sherlockius*, *Butlerus*, *Warburtonus*, *Lelandus*, *Lardnerus*, *Addisonus*, *Watsonus*, *Paleyus*, caet. ex *hoc* denique, quae *Stackhousius*, *Bullus*, *Pearsonus*, *Clarckius* *Watsius*, *Doddridgius*, al.

(2) V. c. *Tillotsonus*, *Sharpius*, *Enfieldus*, *Blairius*, caet.

(3) Poterat hic dici de Oratoribus *politicis*, qui laudibus ferri solent nec a popularibus tantum, sed ab *Archenholtzo* aliisque exteris et advenis. Verum metuimus, ne forte minus accurate judicemus de Viris, de quibus tam severe pronunciavit Ill. *Byron*, vix quemquam eorum (*Grattan*, *Pitt* *Fox*

*Fox*, *Grey*, *Canning*, *Erskine*, *Lauderdale*, caet.), praeter *Sheridanum*; et ex parte *Hollandum* et *Grenvillium*, admirans vel collaudans: Vid. *Mémoires de Lord Byron*, *par Thom. Moore*, *trad. par Mad. Louise Sw. Belloc* (Brux. 1830. 8), T. II. p. 90—93.).

(4) V. c. *Lockii*, *Fosteri*, *Fergusoni*, *Robertsoni*, *Richardsoni*, *Smolleti*, *Sternii*, *Cooperi*, caet. et nonnullarum sexus sequioris auctorum, v. gr. *Aikins*; *Opie*, *Robinson*, caet.

(5) V. c. *Miltoni*, *Shakespearii*, *Popii*, *Thomsoni*, *Youngii*, recentiorumque, *Byroni*, *Scotti*, *Moorii*, al.

(6) E. g. *Jan. Wallisius* (*Grammatica Linguae Anglicanae*, ex sexta ed. Lond. 1765. 8), et, plures alios ut mittam, *Germanorum* inservientes commodis, (*Moritz*, *Ludwig*, *Koenig*, *Bachmair*) *Guil. Sewel* (*Beknopt Vertoog der Engelsche Spraakkunst*, *Lexico* ejus praemissa), *Peyton*; caet.

(7) Unus instar omnium est *Samuel Johnson* (*A Dictionary of the English Language*, Lond. 1755. II. Voll. forma max.). Merentur quoque laudari *A. Boyer* (*Lexicon Gallo-Anglicum et Anglo-Gallicum*, Lond.; ex duodecima ed. 1767. 8); *J. Ebers* (*The new and complete Dictionary of the German and English Languages* etc. Lips. 1796—1799. Voll. III. 8. *Vollständiges Wörterbuch der Englischen Sprache für die Deutschen*, ibid. 1793 sq. Vol. II. 8.); *Guil. Sewel* (*Engelsch-Nederduitsch en Nederduitsch-Engelsch Woordenboek*. Optima editio est, quam procuravit *E. Buis*, Amst. 1766. 4. Quominus vero luculentior utilis Lexici editio, ante hos triginta annos a nobis parari coepta, edi potuerit, impedivit temporum et patriae calamitas); *Jo. Holtrop* (*Eng. en Nederd. en Ned. en Eng. Woordenb.* etc. — Amst. 1789. Vol. Ium, Dordraci Vol. IIum, 1801. 8. prodierunt). In minoris formae Lexicis laudari merentur *Caroli Benjam. Schade* opus, Lond. et Lips. 1804. 8. et alterum Lipsiense, suppresso auctoris nomine a. 1801. II. Voll., minutissimis characteribus, sed nitidissime, ed.; denique Londinense illud exiguae molis, sed bonae frugis, Anglica Anglice destinat interpretans Lexicon, cujus auctor latet sub litera J.; cujusque quinta editio exiit a. 1797. 8. caet.

## §. 24.

### *Aliae.*

Nonnullarum aliarum, quae in *vivis* censentur, linguarum singulis Theologis minor erit majorve utilitas, pro ea studiorum, etiam Theologicorum, parte, in qua quisque prae caeteris elaborare constituerit. Sic *Italica*, quam Academia *Furfuratorum* (*della Crusca*) perpolivit, praesertim ad ingenium legendis Poetis (1) excolendum plurimum valebit;

quamquam et alio nomine multiplici Erudito cuique, et Theologo nominatim, illa sese commendat (2). *Veneronii* (3) cum *Grammatica*, tum *Lexicon* (ne alios excitemus) discenti proderunt. Eumdem fere usum, quem *Italica*, Dialecti *Lusitanica* et *Hispanica* praestare poterunt. Quis enim ignorat praestantissimum e Lusitanis Poëtam epicum, *Camoënsium?* Quis Hispanorum principes poëtarum *Alonsium d'Ercilla*, *Lopium Felicem de Vega Carpionem*, *Ferdinandum de Herrera*, aliosque? Alio nomine *Suecicae Danicaeque*, alio *Rossicae*, *Polonicae* aliarumque id genus linguarum, studium Theologo expedire poterit. — Caeterum de optima universe ratione *vivas* linguas discendi, *Gesnerum* consuluisse poenitebit neminem (4).

(1) *Petrarcha* v. c., *Dante*, *Tasso*, *Ariosto*, *Metastasio*, *Alfieri*.

(2) Haud pauca, eaque praestantissima Opera, talia etiam, quae res ad Historiam Ecclesiasticam pertinentes tractant, hac lingua conscripta sunt. Nonnulla suis locis indicabimus. Recentiores Italos Scriptores cognoscere cupienti adeundum est opus, quod *Camillo Ugoni* patrio sermone conscripsit, cujusque interpretatio Germanica Turici prodiit 1827 sqq. inscripta: *Geschichte der Italienischen Literatur, der zweyten Hälfte des achtzehnten Jahrhunderts.*

(3) *Le maître Italien, ou la Grammaire de V., augmentée de plusieurs règles — — — avec un Dictionaire pour les deux langues, — — par Charles Placardi*, Francof. et Lips. 1764. 8. — *Dictionaire Italien et François, et Franç. et It., mis en lumière par Antoine Oudin; — continué par Laurens Ferretti, — achevé, revu, corrigé et augmenté — — par Veneroni*, Lugd. 1707. II. Voll. 4. — Incipientium usibus egregie inserviet *A. H. Vergani Gramm. Ital. simplifiée et reduite à XX Leçons*, Par. ex 5ta emendata ed. 1808. 8. min.

(4) *Isag.* c. §. 171 sqq. T. I. p. 192 sqq.

## §. 25.

### *Linguae emortuae.*

Cuivis supra vulgus sapere cupienti, ergo et futuro Theologo, vivarum linguarum studio adjungendum est studium linguarum aliquot emortuarum. Praesertim vero hîc in censum illae veniunt, quae *Eruditae* (vel *Eruditorum*) vul–

vulgo vocantur; in his etiam, quae *Orientales;* quamquam harum quaedam emortuis minus accurate accensentur. Ad illas praecipue *Latina* et *Graeca* referuntur, ad *has Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Æthiopica, Talmudica* et vix ab hac diversa *Rabbinica.* Quibus addi possunt cum aliae, tum praecipue *Coptica, Armenica, Persica, Sanscritica, Sinica, Turcica:* ne de permultis, quae magnam partem nostra demum memoria Europaeis innotuerunt, linguis O. O. et dialectis hic dicamus.

### §. 26.

### *Latina.*

Quicunque ad eruditi viri nomen et honorem adspirat, Latinae linguae scientia et usu carere nullo modo potest. Itaque et Theologiae Studioso ea accurate discenda est. Neque sufficit, ut libros ea conscriptos, sive *Classicos* illos, qui vocari solent, sive alios innumerabiles, de quolibet *Eruditionis*, etiam Theologicae, genere exponentes, recte intelligere, et Scholis Professorum, quae adhuc in nostra patria, laudabili instituto (1), Latine tantum non omnes haberi solent, cum utilitatis fructu interesse possit. Enimvero hoc sermone, Eruditis ubivis gentium vernaculo (2), debet, tam scribendo, etiam ad Viros Doctos alibi terrarum degentes, quam loquendo (3), satis probabiliter uti posse. Elegantissimae igitur et utilissimae Linguae (4), quae e Graeca, vel potius, una cum hac, ex antiquissima Indica, ortum duxisse videtur (5), et quae sine Graecae scientia vix recte disci potest; ejus, inquam, penitiorem scientiam qui comparare studeat, non negligat is *Grammaticos*, tam veteres (6), quam e recentioribus praestantiores (7). Porro in *Orthographia* et *Prosodia*, non minus quam in *Etymologia* et *Syntaxi*, operam collocet (8), et *Lexicis* utatur optimis (9). Praeterea, duce potissimum *Schellero* (10), in Stylum bene Latinum incumbat diligenter, legendis et relegendis elegantissimis aureae praesertim ae-

tatis Scriptoribus. Quibus utiliter (11) adjunget ex recentioribus nonnullos, qui ad Veterum praestantiam proxime accedunt, veluti *Muretum*, *Gesnerum*, *Ernestium*, *Ruhnkenium*, *Wyttenbachium*, *Borgerum*; Theologos item, qui ab integritate sermonis et ornate scribendi facultate prae aliis laudantur; ut e Scriptoribus Ecclesiasticis *Lactantium*, ex serioris aevi Theologis Romano-Catholicis *Melchiorem Canum*, *Desiderium Erasmum*, ex Protestantibus *Philippum Melanchthonem*, *Joachimum Camerarium*, *Joannem Calvinum*, *Seb. Castalionem*, *Herm. Witsium*, praesertim *Jo. Aug. Ernestium*, quique ex hujus Schola prodierunt, *Jo. Aug. Dathium*, *Alex. Frid. Nath. Morum*, *Christ. Guil. Thalemannum*, *Carolum Christ. Tittmannum* (patrem); quibus adjungatur *Jo. Aug. Henr. Tittmannus* (filius), ut et *Henr. Aug. Schottus*, *Jo. Jac. Hottingerus*, *Godofr. Sigism. Jaspisius*, alii. Neque in solis prosae orationis Scriptoribus cognoscendis acquiescat, sed et Poëtarum praestantiores, *Virgilium* praecipue et *Horatium*, quotidiano terat usu. Ad legendos vero argenteae, nedum aeneae ferreaeque aetatis Scriptores *Latinos*, cum Ecclesiasticos, in his *Patres*, quos excipiunt *Scholastici*, tum exteros, qui vulgo *profani* vocantur, vix accedat, antequam bene et terse scribendi facultatem, satis longo usu confirmatam, paraverit. Quorum, ut quid hi sibi velint, recte intelligat, lectioni adhibeat *Ducangium* et *Carpentarium* (12): atque, recentiorum sordibus ne coinquinetur, *Noltenii Lexicon Antibarbarum* (13). Optimos autem e Latinis cujusvis aetatis Scriptores cognoscere et a reliquis dignoscere discet, consulendis praecipuis Historiae Literariae Latinitatis auctoribus, veluti *Jo. Geo. Walchio* (14), *Jo. Alb. Fabricio* (15), *Theoph. Christoph. Harlesio* (16), *Guil. Dav. Fuhrmanno* (17).

(1) Plurimos esse, qui secus statuant, nemo nescit. In iis e. g. ipse *Sam. Mursinna*, Vir doctissimus, (*Encycl. Theol.* §. 71.) nomen profes-

sui

[illegible] argumentis tamen sententiam non firmans: sed et ad *Egenolfii brevem linguae germanicae, Petro Burmanno oppositam* (Lips. 1717. 4.) *apologiam* provocans, et alibi (*de Instit. Acad. et Scholast.* §. 18, sive *Encycl.* T. II. p. 22) dicta sua repetens. Unum insuper ex recentissimis indicemus anonymum Scriptorem disputatiunculae, quae inscriptionem praefert: *Kan de bijbehouding der Latijnsche Taal bij de voorlezingen aan de Hoogescholen thans nog doelmatig worden geacht?* insertae libro: *Tijdschrift voor Wijsbegeerte — — uitgegeven door Dr. Kiehl*, Hagae Com. 1828 sq. Tom. I. (*Opstellen*) p. 52—62. Non est instituti nostri, in accuratam hujus rei disquisitionem excurrere. Sed conf. *Gesneri Isag.* §. 91 sq. c. animadv. *Niclasii*, T. I. p. 102. Add. *Sigonii* Oratio 5, *de Latinae Linguae usu retinendo.* Add. *F. H. L. Donckermanni Commentatio de hodierno Linguae Lat. usu in Literis doctrinisque tradendis*, L. B. 1826. 8. min. Scite *Hollmannus*, *Philos. Rat.* §. 377. in p. 482. — Argumenta, utrimque in medium allata, qui diligenter exposita legere cupiat, adeat opus, publica auctoritate haud ita pridem editum, cui titulus: *Rapport der Commissie — — over sommige punten betreffende het hooger Onderwijs*, Hagae Com. 1830. f. max.) p. 47—107. Quae ibidem p. 78. citatur, *Henrici Constantini Cras* Disputatio (*Commentt. tertiae Classis Instituti Belg.* T. III.) hic etiam conferatur. Liceat autem hoc loco, velut in transcursu, observare, Virum Cl. *Philippum Marheineke*, in praefatione praemissa septimae, a se procuratae, editioni opusculi *Schroeckiani* (*Historia Religionis et Ecclesiae*, Berol. 1828. 8.) hujus virtutes tangentem, earum » haud minimam videri," dicere, » quod *latino* sermone eodemque puro ac facili conscriptus » liber sit, quo nihil cum ad ingenia juvenilia, auctorum classicorum exem» plis antea nutrita, in Scholis Theologicis digne ac liberaliter excolenda » aptius, tum ad res breviter ac nervose exprimendas utilius sit." Non prorsus cum ipso facere videtur Censor *Schottianae Isagoges in N. T.* Goettingensis, *L*[*ücke*], cum » non *reprehendendos* dicat Viros, qualem » *Schottum* esse fatetur, qui *vetustam* et *obsoletam* eruditorum vestem » non sine dignitate et decore induant." Addit vero idem Eruditissimus » Vir, Latinae linguae usum *et* conjungere arctiore vinculo Viros doctos va» riarum gentium, *et* utilem omnino esse posse mentis exercitationem et » disciplinam, *et* vero obicem, si revocaretur, positaram vanae nostrae » aetatis jactantiae et πολυγραφίᾳ." Postremo » facilitatem Schottianae » orationis et perspicuitatem collaudans, ipsum Latine scribendo eo magis » suo jure usum esse, ait, quo *et* libri argumentum magis ejusmodi sit, » ut sine difficultate et *pedantismo* Latine tractari possit, *et* hac ratione » *Germanorum* inventa citius et sincere magis, quam Versionum ope fieri » possit, cum exteris communicentur." Caeterum dictis, quae citavimus, praemiserat, » usum Latini sermonis magis magisque in desuetudinem abire, » atque hoc *non carere causis sonticis.*"

(2) Quare Latinae Linguae, non Graecae, iste honos fuerit tributus, ejus rei

rei causa in eo quaerenda, quod Latinae literae a *Petrarcha*, *Bocati*
*Malpaghino*, aliis, dudum restitutae fuerant, antequam Graecae a fugie
tibus e Byzantio Graecis Eruditis in Europam inducerentur. Qua de re po
alios vid. *Chr. Dan. Beckius*, in libello: *Sacrorum emendatio Philol*
*giae conjunctissima*, p. 4 et 15, ann. 4.

(3) Nonnullos, Latine scribendi peritissimos Viros, veluti *Jos. Scalig*
*rum*, *Paulum Manutium*, *Claudium Salmasium*, *Car. Sigonium*, *J*
*Freinshemium*, *Jo. Facciolatum*, haec dos destituisse legitur (vid. *Schell*
*ri Praec. Styli*, p. (prioris ed.) 769). Id, quod et de praestantissimis V
ris, *Davide Ruhnkenio* et *Ludovico Casparo Valckenaer*, vulgo perhibe
Atque ingrata hujus defectûs conscientia fortassis in causa fuit, cur quidam,
his *Franciscus Sanctius* (in *Minerva seu de Causis Linguae Latinae*,
Addit. ad Lib. VI. p. 855—862. ed. *Jac. Perizonii* 6ta Amst. 1754;
*Ever. Scheidii*, Traj. ad Rh. 1795. 8. p. 1051 sq.) de eximia latine coll
quendi facultate iniquius judicent. Quibus concedendum quidem, *Stylum* e
optimum dicendi artificem; quin fatemur, sine assidua Veterum lectione
imitatione (de qua cf. *Quintil.* Lib. X. *I. O.* c. 2. *Heinecc.* P. III. *de St*
*lo cultiore* etc. et *Scheller.* l. c. p. 773—783.), solis colloquiis, facul
tem bene loquendi non facile comparatum iri. Attamen ea proinde flo
non est pendenda, sed e contrario non unam ob causam comparandae ei
ligenter studendum. (Conf. adhuc *Schell.* l. c. p. 769—771.).

(4) Quas Latinae linguae laudes praedicarunt et adversus Etruscae adı
ratores et commendatores tuiti sunt *Manutius*, *Muretus*, alii; praeser
vero *Hubertus Folieta* (*de L. Lat. usu et praestantia*, Libris III. ex
*J. L. Moshemii*, qui *Diss.* addidit de *L. Lat. cultura et necessita*
Hamburgi 1723. 8.): uti et contra *Jo. Labourerium*, Franco-Gallicae ling
laudatorem nimium, *Slusius*, celeber Mathematicus, *Epp. duabus* (de qui
conf. *Jo. Aug. Ernestii Neue Theol. Bibl.* VIII. 380).

(5) Prius jam Veteres agnoverunt, recentiores demonstrarunt. Consul
dus ea de re est *Sim. Pellouterius* (*Sur l'origine des Romains*; in *Con*
*Acad. Berolin.* ad a. 1752). Quid hac in causa *Tiberius Hemsterh*
praestiterit, neminem latet: de quo conf. *Elogium* ejus a *Ruhnkenio*
gantissime pariter ac subtilissime conscriptum (vid. inf. §. 27 ann. 2.
§. 28. ann. 9.). De altero conff. paulo ante dicta ad §. 18. ann. 3.
21 sq.

(6) Quos *Gothofredus* et *Putschius* ediderunt; ille Genevae a. 1595
et postea saepius, hic Hannoviae, a. 1605. 4.

(7) Velut *Alvaresium*, *Vallam*, *Jul. Scaligerum*, *Sanctium*, *Sci*
*pium*, *Vossium*, alios (de quibus consulendi, quos mox indicabimus
13—16, Viri Doctis).

(8) Praecipuos huc pertinentes Scriptores a citandis mox ann. 13
facile, qui cupiat, discere poterit. Non vero praetermittendum hoc l
de *Adagiis* legendum esse *Desid. Erasmum Roterodamum*, — de *So*

*libus verbis et formulis Populi Rom.* *Barnabam Brissonium*, — de *Ellipsibus J. F. Grimmium*, etc.

(9) Qualia sunt *Roberti Stephani* (*Thesaurus L. L.* Lond. 1734. IV. Voll. f. m. etiam Basil. 1740. IV. Voll. f. m.); *Basilii Fabri* (*Thesaurus eruditionis Scholasticae*, cujus optima ed. est, quam *Jo. Matth. Gesnerus* curavit Lips. 1749. f. m. Qui idem ibid. eod. a. IV. Voll. f. m. edidit *Novum Linguae et erud. Romanae thesaurum*: in quo opere quid praestiterit, discas ab *Ernestio*, in *Narratione de ejus vita*, inserta *Opuscc. Oratoriis* ed. L. B. 1762, p. 327 sqq. ed. L. B. 1767. p. 491 sqq.); *Facciolati*, *Schelleri* (quod nostratium usui aptavit summus *Ruhnkenius*); quibus addantur Etymologica *Matthiae Martinii* (*Lex. philologicum* etc. Bremae 1623. f. m., optime vero *cura Jo. Geo. Graevii*, Traj. B. 1697 et 1711. II. Voll. f. m.) et *Ger. Jo. Vossii* (*Etymologicum L. L.*, L. B. 1664 et 1695. f. m., et cura *Mazuchi*, Neap. p. 1762. II. Voll. f. m. (Conf. de hoc opere *Morhofii Polyh.* I. 818, et *Moshemii Obs. S.* p. 410 sqq.).

(10) *Imm. Jo. Gerh. Schelleri Praecepta styli bene Latini, imprimis Ciceroniani*, Lips. 1779, mox 1786, tertium 1797, II. Tom. 8. Haec jam dudum in locum successerunt libri, qui antea Studiosorum manibus et usu praecipue terebatur, inscripti: *Fundamenta stili cultioris*, auctore *Jo. Gottl. Heineccio*, Lipsiae 1719, et saepius, 8. (Quem egregie auctum *Jo. Matth. Gesnerus* edidit ibid. 1748. et saepius; denuo *Nic. Niclas*, ibid. 1766. 8).

(11) Conf. *Jo. Geo. Gesnerus*, in *Praefatione* ad *Opuscc. minora*; p. IV — VII.

(12) *Car. du Fresne*, *Domini du Cange*, *Glossarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis*, Par. 1733. VI. Voll. f. m. et Basil. et Lips. 1763. III. Voll. f. m. *D. P. Carpentarii Glossar. novum ad Scriptt. med. aevi, cum Lat., tum Gallicos, seu Supplem. ad auctiorem Glossarii Cangiani ed.* Par. 1766. IV. Voll. f. m. Horum Compendium prodiit Halae 1772. VI. Voll. 8.

(13) *Jo. Frid. N.*, *Lex. Lat. L. antibarb. quadrip.* primum 1729. 8., dein saepius, et *c. praef. Moshemii*, Lips. et Helmst. 1744. Accessit a. 1768. Tomus II, *ex B. Parentis mandato* editus a *Jo. Andrea N.*: uterque Tomus cura et studio *J. G. Wichmanni* repetitus est Berol. 1780. 8.

(14) *Historia Crit. Lat. L.*, Lips. 1729. 8. iterumque 1761. III. Voll. 8.

(15) *Biblioth. Lat. s. notitia Auctorum Vett. Lat.*, Hamb. 1708. III. Voll. 8. et saepius postea; — eadem vero nunc habenda est *melius delecta, rectius digesta et aucta, diligentia Jo. Aug. Ernesti*, Lips. 1773. III. Voll. 8.

(16) *Introductio in notitiam Literaturae Romanae, imp. Scriptorum Lat.*, Noribergae 1781. et Lipsiae 1798. II. Voll. 8. Ejusdemque *Introd. in historiam L. Lat.*, Bremae 1764, et 1773. 8.

(17) *Handbuch der classischen Literatur, oder Anleitung zur Kenntniss*

*niss der Griech. und Röm. Schriftsteller, ihren Schriften, etc.* Li
1804. IV. Voll. 8.

§. 27.

*Graeca.*

Cum Latinae Linguae studio conjungendum est, q fortassis ei praemittendum, studium Linguae Graecae, pı stantissimae illius et utilissimae, quam *Petrus Franc* « omnium disciplinarum fulcrum" recte dixit, « cujus « studium vigeat, ibi vigeant omnes et artes et doctrinae (1 Cernitur ejus praestantia antiquitate summa, incredibili pia, maxima in admittendis quibusvis inflexionibus et m tationibus facilitate, eximia denique elegantia. Quid? qu in Graecorum, quibus quicquid ad humanitatem spec ortum suum vel praecipua debet incrementa, scriptis p rennis est, idemque limpidissimus, fons et scaturigo s pientiae (2). Uti igitur nemo, verae Eruditionis cupidı ejus peritia carere potest, sic Theologo praesertim in e incumbendum: quippe qua Novi Foederis Codex consc ptus est, conscripti sunt *libri Apocryphi*, et adornata a tiquissima Veteris Foederis interpretatio *Alexandrina*, et illae, quae *Aquilae, Symmacho* et *Theodotioni* debent quarum fragmenta quaedam supersunt. Ne addam, Gra scripsisse, ut lectu dignissimos *Judaeos*, *Josephum* *Philonem*, ita *Veteris* quoque *Ecclesiae Doctorum* q plurimos et praestantissimos. Hanc igitur linguam accu tius discere cupienti Studioso non tantum *Grammati* unus et alter ex vulgaribus (3), aut recentioris mer riae (quos inter post alios hodie prae caeteris *Philip Büttmann* (4), *Augustus Matthiae* (5), *Frederi Thiersch* (6) eminent), sed etiam et imprimis, certe satis otii sit ab aliis studiis magis necessariis, antiqui *Grammatici* Graeci legendi sunt (7): itemque *Scholia* veteres; in his, alios ut mittamus, *Eustathius* (8). que spernenda, quae immortalis *Tiberius Hemster sius*, sequentibus *Valckenario*, *Lennepio*, *Scheidio*,

Linguae *Analogia* exposuit (9): et imprimis perpendenda, quae de vera ejus *Pronunciatione*, de *Accentibus* eorumque vi, de *Digammate Æolico* et *Alphabeto* Graeco, de Linguae *Idiotismis*, de *Particulis*, de *Ellipsibus*, de *Praepositionum* in verbis compositis vi et usu, de *Prosodia*, de *Verborum differentia*, denique, ne plura cumulemus, de *Dialectis*, Viri Docti copiose disputarunt (10). Praecipue vero in optimorum lectione Scriptorum Graecorum, Historicorum, Philosophorum, Oratorum, Poëtarum (quos omnes, vel plerosque, hîc recensere longum sit), diligens opera collocanda est: initio ducto a faciliore quodam auctore et antiquiore, sensimque pergendo ad difficiliores Scriptores et serioris aevi. Lectioni adhibendum *Lexicon* aliquod ex optimis, sive antiquioribus (11), sive recentioribus (12), non neglectis particularibus, v. c. *Timaei.* Quoniam vero Studiosus Theologiae *Sacri* etiam *Oratoris* personam olim sustinendam habebit, ut primum aliquam comparaverit Graeci sermonis peritiam, ad lectionem *Oratorum*, non tantum *secularium*, qui nonnullis dicuntur, *Demosthenis*, *Æschinis*, *Isocratis*, sed et *Ecclesiasticorum*, *Basilii* Magni, *Gregorii Nazianzeni*, *Macarii* et *Joannis* imprimis *Chrysostomi* conversus, eorum studio et imitatione ad comparandam oratoriae facultatis praestantiam contendat. Postremo proderit ei fata Linguae et Scriptorum *historiam* cognoscere, eoque consilio et aliorum Virorum D., et *Fabricii* (13) imprimis, *Walchii* (14), atque *Harlesii* (15) scripta perlegere.

(1) Orat. *de usu et praest. L. Gr.*, sive 5ta *Orationum*, ed. Amst. 1705. 8.

(2) Conf. post multos alios *Dav. Ruhnkenii* Or. *de Graecia*, *artium et doctrinarum inventrice*, rep. in *Opuscc.* p. 77 sqq. (ed. 2dae T. I. p. 88. sqq.): de qua vid. quae dixit *Dan. Wyttenbachius*, in *Vita Ruhnkenii*, p. 74. (*Opuscc.* ed. 2dae T. I. p. 589 sq.: — novissimae ed. (1824.) p. 126).

(3) Itaque omitto dicere de *Clenardi*, *Verweyi*, *Welleri*, *Struchtmeyeri*, *Hachenbergii*, *Grammatica Gr.*, de *Posselti Syntaxi*, de *Outhofii Rudimentis.* Liceat mihi tantum commemorare unam *Gerardi Dorn Seiffert* Grammaticam (*Grieksche Spraakkunst voor de Scholen*, Amst. (ex quarta

ta ed.) 1826. 8., et una *Joannis Kappeyne van de Coppello Rudimenta* (*R. der Gr. Taal*, Hagae Com. 1822. 8. min.).

(4) *Ausführliche Gr. Grammatik*, Berol. 1819 et 1827. II. Voll. 8. Adjuvandis studiis provectiorum melius, quam tironum, accommodata est. His vero jam magis inservit brevior Ejusdem sive *mittlere Gr. Grammatik*, cujus decima tertia editio prodiit Berolini 1829. 8.: maxime vero Ejusd. *Griech. Schulgrammatik*, cujus jam *septima* quoque ed. ibid. 1825 prodiit.

(5) *Ausführliche Griechische Grammatik*, Lips. ex altera emendata ed. 1825. II. Voll. 8. cum III°. quod *Indices* continet.

(6) *Griechische Grammatik*, *vorzüglich des homerischen Dialektes* Lips. ex tertia emend. ed. 1826. 8.

(7) Praeter *ineditos* complures, delitescentes adhuc in Bibliothecis Parisinis, Britannis, aliis, huc pertinent, ex editis ab *Aldo* (in *Thesauro*, *Cornu Copiae* et *Hortis Adonidis*, Venet. 1496. f. m. et tribus aliis Voll. 1495 et 1523 f. m. et 1525. 8.) et aliis, *Basilius M.* (sed ψευδώνυμος), *Phrynichus*, *Helladius*, *Apollonius Dyscolus*, *Proclus*, *Moeris Atticista*, *Jo. Philoponus*, *Thomas Magister*, *Theodorus Gaza*, *Phavorinus*, *Herodianus*, *Arcadius*, *Theodosius*, caet. De illis conf. *Jo. Alb. Fabricius*, in *Bibl. Gr.* Lib. V. c. 7. Vol. VII, ubi et *Harlesius* conferendus. Add. *Morhofii Polyh.* I. 776 sqq. Ex recentissimis, post *Peyronum*, *Bekkerum*, *Blochium*, alios, laudatur *Guilielmus Dindorf*, ob editos *Grammaticos Graecos*, Lips. 1823. II. Voll. 8.

(8) Eruditissimi Archiepiscopi Thessalonicensis Sec. XII. vastus et grammaticae atque historicae doctrinae plenus in Homerum Commentarius prodiit Romae 1550. IV. Voll. f. m. et rursus Basileae 1562. III. Voll. f. m. (ante alteram ed. *Excerpta Eustathiana Hadrianus Junius* Basileae 1558 ediderat). Nova vero et emendatior editio cura *G. T. Stalbaum* et *J. A. E. Schmidt* prodiit Lips. 1825. VI. Voll. 4. — Caeterum, in *Scholiastis* laudantur *Didymus*, *Moschopulus*, qui *Homerum* illustrarunt; ut et, qu *Scholia* scripserunt in *Aristophanem*, *Sophoclem*, *Hesiodum*, *Pindarum* *Æschylum*, *Euripidem*, *Aratum*, *Theocritum*, *Thucydidem*, *Apollonium Rhodium*, caet. — Theologi praecipue interest nosse *Scholiastas* i *Novi Foederis* Libros, quorum nonnullos in lucem protraxit *Chr. Fr. Matthaei*: nec minus *Glossographos*, e. g. *Photium*, Patriarcham Constantinopolitanum Sec. IX. (cujus *Λεξέων συναγωγή*, descripta e Cod. Galean a *Rich. Porsono*, edita est a *Dobreeo*, Lond. 1822. II. Partt. 8., repet. e additam. Lipsiae 1824. 8); *Phavorinum*, *Philoxenum*, *Cyrillum*, praecipu vero *Hesychium* et *Suidam*, illum a *Joanne Alberti* (et post hujus obitum *Dav. Ruhnkenio*, L. B. 1746 et 1766. II. Voll. f. m.), hunc a *Ludovico Küster*, Cantabrigiae 1705, III. Voll. f. m.) eximie editos. Idem autem, que modo memoravimus, *Jo. Alberti* jam antea e Codd. MSS., annotationibus su illustratum ediderat *Glossarium Graecum in Sacros N. F. libros*, L. I 1735. 8. Neque praetermittendae hoc loco sunt *Glossae Sacrae Hesychii Graece* a *Jo. Chr. Theoph.* (*Gottl.*) *Ernestio* ex universo illius opere ex

cer

ceptae, emendatae et illustratae, Lips. 1785. 8.; neque *Suidae* et *Phavorini Glossae S. Graece*, simili modo, ibidem a. seq. ab eodem editae. Conf. *Jo. Aug. Ernesti*, in *Instit. Interpr. N. T.* P. I. S. II. Cap. 3. §. 12 sq. Cap. III. §. 29 — 32. et in *Prolusione de vera indole et recto usu Glossariorum Graecorum in interpretatione*, Lips. 1742. rep. in Ej. *Opuscc. varii argum.*, p. 61 — 93. Add. *Morus*, in *Acroas. sup. Hermen. N. T.* Vol. I. p. 110 — 131. et *Jo. Frid. Fischerus, de Vitiis Lexicograph.* Prolus. X, XI, XXVII, XXVIII, caet.

(9) Commendandae imprimis sunt *Ludovici Casp. Valckenaer Obss. Acad., quibus via munitur ad origines Graecas investigandas* etc. et *Joannis Dan. a Lennep Praelectt. Acad. de Analogia L. Gr.* etc. quas, adjectis suis animadversionibus, edidit *Everardus Scheidius*, Traj. ad Rh. 1790. 8. et *Jo. Dan. a Lennep Etymologicum Linguae Graecae*, itidem ab *Everardo Scheidio*, adjectis cum aliorum, tum suis, animadversionibus editum ibid. eod. anno, II. Voll. 8. Nova autem editio a. 1808 ibid. et L. B. prodiit cum Praefatione *C. F. Nageli.*

(10) Praecipuos Scriptores, cum apud alios, tum apud *Joannem Joach. Eschenburg* (in *Handbuch der Classischen Literatur*) Berol. et Stettin, ex sexta ed. 1816 8. p. 167 sqq. indicatos videre licet.

(11) Qualia sunt *Hesychii*, *Suidae*, *Pollucis* et *Etymologicum magnum.*

(12) Quorsum Lexica *Budaei*, *Stephani*, (*Scapulae*), *Schneideri* referenda: *Benj. Hederici* item *Lex.* ab *Ernestio* et in 5a. ed. a *G. Pinzgero* et *Fr. Passovio* emendatum, Vol. II. (Pp. III.) Lips. 1827. 8.

(13) *Jo. Alb. F. Bibliotheca Graeca*, Hamb. 1705. XIV. Voll. — Ed. IV, aucta a *Th. Christoph. Harles*, in lucem exire coepit ibid. 1790, nec dum absoluta.

(14) *Joannis Ern. Imman. W. Introductio in L. Gr.* Jenae 1762, iterumque 1772. 8.

(15) *Theoph. Chr. H. Introductio in historiam L. Graecae*, Altenb. 1778. 8. iterumque II. Tomis, III. Voll. ibid. 1792. *Supplementa* prodierunt Jenae 1804 et 1806. II. Tomis. Ejusd. *Notitia brevior Literaturae Gr., impr. Scriptorum Gr.*, Lips. 1812. 8. ad quam *Frid. Guil. Hoffmann Additamenta, ordini temporis accommodata*, dedit, Lips. 1829. 8.

## §. 28.

### *Hebraica.*

Graecam Linguam excipiat *Hebraica*, cujus etsi laudes non ultra modum, cum *Judaeis* et *Christianis* nonnullis, sunt celebrandae, recte tamen summa ei tribuitur antiquitas, simplicitas, brevitas, gravitas (1). Ubertas hodie vix recte potest aestimari (2). Non spernendam cui-

libet Erudito praestare potest utilitatem (3); Theologi vero futuri est, omni virium contentione in ejus studium incumbere, quoniam pars Sacri Codicis, eaque cui altera superstructa, et ad quam alterius etiam oratio conformata (4) est, Hebraice conscripta exstat (5). Missis igitur minus probandis Linguae discendae, quas vocant, *methodis* (6), quibus longe praestat veterum *Versionum* usus (7) urgendum est *Dialectorum* Orientalium, quae hodie *Semiticarum* nomine celebrantur (8), *Arabicae* praeprimis, ditissimae illius, studium; vestigiisque insistendum, ut *Jo. Henr. Hottingeri* (9), ita *Schultensiorum* praesertim, *Schroederi*, *Scheidii*, aliorum (10); atque evitandi, in quos nonnulli (11) inciderunt, scopuli. Itaque perceptis primum *Grammaticae* (duce *Jac. Robertsono* (12), *Nic. Gail. Schroedero* (13), vel *Guil. Gesenio* (14), aliove) elementis, et collocata non levi in analysi verborum opera, mox cursoria historici cujusdam libri lectione Studiosus copiam verborum sibi parare studeat. Deinceps ad legenda uberiora *Alberti Schultensii* (15), *Schroederi* (16), *Gesenii* (17), *Geo. Henr. Aug. Ewaldi* (18), *Taconis Roorda* (19), aliorumve hoc in genere scripta pergat (20). *Lexicorum* quidem ingens copia est, at pauca bona sunt (21). Fulget adhuc suis meritis Lexicon *Joannis Cocceji*, quod *Schützii* castigatione carere poterat (22). Hodie vero palmam tulisse videtur *Gesenius* (23). Memoranda hîc quoque sunt *Jo. Dav. Michaelis Supplementa* (24): et commendanda *Jo. Simonis Onomasticon* (25) et *Arcanum formarum* (26). Ipsos vero Sacros Scriptores Hebraeos diligenter et justo ordine legendos esse, vix opus est admonitione: addendum autem, multum quoque utilitatis allaturam esse operam, quae in Linguae *historia*, etiam *literaria* illâ, impendatur; de illa, post alios bene multos, ex una quidem parte *Gesenius* (27), ex altera *Hugius* (28), praecipue consulendi sunt; omittendus *Bloggius* (29).

(1) Vid. ex una parte *Jo. Clericus* (in *Diss. de Lingua Hebr.*, Commentariis in Pentateuchum praemissa), ex altera *Henr. Benzelius* (in *Syntagm. Diss.* T. I. p. 120 sqq.) et, plures ut mittamus, *Jo. Chr. Wolfius* (in *Bibl. Hebr.* T. I. p. 632 sqq. et Tom. IV. p. 308 sqq.), et quos copiose excitavit.

(2) Post multos alios conferri potest *Geo. Bened. Winer, über die Armuth der Hebr. Sprache*, Lips. 1820. 8.

(3) Vid. (*Olivier*) *Lettre sur l'utilité de la langue hébraique par rapport aux Belles-Lettres*, in *Mémoir. de Trevoux*, a. 1754.

(4) Vide infra §. 64. ann. 8.

(5) Non videtur hoc explicatione indigere. Operae tamen pretium fecisse videntur, ex Protestantium familia, *Guilielmus Leber. de Wette*, et e Romano-Catholicis *Jo. Jac. Wagner*: *ille* quidem edendo opusculo, inscripto: *Aufforderung zum Studium der Hebräischen Sprache und Literatur* (Jenae 1805. 8), *hic* vero suae Ecclesiae hominibus de necessitate discendae L. Hebr. persuadendo (*Von der Wichtigkeit der Hebräischen Sprache für den Katholischen Theologen*, Bamb. et Würzb. 1806. 8).

(6) *Bohliana*, *Gussetiana*, *Forsteriana*, aliis. Cf. *Michaëlis*, mox ann. 10. laudandus.

(7) De quo post alios multos *Jo. Frid. Fischerus* consulendus est in *Prolusionibus de Versionibus Graecis Librorum V. T., Literarum Hebr. magistris*, Lips. 1772. 8.

(8) Praeivit hunc usum *Füllerus*; sequuntur plurimi, in his *Eichhornius*: male tamen, ex aliorum certe sententia, veluti *Fischeri*, ad *Welleri Gramm. Gr.*, et *Th. Frid. Stangii*, in *Symmictis Theol.* (Germanice conscriptis et Halae 1802. editis III. Partt. II. Voll. 8.) T. I. Diss. I.

(9) In *Smegmate Orientali*, Heidelbergae, 1658. 4. *Lexico Harmonico Pentaglotto*, Francofurti, 1661. 4. et *Analectis historico-theologicis*, Diss. 6. *de usu L. Hebr. in Theologia* etc. Tiguri, 1652. 8.

(10) Conf. *Jo. Dav. Michaëlis*, *Beurtheilung der Mittel* etc. ex Belgica interpretatione Rev. *Chr. Alb. de Lavillette*, *Overweging der Middelen, waarvan men zich bedient om de Hebreeuwsche taal, welker gebruik uitgestorven is, regt te verstaan*, Traj. ad Rh., 1762. 8.

(11) *Haitsma*, *Boysenus*, etc.

(12) *J. R. Grammatica L. Hebr. c. notis et var. Quaestt. philol.* Edinb. 1758. 8.

(13) *N. G. S. Institutt. ad fundamenta L. Hebr.* Gron. 1766. et saepius 8. — Hicce liber apud nostrates, post *Altingium*, omnium maxime docentium et discentium manibus tritus, compositus est ad *Alberti Schultensii* mox laudandas (ann. 15.) *Institutiones*; ita tamen ut eas in compendium redigeret, interdum emendaret et praecipue augeret praeceptis ad *Syntaxin* Hebr. spectantibus.

(14) *Hebräische Grammatik* (*H. Elementarbuch*, I. Th.) ex 8a. ed., Halae 1826. 8. (*Lesebuch*, s. *H. E.* II. Th. ex 2a. ed. 1817. 8.

(15)

(15) Sunt autem praecipue *Origines Hebraicae*, Franc. 1723. 4. iterum que, auctae opusculo *de defectibus hodiernis L. Hebr.*, L. B. 1761. 4., *Vetus et regia via Hebraizandi*, L. B. 1738. 4. Ad quam pertinent eti *Tres Excursus*, ibid. 1739. — *Clavis Dialectorum* (s. *Clavis mutatio elementorum, qua Dialecti L. Hebraeae, ac praesertim Arabica Dia ctus, aliquando ab Hebraea deflectunt*), adjecta *Rudimentis L. Ara Erpenii* et *Florilegio Sententt. Arab.* L. B. 1733. 4., — *Institutiones fundamenta L. Hebr.* L. B. 1737. iterumque 1756. 4. — *Commentarius Consessus Haririi*, I—III. Franeq. 1731. 4. IV—VI. L. B. 1740. 4., *Opera minora*, L. B. et Leov. 1769. 4., *Commentarius in Jobum*, L. II. Tom. uno Vol. 4., — *in Proverbia*, ib. 1748. 4. Add. *Epistolae du ad Menkenium*, ibid. 1749. II. Voll. 8., caet.

(16) *Observatt. select. ad Origines Hebr.* Gron. 1761. 4. et *Comme philol. crit. de Vestitu mulierum Hebr.* (L. B. 1745. et) Traj. ad R 1776. 4.

(17) *Ausfürliches Grammatisch-Kritisches Lehrgebäude der H bräischen Sprache, mit vergleichung der verwandten Dialekte*, Li 1817. 8.

(18) *Kritische Grammatik der Hebräischen Sprache, ausführli bearbeitet*, Lips. 1827. 8. Quam anno sequente (1828.) secuta est Eju *Grammatik der Hebräischen Sprache, in vollständiger Kurze neu bea beitet.*

(19) *Grammatica Hebraea*, Vol. I. L. B. 1831. 8. (Vol. II. cum ma me operas typographicas exercet).

(20) Neque vacat nobis, neque utile videtur, plerosque, nedum omn hic recensere, qui, suo quisque modo, *Grammaticam Hebraicam* scrip runt. In *Judaeis* nostratibus non infimum locum occupare solebat R. *Elea Soesman*, qui suo operi grammatico nomen imposuerat: *De bruidschat Israë* Laudari vero solent cum maxime, et merentur laudari, opuscula haud indo Judaei, *D. A. Lissaur* (*Veraangenaamde Hebr. Spraakkunst* etc. Am 1825. 8. et *Eerste beginselen der Hebr. Taal*, Ibid. eod. a. 8.). De *Ch stianis antiquioribus* conferri possunt *Val. Ern. Loescher*, *de causis Hebr.* etc. p. 151 sqq. et *Jo. Christoph. Wolfius*, *Biblioth. Hebr.* T. p. 600 et IV. 272. In *recentioribus* memorandi *Waehnerus* (Goett. 1735. *Jo. Dav. Michaëlis* (Halae 1778.), *Vaterus* (Lips. 1798. iterumque 1807. *Moserus* (Ulmae 1795), *Weckherlinus* (Stuttg 1797, qui postea *Syntaxin* didit a. 1805). — Poterant autem hoc loco multi *Tractatus* (qui vocari sole de notabilioribus rebus, ad Grammaticen pertinentibus, excitari, quorum lec omnino prodesse possit Studioso; veluti, quae post *Eliam Levitam* multi *punctis Hebraeorum* scripserunt (vid. e. g. *Stangius*, l. c. P. II. Diss. p. 353 sqq.); quae de *particulis* (v. e. *Christ. Noldius*, admodum auc et ornatus a *Sim. Bened. Tympio*, Jenae 1734. 4.); quae de *idiotism* (e. g. *Jo. Jac. Breitingerus*, Tiguri 1737. 8.); quae de *ellipsibus* (e. *Christoph. Theodos. Walther*, Dresd. et Lips. 1740; repet. a *Jo. He* Pr

*Praefe* Lips. 1782. et a *Jo. Chr. Fr. Schultz* II. Partibus, Halae 1782 et 1784.). Poterant excitari, qui de *accentibus* egerunt (v. e. *Andreas Reinbeck*, Brunsv. 1692. *Phil. Ouseelius*, L. B. 1714. sq. *Jo. Henr. Michaëlis*, Halae 1737. *Hieronymus van Alphen*, Traj. ad Rh. 1739.); qui de *literis*, utque earum figura (v. gr. *Jo. Geo. Wachterus* (Lips. 1752); caeterum a Grammaticis, quos jam citavimus, cognoscendorum talium opusculorum cupidi indicium non frustra flagitabunt. Unum hoc tantummodo addam, *Syntaxeos* studium, post *Brucherum* et *Salom. Glassium*, olim jam de ea bene meritos, diu intermissum, a *Schroedero* et *Gottlobo Chr. Storr* (in *Obss. ad Analogiam et Syntaxin hebr. pertinentibus*, Tubingae 1779. 8.) egregie adjutum esse, hodie vero novo veluti ardore et omnino felicius a Viris Di modo laudatis (ann. 17—19.) excoli.

(21) Nam *Simonis*, quod in omnium manibus est, *Lexicon* in nulla, ne *Eichhorniana* quidem, editione, quae *Winerianae* praecessit, peritioribus satisfecit. Conf. *Stangius* (l. c. p. 72, 408. et alibi). Idem vero, *castigatum*, *emendatum*, *multis* denique *modis auctum* a *Geo. Bened. Winero* (Lips. 1829. 8.), non amplius *Simonis* nomen, sed *Wineri*, praeferre debet. — *Theoph. Imman. Dindorfii* (Lips. 1801. II. Voll. 8.) aliorumque multorum Lexica, quin ipsum etiam *Everh. Scheidii*, a *Jo. Jac. Groenewoudio* continuatum, *Lexicon Hebr. et Chald.* (Traj. ad Rh. 1805 et 1810. II. Voll. 4.), peritis minus probantur. *Stockii Clavis* (Jenae 1734, praesertim ex ed. *Fischeri*, Lips. 1753. 8.), tamen non prorsus contemnenda multis videtur. Et omnino commemorandus incredibilis vir industriae, *Gulielmus Robertson*, cujus *Thesaurus Linguae Sanctae*, *s. Concordantiale Lexicon Hebraeo-Latino-Biblicum*, *in quo Lexica omnia Hebraica, huc usque edita, methodice, succincte et quasi Synoptice, exhibentur*, Londini prodiit a. 1686. 4. — Nec silentio dissimulanda opera, quam duo ex nostratibus Judaei haud ita pridem laudabiliter collocarunt in edendo Lexico, hac insignito inscriptione: *Hebreeuwsch-Nederduitsch Woordenboek*, *door M. Leemans* et *S. I. Mulder*, Amst. 1829. III. Partt. (uno Vol.) 8.).

(22) Saepius editum est seorsum, itemque in Viri summi Opp. T. X. f. m. (*J. G. F. Schulzii nova ed.*, quae *castigatam se auctamque* profitetur, prodiit Lips. 1777. iterumque 1793. II. Voll. 8.).

(23) *Partim* quidem conscribendo duplice opere, altero spissiore, (*Hebr. Deutsches Handwörterbuch über die Schriften des A. T.* II. Voll. Lips. 1810. 8.), altero tenuiore quidem, sed praeferendo (*Neues Hebr. Deutsches Handwörterb. über d. A. T. — ein Auszug aus dem grossern Werke*, Lips. 1811. 8., potissimum ex tertia ed. 1828. 8.): quod tamen ipsum nunc quidem postponendum erit eidem operi, *post editionem Germanicam tertiam Latine elaborato* (inscripto: *Lexicon manuale Hebraicum et Chaldaicum in V. T. libros*, Lips. 1833. 8). *Partim* vero edendo *Thesaurum philologico-criticum Linguae Hebr. et Chald. V. T.*; (*ed. secun-*

*cundum radices digesta, priore germanica longe auctior et emendatior;* cujus Tomi I. Fasc. I. Lipsiae 1829. 4, in lucem exiit.

(24) *J. D. M. Supplementa ad Lexica Hebr.* Goett. 1784. VI. Partt. 4.

(25) *Onomasticon V. T. — — quo nomina V. T. propria — — explicantur.* — Cum *spicilegio Obss.* et *Addit. ad Arcan. formarum*, Halae 1741. 4.

(26) *Arc. Form. nominum Hebr. L.* etc. Halae 1735. II. Part. uno Vol. 4.

(27) *Geschichte der hebr. Sprache und Schrift*, etc. Lipsiae 1815. 8.

(28) (*Jo. Leon. H.*, ut videtur) *Gesch. der Hebr. Sprache, wie sie einer Einleitung in d. A. T. zu Grunde gelegt werden könnte* (in *Zeitschr. für die Geistlichkeit des Erzbisthums Freiburg*, ibid. 1831. 8. Fasc. VI. p. 1—34.

(29) *Sal. Ephr. Blogg*, *Ædificium Salomonis*, — — *enthaltend eine vollständige Geschichte der Hebr. Sprache, des Thalmuds* etc. Hannov. 1831. 4.

## §. 29.

### *Samaritana*, *Phoenicia* (*Punica*, *Palmyrena*, *Berberina*), *Chaldaica*, *Syriaca*, *Arabica*, *Æthiopica*, *Talmudica* et *Rabbinica*.

Dialectorum studium, Hebraicae Linguae studio adjungendum, adjuvatur libris de singularum *Grammatica* ita conscriptis, ut ad se mutuo referantur (1); item *Harmonica Grammatica*, qualis Lexicis *polyglottis* est praemissa; *Clavi* etiam Dialectorum, quae *Alberto Schultensio* debetur (2); ipsis tandem *polyglottis* Lexicis, v. c. *Valent. Schindleri* (3), *Edm. Castelli* (4), *Jo. Henr. Hottingeri* (5). — In Dialectis primo loco recensenda videtur *Samaritana*, quae propter versionem *Pentateuchi Samaritanam* praesertim in pretio habenda est, et *Christoph. Cellarii* (6) potissimum ope, *Castellique* modo memorati discenda, ad quos nuperius accessit *Guil. Gesenius* (7). De *Phoenicia*, sive Cananaeorum, ejusque propagine, *Punica*, de qua bene meriti sunt, post *Sam. Bochartum*, haud pauci viri docti (8), non opus videtur hic pluribus monere; neque de *Palmyrena*, parum, ut videtur, ab *Syriaca* diver-

sa

na (9). Verbo tantum tangenda *Berberorum* Linguae, quam alii e *Punica* ortam, vel certe ei affinem esse putant: alii prorsus aliam (10). *Chaldaicae* vero, qua paucae Veteris Foederis particulae, itemque *Onkelosi*, *Jonathanis* et aliorum paraphrases conscriptae sunt; hujus igitur, futuro Theologo discendae, praesidia et ab aliis dudum (11), et a *Geo. Bened. Winero* (12), parata sunt. Parum ab ea distat *Aramaea* altera, sive *Syriaca*, Theologo non negligenda, cum propter usum, quem judicibus Viris doctis (13) in Hebraica lingua recte percipienda praestat, tum propter consulendam saepenumero Syriacam utriusque Foederis versionem (14), tum vero propter satis magnam Scriptorum, hac dialecto usorum, copiam, qui partim editi sunt (veluti *Bar-Hebraeus*, auctor, cui *Acta Martyrum* debentur, et *Ephraëmus* Syrus) partim in Bibliothecis (*Vaticana* imprimis) delitescunt, omnino tamen, qui consulantur dignissimi (15). Igitur, post elementares libellos (16), legendi ipsi Scriptores aliquot Syriaci, adhibito Lexico *Castelli* (17), donec meliore aliquando, sive a *Bernsteinio*, sive a *Quatremerio*, sive ab alio quovis, schedis, quas *Lorsbachius* reliquit, recte usuro, beemur. Syriacae autem affinis est ea lingua, quae *Sabica* dicitur, sive *Galilaea* aut *Nazaraea*, de qua prae reliquis consulendus *Norbergius* (18). *Arabica* porro dialectus non minorem Theologi futuri diligentiam sibi vindicet; de cujus laudibus sufficiet *Alb. Schultensium* (19) exponentem audivisse. Ut vero ingens est copia utilissimorum in quolibet fere Eruditionis genere librorum, Historicorum praesertim et Poëticorum, qui Arabice conscripti, partim typis descripti sunt aeneis, partim manu tantum exarati (20); ita nec desunt utilia discendae Linguae subsidia; veluti libri de *Grammatica* (21), quos inter longe eminet laudatissimum *Silvestri Sacyi* opus (22), et *Lexica* (23). Longius ab Hebraea Lingua distat *Æthiopica*, minime negligenda tamen; quippe qua plurima Hebraei sermonis verba et radi-

ces conservata sunt. De hac vero unus fere praeclare meritus est *Jobus Ludolphus*, editis et *Grammatica* et *Lexico* (24). Postremo hisce addendae sunt *Talmudica*, et non multum ab ea discrepans *Rabbinica* (25), dialecti, sine quarum peritia Scripta *Judaeorum* pleraque intelligi nequeunt In hac praedicanda et excolenda, ante *Alb. Schultensium* plerumque nimii fuerunt Viri Docti, post eum haud pauci nimis abjecte de ea statuerunt (26). Praestat sane egregium usum in exponenda Antiquitate Judaica, in defendenda Religione Christiana, in Novo Foedere interpretando. Scripta *Lightfooti* (27), *Schoettgenii* (28), *Surenhusii* (29), atque alia a *Meuschenio* (30) collecta hoc extra omnem ponunt dubitationis aleam (31). Itaqu *Buxtorfii* (32), *Relandi* (33), *Millii* (34), *Wineri* (35) *Tychseni* (36) *Fabrique* (37), libellis tiro utatur; initium ducat ab *Othonis Grammatica* et *Lexico* (38): mo progressurus ad *Buxtorfii*, aut *Landavii* Lexicon (39) et *Constantini l'Empereur* (40), vel *Henr. Jac. van Bashuizen* (41) *Clavem Talmudicam*: postremo in suos usu conversurus *Rabbinicam Bibliothecam* quam *Buxtorfi* patri (42), *Plantavitio* (43), *Jul. Bartoloccio* et *Ca Jos. Imborato* (44), denique *Jo. Chr. Wolfio* (45), debemus.

(1) Quales sunt *Robertsoni* (vid. §. 28. ann. 11.), *Christoph. Cellar* (*Grammaticae Institutiones quarund. L. L. O. O.* Cizae, 1679 sqq. 4 *Sim. Ockleii* (*Introd. ad L. L. O. O.* Cantabr. 1706. 8.), *Jacobi Altingii* et *Geo. Othonis* (in *illius* quidem *Fundam. punctat. L. Sanctae*, *Synopsi Institt. Chald. et Syr.*, *hujus* vero *Institt. Samar.*, *Rabb Arab.*, *Aethiop. et Pers. Synopsi*, Francof. e 3a ed. 1735. 8.): et, alias mittamus, *Everh. Scheidii* (*Primae Lineae Institt. ad Fundam. Dial. Arabicae*, ad *Nic. Guil. Schroederi* Hebraicam Gramm. compositae, Hardero 1779. 4). Add. *Jo. Ignatii Fessler Institutt. L. L. O. O.* etc. Vratisl. 178 II. Voll. 8., *Jo. Godofr. Hasse*, *Praktischer Unterricht der gesammten Oriental. Sprachen*, Jenae 1790. 8. *Jo. Sev. Vater*, *Handbuch d Hebr. Syr. Chald. et Arab. Grammatik*, Lips. 1802. 8.

(2) Vid. §. 28. ann. 13.

(3) *V. Sch.*, *Lexicon pentaglotton Hebr. Chald. Syr. Talmudico Rabbin.* et *Arab.*, Francof. ad M. 1653. f. m.

(4

(4) E. C., *Lexicon heptaglotton*, *Hebr. Chald. Syr. Samar. Aethiop. Arab. et Pers.*, Lond. 1699. f. m.

(5) *I. H. H.*, *Lexicon Harmonicum Heptaglotton*, Francof. 1661. 4.

(6) *Christoph. C.*, *Horae Samaritanae*, Cizae 1682. 4. — Add. *Lexicon*, quod *Jo. Morinus* exhibuit in *Opuscc. Ebraeo-Samaritanis*, (Paris. 1657.) p. 80 sqq.

(7) In Progr. *de Samaritanorum theologia ex fontibus ineditis*, Halae 1822. 4: et in *Anecdotis O. O.* Fasc. I, qui *Carmina Samaritana e Codd. Lond. et Gothanis* continet, Lips. 1824. 4; ubi in ann. *Castelli* et *Cellarii* opera nonnunquam emendantur et augentur. — Add., quem etiam *Gesenius* excitat, Ill. *Silvestre de Sacy*, in *Mémoire sur l'état actuel des Samaritains* (*Ann. des Voyages*, 1812. 8), quam germanice versam *Stäudlinus* et *Tzschirnerus* inseruerunt Horreo suo (*Archiv f. alte u. neue Kirchengeschichte*, T. I. P. III. p. 40—86).

(8) Jam §. 18. ann. 4. laudati. Quibus addi tamen plures possint, v. c. *Ulricus Frid. Kopp*, in *Phoenicische Inschriften*, et *Entwickelung der Semitischen Schriften* (*Bilder und Schriften der Vorzeit dargestellt* (Manh. 1819. II. Voll. 8.) T. I. p. 194—272. et T. II. p. 95—400.), *J. C. Lindberg* (*Comment. de Inscript. Melitensi Phoenicio-Graeca*, Havniae 1828. 8., et *Comment. de nummis Punicis Sextorum*, ibid. eod.): et *Jo. Joach. Bellermann* (*Versuch einer Erklär. d. punischen Stellen im Poenulus des Plautus*, Berol. 1808. Fascc. III. 8. — *De Phoenicum et Poenorum inscriptt.* ibid. 1810. 8. — *Bemerkungen über die Phönizischen und Punischen Münzen*, ibid. 1815 sqq. IV. Partt. 8.).

(9) Conf. quos ead. §. 18. ann. 4. indicavimus. Quibus add. *Jo. Godofr. Eichhorn* (*Marmora Palmyrena explicita*, Goett. 1827. 4), qui alia etiam huc pertinentia scripta excitat, et plura desiderantem ablegat ad *Antonii Theod. Hartmann* librum, cujus titulus est: *Olaf Gerhard Tychsen* etc. Vol. II. P. II. p. 227—289.

(10) De re, vulgo minus nota, liceat hic aliquid in medium afferre. In libro: *Voyage de F. Hornemann dans l'Afrique Septentrionale, depuis le Caire jusqu'à Mourzouk etc. trad. avec des notes etc. par L. Langlès* (Paris. 1803. II. Voll. 8.), doctus hicce interpres, duobus *Supplementis*, secundum Scriptores Arabicos, de *Oasibus* agens, animadvertit, 1) primam (exteriorem) Oasin, quae est *Iovis Ammonis*, eamdem esse ac *Siwah* (Arabibus *Santariah*); de hac vero *Ripaultum* sibi quaedam narrasse, accepta ab incolis aliquot *Alexandriae*, qui Oasin istam aliquando inviserant; 2) gravissimam esse, sibique probari, *Marsdeni* observationem, ex qua *Siwahorum* sermo idem sit qui *Berberorum*; 3) eidem autem sibique videri hunc sermonem esse Punicum, sed corruptum, quoniam in multis (v. c. in *pronominibus* personalibus, horumque verbis *adjungendorum* ratione, in *praeformantibus* et *afformantibus*, ut et in vocabulis quam plurimis (etiam *numeralibus*), cum Hebraica (Semiticis) conveniat. Cujus opinionis adstruendae gratia exhibet amici sui, *Venturini*, hac de re Dissertationem: quippe qui

(12) De ea leg. e. g. *Cicero* (Lib. III. *de Oratore*, c. 56—59.), *Quintilianus* (Lib. XI. *Instt. Orat.* c. 3.), *Sam. Werenfelsius* (*Opusc.* T. II. p. 369 sqq. 449 sqq.), *Hugo Blair* (*Lessen over de Redekunst* T. II. p. 332 sqq.), *Petrus Francius* (*de Eloquentia exteriore*, Amst. 1697. 8., Belgice redd. a *Guil. Kops*), *M. le Faucheur* (*De l'action de l'Orateur, ou de la prononciation et du geste*, par *M. Conrart* (Parisiis, 1686.), *Fénélon* (*Dialogues sur l'éloq. en général et sur celle de la Chaire en particulier, — Extrait de la Lettre de F. à l'Acad. Fr. concernant l'éloq.* — praemiss. *Selectis* Viri *Orationibus S.* (*Sermons choisis*), Par. 1803. 8. cujus Belgica versio, egregiis aucta animadversionibus, debetur *Jo. Mich. Schrant*, Bomeliae 1817, iterumque 1829. 8.) caet. Quibus addi fortasse non prorsus inutiliter poterit opusculum, quod inscribitur: *J. L. Ewald, Over de uiterlijke Kanselwelsprekendheid — met breedvoerige aanteekeningen, door J. Clarisse*, Zutph. 1814. 8.

(13) De quo, *Sacrae* praesertim Eloquentiae ratione habita, dixit a. 1805. *S. F. J. Ravius*, (L. B. 1806. 4.).

---

# CAPUT SECUNDUM,

## HISTORIA.

### §. 32.

### *Historiae studii utilitas.*

*Historia* (1) est fide digna enarratio rerum singularum, in facto positarum, quae revera sunt, aut aliquando acciderunt. Duplici igitur nomine differt a *Fabula* (2). Haec autem vel de industria fingitur, ut ἀλληγορικῶς, et veluti adhibita quadam imagine, gravis aliqua, non disertis tamen verbis exponenda, doctrina vera tradatur (*Fabula Aesopica* (3), *Apologus*, *Parabola*): vel fortuito ex vera narratione, ore tantum propagata, tractu temporis, oritur. Solet enim oralis istiusmodi traditio, temere addendo vel demendo, tandem a veritate rei longissime aberrare et in *Mythum* (4), quem eximie vocant, abire. Posterioris generis fabulas ad pristinam Historiae sinceritatem quantum-

tumpote revocare, propositum est *Mythologiae* (5). I
quod vel ipsum ostendit, quam intime sit cum humar
natura conjunctum cognoscendarum, quae sint fuerintve
rerum desiderium; cujus jam in tenellae aetatis puerul
manifesta apparere solent indicia. Historia autem cum s
omnium temporum et locorum, eximiam vim ad quasv
literas et disciplinas recte discendas habet ejus studium
nec praeterea quemquam facile dixeris liberaliter educa
tum, qui praecipua certe historiae capita non a teneris perce
pta et in numerato habuerit (6). Futuro tamen Theologo H
storiae studium alia insuper commendant. Et primum quide
*Sacrae* et *Ecclesiasticae* Historiae, utriusque procul du
bio ipsi discendae, cum omni alia Historia, praesertim cu
Civili, arctissima conjunctio et quasi confusio. Porro exin
utilitatis fructus, qui ex recta fatorum, quae tam univer
Theologica disciplina, quam praecipuae ejus partes singula
expertae sunt, cognitione, ad interiorem ipsius disciplin
et exquisitam redundant scientiam. Praeterea observandu
argumentum plerorumque utriusque Sacri Codicis librorum
eorum etiam, qui non solent historici dici, prorsus histor
cum, una igitur historiarum, quae profanae vocantur, o
recte explicandum (7). Adhaec, insignis historiarum us
in illustranda Theologia Morali, atque excitando quidem
hominum animis virtutis studio, deterrendis vero ipsis
quovis vitiorum genere (8). Denique singularis illa unive
sae Historiae dos, qua, ut prudentiae schola, sic et luc
lentissimum Divinae Providentiae theatrum est (9).

(1) De voce vid. *G. J. Vossius*, *Etym.* p. 290. et de *Arte histor.*
c. 29.

(2) *Fabula*, ut *Μῦθος*, pp. est mediae significationis, a verbo *Fari*;
*veram fabellam* dixit *Phaedrus*, Lib. II. Fab. 5. ubi vid. Intt. Usu tan
invaluit, ut plerumque verae narrationi et sermoni opponeretur.

(3) Ab *Æsopo* ita dicta. Ejusmodi fabulas debemus (ne jam de Orien
libus, v. c. *Bidpayo*, *Lockmano*, caeteris, dicam) post *Æsopum* ipsu
*Phaedro*, *Avieno*, *Faërno*, *Lafontainio*, *Hagedornio*, *Gellerto*, *Lic
wehro*, *Schonckio*, aliis. — De earum a *Parabolis* (in quo genere hi
*Krummacherus* principatum obtinet) distinguendarum causis, utrarum

digne et seq., aliisque huc pertinentibus conferri possint Virorum D. scripta, quae indicavimus in Commentatione *Over de Fabel en derzelver gebruik bij het Volksonderwijs*, quae inserta est Diario, *Recens. o. d. Recens.* T. VII. Misc. p. 223 sqq.

(4) *Mythus* pp. nihil aliud est, quam *fabula*, eamdemque habet, quam illa, mediam significationem. Sed recentiorum usus voluit, ut praecipue et κατ' ἐξοχὴν usurparetur de illis fabulis, quae non de industria et singulari quodam consilio fictae sunt, sed casu fortuito ortae. Distinguunt autem ab *historico* mytho mythum *philosophum*, qui tamen, haud secus ac *poëticus*, revera figmentum est. De his aliisque, post *Chr. G. Heynium* (in *Commentario ad Apollodori Athen. Bibliothecam* (Goett. 1782. III. Voll. 8.), in *Prolegomenis* ad *Iliada Homeri* (Lips. et Lond. 1802. VIII. Voll. 8.), in Commentat. *de temporum mythicorum memoria, a corruptelis nonnullis vindicata* (*Commentt. Soc. Goetting.* Vol. VIII.), in Comm. *de origine et caussis fabularum Homericarum* (*Nov. Comm. Goett. Cl. hist. et philol.* p. 34.), in *Opusculis Academicis* (Goett. 1785. III. Voll. 8.) Vol. I et III.; — post *Heynium* igitur, aliosque bene multos, etiam Theologos, veluti *Jo. Jac. Hessium* (*Bibliothek der H. Geschichte*, Tiguri 1791. II. Voll. 8. T. I. p. 153—254.) et *Herm. Muntinghium* (*Geschiedenis der Menschheid naar den Bijbel* (Amst. 1801. XI. Voll. 8.) Tom. V in praevia Dissertatione), caet., nunc Theologiae Studioso praecipue consulendus est *Jo. Henr. Paravius*, qui in *Diss. Teyleriana de mythica S. Codicis interpretatione* (*Commentt. Soc. Theol. Teyl.* Vol. XXV, et seorsum ex ea ed., Traj. ad Rh. 1824. 8.) diligentisime et prudentissime hanc materiam tractavit; praecipuos etiam Scriptores, qui ante se eam tractaverant, recensens.

(5) Antea hoc nomine insigniebatur tantum recensio Deorum majorum minorumque gentium, heroum et sim., atque explicatio genealogiae eorum, et, quae singulos a se invicem distinguunt, attributorum, caet. Huc pertinent scripta *Franc. Pomeyi* (*Pantheum myth.* Lips. 1759. 8. et saepius), *Benj. Hederichii* (*Lexicon mytholog.*, ex emend. editione *Jo. Joach. Schwaben*, Lips. 1772. 8.), *Christ. Tob. Dammii* (*Götterlehre u. Fabelgesch.*, Berol. ... sexta ed. 1782. 8.), *A. L. Millinii* (*Dictionn. de Mythologie*, Par. ... 8.), et, alios ut praetermittam, elegantissimi *C. A. Dumousterii* (in *Lettres à Emilie sur la Mythologie*, Par. saepius et 1818. 12. et 1819. ... VI. Pp. III. Voll.), caet. Nunc vero multo plura et graviora ad hanc ... partem referuntur, atque *Mythologia* facta est scientia, quae et ... *doctrinae* copiam postulat et ingenium vere philosophum, quo veterum fabularum Graecarum, Orientalium, Scandinaviarum ortus, incrementa, ... *sensusque* investigentur. Hujus autem duo praecipua *hodie* sunt Systemata; nam merito omittimus ea, quae *olim* jam *Euhemerus*, e civitate Messana ..., hac in re praestare conatus erat, ut scilicet ex titulis et inscriptionibus ..., quae invenirentur in antiquissimis Deorum templis, historiam contexeret (cont.

(conf. *Cicero*, Lib. I. *de N. D.* c. 42, — *Varro*, Lib. I. *de re rusti* c. 48, *Lactantius* Lib. I. *Div. Instt.* c. 9.); omittimus, quae recenti aevo varii, in his eruditissimi Viri, ut *Sam. Bochartus* (in *Phaleg Canaän*), *P. D. Huetius* (in *Demonstr. Euang.*), *Jo. Clericus* (*Animadvv. ad Hesiodi Theogon.* et in *Bibl. Univers.* T. I. p. 245 sqq. Abbas *Banier* (*La Mythologie et les Fables expliquées par l'Histoir* Par. 1740. III. Voll. 12. Germanice c. animadvv. *J. A. Schlegelii* et *J. Schroeckhii*, Lips. 1755. VII. Voll. 8.); omittimus igitur quae illi (ne de *L vauxii Conférence de la Fable avec l'Hist. Sainte*, *Fourmontii Ref xions critiq. sur l'Hist. des anciens peuples*, *Struchtmeyeri Theol. ganae explicatione et — Hercule Symbolico*, aliisve dicam) vario m do hac in re tentarunt. Quamquam sunt, qui, superiore et nostra memor ea recoxerint, veluti *Car. Franc. Du Puis* (*Origine de tous les Cultes, Religion universelle*, Par. 1795. VI. Voll. 8.), *Geo. Stanley Faber* (*T origin of pagan Idolatry ascertained from historical testimony a circumstantial evidence*, Lond. 1816. III. Voll. 4.), *M. I. B. Lionn* (*Explication de la Fable par l'Histoire et les Hiéroglyphes des Eg ptiens, véritable source de la Fable*, Par. 1803. III. Voll. 12), ne *C Jos. de Grave* (*République des Champs élysées, ou Monde ancie* Gandav. 1809. III. Voll. 8.) aut alios similes memoremus). Alterum i tur systema *historicum* dicitur, cujus, post *Heynium*, alter veluti sta est *Godofr. Hermannus* (*Handbuch der Mythologie aus Homer u. H siod*, Berolini et Stettini, III. Voll. 1800. 8.): alterum vocatur *philo phum*, quod praecipue tuetur *Frid. Creuzer* (cum in *Epp. de Hom ro et Hesiodo*, tum praecipue in eruditissimo opere, quod titulum pr fert: *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, caet., IV. Tomis, secunda, eaque valde mutata, ed. Lipsiae et Darmst. 1818 — 1821. 8 Utrumque systema conjunxit, gentium tamen et aetatum discrimen observ dum urgens, *J. Rhode* (in Opusculo *über Alter und Werth eini morgenländischen Urkunden*; et in Commentatione *über den Begriff Mythologie, und die richtigste Methode dieselbe wissenschaftlich zu f dern*, quae invenitur in *Beyträge zur Alterthumskunde*, Fasc. I., Bero 1819. 8.). Praeiverat *Grodeckius*, cujus Disputatio hac de re, Gallice v sa, reperitur in *A. L. Millinii Magazin Encyclopédique*, a. 1803. T. p. 276 — 285: quin ipse *Millinius* hac de re egit in libro, inscripto *Mo mens inédits de l'antiquité*, et ad alteram, a se curatam, editionem Le mythologici (*Dictionnaire mythologique*) auctore *Chomprés*. — Plur alia dedere *J. L. Hugius* (*Untersuchungen über den Mythos der berü tern Völker der alten Welt, vorzüglich der Griechen; dessen Ent hen, Veränderungen und Innhalt*, Freiburgi et Constantiae, 1812. 4.), *H. Vossius* (in Annott. ad suam versionem *Virgilii* vernaculam (Bru 1799. III. Voll. 8.), *Mythologische Briefe* (Regiom. 1794. II. Voll. 8 *Antisymbolik* etc. Stuttg. 1824. 8.); *Sicklerus* et, ipsum sequens, *Norb*

gius (*Oriens, lucem portendens Homero*, Lündii 1814. 4.); *Wilfordus* (passim in *Asiatic Researches*); *J. A. Kannius* (*Neue Darstellung der Mythologie der Griechen und Römer*, Lips. 1805. 8. Ejusd. *Erste Urkunden der Geschichte, oder allgem. Mythologie*, Bayr. ex altera ed. 1815. II. Voll. 8., et *Pantheon der ältesten Naturphilosophie, die Religion alter Völker*, Tubing. 1811. 8.); *Fried. Guil. J. Schelling* (*Ueber die Gottheiten von Samothracien*, Stuttg. 1815. 8.), *Jo. Fr. Gail* (filius, *Recherches sur la nature du culte de Bacchus* etc., Par. 1821. 8.), *P. N. Rolle* (*Recherches sur le culte de Bacchus, symbole de la force reproductive de la Nature* etc., ibid. 1829. III. Voll. 8), caet. In recentissimis de Mythologia Scriptoribus haud infimum procul dubio locum occupat *Carolus Otfr. Müller* (*Prolegomena zu einer wissenschaftlichen Mythologie*, Goett. 1825. 8): cui adjungas *Christianum Herm. Weisse* (*Ueber den Begriff, die Behandlung und die Quellen der griech. Mythologie*, Lips. 1828. 8.) et *Philippum Büttmann* (*Mythologus, oder gesammelte Abhandlungen über die Sagen des Alterthums*, Tom. I. Berol. 1828. 8.). Plures Scriptores alios si quis indicari sibi cupiat, adeat *Jo. Joach. Eschenburg*, in *Handbuch der class. Literatur*, Parte III, Introd. §. 7, item *Leon. Bertholdt*, in *Theol. Wissenschaftslehre*, T. I. p. 270.; aut praestantiores Historicos, suo loco excitandos, veluti *Beckium*, *Pölitzium*, alios.

(6) Conferantur, quos *Jo. Franc. Buddeus* laudat, *Isag.* p. 158.; quibus addi plures possint, veluti *Chr. G. Heynius*, in Progr. *de studii historiae ad omnes disciplinas utilitate* (in *Opuscc. Academ.* Tom. I. p. 280—290, Goett. 1785. 8.). Add. *Wyttenbachius*, mox §. 34. ann. 1. laudandus.

(7) Hoc eximie suo exemplo ostenderunt ex optimis Veteris Foederis Interpretibus aliqui, veluti *Campegius Vitringa* (in *Commentario in Jesaiam*) et *Guil. Anton. Van Vloten* (in Diss. historica *de conditione gentium, quarum fata praenunciarunt Prophetae*, adjecta Tomo IX. Operis inscripti: *De Bijbel vertaald, omschreven en door aanmerkingen opgehelderd*, XIII. Voll. Amst. 1789—1796. 8). Mitto alios. Conferri tamen etiam merentur *J. A. G. Meyeri* et *Anonymi* cujusdam Diss. (in *Commentt. Societatis Haganae pro vindicanda Religione Christiana*, ad a. 1799.). Add. *Jo. Aug. Ernestius*, in aureo libello, *Institutio Interpretis N. T.* inscripto, P. III. c. 10. §. 36 sqq. et in *Neue Theologische Bibliothek*, Vol. VI. p. 538 sq.

(8) Post *J. Andr. Bosium*, *Buddeo* laudatum, memorandi hic sunt *D. Wyttenbachius* (in Orat. *de vi et efficacia historiae ad studium virtutis*, Amst. 1785, repetita in *Opuscc.* T. I. p. 184—215), et *Jo. Geo. Müller* (in *Briefe über das Studium der Wissenschaften, besonders der Geschichte*, Tiguri, 1798. 8.; cujus libelli Belgica interpretatio, novis aucta observationibus, prodiit Groningae a. 1803. 8., hoc titulo: *Brieven ter bevordering van het beoefenen der Geschiedkunde, inzonderheid met betrekking tot de Staatkunde*). Egregia quoque sunt, quae habet *Franc. Volkm. Reinhard*, in utilissima Comment. *de vi, qua res parvae affi-*

*ciunt animum* caet. §. 28. p. 104 sqq. (Vitebergae, 1789. 8. repe[t] *Opuscc. Academ.* Lipsiae 1808 sq. 8. Vol. II. p. 58—88, Belgicae Versi[o] quae inscribitur: *Over de waarde der Kleinigheden in de Zedekunde* cum praefatione *Ewaldi Kist* prodiit Amst. 1799. 8., p. 101 sqq.). Nec [p] termittenda *Eliae Annaei Borger* Disputatio *de Historia pragmatica*, [p] mio ornata a Societate *Scientt. Harlemensi*, hujusque Operibus, Tom inserta, dein ab auctore denuo edita, Hagae Com. 1818. 8.

(9) Quod, ut in exteris gentibus *Polybius* (nam de *Tito Livio* dis[p] runt, ex una parte *Jo. Tolandus*, ex altera *Jac. Fayus* et *Elias Ben[edictus]* citati *Buddeo* l. c.), sic ex Christianis hominibus praecipue *Phili[ppus]* *Melanchthon* ostendit, in *Chronico*, quod *Carionis* dicitur (de quo §. 34. ann. 3. dicendum). Pulcer in hanc rem locus est *Augustini* (*de religione*, c. 25., *Opp.* ex ed. *Benedictinorum* T. I. p. 747 sqq., [q] citavit *Dan. Geo. Morhofius*, in *Polyhistore* Lib. I. c. 12. §. 37. V[ol] p. 121.). Nec alio fundamento nititur disputatio *Eliae Annaei Bor[geri]* in Oratione de *Historiae Doctore*, *Providentiae divinae administro*, inserta est *Annalibus* Academiae L. B. ad a. 1817—1818, et, una modo memorata Disp. *de Historia pragmatica*, ab ipso repetita.

## §. 33.

### *Historiae divisio.*

Historia est vel *rerum*, vel *hominum*. Prior vulgo *H[i]storia Naturalis* vocatur, et cum doctrinis *Physicis* a[r] conjungitur: quare hîc de ea non agimus. Posterior d[e] potissimum formas continet, prouti de hominum rebus, *gestis*, vel *inventis* aut excultis, agit. Ad *illam* perti[net] *Historia Civilis* et *Ecclesiastica* (de qua posteriore a[lias] dicendum), et vero *privata* (hîc loci a nobis omitt[en]da): ad *hanc*, *Historia* tam *Literaria*, quam *Artiu[m]* ipsiusque adeo *Historiae* (1). Omnem Historiam pleriqu[e] *Universalem* et *Particularem*, quibus et *Singularem* al[ii] addunt, describere consueverunt: alii (2) in *Antiqua[m]* ab Orbe condito ad Constantini M. usque tempora dec[ur]rentem, *Mediam*, inde ad inventam usque artem chal[co]graphicam, *Recentiorem* denique, quae ad nostra temp[ora] decurrit. Omnes autem hae formae, et si quae sunt al[iae] concurrunt ad informandam *Historiam Humanitatis* ( Cum rerum *gestarum* Historia studium quarumdam

C

ctrinarum auxiliatricium jungendum est; nimirum *Antiquitatis*, *Geographiae* et *Chronologiae*; quibus addantur *Genealogia* atque *Artes Diplomatica* et *Heraldica*.

(1) De iis, qui hanc enarrare tentarunt, *Popelinerio*, *Jo. Mich. Heineccio* et *Jo. Frid. Christio* retulit *Christoph. Aug. Heumannus*, in *Conspectu Reip. Literariae*, *s. Via ad Hist. Literar.* c. 5. §. 44 p. (ed. sextae, Hannov. 1753.) 293. Add. *Reimmannus*, laud. a *Frid. Guil. Bierlingio*, in *praefat.* sui operis *de Pyrrhonismo historico*, Lips. 1724. 8.

(2) Ut *Christoph. Cellarius*, cujus *Historia Antiqua*, *Media et Nova* — *Universalis*, *ad nostra usque tempora continuata et Summariis aucta* prodiit Altenb. 1753. 12. De qua cf. *Burc. Gotth. Struvius*, in *Selecta Bibliotheca historica*, p. 215.

(3) *Historiam Humanitatis*, superiore demum et nostra memoria, conscribere coeperunt aliqui elegantioris ingenii Viri. Viam quidem alii munierunt, in his Peregrinatores, praecipue recentiores, inde a *Jacobo Cook*, *Georgio Forster* et similibus, aut adeo symbolas dederunt: alii vero ipsam, de qua loquimur, historiam enarrarunt. Priores eos intelligo, qui Ethnographiam, sive generalem, sive specialem, adornare et de moribus et indole diversarum gentium, aut de efficacitate climatis et vivendi generis, aut de origine rerum publicarum, legum, artium disciplinarumque et earum progressibus agere instituerunt. Quorsum v. c. referendi: *Lambert* (*Histoire générale, civile, naturelle et politique de tous les peuples du monde*, caet. Par. 1750. XIV. Voll. 8.); *E. A. W. Zimmermann* (*Geographische Geschichte des Menschen*, Lips. 1760. III. Voll. 8.); — porro *J. Kraft* (*Die Sitten der Wilden*, Hafniae 1766. 8.); *Jo. Gottl. Steess* (*Versuch einer allgemeinen Beschreibung von dem Zustande der ungesitteten und gesitteten Völker*, *nach ihren moralischen und physikalischen Beschaffenheit*, Carlsr. 1766. 8.); — tum *Goguet* (*De l'origine des loix*, *des arts*, *des sciences*, *et de leurs progrès chez les anciens peuples*, Paris. et Hagae Com. 1758. III. Voll. 4.); *Guil. Warburton* (*The divine legation of Mozes*, *in nine Books*, Lond. e quarta, eaque optima, ed. a. 1765, III. Tomis IV. Voll. 8.; Belgica interpretatio, ab *Abr. Adr. Van Der Meersch* adornata, prodiit Amst. 1761. VI. Voll. 8.): denique, ne plures alios excitemus, veluti *Dorvillium*, *Dunbarum*, *Paganonem*, *Ritterum*, *Ehrmannum* (quos indicat *Car. Henr. Ludov. Pölitz*, in *Kleine Weltgeschichte*, *oder gedrängte Darstellung der allgem. Geschichte*, Lips. e quinta ed. 1825. 8. Introd. §. 8. p. 13 sq.), *Christoph. Meiners* (*Untersuchungen über die Verschiedenheit der Menschennaturen*, Tubingae 1811. III. Voll. 8. Ejusd. *Grundriss der Geschichte der Menschheit*, Lemgoviae, ex nova ed. 1793. 8. et *Historische Vergleichung der Sitten u. Verfassungen des Mittelalters mit denen späterer Jahrhunderte*, Gott. 1799. II. Voll. 8.). Quibus insuper addantur, multis aliis praeferendi, *Guil. Falconer* (*Remarks on the influence of Climate*, *Situation*,

*ation, Nature of Country*, caet. Lond. 1781. 4; cujus libri Germanica versio *Hebenstreitii* sequente a. Lipsiae, f. 82. prodiit), et *Adamus Ferguson* (*The history of the progress and termination of the Roman Republic*, Lond. 1783. III. Voll. 4. Cujus operis, non verbum verbo reddens, versio Germanica cum additamentis et annott. (*C. D. B.*) edita est Lipsiae 1784 sqq. III. Voll. 8. Add. ejusd. *Essay on the history of Civil Society*, Edinb. 1767. 4.). Ex parte quoque huc referendus *Wachsmuth* (*Europäische Sittengeschichte, vom Ursprunge Volksthümlicher Gestaltungen bis auf unsere Zeit;* cujus operis Tomus I. prodiit Lips. 1831. 8.). — Atque hi quidem ex *priore* Scriptorum genere commemorandi hoc loco videbantur: ad *alterum* vero genus referuntur, ex Anglis, *Russel*, *Thomson*, alii, ex Gallo-Francis *Condorcet*, ex Helvetis *Stapfer*, e Germanis plurimi, quorum nonnullos excitavit *Pölitzius* (l. c. §. 16. p. 42 sq.). Praecipui sunt *Isaäcus Iselin* (*Ueber die Geschichte der Menschheit*, Turici 1768. 8. et emend. 1779 et 1786, atque cum vita auctoris 1791. 8.); *Jo. Christoph. Adelung* (ἀνωνύμως ed. *Versuch einer Geschichte der Kultur des menschlichen Geschlechts*, Lips. 1782. 8., et cum alius Viri D. continuatione, sub titulo *Entwurf der neuesten Kulturgeschichte seit der Ideenwanderung über Freiheit und Rechte der Menschheit*, ibid. 1800. 8.); *Jo. Gothofr. Herder* (*Ideen zur Philosophie der Geschichte der Menschheit*, Rigae, 1784 IV. Voll. 4. Novam ed. curavit *Henr. Luden* a. 1812.); *Franc. Mich. Vierthaler* (*Philosophische Geschichte der Menschen und Völker*, Salzb. 1787 VII. Voll. 8.); *Christianus Ulr. Detl. Von Eggers*, (*Skizze und Fragmente einer Geschichte der Menschheit*, Hafniae, ex nova ed. 1803 III. Voll. 8.); *Jenisch* (*Universalhistorischer Ueberblick der Entwickelung des Menschengeschlechts, als eines sich fortbildenden Ganzen; eine Philosophie der Culturgeschichte*, Berol. 1801. II. Tom. III. Voll. 8.) *Jo. Gothofr. Grüber* (*Geschichte des menschlichen Geschlechts aus dem Gesichtspuncte der Humanität*, Lips. 1806. II. Voll. 8.), *Jo. Christ. Aug. Grohmann* (*Ueber die Perioden der Weltgeschichte, oder über den Gang der Kultur des Menschengeschlechts*, Vitemb. 1809. 8.). Reliquos *Pölitzio* excitatos, in his ipsum *Pölitzium*, mittimus, sed ejus Catalogo addimus *Jo. Christoph. Gatterer*, (*Weltgeschichte im ihren ganzen Umfange*, Goett. 1785. IV. Voll. 8.) *Frid. Majer* (*Zur Kulturgeschichte der Völker; historische Untersuchungen*, Lips. 1798. II. Voll. 8.) et *M. A. Gotsch* (*Geschichte der Cultur des Menschengeschlechts im Algemeinen und in jedes einzelnen welthistorischen Volkes insbesondere*, Vindob. 1803. III. Voll. 8.). Postremo ex Nostratibus addendi, *Hermannus Muntinghe* (*Geschiedenis der Menschheid naar den Bijbel*, Amst. 1801. XI. Voll. 8.: cujus nova editio haud ita pridem parari coepit), atque ex parte *Martinus Stuart* (*De Mensch, zoo als hij voorkomt op den bekenden aardbol*, Amst. 1802. VI. Voll. 8): denique *Wesselus Alb. Van Hengel* (*Geschiedenis der zedelijke en godsdienstige beschaving van het hedendaagsch Europa*, cujus Tomus I. prodiit Amst. 1831. 8.).

§. 5[illegible]

## §. 34.

### *Discendae Historiae ratio.*

Quamvis nemo, liberaliter educatus, praetereaque legendis Scriptoribus Graecis et Latinis jam in scholis admotus, Historiae prorsus ignarus sit; raro tamen accidit, ut notitia, quam sic nactus fuerit eruditionis, ejusque Theologicae, cupidus juvenis (1), ipsi satisfacere queat. Hunc igitur decet, eruditi Praeceptoris institutione et consiliis utentem, in rectam discendae Historiae rationem inquirere, quae nisi a *Bodino*, a *Wheario* certe, et *Lengleto du Fresnoy* egregie descripta est (2). Primarii, in omnibus suis studiis spectandi, consilii memor, cum Historia Biblica singulas universalis Historiae partes, sed prudenter, conferat, ad illamque sive illustrandam, sive confirmandam, has referat. Incipiat ab iterato Compendii cujusdam ex optimis (3) usu: dein pergat ad majora Opera (4). Eorum, quae sic didicerit, gravioribus ad Compendium verbo annotandis, memoriae suae consulat. Scriptorum, qui diversa methodo, alii *Annalistica* (5), quam vocant, *Synchronistica* alii (6), alii *Ethnographica* (7), usi sunt, unum alterumve ex praestantioribus identidem consulat. Summo autem in pretio eos Theologus habeat, qui in populorum diversorum et temporum indolem, et in praecipuas, quas ipsum subiit ingenium humanum, conversiones Philosophiae ope inquirentes, *pragmaticam*, quam vocant, *historiam* conscribere, adeoque occultas plerumque et abditas rerum gestarum causas earumque effectus invenire et detegere studuerunt. Tales, post *Polybium* et nonnullos recentioris memoriae Historicos (8), superior et nostra aetas nonnullos protulit eximios, *Humium* dico et *Gibbonum* (utrumque tamen, ubi religionis, ejusque Christianae, res agitur, caute legendum), item praestantissimum *Robertsonum* aliosque (9). Quam vero legendis *Universalis* Historiae Scriptoribus comparaverit peritiam, eam Studiosus mox versandis aliis augeat, qui *Particularem* tractandam sumserunt, et

et de insignioribus *Antiqui* orbis populis, aut de *Medii* quod vocant, *Aevi*, aut de *recentiore* variarum gentium historia, exposuerunt (10). Postremo illos etiam perlustret identidem, qui *Historicorum* vitas ita scripserunt ut de eorum meritis simul rectum ferrent judicium (11)

(1) Omnino perdigna est, quam legant relegantque Juvenes, relatio ad modum faceta *Danielis Wyttenbachii*, de colloquio, quod *Davides Ruhnkenius* hac de re aliquando cum ingenuo adolescente instituit, qui, quod a haud imperita Institutrice Historiam, ut putabat, omnem summatim edoctu esset, sibi jam praeclare sapere videbatur. Vid. *D. W. Vita Ruhnkenii* p. 98—107. (novae ed. p. 145—153. s. *Opuscc. Wyttenbachii* T. I p. 612—621.).

(2) In *Joannis Bodini Methodo Historiae* (Basileae, 1576. 8. Amstelaed. 1650. 12.) aliisque doctissimi caeteroqui Viri *Opusculis* methodum i. e. ordinem et rectam rationem, alii desiderarunt. Magis sane laudantu *Degorei Whear Relectiones hyemales de ratione et methodo legend utrasque historias* caet. (Cantabrig. 1684. 8. et cum *Accessionibus Joannis Christ. Neu*, Tubingae, 1704. 8., qui et *Mantissam* addidit a. 1706 et *Accessionum alteram partem*, a. 1708.). Omnium vero instar esse posse *Jo. Franc. Buddeus* ait (*Isag.* p. 160) *Nicolaum Lengletum d Fresnoy* (in *Methode pour étudier l'histoire*, Parisiis 1734. IX. Tomis 1772. XV. Tomis, 8. de quo opere eximie meritus est Germanicus interpre *Jo. Bruc. Menckenius*). Caeterum *Gerardi Jo. Vossii Ars historica*, de *Historiae natura*, *Historiaeque scribendae praeceptis* (L. B. 1626 1653. 4. et in Ejus *Opp.*) cuivis, in historiae cognitione praeclaros profe ctus facere cupienti, valde commendatur. Add. *Geo. Frid. Creuzer* scriptio: *Die historische Kunst der Griechen in ihrer Entstehung un Fortbildung*, Lips. 1802. 8.

(3) In his olim censeri solebat *Jo. Carionis Chronicon ab exordio mun di usque ad Carolum V* (Vitembergae 1531. et saepius), postea auctu a *Philippo Melanchthone* bujusque genero, *Casparo Peucero*. In huj Operis sic aucti editione Genevensi a. 1617. 8., quae optima censetu historia continuatur ad tempora usque Rudolphi II: eam autem secuta e editio nova Genevensis a. 1625. 8. Laudanda in Opere ordo lucidus, in dustria, accurata rerum recensio, mira styli simplicitas et elegantia. Pra cipua vero ejus dos est, quod ubique summum Dei Numen, praesens huma rebus et providens, veluti digito ostendere studet. Verum desiderarunt d dum Viri Docti Scriptorum, e quibus sua hausit, et temporum annotatione (Vid. *J. Fr. Buddeus*, in *Hist. Eccl. V. T.* T. I. p. 41. *Burc. Gott Struvius*, in *Select. Bibl. Hist.*, p. 207 sq.). Tum, praeter *Jo. Clericu* (in *Compendio Historiae Universalis ad tempora Caroli M. Imp.* .

S...

*Supplemento Christ. Gottl. Ioecher*, Lips. 1744. 4.); *Christoph. Cellarium* (§. praec. ann. 2. citatum); *Jo. Chr. Gattererum* (cujus Opuscula, titulos praeferentia: *Handbuch der Universal-Historie*, etc. Goett. 1761 et 1764. II. Partt. 8, *Abriss d. Universal-Hist.* etc., ibid. 1765. II. Pp. 8. et *Synopsis H. Univ.* ibid. 1765. et auctius 1769. f. m., uti et *Einleit. in die synchronistische Universal-Hist.*, *zur Erläut. seiner synchr. Tabellen*, ibid. 1772. II. Pp. 8., denique *Kurzer Begriff der Weltgeschichte*, ibid. 1785. II. Voll. 8., et *Versuch einer allgemeinen Weltgeschichte bis zur Entdeckung Amerikens*, ibid. 1792. 8. *hoc* loco potissimum commemoranda videntur); *Lud. Wachlerum* (*Grundriss der Gesch. der ältern, mittlern und neuern Zeit*, Marb. 1805. 8. et emend. sub titulo: *Lehrbuch der Geschichte*, Wratislaviae 1816 et 1824. 8.); praeter hos igitur aliosque, huc referendi sunt: *Horatius Tursellinus* (in *Epitome Historiarum*, caet. saepius et Ultraj. 1763 8. min. de qua vid. *Wyttenbachius*, l. c. p. 95 sq., nov. ed. 143., *Opuscc.* I. 609), *Dion. Petavius* (in *Rationario Temporum*, saepius et L. B. 1745. 8.) et *Leon. Offerhaus* (in *Compendio Hist. Univ.* Gron. 1750. 1756. 1775, quod, cum ab insigni brevitate, nec minus ab accurato fontium indicio magnam haberet commendationem, *Jo. Matth. Schroeckhius* denuo, sed auctum, recudendum curavit, Lips. 1778. Eidem vero *Schroeckhio* populares debent emendatam *Hilmari Curas Introductionem ad H. U.* vernaculam, quae in nonnullis editt. ipsum *Schroeckhii*, non *Curasi* amplius, nomen praefert, cujusque sexta ed. continuata est a *Car. Henr. Lud. Pölitzio*, Berol. 1816. Belgice autem versum est, atque ad a. 1795. continuatum Opusculum sub auspiciis Societatis pro Salute publica (*Tot Nut van 't Algemeen*), et in hujus *Commentt., ad rem Scholasticam spectantibus*, ed., Fasc. V. Amst. 1795. 8.). Consulto plura omittimus hujus ordinis Scripta, qualia sunt *Hubneri*, suis tamen laudibus non defraudandi (vid. *Struvius*, l. c. p. 217. et *Buddeus*, *Isag.* p. 164.), *La-Crozii* et *Formeyi Kort Begrip der algemeene Historie* (Traj. ad Rh. 1772. 8.) et praestantissimae Virginis, *Melanie de Boileau*, *Cours d'Histoire Universelle ancienne et moderne* (de qua vid. *l'Esprit des Journaux*, a. 1811. Tomo IV. p. 48.). Unum tamen non omittere debere videmur *Fridericum Strass*, *Handbuch der Weltgesch.* (T. I. *d. alten Gesch.*), Jenae 1830. II. Voll. 8. Hujus scriptoris dudum in laude fuerat opus: *Strom der Zeiten.*

(4) Huc refertur, praeter *Andreae Laz. von Imhof Neu eröffnete Bilder-saal*, Nürnb. 1697. et saepius XV. Pp. 8. (Pars XVI. a. demum 1770, et Pars XVII. ab a. 1776 ad 1780. prodierunt, continuationem operis continentes); praeter hoc opus igitur primum locum occupat *Opus Anglicum*, quod conjunctis plurium Virorum D., *Swintoni*, v. gr., *Salii*, *Boweri*, aliorum, conscriptum, sub auspiciis et cum annotationibus ac praefatione *Sigismundi Jac. Baumgarten*, posteaque, a Volumine XVIII ad XXX usque, *Joannis Sal. Semler*, *Germanice* versum et Halae, a. 1744. 4. edi coeptum

plum est. A Volumine inde XXXI. ipsum Anglorum opus, propter multiplices errores et defectus, seposuerunt, suo marte Historiae enarrationem continuantes, docti Viri Germani, *Schlözerus*, *Gebhardius*, *Gatterus*, *Meuselus*, *Le-Brettus*, *Sprengelus*, *Engelus*, *Gallettius*, *Rühsus*; ita quidem, ut Voluminum numerus jam sit LXVI; praeterea addita sunt *Erläuterungs-Schriften und Zusätze*, Halae 1747 sqq. VI. Voll. 4. Epitomas Operis dederunt *Boysenus*, *Haberlinus*, alii. — Interpretatio autem *Belgica* debetur industriae Rev. *Cornelii Westerbaen*, Traj. ad Rh. 1742 et seqq. 4. In hac *Vetus* Historia XIX. Tomis constat, quorum ultimus copiosos Indices exhibet, quibus *Nova* et *Europaea* Historia multo pluribus postea voluminibus est addita. *Gallica* versio CXX. Volumina complet, quorum elenchum *Anquetillius* XII. Voluminibus complexus est, nec tamen ita, uti a tanto Viro exspectandum fuerat (Vid. *l'Esprit d. Journ.* l. paulo ante c.). Alterum autem in hoc censu opus est duorum itidem Anglorum, *Guilielmi Guthrie* et *Joannis Gray*, quod, sub auspiciis *Heynii*, Germanice reddi coepit a Viris doctis; quos vero taedere mox coepit ingrati laboris, in Anglico opere emaculando consumti. Praeter *Heynium* ipsum, cui sex Tomi (I—IV et VI ac VII.) debentur, hi interpretes sunt *Ritterus*, *Schroeckhius*, *Heinrichus*, *Diezius*, *Wagnerus*, *Gebhardius* et *Joannes von Müller*, cujus praeclari Viri vices, post obitum, in se suscepit *von Glutz-Blotzheim*. Titulus operis est: *Wilh. Guthrie's u. Joh. Gray's Allgemeine Weltgeschichte von der Schöpfung an bis auf gegenwärtige Zeit*, etc. Lips. 1765 sqq. XVII. Tomis, XLIX. Voll. 8. — Atque haec praecipue *majora* hujus generis *Opera*, ob Voluminum copiam et spissitudinem, dici solent. Verum majoribus Operibus etiam videntur accenseri posse talia, quae non commode ad *Compendia* referantur. V. c. *Jac. Benigni Bossuet Discours sur l'Histoire Universelle* (cum continuatione, IV. Voll. ex 24a. ed. Amst. 1755. 12.), quem *Jo. Andr. Cramer*, Germanice redditum et iis potissimum, quae auctor, quippe Ecclesiasticae Societati suae minus grata aut honorifica, callide omiserat, auctam, tanquam *Introductionem in Historiam mundi* (*Einleitung in die allgemeine Geschichte der Welt bis auf Karl den Grossen*) edidit Lipsiae, 1748 — 1786. Tomis VIII. 8. Belgica versio edi coepit a *Jacobo Cramer*, Amstelod. 1780. 8. Dolendum, opus lectu dignissimum neque ab interprete Germano ad umbilicum perductum esse, neque eodem, quo institui coepisset, pede perpetuo conscribi perrexisse. Porro *majora* inter opera suum locum facile tuentur scripta, si minus *Joannis Christoph. Gattereri* (ann. 3. citt.), aut *Augusti Lud. Schlözeri* (*Vorstellung der Universal-Historie*, Goett. 1772, iterumque 1775. II. Voll. 8. Belgice, Amst. 1792. 8. et *Die Weltgeschichte nach ihren Haupttheilen im Auszuge und Zusammenhange*, ibid. 1792. 8., cui addenda *Vorbereitung zur Weltg.*, ibid. ex quarta ed. 1797. II. Voll. 8.), aut *Guil. Rutherfordi* (*Tafereel der oude Geschiedenis*, *bevattende de vorderingen der Kunsten en Fraaije Wetenschappen*, ex Anglico sermone Belgice redd., Zutph. 1804. II. Voll. 8.): at certe *Joannis Matth. Schroeckh* (*Allgemei-*

ne

*ne Weltgeschichte*, Lipsiae, cum ante a. 1786, tum saepius postea: istam vero ed. accurate exprimit elegans Versio Belgica, a *Corn. Guil. Westerbaen* adornata, Amst. 1796 sqq. VI. Voll. 8.); *Chr. Danielis Beck* (*Anleitung zur genauern Kenntniss der allgemeinen Welt-und Völker-Geschichte*, Lips. 1787—1807. IV. Tomis, VIII. Voll. 8. Primi Tomi prior Pars Lipsiae emend. et aucta denuo prodiit 1813.); *Dan. Gottholdi Josephi Hübler* (*Handbuch der allgemeinen Völkergeschichte aller Zeiten, vom Anfange der Staaten bis zum Ende der römischen Republik*, Frib. 1798. iterumque 1813. V. Voll. 8.); *Joannis von Müller* (*Vier und zwanzig Bücher allgemeiner Geschichten, besonders der europäischen Menschheit*, Tubingae, et antea et 1810. III. Voll. 8.; quod eximium opus non tantum Belgice reddidit, sed et insuper egregie auxit et ornavit *Nic. Gothofr. van Kampen*, III. Voll. Harlemi, 1820—1822. 8.); *Frid. Christoph. Schlosseri* (*Weltgeschichte in zusammenhängender Erzählung*, Francof. ad M. 1815. III. Tom. V. Voll. 8); *Caroli Von Rotteck* (*Allgemeine Geschichte, vom Anfange der historischen Kenntnisse bis auf unsere Zeiten*, Frib. et Const. ex *septima* ed. 1830. VII. Voll. 8.): et, alios ut omittam, *Car. Frid. Beckeri* (*Weltgeschichte:* quod opus, post auctoris obitum, a Tomo inde X., primum *Jo. Chr. Woltmannus* (Tom. X.), dein *Car. Aug. Meuzelus* (Tom. XI et XII.) continuavit, eruditus postea *Loebelus* polivit. Quinta operis eaque optima ed. prodiit Berolini, 1824. XII. Tomis 8. Praestantissima interpretatio Belgica Harlemi a. 1826—1832, XII. Voll. edita est). — His vero et similibus scriptis etiam addi possunt utilia, modo recte usurpentur, *Lexica Historica*, qualia sunt *Jo. Jac. Hoffmanni* (L. B. 1698. IV. Voll. f. m. de quo conf. *Morhofius*, *Polyh.* T. II. p. 510. et *Jo. Alb. Fabricius*, in *Centuria Plagiariorum*, No. 78., repet. in Ejus *Opusculorum Histor. Crit. Liter. Sylloge*, Hamburgi 1738. 4., p. 84 sq.), *Jo. Franc. Buddei* (*Allgemeines historisches Lexicon* etc., Lips. e tertia ed. 1730. IV. Voll. f. m.), *Lud. Morerii* (*Dictionnaire historique*, ex opt. ed. Amst. 1740. VIII. Voll. f. m.), *Petri Baylii* (*Dictionn. hist. et critique*, e nova ed. curata a *Des Maizeaux*, addita auctoris vita, Basil. 1741. IV. Voll. f. m. Germanica *Gottschedii* versio, Lips. 1741 sqq., *Leibnitii*, *La-Crozii* aliorumque Virorum D. annotationibus instructa est), *Jac. Geo. de Chaufepié* (*Nouveau D. h. et cr.*, Amst. et Hagae Com. 1750. IV. Voll. f. m.), *Dav. van Hoogstraten* en *Jo. Lud. Schuer* (*Groot Algem. Hist. Geogr. Geneal. en Oordeelk. Woordenb.* etc., Amst. et Hagae Com. 1726. VII. Voll. f. m.), *Abrahami Geo. Luiscius* (*Het algem. Historisch, Geographisch en Genealogisch Woordenboek* etc., Hagae Com. et Delphis 1724. VIII. Voll. f. m.).

(5) *Annalisticam* rationem secuti sunt omnes, qui *Annales* se scribere professi sunt; v. c. *Ism. Abulfeda*, (cujus *Annales* ex parte vulgavit Latino sermone *Jo. Jac. Reiskius* Lipsiae 1754; *Jac. Geo. Christ. Adler* Arabice et Latine V. Voll. Hafniae totos edidit 1789. et seqq. forma quarta), et *Jacobus Usserius* (*Annal. V. et N. T.*, v. infra §. 79. anr. 4.), *Jo. Pearson* (*Annal. Paul.*), *Abr. Scultetus* (*Annal. Eccless.*), al.: *Chronico-*

*corum* item Auctores, quales et ante restitutas Literas, et paulo post, plurimi exstiterunt, quos, lectu quidem minime jucundos, utiliter tamen hodieque consulimus: denique multi alii, qui ad *Historiae* Scriptores referri solent; e. g., ex nostratibus *Marcus Zuërius Boxhorn* (*Hist. Univ. Sacra et profana*, L. B. 1652. 4.) et *Joannes Wagenaar* (*Vaderlandsche Historie*, Amst. 1749. iterumque 1752. XXI. Voll. 8. Novae editioni a. 1790—1796. 8. addita sunt praeclara Additamenta (*Bijvoegsels en Aanmerkingen*) a Viris doctiss. *van Wijn*, *Lambrechtsen*, *Martini* et *Engelberts:* uti et, post absolutam operis repetitionem, a. 1797. iidem aliique, in his Clariss. *Te Water*, adjecerunt *Analecta s. Nalezingen.* Mitto duplicem Anonymorum *Continuationem*, utramque multis Tomis contentam (*Vervolg op W.*); tertiam, quam *Martinus Stuart* (Amst. 1821. 8.) adornare coepit, verbo memorasse contentus. Idem autem *M. S.*, edendis *Annalibus Belgicis* (*Jaarboeken vau het Koningrijk der Nederlanden*, Amst. 1818 et sqq.), *nudam* secutus est rationem annalisticam. Quam prae aliis omnibus commendanti *D. H. Hegewisch*, in *Grundzüge der Weltgeschichte*, Hamb. 1804. 8., non spernenda opposuit Censor Halensis, in *A. L. Z.* 1806. m. Jan. p. 193 sqq.).

(6) *Synchronistica* methodo plerique *Compendiorum* Scriptores sunt usi, *Petavius* e. g., *Tursellinus*, *Offerhausius*, caet. Illi quoque, qui ad quatuor ita dictas Monarchias omnem Historiam veterem revocare conabantur, ut v. c. *Carion* (§. praec. ann. 4. cit.), *Joannes Sleidanus* (*Compend. de quatuor Summis Imperiis*, quod commentati sunt *Xylander*, *Maderus*, *Meibomius*, *Hornius*, continuarunt *Strauchius* et *Schurzfleischius*; vid. *Morhofius*, *Polyh.* T. III. Lib. IV. §. 4. *Buddeus*, *Isag.* p. 165. et *Struvius*, l. c. VIII. 13. quique ipsum et *Reimmannum* laudat, *Gottl. Stollius*, in *Anleit. zur Historie der Gelahrtheit*, Jenae, ex 3a. ed. 1727. 4., Cap. VI. §. 11. p. 254. Cujus in libri versione Latina a *Car. Henr Langio* edita ibid. 1728. 4, eadem et plura leguntur p. 328 sq.). Sed neque praetermittendum *Eduardi Simsonii Chronicon Catholicum* (ex ed. *Petri Wesseling*, L. B. 1729 et 1752. f. m.). Add., qui *Tabularum* ope res, quae eodem fere tempore acciderunt, simul ante oculos ponere sunt conati; quales sunt illae, quas, post *Emanuelem van der Hoeven* (1716.), *Jac. Perizonius* Lugduni Batavorum, a. 1738. edendas curavit. Debentur aliae *Jo. Davidi Köhler* (*Chronologia Historiae Univ.* Altd. 1725.), *Theodoro Berger* (*Synchron. Uebersicht der vornehmsten Reiche und Staaten*, ex 5ta ed. *Wolfg. Jäger*, Coburgi 1781. f. m.), *Joanni Blair* (*Synchron. Tabellen*, ex Anglico sermone redd. ab *Henr. Jos. Watteroth*, Vindob. 1790. f. m. inversa), aliae *Josepho Priestley:* aliae *Schroeckhio*, (supra l.), *Hüblero* (1796, 1802.), *Dumbeckio* (1820.), *Benickeno* (1820—1823.) *Bredowo* (1821.), *Krusio* (1822.): aliae denique *Klaprotho* debentur. *Chevignyi* et *Limerii* tabulas, Gallice conscriptas, Belgice, sed insigniter auctas, exhibuit *Arentius Fokke* (*Synchronologische en Biographische Tafels* etc., Amst. 1791. 8.), prudenter ille legendus. Laudandae *Jo. Christoph. Gattereri Tabulae* Univer-

sa-

talis Historiae et Opuscula illis illustrandis destinata, tam Latine, quam vernacule scripta (*Synopsis*, 1769. et *Einleitung*, 1771.).

(7) *Ethnographice* scripserunt, v. c. *Britanni*, paulo ante (ann. 4.) laudati, *Schroeckhius* (ann. 3. laud.) *Heerenus* (ann. 9. laudandus), alii.

(8) Quorsum referunt *Machiavellum*, *Thuanum*, *Grotium*, *Hooftium*, *Bossuetum*. De quorum meritis consulendus *Ph. Guil. van Heusde*, in Commentatione, quam inscripsit: *Cornelis Willem de Rhoer, gekenschetst, bijzonder als Geschiedkundige*, inserta *Opp. novis Societatis Scientiarum Rheno-Trajectinae* Tom. I. p. 9). Hic quidem meliorem Historiae tractandae rationem a *Voltario* et *Montesquievio* pro parte repetit. Laude tamen omni non sunt defraudandi, qui iis praecesserant, *Sam. Pufendorfius* (*Einleitung zu der Historie der vornehmsten Staaten*, Francof. 1699. II. Voll. 8. et 1746. IV. Voll. Novam et recentiore historia auctam editionem ibid. edere a. 1763. incepit *Jo. Dan. ab Oelenschlager*, nec absolvit. Gallicam versionem Operis, ad a. usque 1743. continuati, dedit *Bruzen de la Martinière*, Amst. 1743. X. Voll. 12. Alia *Pufendorfii* opera historica mittimus); Rev. *Daniel*, qui olim solebat Gallorum *Tacitus* vocari (*Histoire de France depuis l'établissement de la Monarchie dans les Gaules*, Amst. 1725. VII. Voll. 4. — Germanice Norib. 1756 sqq.), *Du Haldius* (*Description — de l'Empire de la Chine*, Paris. 1725. IV. Voll. f. m. Germanice Rostoch. 1747. IV. Voll. 4.), *Holbergius* (*Dänische Reichs-Historie*, ex Danica lingua Germanice versa, Flensb. 1757. III. Voll. 4.), multique alii, partim infra laudandi. Conferri meretur introitus *Censurae* operis *Rotteckiani*, in Ephemeridibus Halensibus (*Hall. Allgem. Literaturzeitung* ad a. 1819. No. 11—13. et 34—36.), ubi Censor diversas recentiorum Historicorum rationes et veluti Scholas, quique ad singulas referantur, Viros praeclaros recenset, deque harum vel meritis, vel et defectibus exponit. De eadem re *Bertholdus* potest quoque utiliter consuli, l. c. §. 47—50. T. I. p. 226 sqq. Neque spernenda videntur observata *Menzelii* (*Literaturblatt*, quod accedit ad *Morgenblatt*, N°. 90. ad 3 Sept. 1830.) et Censoris Goettingensis (*Goett. Gelehrte Anzeig.* ad a. 1833. Fasc. 30, 31.) referentium de *Capefiguio* et *Simondio*, *Guizoti* partibus addicto. — Caeterum legendum et perpendendum hoc loco commendare liceat specimen *H. J. Royaardsii*, *de progressu studii historici* (*Over den voortgang van de beoefening der Geschiedenis, ook van die der Chr. Kerk*; in *Archief voor Kerkelijke Geschiedenis*, Tom. I.).

(9) *Davides Hume* sic scripsit *Angliae* Historiam (*History of England*, IV. Voll. Lond. 1752—1764. 4. Prodiit autem uno Vol. ibid. 1824. 8., cui additur, altero Volumine, *Tobiae Smollet Hist. of Engl. from the revolution in* 1688, *to the death of George II*, 1825. 8.: utrique et tertium Vol. adjungi solet eod. a. editum, continens *J. R. Miller*, *The hist. of Great Britain from the death of George II to the coronation of George IV.*); — *Eduardus Gibbon* extrema Imperii Romani tempora

 (*The*

(*The History of the decline and fall of the Roman Empire*, Lond. ex 22. ed. 1787—1789. VI. Voll. 4. et 1821. VIII. Voll. 8.) descripsit: — *Guilielmus Robertson* Caroli V. tempora, Scotiaeque et Americae historiam (*The History of the Reign of the Emperor Charles V.* Lond. ex altera ed. 1777. IV. Voll. 8. Belgice Roterod. 1778. VI. Voll. 8. — *The History of Scotland;* Lond. 1759. III. Voll. 8. Belgice Amstelod. 1779. III. Voll. et uno Supplementorum, 8. — *The History of America*, Lond. 1776. III. Voll. 8. Belgice Amstelod. 1778. IV. Voll. 8. Parabilis omnium auctoris Operum editio (*The Works of William Robertson —— in XII. Volumes*, Lond. 1824. 8. min., cui *Vita* auctoris, a *Roberto Lynam* scripta, praemissa est,) commendari hoc loco meretur). — Ad illorum praestantiam triumvirorum non valde multi adhuc videntur accessisse: in quibus censentur, ex Gallo-Francis quidem *J. C. L. Simonde de Sismondi* (*Histoire des Républiques Italiennes du moyen age*, Paris. ex nova eaque emendata ed., 1826, XVI. Voll. 8. et *Histoire des Français*, ibid. 1821—1831. XV. Voll. 8.), ex Germanis vero *Schlözerus* (et in aliis scriptis, et in *Briefwechsel*, et — *Staats-Anzeigen*), *T. L. Spittlerus* (§. 74. ann. 4. Sect. IX. citandus; hic vero praesertim ob *Würtembergicas* et *Hanoveranas* res, ab ipso enarratas, memorandus), *F. C. Schlosserus* (*Weltgeschichte in zusammenhangenden Erzählung*, Francof. 1825. VI. Voll. 8. et al. scriptt.) et, ut mittam *Möserum* (in *Historia Osnabrucia*), *Meuselum*, *Kransium*, et *Woltmannum*, *Joannes Von Müller* (cum in aliis scriptis (cf. ann. 6.), tum praecipue in *Geschichte der Schweizerischen Eidgenossenschaft*, Lips. ex nova editione 1825. V. Voll. 8.), et *Frid. Von Raumer* (*Gesch. d. Hohenstaufen*, ibid. 1823. VI. Voll. 8.).

(10) Longum sit, et a nostro instituto alienum, plerosque Scriptores recensere, qui *veterem*, *mediam* et *recentiorem* Historiam enarrarunt. Itaque verbulo tantum monemus, *Veteris* Historiae primarios fontes esse ipsos Veteres Scriptores, *Herodotum*, v. c., *Thucydidem*, caeteros, quibus tamen recentioris memoriae Historici (de quibus cf. *Jo. Franc. Buddeus*, in *Hist. Eccl. V. T.*, *Prol.* §. 13. Tomo I. p. 21 sqq.) addendi sunt, quippe qui antiquis, secum invicem collatis, sunt usi. Sic e. g. de rebus *Ægyptiacis*, praeter *Herodotum*, *Diodorum* Siculum, *Plutarchum* et alios, legi omnino merentur, quae *Joannes Marsham* (in *Canone Chronico Ægyptiaco*, *Ebraico*, *Graeco*, Lond. 1672. et emendatius Lips. 1676. 4.), *Joannes Perizonius* contra *Marshamum* (in *Ægyptiarum Originum et temporum antiquissimorum investigatione*, Traj. ad Rh. 1736. 8.); *Paulus Jac. Jablonskius* (supra §. 30. ann. 4. laud.), *P. H. Ameilhonus* (in *Histoire du Commerce et de la navigation des Egyptiens sous le regne des Ptolemées*, Par. 1766. 12.), et, alios ut mittam, nostra memoria *Letronnius* (in *Recherches pour servir à l'histoire de l'Egypte, pendant la domination des Grecs et des Romains*, Par. 1823. 8.); item *Champollionus* uterque (cum *Ch. Figeac*, in *Annales des Lagides* aliisque operibus, tum *Ch. junior*, supra jam laud., sed cujus

hic

hic praesertim in censum venit liber, inscriptionem praeferens, *l'Egypte sous les Pharaons*, Par. 1814. II. Voll. 8.), scripserunt. — De rebus *Persicis*, praeter *Herodotum*, *Ctesiam*, *Xenophontem*, *Plutarchum*, exposuerunt *Barn. Brissonius* (*de regio Persarum principatu*, Libris III, Paris. 1580. 4. et saepissime postea, e. g. cum *Sylburgi* et *Lederlini* annott. Argentor. 1710. 8.) et *Thomas Hydius* (*Historia Religionis veterum Persarum, Parthorum et Medorum*, Oxon. 1700. 4: — de utroque et aliis consul. *Jo. Alb. Fabricius*, in *Bibliogr. antiquaria*, Cap. II. §. 2. p. 41): ut et ex recentissimis *Jo. Malcolm* (*History of Persia, from the most early period, to the present time*, Lond. 1816. II. Voll. 4.). Add. *Car. Frid. Christ. Hoeckius* (in *Veteris Mediae et Persiae monumentis descriptis et explic.*, Goett. 1818. 4.). De *Graecis* rebus, praeter *Graecos* ipsos (*Herodotum*, *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Diodorum* Siculum), et quosdam *Latinos* (*Corn. Nepotem*, al.), neminem legisse poenitebit *Templium Stanyan* (in Anglice scripto opere, cui Franco-Gallice verso titulus est: *Histoire de Grèce*, Amst. 1744. III. Voll. 12.), aut *Joannem Gast* (*The History of Greece, from the accession of Alexander of Macedon, till final subjection to the Roman potence*, Lond. 1788. 4.), aut *Guilielmum Mitford* (*The history of Greece*, Lond. 1784, 1790. II. Voll. 4: quam vertit, non tamen sine multa emendatione, *Henr. Car. Abr. Eichstädt*, Lips. 1802 sqq. VI. Voll. 8.), aut *Joannem Gillies* (*The history of ancient Greece*, Lond. 1785. et Basil. 1791. V. Voll. 8. Germanice, Lips. 1787 sqq. 8.), aut Nostratem *Nicolaum Gothofr. Van Kampen* (*Geschiedenis van Griekenland*, Harlemi 1828, hucusque V. Voll. 8.): aut opus, quod *Guil. Robertsono* (nescio, quo jure, nam ejus non meminit, Ri. opera recensens, *Lynam*) tribuitur, Belgiceque ad alt. ed. vernaculam redditum inscribitur: *Geschiedenis van Oud Griekenland, van de vroegste tijden af, tot dat het een Romeinsch Wingewest werd*, Traj. ad Rh. 1780. III. Voll. 8. — Postremo de *Romanis* rebus, praeter ipsos *Romanos* (*Titum Livium*, *Cajum Julium Caesarem*, *C. Sallustium Crispum*, *C. Tacitum*, *C. Vellejum Paterculum*, caet.), et *Graecos* (v. c. *Polybium*, *Dionysium* Halicarnassensem, *Appianum* Alexandrinum, *Dionem Cassium*, caet.), consulamus etiam *Rollinum* (*Histoire Romaine depuis la fondation de Rome jusqu'à la bataille d'Actium*, Par. 1740. XVI. Voll. 12. et 1752. VIII. Voll. 4. Germanica versio prodiit Vratisl. 1763. XVI. Voll. 8.), *Crevierium* (*Histoire des Empereurs Romains depuis Auguste jusqu'à Constantin*, Par. 1749. XII. Voll. 12.), *Catrouum* et *Rouillium* (*Hist. Rom. depuis la fondation de Rome, avec des notes historiques et critiques des Pères C. et R.*, Par. 1725. XLI. Voll. 4., atque, ne de *Beaumarchaisio*, *Hooksio* aliisve dicam, *Martinum Stuart* (*Romeinsche Geschiedenissen*, Traj. ad Rh. (postea Amst.) 1793. XXX. Voll. 8.), alios; quibuscum omnino conferendi, qui de mythica antiquissimarum narrationum indole scripserunt; velut *Pouillyus* (in *Mémoir. de l'Acad. des Inscript. et des Belles Let-*

*tres*,

(15) Laudantur, qui Globos terrestres primi recentiorum construxerunt, Noriburgenses cives, *Mart. Behaim* et *Hieron. Fracastorius*; porro, qui sub auspiciis *Weigeli*, *Beyeri*, *Andreae* et *Doppelmayeri* laboravit, *J. G. Puschner*, homo Germanus; praeterea *Henr. Moll*, Anglus, *P. Coronelli*, et magis etiam *G. de Lisle*, Gallo-Franci; tum *Lowitzius*, Goettingensis (a. 1753.), *D. Adams*, Anglus (1797.), al. Novissimi sunt *Carryi*, Angli, et *J. G. Franzii* (juvantibus *Sotzmanno* et *Mosnero*).

(16) Cf. quae *Bonamyus* de *Chartis Geogr. Vett.* scripsit, inserta Tomo XXV. *Historiae Acad. Inscriptt. et eleg. Litt.*

(17) *A Strabone* Lib. I. et *Diogene* Laërtio Lib. II. c. 2.

(18) Docente *Jo. Bapt. Bernharto*, in *J. C. Aretini Beyträge zur Geschichte und Literatur (vorzüglich aus den Schätzen der Pfalz-Bayerischer Central.-Bibliothek zu München)*, ad a. 1805. p. 11 sqq. Celebratur prae aliis *Tabula Peutingeriana*, a *Conrado Peutinger*, Patricio Augustano, sic dicta, quippe in cujus Bibliotheca inventa esse vulgo dicitur. Alii vero eam primum repertam esse dicunt a *Conrado Celtes*, dein comparatam a *Conr. P.*, mox publice innotuisse studio *Beati Rhenani*, denique editam atque explicatam a *Marco Velsero*. Cf. *Jo. Ge. Lotteri* de ea *Commentatio*, Lips. 1722. f. m. Add. *Collot d'Escury* (ad §. 20. ann. 3.

S. l.) III. 107. Optime edita est a *Franc. Christoph. de Scheyb*, Vindob. 1753. schedis 12, f. omn. max. — Non inutile esset neque injucundum, Tabularum Geographicarum Historiam breviter hac opportunitate perlustrasse. Quominus tamen id agamus, prohibet instituti ratio. Ablegandi igitur sunt, quotquot ejus studio ducantur, lectores ad *Joannem Hauber* (*Versuch einer Gesch. d. Landcharten*, Ulmae 1724. 8., ad quod Specimen accessere *Zusätze*, ibid. 1727. 8.), aut ad alios (e. g. *Anquetillum*, in *Journ. d. Scav.* a. 1777. m. Aug. p. 77 sqq.). Id tamen unum hic praetermisisse religio sit, primos e recentioribus, qui Tabulas geographicas concinnarent, fuisse Sec. XVII. medio Nostrates, *Jo. Janssonium* atque *Guilielmum* et *Joannem Blaeu*. *Ille* quidem splendidissime opus edidit Latinum, inscriptum: *Atlas major*, *sive Cosmographia universalis*, VIII, vel, si *Supplementa* addas, XII. Voll., quorum ultimum a. 1666. in lucem exiit. Gallo-Francice vero prodiit *Blaeuianus Atlas* a. 1663, itidem XII. Voll. f. o. m. — *Atlantis* autem nomine in hac arte appellatur major quaeque Tabularum collectio. Tabulae vero istae referunt, vel bina Orbis terrarum *Hemisphaeria* (*Mappemonde* Gallo-Francis dictae), vel singulas Orbis partes majores (Europam, Asiam, Africam, Americam, Australiam, quae et Asia australis (*Australasien*), India australis (*Süd-Indien*) et Polynesia a nonnullis audit), vel singulas in illis regiones (Angliam, e. g., Galliam, Persiam, Sinense imperium, caet.). Illarum hodie ingens copia est; quarum praestantiores debentur *Sansono*, *Jailloto*, *Hondio*, *De Witto*, *Allardo*, *Hussono*, *Visschero*, *Dankertsio*, *Valkio*, *Schenkio*, et, qui non debebat ultimo loco recenseri, *De Lislio*. — In novissime editis optimae fere habentur *Mappae mundi* (sit venia verbo!), quas dederunt *D. J. Sotzmann* (Norib. 1807.); *J. C. Bode* (Berol. 1785. II. Foll.), *E. G. Reichard* (Norib. 1814.), *H. Keller* (Vinariae 1814. II. Foll.), *A. L. von Krusenstern* (Lond. 1815.). *Atlantium* autem commendatissimi sunt *Sotzmannianus* (XXXIV. Foliis constans), et *Reichardianus* atque *Stielerianus* (L. Folia complectens). Ante hos quinque vel sex annos Bruxellis Belga australis Atlantem edidit lithographum, e quo et Globus terrestris construi possit, qui subscriptoribus 200 florenis constitit. Sed ohe! plus satis jam de istis.

(19) *Methode pour étudier la Géographie*, Parisiis 1747. VII. Voll. 8., 1768. X. Voll. 8. Addantur et aliorum scripta, ut *Jo. Christ. Becmanni* (*Hist. orbis terr. geogr. et civ.* Francof. ex 4. ed. 1692. 4.), *Ant. Frid. Büschingii* (*Vorbereitung zur gründl. Kenntniss der geogr. Beschaffenheit — der Europäischen Reichen*, Hamb. ex 5ta ed. 1776. 8.).

(20) *Dictionnaire Géographique*, Hagae Com. 1730. X. Voll. f. m. — Referri huc quoque possint Lexica *Mich. Ant. Baudrandi* (Par. 1682. II. Voll f. m.), *Jo. Hübneri* (Lips. ult 1782. 8.), *Erdm. Uhseni* (Lips. 1710. f. m.) *Wolfg. Jaegeri* (Norib. 1782 sqq., sed refictum a *Conr. Mannert*, ibid 1805 — 1811. III. Voll. 8.), *P. F. A. Nitschii* (*ed. ab Höpfnero*, Hala 1794. 8.), *L. Ph. Funkii* (Vinariae ex alt. emend. ed. 1800. 4.) *T. F. Erdmanni* et *H. Schorchi* (Erfordiae 1804 sqq. 4.), *P. A. Winkopp* (Lip

(Lips. 1804. 4.), *C. G. D. Steinii* (Lips. 1811 sq.), et *G. Hasseli* (Vinar. 1817. II. Voll. 8.).

(21) In qua quaenam partes distinguendae sint, vide ap. *J. A. Ernestium*, in *Neue Theol. Bibliothek*, VI. 69.

(22) *Geographia Antiqua*, saepe repetita. Editio *Jo. Conr. Schwarzii*, aucta hujus annotationibus, prodiit Lipsiae, 1751 sq. et 1773. II. Voll. 4. *Appendix triplex Notitiae orbis antiqui*, ibid. 1776. 4.

(23) *Géographie ancienne abrégée*, Paris 1768. III. Voll. 12. et 1769. f. m.

(24) *P. Bertii Theatrum Geographiae veteris*, Amst. 1618. II. Voll. f. m.

(25) Nempe *Jo. Dav. Koelerus*, in *Descriptione Orbis antiqui in XLIV. Tabulis exhibita*, Noribergae, 1720. f. m. et *G. D. Koelerus*, in *Allgem. Geographie der Alten*, Lemgoviae 1803. et seqq. Sed addendus etiam est *P. F. A. Nitschius* (*Kurzer Entwurf d. alten Geogr.*, emend. a *Conr. Mannert*, Lips. ex 7a ed. 1817. 8.). Utiliter adhibebitur huic studio *Atlas antiquus d'Anvillii major* (Norib. 1784. f. m.), itemque *minor*, ibid. 1793. 4.), ut et *L. Ph. Funkii Atlas d. alten Welt*, (Vinar. ex alt. ed. 1804. 4.). Caeterum cf. et Scriptores, ann. 11. citati.

(26) Verbi c. *Dionysium Periegetem*, *Stephanum Byzantinum*, minores illos *Geographiae Veteris Scriptores*, quos edidit *Jo. Hudsonus*, Oxoniae, 1698 sqq. IV. Voll. 8., *C. Julium Solinum*. De quibus omnibus *Fabricius* (*Bibl. Gr.* et — *Lat.*), *Walchius*, *Harlesius*, aliique id genus Scriptores, sunt consulendi.

(27) De qua tamen egregie meriti sunt *Christ. Junkerus* (*Einl. i. d. Geogr. d. mittlern Zeit*, Jenae 1712. 4.), *Jo. Dav. Koelerus* (*Anleit. zu d. a. u. mittlern G*, Norib. 1730 et 1745. P. I et II. 8. Partem III. a. 1765. adjecit *G. A. Willus*); denique ex parte *Gottl. Stritterus* (*Memoriae populorum*, *olim ad Danubium* — — — *incolentium erutae* etc. Petrop. 1771 sqq. IV. Voll. 4.).

(28) Veluti *Jo. Hübneri*, (cum Patris, *Kurze Fragen*, caet. Lips. 1763. et saepius, 12.; tum Filii, *Volständige G.*, Hamb. ex quinta ed. 1745. III. Voll. 8. idemque liber emend. a *G. F. K.*, Dresdae, ex alt. ed. 1773.); *Jo. Geo. Hageri* (*Ausführl. G.* Chemn. et antea, et quartum 1773. III. Voll. 8.); *Ant. Frid. Büschingii* (*Neue Erdbeschreib.*, Hamb., ex *octava* ed. 1787—1802. Partib. XI. Accesserunt plures Partes, elaboratae a *Ch. D. Ebeling*, qui de *America* scripsit, ab *J. M. Hartmann* et *P. J. Bruns*, qui de *Africa*, et *D. Lindner*, qui de *Australia*); *Lud. Frid. Krayenhoffii* (*Korte Histor. en Geogr. beschrijving des Aardkloots*, Amst. 1762. 8.), *J. G. Fr. Cannabichii* (*Lehrb d. G.*, Sondersh. 1817. 8.), *A. C. Gaspari* (*Handbuch der neuesten Erdbeschr.*, fortges. v. *T. F. Ehrmann*, Vinar. 1797. IV. Voll. 8. Belg. vers. a *S. Van Emdre*, Amst. 1800. 8. — (*Ostervaldi*, *S. Van Emdre*, *J. van Wyk*, *Roelandi F.*) etc.

(29) *J. G. Gatterer* (*Abriss d. G.*, Goett. 1775. 8, et *Kurzer Begriff* d.

*d. G.*, ibid. 1793. 8. Belgice, *Algemeene hedend. Geographie*, Traj. ad Rh. et Roterod. 1792. II. Voll. 8.).

(30) *J. E. Fabri*, *Handbuch d. neuesten Erdbeschreibung*, Halae 1784. et saepius (*decima* ed. prodiit a. 1819). — Ejusd. *Geographie für alle Stände*, Lips. 1786. V. Voll. 8. et *Abriss*, Halae, ex *decima* ed. 1803. Belgice quoque redditum est Compendium.

(31) Vid. ann. 13. Poterant et alii ex recentissimis indicari Geographiae Scriptoribus, e. g. *C. A. Muller* (*Neueste allg. G.*, Hofae ex alt. ed. 1805. IV. Voll. 8.), *J. C. F. Guths-Muths* (*Lehrb. d. G.*, Lips. 1816. II. Part. 8.), *C. Ritter* (*Die Erdkunde*, caet. Berol. 1817. II. Voll. 8.), *J. G. Hassel* (*Handb. d. Erdb. u. Statistik*, ibid. 1816. hucdum II. Voll. 8.). De *C. F. Callisen*, *J. B. Fischer*, *C. H. G. Münnich*, *J. G. Bornmann*, *F. G. L. Gressler*, et Tabularum conditore *F. Dittenberger*, exponentem videas Jenensem Virum D. (*Jen. A. L. Z.* 1830. Ergzbl. N°. 40 sq.) — Pertinent huc quoque omnes, qui *specialem*, i. e. singularum Orbis terrae partium, aut regnorum et rerump. aut adeo civitatium urbiumque celebriorum geographiam scripserunt, hic a nobis non tangendi. Unum vero praestantissimum *E. A. G. v. Zimmermann* Opus, inscriptum: *Die Erde und ihre Bewohner*, Lips. 1810. V. Voll. 8. (aut Stuttg. 1824. ex nova eaque parabili ed., continuatum a *F. Rühs* et *H. Lichtenstein*, huc usque XVII. Voll.; Belg. vers. et contin. (a *N. G. v. Kampen*), Harlemi 1816. XIX. Voll. 8.), hac opportunitate Studiosis nominatim commendare liceat.

(32) *Gottfr. Dan. Stein*, *Handb. der Geogr. und Statistik*, *nach der neuesten Ansichten*, Lipsiae ex 4a. ed. 1819. III. Voll. 8. (Eximium opus pluries jam editum esse puto).

(33) Quales sunt *Allgem. Geogr. Ephemeriden* von *F. Von Zach*, *J. J. Bertuch*, *A. E Gaspari* et *Reinard*, Vinar. 1797 sqq. LXX. Voll. 8., *Neue a. g. E.* 1817 sqq., ab a 1822. cura *J. G. Hasseli*; — aliaeque ab *Ebeling* et *Hermann*, — ab *J. M. Von Lichtenstein*, — a *F Rühs* et *G. H. Spieker* procuratae, de quibus cf. *Stein* (a. praec. l.) Tom. I. p. 6.

(34) De his cf. *Chr. Meiners* (jam §. 33. ann. 3, et §. 34. ann. 10. l.). Adde et alios (iisd. ll. et ann. 7. indicatos.).

(35) *Jo. Geo. Meusel* (*Lehrbuch d. Statistik*, Lips. ex tertia plane reficta ed. 1804. 8.); *Car. Mannert*, (*Statistik der Europäischen Staaten*, Bamb. 1805. 8.): *Von Rommel* (*Ueber Geographie*, *Ethnographie und Statistik*, Marb. 1810. 8.). Conf. infra (§. 78. ann. 4.) citandus *Stäudlinus*.

(36) Apposita sint, quae *Bertholdus* de ipsa hac re dixit (*Theol. Wissenschaftsk.* §. 51. I. 288): „*Der Theolog muss wenigstens die Grundbegriffe und Elementen dieser Hilfswissenschaften der Geschichte, und besonders die Literatur derselben kennen, damit, wenn er einst die Musse hat, seinen historischen Kenntnissen die gehörige Extension und Tiefe zu geben, er die nöthigen Hilfsmittel kenne.*" Quod idem de multis aliis doctrinae partibus, quas in Encyclopaedia Theologica, nisi tractandas, certe tangendas putavimus, dictum esto.

§. 37.

## §. 37.

### *Chronologia.*

*Chronologiae*, quae ars est temporis recte et computandi et dimetiendi, studium Historicorum lectioni vel praemittendum est, vel certe adjungendum (1). Ejus pars altera Astronomis debetur, et *technica* vocatur, vel et *mathematica*; quae prorsus negligi sine accuratioris scientiae detrimento non potest (2): *historica* vero pars in enarrandis secundum diversas *aeras* et *epochas* ipsis rebus in facto positis, diversisque his temporis computandi rationibus secum invicem conciliandis, versatur. Quae scientia, in Chaldaea aut Ægypto, ut videtur, nata, ad Graecos postea et Romanos transiit. Neque tamen, ut par erat, excoli potuit, antequam *C. Julius Caesar*, Pontifex Maximus, usus *Sosigenis* ope, Calendarium Romanum emendaret. Quod melius etiam postea ab alio Pontifice Max., *Gregorio XIII*, constitutum est: unde *novi*, qui vocatur, et *veteris Styli* orta est diversitas, atque *anni Juliani* et *Gregoriani* denominatio. Quoniam autem variam admodum annorum computandorum rationem secuti sunt Veteres, fieri vix poterat, ut *Judaeorum* anni a Mundo Condito deducti, *Graecorum* Olympiades, *Romanorum* anni ab Urbe Condita aut per Consules computati, *Christianorum* a Jesu Christo nato, *Muhammedanorum* a Prophetae sui fuga initium petentes, facile componerentur. Quo magis laudandum est *Josephi Scaligeri* inventum, *Periodus Juliana* dictum: quae epocha technica, non historica, ad conciliandas omnes epochas historicas ingeniose est excogitata. Eidem vero immortalis memoriae Viro debetur eximii ex antiquioribus operis Chronologici, ab *Eusebio* compositi, editio (3): cui nunc quidem addenda sunt, quae ex Armenica versione Latine exhibuerunt *Joannes Zohrabus* et *Angelus Majus* (4). Praeterea *Scaligeri* in *Eusebium Commentarius* (5), et

 *Opus*

*Opus de emendatione temporum* (6) hic sunt commemoranda, quippe ex quibus, ut et ex *Ptolemaei*, *Theonis*, *Gemini* et *Procli* scriptis, quae Rev. *Halma* Gallice reddita publica luce donavit (7), itemque ex *Calvisii* (8), *Petavii* (9), *Schraderi* (10), *Fresnoyii* (11), *Rennebaumi* (12), *Jacksoni* (13), *Antinii* et *Clementi* (14), *Kochii* (15), *Hegewischi* (16), *Pelkwykii* (17), *Bosveldi* (18), *Ideleri* (19) et aliorum (20), scriptis omnium optime, quae ad hanc artem pertinent, disci poterunt.

(1) Conf. *Jo. Clerici A. C.* P. I. p. 29 sqq. ubi etiam, quomodo Studiosum in hac doctrina discenda versari oporteat, ostenditur.

(2) Scite *Gesnerus* (*Isag.* §. 451.): „Ita nos devinxit coelo Deus, ut, „nec ubi simus, nec quando simus, nisi illo inspecto, sciamus."

(3) *Eusebii Pamphili Thesaurus temporum et chronici canones aliorumque Chronica, cum Commentario Josephi Scaligeri*, Amst. 1658. f. m.

(4) *Eusebii Pamphili Chron. Canonum libri duo.* (*Opus ex Haicano Codice a D. Jo. Zohrabo — diligenter expressum et castigatum Aug. Majus et Jo. Zohrabus nunc primum conjunctis curis latinitate donatum, notisque illustratum, additis Graecis reliquiis, ediderunt.*) Mediolani 1818. 4. maj.

(5) Modo ann. 5. memoratus.

(6) Lugd. Bat. 1598. f. m.

(7) *Κλαυδίου Πτολεμαίου, Θέωνος κ. τ. λ. Κάνων βασιλειῶν καὶ φάσεις ἀπλάνων, καὶ Γεμίνου εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα. Table Chronologique des règnes, prolongée jusqu'à la prise de Constantinople par les Turcs: Apparition des fixes, de Claude Ptolemée, Theon etc. et Introduction de Geminus aux phénomènes célestes; traduites pour la première fois du grec en français sur les Manuscrits de la Bibliothèque du Roi: suivies des Recherches historiques sur les observations astronomiques des anciens, traduites de l'Allemand de M. Ideler — et précédées d'un Discours préliminaire et de deux Dissertations sur la réduction des années et des mois des anciens à la forme actuelle des nôtres, par M. l'Abbé Halma, pour servir à l'intelligence de son édition grecque et française de l'Almageste.* Paris. 1819. 4. Quod opus mox, anno sequente, ibidem excepit: *Κλαυδίου Πτολεμαίου Ὑποθέσεις καὶ Πλανωμένων ἀρχαί· καὶ Πρόκλου Διαδόχου Ὑποτύπωσεις. Hypothèses et époques des Planètes de Cl. Ptolemée, et Hypotyposes de Proclus Diadochus; traduites pour la prémière fois du Grec en Français sur les MSS. de la Bibliothèque du Roi; suivies de trois Mémoires, traduits de l'Al-*

*l'Allemand de M. Ideler, sur les connaissances astronomiques des Chaldéens, sur le Cycle de Meton et sur l'ère Persique: et précédées d'un Discours préliminaire et de deux Dissertations sur les mois Macédoniens et sur le Calendrier Judaïque, par M. l'Abbé Halma.*

(8) *Sethi Calvisii Opus Chronologicum*, (Lips. 1605 et) *ad* a. 1685. continuatum, ibid. 1685. f. m.

(9) *Dionysii Petavii Doctrina temporum*, Paris. 1627. II. Voll. f. m. (Antv. 1705. III. Voll. f. m.). — *Rationarium temporum, in Partes duas, Libros tredecim distributum; in quo aetatum omnium sacra profanaque historia Chronologicis probationibus munita summatim traditur*, Paris. 1633. 12., posteaque saepius, et cum continuatione *Jac. Perizonii, Tabulis Genealogicis*, atque *tertia* Operis *parte*, *Imperatorum, Regum Magistratuumque successiones complexa*, L. B. 1710 et 1745. II. Voll. 8. c. cont. *Mauricii*, Genev. 1745.

(10) *Tabulae Chronologicae* (1757. f. m.); *ad* a. 1665. *continuatae ab J. C. Harenbergio*, Brunsv. 1766. 8.

(11) Nic. *Lenglet du Fresnoy*, *Tablettes Chronologiques de l'Histoire universelle*, Hagae Com. 1745. II. Voll. 8.

(12) *J. S. S. Rennebaum, Kurzes Tabellarisches Lehrbuch d. Zeitrechnung u. Gesch.* etc., ex nova ed. *J. Th. B. Helfrechti*, Hofae 1797. 8.

(13) *Jo. Jackson*, *Antiquities Chronological*, Lond. 1752. III. Voll. 4.

(14) *l'Art de vérifier les dates des faits historiques* (cujus operis primus auctor fuit *d'Antine*, post hujus obitum a *Clemenceto* continuati), ex ed. 2. Paris. 1777. f. m.

(15) *Tablettes Chronologiques*; de quibus vid. *Esprit. d. Journaux*, ad 1811. IV. 65.

(16) *Dan. Herm. Hegewisch*, *Einleitung in die historische Chronologie*, Altonae, ex altera ed. 1814. 8.

(17) *J. Ter Pelkwyk*, *Tijdrekenkundige Verhandeling*, *dienende ter bevestiging en verklaring van eene tijdrekenkundige Tafel voor de geschiedenis der Israëlieten en andere Asiatische Volkeren, vergeleken met die der Grieken en Romeinen*, Zwollae 1818. 8.

(18) *Paul. Bosveld*, *Tijdmeter*, *of beknopte Tijdlijst der gewijde Geschiedenis, van Abrahams geboorte tot aan het einde der eerste Christeneeuw, met de Bijlagen, daartoe betrekkelijk*, Dordraci 1818. IV. Voll. 8. (Quamquam sacrae tantum Chronologiae explicationem promittit inscriptio, liber tamen multo plura exhibet, propter quae hîc non praetermittendus videbatur).

(19) *Ludov. Ideler*, *Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie, aus den Quellen bearbeitet*, Berolini 1825 sq. II. Voll. 8.

(20) V. c. *Guil. Beveregii Instt. Chronol.*, ed Traj. ad Rh. 1734. 8.; *Æg. Strauchii Breviarium Chron.*, ed. 6. Lips. 1708. 8.; *Jo. Christoph. Gatterer*, *Abriss der Chronologie*, Goett. 1777. II. Pp. 8.; et alia scri-

pta,

pta, jam ad §. 34. ann. 5 et 6. indicata. Ubi et vid. *Usserius*, *Pearsonus*, *Scultetus*, *Simonus*, alii. Add. et *Franckium*, §. 79. ann. 13. citandum. — Diligenter Chronologos enumerat *Fr. Ad. Lampius*, in *Praefat.* ad *Hottingeri Pentada Diss*, *Bibl. Chronol.* Traj. 1723. 8. Conf. *J. A. Fabricius* in *Bibliogr. Antiq.* Cap. VII. p. 230 sqq. et *J. F. Buddeus* in *Hist. Eccl. V. T.* Proleg. §. 20. T. I. p. 40.

## §. 38.

### *Genealogia*, *Ars Diplomatica*, *Heraldica.*

Ad facta historica recte distinguenda, et quaedam perperam suspecta dubio eximenda, maxime vero ad successionem Regum et Imperantium recte et ordine commonstrandam, *Genealogiae* quoque studium Historiae studio merito adjungitur. Quod ut est antiquissimum, et jam a Patriarchis, qui vocantur, et postea ab Hebraeis, magno in pretio habitum, excultum quoque ab exteris, in his ab *Attico* (1), ita recentiore etiam tempore in eo elaborarunt Scriptores aliqui egregii, veluti *Ubbo Emmius* (2), *Jac. Guil. Imhofus* (3), alii. Quorum aliqui, ut *Jo. Glandorpius* (4), gentium s. familiarum Romanarum, aliqui ut *Marquardus Herrgottus* (5) et *Jo. Geo. Lairitzus* (6), Principum ex illustri quadam domo oriundorum, genealogiam descripserunt. Quibus similibusque (7) Scriptoribus legendis, praecipua huc pertinentia discet Studiosus; imprimis si *Tabulas* genealogicas, quales v. c. sunt *Gebhardianae* (8 *Hubnerianaeque* (9), in usum advocet.

Ultimo autem loco ad Historiae subsidia pertinent Artes *Diplomatica* et *Heraldica*. Quarum *prior* versatur in exponendis et judicandis diplomatibus, quibus jura quaedam aut beneficia regionibus, urbibus, principibus in civitate viris, aut aliis quibuscunque, aliquando concessa sunt. In cujus utilitate studii commendanda, ut et in Genealogiae, quamquam nonnulli interdum nimii fuerunt, non tamen negandum, Diplomatica arte rebus obscuris et dubiis gratissimum saepe lumen accendi (10). Quo magis com-

commendanda scriptorum huc pertinentium, a *Mabillonio* et *Carpentario* (11), *Leibnitio* et similibus (12), profectorum, lectio. — *Posterior* vero illa, quae in clypeis et galeis, maxime in vexillis, mox etiam in sigillis, denique in vestibus et supellectili omni, ut et in aedificiorum frontibus, collocari dudum consueverunt, praecipue vero in aversis nummorum faciebus apparent, insignia dignoscere docet, intelligere et ad sua quaeque tempora, ad suos dominos, sive Reges et Principes illos, sive illustriore quadam e stirpe ortos homines, sive Respublicas aut Civitates, referre. Itaque non contemnendam utilitatem Historiae studioso affert, nec leve oblectamentum cuivis liberaliter educato homini. Quapropter ne Theologo quidem futuro dissuadenda est (modo otium sit) lectio librorum, quos *P. J. Spenerus* (13), ipse Theologus eximius, *Triersius* (14), *Menestrierius* aliique (15) de hac arte evulgarunt: nec minus commendandus, ubi iis opus aliquando fuerit, *Lexicorum* (16) heraldicorum usus.

(1) Vid. *Corn. Nepos*, in *Vita Attici* c. 18. §. 2.

(2) *Genealogia Universalis*, L. B. 1620. f. m.

(3) *Notitia Sacri Romani Germanici Imperii Procerum*, Tubingae, cu. ed. *Koeleri*, 1732. II. Voll. f. m., et in aliis scriptis.

(4) *Onomasticon Historiae Romanae*, curante *Reinero Reineccio*, Francof. 1589. f. m.

(5) *Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae*, Viennae, 1737. III. Voll. f. m. Cui, tanquam IVtum Volumen, additur *Taphographia Austriae* etc., auctore *Mart. Gerberto*, in Monast. S. Blasii, 1772. f. m.

(6) *Historischer Genealog. Palm-Wald*, Norimb. 1686. f. m.

(7) *Jo. Chr. Gattereri Abriss der Genealogie*, Goett. 1788. 8. Ejusd. XXXII. *Stammtafeln zur allgemeinen Weltgesch.*, ibid. 1790. 4. Plures possint addi, sed conf. de studii Genealogici *historia literaria*, *Jac. Frid. Reimmani Particula historiae literariae exotericae et acroamaticae, sive de libris genealogicis*, Quedlinburgi, 1710. 8. et *Hübneri* jun. *Verzeichniss aller alten u. neuen geneal. Bücher*, Hamb. 1729. 8. etc.

(8) *Genealogische Tabellen*, Lüneburgi 1711. III. Voll. f. m. et *Lohmeieri* Tabb. ab ipso ed. ibid. 1730 sq. II. Voll. f. m. Add. *T. G. Voigtel*, *Genealogische Tabellen zur Erläut. d. Europ. Staatengesch.*, Halae 1811. f. m.

(9)

(9) *Geneal. Tabellen*, Lips. 1725. IV. Voll. f. m. — Etiam Belgice versae exstant. — Multis postea auctum opus est supplementis. Tandem a. 1814. plane consummatum est, editis tabulis suppletoriis ultimis (n°. 102—137): at vel sic tamen desideratur adhuc Appendix. (Vid. *Gel. Gött. Anz.* ad a. 1824. No. 193. p. 192 sq.).

(10) Vid. *Budd. Isag.* p. 178 sqq. *Ernesti*, *N. Theol. Bibl.* VII. 809 sqq. VIII. 43 sqq. 432 sqq. imp. 465 X. 160 sqq.

(11) *Jo. Mabillon*, *de re Diplomatica*, Paris 1709. f. m. *D. P. Carpentier*, *Alphabetum tironianum* — ad praecedens opus *supplementum*, ibid. 1747. f. m.

(12) *Godofr. Guil. Leibnitii Codex gentium diplomaticus*, Brunsv. 1693 et 1700. II. Voll. f. m. *Greg. Grüber*, *Lehrsystem d. allgem. Diplomatik* etc. (Viennae 1783. 8.); *Jo. Christoph. Gattereri Elementa artis Dipl.*, (Goett. 1765. 4.), *Mart. Schwartneri Introductio in artem Diplom.* (Pesthae 1790. 8.), *Jo. Lud. Waltheri Lexicon* (Goett. 1747. II. Voll. f. m.), *De Vaines*, *Dictionnaire raisonné de Diplomatique* etc., Par. 1774. II. Voll. 8., *Dan. Eberh. Baringii Clavis Diplomatica*, Hannov. ex nova ed. 1754. 4. Anonymi *Nouveau Traité de Diplomatique* (Par. 1750 sqq. VI. Voll. 4. Germanice, Erford. 1759 sqq. IX. Pp. 4.). Etiam *Jo. Petri Ludewigii Reliquiae Manuscriptorum omnis aevi Diplomatum* etc. Lips. 1720 sqq. XII. Voll. 8. In *Scientiae* formam Diplomaticen redigere studuit *H. Winter*, edendo *Système de la Diplomatie*, etc., Berol. 1830. 8. Hic suam de aliis sententiam non reticuit, qui vel Diplomaticam negarant in Scientiae formam redigi posse, vel rem ante se jam tentarant, *Lichtensterno*, *Jacobo*, *Sodeno*, *Klübero*, *Poelitzio.*

(13) *Phil. Jac. Speneri Heraldicae pars specialis*, Francof. 1680. f. m. — *Generalis*, ibid. 1690. f. m.

(14) *J. W. Trier*, *Wapen-Kunst*, ex aucta ab *Chr. Jo. Feusteln* ed. Lips. 1774. 8.

(15) *C. F. Menestrier*, *Nouvelle methode raisonnée du Blason* (et emendata ed. Lugduni, 1770. 8.); *Du Puy Demportes*, *Traité historique et moral du Blason* (Amst. et Berol. 1754. II. Voll. 8.); — *Jo. Chr. Gatterer, Abriss der Heraldik* (Goett. 1773. 8.), cui jungas Anonymi *Erläuterungen d. Heraldik von G.* (Norib. 1789. f. m.) et *Praktische Heraldik*, (ibid. 1791. 8.).

(16) *A new Dictionary of Heraldry*, *explaining the terms*, *used in that science*, *with their etymology* etc., Lond. 1739. 8. — *G. D. L. T. Dictionnaire Heraldique*, *contenant tout ce qui a rapport à la science du Blason*, *avec l'explication des termes*, *leur etymologie* etc. Paris 1774. 8. (De hoc opere Gallico, quod Anglici, ex aliqua certe parte, interpretationem esse suspicor, vid. *Journal des Scavans* 1774. Sept. T. LXXI p. 346—353. et 514—516.).

§. 31

## §. 59.

### *Historia Literaria.*

Dicendum quoque est de jucunda non minus quam utili Historiae parte illa, quae *Literaria* dici solet. Haec doctrinarum ortus, incrementa, progressus, motus retrogrados, conversiones, et reliqua fata, cum eorum causis, enarrat. Duas habet formas, *systematicam* alteram, praecipue ipsis disciplinis et literis, alteram *biographicam*, illarum cultoribus, recensendis magis occupatam, iisque sive singulis, sive Academiae aliove eruditae Societatis vinculo conjunctis. Facile tamen et passim ambae partes una tractantur: sicuti et cum Historia, tam Ecclesiastica, quam Civili, Historiae Literariae arctum intercedit necessitudinis vinculum. Quare nemo, qui ad eruditi hominis aut Theologi nomen contendit, nec turpiter se dando ludibrium debere cupit Viris doctis (1), ejus peritia carere prorsus potest. Haud enim temere, tanquam « veritatis lux, scientiae oculus, li« bertatis ingeniorum mater," celebratur (2), ejusque studium censetur, « methodum" ostendere « expeditiore bre« vioreque via perveniendi ad Eruditionem, quae in stu« diis sequenda vel fugienda sint, cognoscendi, et pruden« tiam addiscendi literatam (3)." Absit modo *micrologia*, quae dicitur, *literaria* (4), neque Eruditionis historia cum ipsa Eruditione confundatur (5). Jam Historia Literaria est vel *universalis*, vel *particularis*, vel et *singularis*. Est item prior utraque vel *antiqua* (6), vel *media* (7), vel *nova* (8). *Universali*, nulli tempori, loco, doctrinarum parti adstrictae, sed omnes terrae regiones, omnia secula, quasvis artes et disciplinas complexae, post *Mylaeum* (9), *Baco Verulamius* (10) *Lambecius* (11), aliique plures (12) operam et manus adhibuerunt. Neque desunt ejus *Compendia* (13), quae inter eminent conscripta a *Struvio*, *Stollio*, *Heumanno*; neque *Bibliothecae*, quarum praecipuam *Conr. Gesnerus* (14) collegit; neque

*Lexica* Eruditorum biographica, tanquam illud *Joecheri*, ab *Adelungio* primum, postea a *Rotermundo* continuatum (15). *Particularis* vel singulas disciplinas, v. c. Theologiam (16) Philosophiam, Historiam, respicit, vel certas aliquas gentes (17), certa quaedam tempora, vel certas aliquas res, v. c. libros, vitas, artes. Hinc distinguuntur Literariae Historiae formae *Geographica*, *Topographica*, *Chronologica*, *Biographica*, *Bibliographica*, *Technologica*. A nonnullis insuper *specialior* etiam Historia Literaria a reliquis, jam memoratis, discernitur, quippe in doctrinae aut sententiae alicujus, aut adeo libri celebrioris, fatis enarrandis versata. Vix tamen haec differre videtur ab ea parte, quam *singularem* vocant, unius viri docti, doctrinae, libri, inventi recensione constantem. Huic vero parti, haud secus atque utrique priori, cognoscendae inserviunt scripta de *rarioribus libris*, ut *Jo. Vogtii* (18), et de *Pseudonymis* et *Anonymis*, ut *Vinc. Placcii* (19), *Adr. Bailleti* (20), *Ant. Alex. Barbierii* (21), aliorum (22); item *Bibliothecarum* insigniorum *Catalogi* (23), *Ephemerides* Literariae (24), *Novellae* (25), *Epistolae* (26), *Biographiae* (27), *Necrologiae* (28) caet. Quibus igitur similibusque subsidiis Historiae Literariae studioso diligentissime utendum est.

(1) Cujus rei cum plurima citari possunt exempla, tum illud imprimis est memorabile, quod refert Cl. *Jona Guil. Te Water*, in Ann. ad Orationem *de Theologo erudito*, p. 29 sq. Multo vero magis etiam pudenda sunt, et ejusmodi, ut fidem fere superent, quae de *Bibliothecario* quodam Cassellano ad *Gleimium* scripsit *Jo. à Muller*, in *Briefe Deutscher Gelehrten, aus Gleims literärischem Nachlasse herausgeg. von Wilh. Korte* (III. Voll. Turici 1806. 8.), Tom. II. p. 244.

(2) A *Burc. Gotthelfio Struvio*, cap. II. §. 3. *Introductionis in notitiam rei literariae* etc. Jenae, 1702. iterumque 1706. 8. Postea vero multo auctior, et Virorum D. annotationibus illustratus, prodiit liber Francof. et Lips. 1729. iterumque 1754. II. Voll. 8. Denique cura *Jo. Fr. Jugleri*, ibidem 1759, 1761 et 1763. III. Voll. 8. Cujus post obitum, *Herm. Fr. Koecher* ex ipsius *schedis Supplementa et emendationes* edere coepit, *nonnulla* de suo *adjiciens*, Jenae 1785. 8. De *Struvio* autem et de *Christoph. Colero*,

ro, qui *Analecta* scripsit *ad Struvii Introductionem* (Jenae 1723), vid. *Theoph.* (*Gottl.*) *Stollii Introd.* utilissima, ad hanc praesertim §. ubivis conferenda, ac supra jam ad §. 34. ann. 6. laud., Prolegom. §. 55. p. 42 sq.

(3) Verba sunt *Christoph. Aug. Heumanni*, in *Conspectu Reip. literariae, sive via ad Historiam Literariam*, Hanoverae 1718. Cap. I. §. 4. libri saepius repetiti. Praestantissima editio debetur *J. N. Eyringio*, qui ibidem *auctiorem* illum dedit *et emendatiorem*, II. Voll. 1791. 8. De *Gundlingii* in ipsum *Praelectionibus*, quas spissis IV. Voll. *Hempelius* edidit, vid. judicium *J. M. Gesneri*, in *Isag.* in *Erud. Univ.*, ad §. 592. T. I. p. 483. — Conf., praeter *Morhofium*, *Stollium* et *Clericum* (a *Christoph. Colero*, in *Analectis ad Struvii Not. rei Lit.* p. 41. laudatos), etiam *Christoph. Saxius*, in *Onomastico* (§. 12. citando) Vol. I. p. XXXVII sq.

(4) De qua, in *Jo. Ad. Bernhardo*, *Jo. Godofr. Büchnero* aliisque notata, vid. *Heumannus*, l. c. cap. VII. §. 47. p. 498 sqq.

(5) Egregia hanc in rem monita sunt *Heumanni*, l. c. cap. I. §. 5., ut et *Menckenii*, in *Oratt. Acad.* p. 321. (ab *Heumanno* laudati); nec non *Guil. Gothofr. Leibnitii* in *Epistolis a Kortholto editis*, Vol. III. p. 274.

(6) *Chaldaeorum*, *Hebraeorum*, *Ægyptiorum*, *Indorum*, *Persarum*, *Phoenicum*, *Graecorum*, *Romanorum*, ad Seculi IV. initium usque. De horum plerisque vid. *Jo. Fr. Buddei Hist. Eccl. Vet. Test.* in *Proleg.* §. 22. T. I. p. 45. *J. M. Gesneri Isag.* §. 600 sqq. T. I. p. 488 sqq. De *Graecis* vero ac *Romanis*, praeter eos, qui §. 26. ann. 14 — 17. et §. 27. ann. 13—15. sunt indicati, merentur tres potissimum ex novissimis Scriptores hic a nobis commemorari, quorum Opera suis singula meritis conspicua, a. 1830. prodierunt. Sunt autem: *M. S. Frid. Scholl*, *Geschichte der griech. Literatur von der frühesten mythischen Zeit, bis zur Einname Constantinopels durch die Türken*, ad alteram ed. ex Franco-gallico sermone versa a *J. Franc. J. Schwarz*, additis cum auctoris, tum interpretis additamentis, Berol. 1830. III. Voll. 8. (Voll. autem II et III. interpretem habent *Mauritium Pinder*); *F. L. A. Schweiger*, *Handbuch der classischen Bibliographie*, P. I. (*Graecos* Scriptores indicans) Lips. 1830: et *S. F. G.* (*W.*) *Hoffmann*, *Bibliographisches Lexicon der gesammten Literatur der Griechen und Römer*, P. I. (*Graecorum*) Sect. I. (ab *Achille Tatio* ad *Callimachum*) Lips. 1830. 8. vel potius ejusd. *S. F. G. Hoffmanni Lexicon Bibliographicum*, *s. Index editionum et interpretationum Scriptorum Graecorum tum Sacrorum tum profanorum* Tom. I. (*A*, *C*. [sive ab *Abydeno* ad *Cyrillum Hieros.*]) ibid. 1832. 8.

(7) Ab ineunte Sec. IV. usque ad restitutas Sec. XV. medio Literas.

(8) A restitutis Sec. XV et XVI. Literis, ad nostra usque tempora. Huc prae reliquis omnibus referendum est Opus, inchoatum ab Eruditis Goettingensibus, quos (monente aliquo Viro D., in *Jen. Allg. Literaturz.* 1809. No. 48 sq., ubi de hoc opere, cujus tum jam XLV. Volumina prodierant, refert),

fert), Ill. *Eichhornius* ad id secum elaborandum excitavit, quod inscribitur: *Geschichte der Künste und Wissenschaften, seit der Wiederherstellung derselben, bis an das Ende des achtzehnten Jahrhunderts, von einer Gesellschaft gelehrten Männer ausgearbeitet.* Theologi futuri prae primis interest ea legere, quae *Ammonus* de Theologiae *Practicae* (Homileticae etc.), *Meyerus* de *Hermeneutiees S.*, et *Stäudlinus* de Theologia *Moralis* fatis, scripserunt, seorsum etiam habenda. — Caeterum partim a *novam* hanc, partim quoque ad *mediam* historiam referendum est Specimen a *Millinio* laudatum (in *Magaz. Encycl.* a. 1811. II. 225 sqq.), cui titulu est: *Essai d'une Histoire des révolutions, arrivées dans les Sciences e les Beaux-Arts, depuis les temps héroïques jusqu'à nos jours, par M L. G. Roujoux,* Paris. 1811. 8. In ipsa *nova* historia distingui adhuc possunt diversae quasi epochae. Sic ad *novissimam* particularis Germanica Historiae periodum pertinet *Jo. Sam. Erschii Handbuch der Deutschen Literatur, seit der Mitte des achtzehnten Jahrhunderts, bis auf die neuesten Zeit, systematisch bearbeitet und mit den nöthigen Registern versehen*, Amstelodami et Lipsiae, II. Partt. VIII. Sectt. 1818 sqq. 8. (Partis prioris secundam Sectionem (*Theologiae* dicatam) citavimus jam a §. 14. ann. 5. p. 16.).

(9) *Christoph. Mylaei Consilium historiae universitatis rerum scribendae*, Libris V. (de *Naturae*, — *Prudentiae*, — *Principatûs*, — *Sapientiae*, — *Literaturae* historiis et historicis), Florentiae 1548. 4. — *Michaël Neander* hic a nobis omittitur, qui *Pandectas rei Literariae* scripturus erat, nec tamen, quod sibi proposuerat, effecit.

(10) *De dignitate et augmentis scientiarum* Libri IX. (Conf. §. 47 ann. 11.), Lib. II. cap. 4.

(11) *Petri Lambecii Prodromus Historiae Literariae*, Hamb. 1659 f. m., et postea, curante *Jo. Alb. Fabricio*, ibid. 1710. f. m. Mirum, qu a. 1724. *Struvius* hanc editionem adhuc *expectare* potuerit (in *Supplementis ad Notit. rei Liter.* ad §. 10. p. 10., p. 4.).

(12) Quales sunt Viri D., quos indicant *Buddeus*, *Isag.* p. 194. e *S. Mursinna*, *Encycl.* §. 209., *Henr. Conringius*, *Geo. Hieron. Velschius*, *Jo. Henr. Boeclerus*, *Val. Em. Loescherus*, *Dan. Geo. Morhofius*, *Ger. Jo. Vossius* (*De artium et scientiarum natura et constitutione*, Libri V., seorsum ed. et in *Opp.*), *Jo. Frid. Reimmannus* (*Versuch einer Einleitung in die Historiam Literariam der Teutschen*, — cum *Hist. antediluviana*, Halae 1731. VII. Voll. 8.), *Nic. Henr. Gundlingius* (*Vollständige Historie der Gelehrtheit*, Francof. 1734 sqq VI. Voll. 4. Ejusd. *Fortgesetzte Hist. d. Gel.*, ibid. 1746. 4. Ejusd. *Collegium historico-literarium*, Bremae 1738. V. Voll. 4.), *Jo. Andr. Fabricius* (*Abriss einer allgemeinen Historie der Gelehrsamkeit*, Lips 1752. III. Voll. 8.), *Christoph. Saxius* (*Onomasticon literarium omni aevi Scriptorum, praecipue Graecorum et Latinorum*, caet. Traj. a Rhen.

Rhen., et alt. meliore ed. 1775—1792. VIII. Voll. 8.), *Phil. Ern. Bertram* (*Entwurf einer Geschichte der Gelahrtheit für diejenigen, welche sich den schönen Wissenschaften, der Weltweisheit und der Rechtsgelehrsamkeit widmen;* quod opus Halae 1764. edi coepit). Quibus addantur *Jo. Andres* (cujus Opus, Italice conscriptum, Parmae a. 1782—1799. prodiit VII. Voll. 4., Franco-Gallice vero redditum ab *J. E. Ortolanio*, et *Supplementis* atque *Annotationibus* auctum, hoc titulo insignitur: *Histoire générale des Sciences et de la Littérature, depuis les temps antérieurs à l'Histoire Grecque, jusqu'à nos jours.* Paris, anno (Reip. scilicet Franco-Gallicae) XIII. (1805.) et seqq. ex typographia Imperiali, cura *J. J. Marcelli*); *K. L. Bouginé* (*Handb. d. allgem. Literaturgeschichte, nach Heumanns Grundriss*, Tiguri 1789. V. Voll. 8.), *Jo. Gottfr. Eichhorn* (*Geschichte der Literatur von ihrem Anfang bis auf die neuesten Zeiten*, Goett. 1805—1811. VI. Voll. 8. Add. Ejusd. *Literärgeschichte*, ibid. 1799, iterumque 1812. II. Voll. 8. Et Ejusd. *Allgem. Geschichte der Kultur und Literatur des neuern Europa*, ibid. 1796. II. Voll. 8. Est autem hoc Opus *prima Sectio* immensi illius, de quo paulo ante, ann. 8. retulimus), alii.

(13) Veluti *Jo. Jac. Rambach* (*Versuch einer pragmatischen Literärgeschichte*, Halae 1770. 8.), *Jo. Christoph. Stockhausen* (*Critischer Entwurf einer auserlesenen Bibliothek für die Liebhaber der Philosophie und schönen Wissenschaften*, Berol. ex quarta ed. 1771. 8.), *Denis* (*Histoire Littéraire*, Germanice versa, Viennae 1778. 4.), *Jo. Paul. Reinhardi* (*Einleitung zu einer allgemeinen Geschichte der Gelehrsamkeit*, Erlangae 1779. aliquot Voll. 4.), *Jerem. Nic. Eyringii* (*Historiae Literariae breviarium*, Goett. 1782 sq. II. Voll. 4.), *J. J. Oberlin* (*Literarum omnis aevi fata*, Argent. 1789. 8.), *Jo. Geo. Meusel* (*Leitfaden zur Geschichte der Gelehrsamkeit*, Lips. 1799. III. Sectt. 8.), *Petr. Jo. Bruns* (*Allgem. Literärgeschichte*, Helmst. 1804. 8.), *L. G. Roujoux* (jam ann. 8. laud.), *Fr. Von Schlegel* (*Geschichte der alten und neuen Literatur*, Viennae 1812. II. Voll. 8.). Add. *Jo. Fr. Gaab* (*Entwurf zu seinen Vorlesungen über die Literaturgeschichte*, Tubingae 1794. 8.), et *G. G. Bredow* (*Tabellen zur Literärgesch.*, Altonae, ex tertia ed., 1810. f. m.) et *L. Wachler* (*Lehrb. der Literaturgesch.*, Lips. 1827, et emendatius 1830. 8.).

(14) *Bibliotheca universalis s. Catalogus omnium Scriptorum locupletissimus*, et *Pandectarum s. Partitionum universalium Libri XXI.* Tiguri, II. Tomis (III. Voll.) 1545, 1548. f. m. Accesserunt *Appendix* ibid. 1555. f. m. et *Augmenta*, cum *Josiae Simleri*, tum *Jo. Jac. Friesii*, ibid. 1583. f. m. — Laudantur et Bibliothecae *Geo. Matth. Königii* (Altd. 1678), *Val. Henr. Vogleri* (*Introd. universalis*, c. not. et augm. *Henr. Meibomii*, Helmst. 1700. 4.), *Jo. Fabricii* (*Hist. Bibliothecae Fabr.* Guelph. 1718. VI. Voll. 4.), *Alph. Ciacconii* (opera *Jo. Erh. Kappii*, Amst.

Amst. et Lips. 1744. f. m.), *Sigm. Jac Baumgarten* (Halae 1748. VIII. Voll 8. et *Nachrichten von merkwürd. Bücher* (*als die Fortsetz. v. d. Bibliоth.*) ibid. 1752. XII. Voll. 8.), *Geo Christoph. Hamberger* (*Zuverlässige Nachrichten v. d. vornehmsten Schriftstellern*, Lemgoviae 1756 sqq IV. Voll. 8.), *Jac. Fr. Reimmann* (*Catalogus Bibl. Theol. System.*, Hildesiae 1731. 8. c. *Accessionib.*, Brunsv. 1747. 8.); *Adr. a Cattenburch* (*Biblioth. Scriptor. Remonstr.* Amst. 1728. 8.), aliae.

(15) *Christ. Gottl. Joecherus* scripserat *Allgemeines Gelehrten-Lexicon*, Lips. 1750 sq. IV. Voll. 4. Idem *erganzt und fortgesetzt* repetere coepit *J. C. Adelungius*, (Lips. 1784, 1787. II. Voll.), qui hanc telam usque ad literam *K.* pertexuit: hinc vero, post docti viri obitum, eam in se suscep *Henr. Guil. Rotermundus*, edenda scriptiuncula (*Ankündigung* etc) lectores omnes propositi sui certiores faciens. Jam prodierunt hujus Operis continuati T. III. (K-Lu) Delmenhorstae 1810. 4., T. IV. (Lu-Mou) Bremae 1813. Tomi V. Sect. 1. (Mou-Nib.) ibid. 1816. et Sect. 2. (Nib-Pfe. ibid. 1817. Tom. VI. (Pfe-Ray.) ibid. 1819. Antea vero Supplementa *Joecheri* operi addere jam inceperant *Hauberus*, *Dunckelius*, *Meylingius* alii. — *Joechero* praeiverat *Jo. Burc. Menken*, cujus *Compendiöses Gelehrten-Lexicon* (Lips. 1715. 8.) tertium ipse *Joecherus* ediderat, auctius multo et emendatius (ibid. 1733. II. Voll.). Praeiverat et *Nicéron* (*Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres dans la république des lettres*, Paris. 1727—1745. XLIII. Voll. 8.). Secuti vero sunt plures; in his *Prosper Marchand* (*Dictionn. historique — — concernant la vie et les ouvrages des divers personnages distingués — dans la république der lettres*, Hagae Com. 1758. II. Voll. f. m.), et, Abbatem *Barral* ut mittamus, partium studio nimis indulgentem (*D. hist., littér., crit.; contenant une idée abrégée de la vie et des cuvrages des hommes illustres en tout genre*, de *tout tems et de tout pays*, Avenione 1736. VI. Voll. 8.), *Ladvocat* (cujus *Dict. manuel historique* in versione Germanica egregie auctum est et emendatum ab *O. C. von Lohenschiold*. Prodierunt Ulmae 1760—1792. VII. ej Voll. 8.). Add. *Theoph. Georgi Europäisches Bücher-Lexicon*, Lips. 17 V. Voll. f. m. quibus accesserunt Supplementorum III. Voll. et Inchoatum Opus: *La France littéraire, ou Dictionnaire des Auteurs Français de leurs ouvrages*, Paris. 1756. iterumque 1769. II. Voll. (12 et) 8. V. tit Germanice, et hoc sermone atque Gallo-Francico *Supplementa* de Hamburgi, ad a. usque 1805. decurrentia, *Jo. Sam. Ersch*. — Pertinent etiam ex parte *Lexica historica*, v. c. *Baylii*, *Morerii* etc. (§. 34. n 4. extr. laudata). Add. *Henr. Pertsch Neues allgemeines Literaris artistisches Lexicon*, Lips. 1817. II. Voll. 8.

(16) *Historiam Theologiae Literariam*, quae quidem hujus nominis norem mereatur, vix quisquam huc usque scripsisse censendus est. H pauci tamen symbolas contulerunt. Quos inter praecipui sunt *Jo. Fr. Buddeus*, in *Isagoge*; *Christoph. Matth. Pfaffius*, in *Introd.*; *Joach. L*

*S*

*gius*, alii (memorati supra §. 14. ann. 3 et 5.). Inter nostrates insigniorem aliquam hujus Historiae partem tractarunt *Mart. Vitringa* et *Annaeus Ypey*, uterque cum aliis infra suis locis excitandus (v. §. 72. ann. 4. N°. VI. et §. 88. ann. 6.).

(17) Veluti *K. H. Jordens Lexicon Deutscher Dichter und Prosaisten*, Lips. 1806 sqq. VI. Voll. 8., et multo melius illud *Henrici Guil. Rotermund*, *Lexicon aller Gelehrten, die seit der Reformation in Bremen gelebt haben* etc. Bremae 1817 sq. II. Voll. (c. *Appendice*) 8; quo *Gerardum Meyer*, *Didericum Sagittarium*, *Henricum*, et (ipsum, horum omnium caeteroquin optimum,) *Conradum Iken*, *Joannem Philippum Cassel* et *Henricum Patium*, qui de Eruditis, quos Brema omni memoria multos habuit et insignes, retulerant, diligentia et ubertate superasse dicitur Censori Halensi (*Allg. Literaturz.* ad a. 1819. N°. 253.): *G. W. Götten*, *Gelehrtes Europa*, Brunsv. 1735. III. Voll. 8.; *E. L. Rathlef*, *Geschichte der Gelehrten*, Celiis 1740. III. Voll. 8.; *Beyträge zur Hist. der Gelehrtheit*, Hamb. 1748. V. Voll. 8.; denique *J. L. Strodtmann*, *Das neue Gelehrte Europa*, Guelph. 1752—1781. XXI. Voll. 8., et praecipue inchoatum a *Geo. Christ. Hamberger* opus, continuatum et emendatum a *Jo. Geo. Meusel*, *Gelehrtes Deutschland*, *oder Lexicon der jetzt lebenden Deutschen Schriftsteller*, Lemgoviae 1796. XII. Voll. 8., quibus accessit Ej. *Gel. D. des neunzehnten Jahrhunderts*, ibid. 1808—1820. V. Voll. 8. Operi immortui *Meuseli* vices susceperunt, primum *Jo. Sam. Ersch*, qui a. 1821. Vol. XVIII. Operis Meuseliani, in lucem edidit, deinceps *Jo. Guil. Sigism. Lindner*, cui Volumina XIX, XX, XXI et XXII (sive *G. D. im neunz. Jahrh.* VII ad X.) quod ultimum a. 1829. prodiit, debentur. (Vid. *Hall. A. L. Z.* 1831. Ergzbl. N°. 39.) Jung. Ej. *Lexicon der vom J.* 1750 bis 1800. *verstorbenen Deutschen Schriftsteller*, Lips. 1802. XV. Voll. 8. — Sic quoque *Alb. Thura* edidit *Ideam Historiae Literariae* Danorum, Hamb. 1723. 8.: *Jo. Petr. Kohlius*, *Introductionem in Historiam et rem Literariam Slavorum*, Altonae 1729. 8. Sic habemus *Tableau historique des gens de lettres, ou abrégé chronologique et critique de l'Histoire de la Littérature* Françoise, *considérée dans ses diverses revolutions, depuis son origine, jusqu'au dixhuitième Siècle, par M. l'Abbé de L****, Paris 1767. 12. Add. *P. L. Ginguené*, *Histoire Litéraire de* l'Italie, III. Voll. Paris 1810. 8. De nostrae *patriae* historia literaria praeclare meriti sunt *N. G. van Kampen* et *Henr. Collot d'Escury* (laudati §. 20. ann. 3.) et dudum antea *J. N. Paquot*, in *Mémoires pour servir à histoire littéraire des XVII. Provinces des Pays Bas et de la principauté de Liège*, Lovan. 1763. III. Voll. f. m., vel XVIII. 8. Alius vero generis est *Ch. Villers*, *Coup d'oeil sur l'état actuel de la Littérature ancienne et de l'Histoire en Allemagne*, Amst. 1809. 8.

(18) *Catalogus historico-criticus librorum rariorum*, Hamb. 1747. 8. & *post curas tertias et quartas denuo recognitus, pluribus locis emenda-*

*datus et copiosiori longe accessione adauctus*, a *Mich. Truckenbrod* Francof. ad M. 1793. 8.: cui add. *Dan. Gerdesii Florilegium* (Gron. e tertia ed. 1763. 8.), *Ferd. Stoschii Appendicula* ad utrumque, *V.* et G (Lingae 1747. 8.). Porro *Dav. Clement*, *Bibliothèque curieuse hist.* e *crit.*, Goett. et Lips. 1750. IX. Tomis 4. *Melch. Ludov. Widekind*, *Ausführl. Verzeichniss von raren Büchern*, Berolini 1753. IV. Voll. 8. *F. J. Fournier*, *Dictionn. portatif de Bibliographie*, *contenant plus d* 17000 *articles de livres rares*, *curieux* etc. Paris. 1805. 8. Caeterum d eo, quod nimium est in studio rariorum librorum conquirendorum, dign est qui legatur *Cornelius van Engelen*, in libro, ἀνονυμῶς, Amst. 176 IV. Voll. 8. edito, inscripto *De Philosooph* Tom. I. Exerc. 11.

(19) *Theatrum Anonymorum et Pseudonymorum*, *cum praef. Jo. Al Fabricii*, ac vita auctoris Hamb. 1708. f. m., quod auxit *C. A. Heumannus* (*de Anon. et Pseudon.*, Jenae 1711. 8.). Conf. *Morhofii Polyh.* P. Lib. I. cap. 9 et 16. §. 70. Tom. I. p. 77 sqq. et 184.

(20) *Auteurs deguisés* etc. Paris. 1690. 12.

(21) *Dictionnaire des ouvrages an. et ps.*, *composés*, *traduits ou publiés en français et en latin*, *avec les noms des auteurs*, *traducteurs éditeurs*, *accompagné de notes historiques et critiques*, iterum editu Paris. 1822. IV. Voll. 8. Aliis perfectius Opus, incognitos quippe 23647. Scriptores jam notos reddens, lectu etiam jucundum est.

(22) Veluti *Christoph. Mylii* (*Bibliotheca Anonymorum et Pseudon* Hamb. 1740. f. m. et 8.), *Jo. Christ. Mantzeli* (*Scriptorum Pseudo anagrammaticorum Semicenturia*, *in Berlinische Bibliothek*, Vol. I p. 573 sqq. et 711 sqq.). Abbatis *Bonardyi* opus, quo scribendo ab a. in 1727. occupatus fuerat auctor, cui vero a. 1756. immortuus est, asservatu quidem fuisse Lugduni in Seminario S. Irenaei, inde vero politicae reru conversionis tempore raptum, interiisse, probabile videtur *Barbierio:* referen *Chardono de la Rochette*, in *A. L. Millini Mag. Enc.* a. 1807. T. I (p. 301—327. quacum cf. ipsius *Millini* relatio, *M. E.* a. 1806. T. II. 231—234.) p. 305., etc.

(23) Ut nostrarum, v. c. *Regiae Haganae*, *Lugduno-Batavae* (cuj aucto et emendato atque ad omnium usum accommodato *Catalogo* bre quod speramus, beabimur), *Rheno-Trajectinae* (cujus *Catalogus* no et praeclare concinnatus hoc ipso a. (1833.), in lucem emitti coepit), *Groninganae*, *Amstelaedamensis*, caet. — porro *Vindobonensis*, — *Bodlejanae*, — *Musei Britannici*, — *Regiae Parisiensis*, — *Vaticanorum*, — *Escurialensis*, — *Mediceae Laurentinianae*, etc. — Item *Catalogi* Codicum *Manuscriptorum*, veluti *Athenaei Taurinensis*, — *Bernensis*, — *Gothanae*, — *Mediceae*, caet. (Conf. *B. Montfauconii Bibliotheca Bibliothecarum MSS. nova*, Paris 1739. II. Voll. f. m.). — Tandem insigniorum, a privatis hominibus collectarum, Bibliothecarum Catalogi, ut *Coislinianae*, — *Reimmanni*, — *Menckenii*, — *Fabricii*,

J. J. *Schultensii*, — *P. Hofstedii*, — *Crevennae*, — *Roeveri* etc. — De *Bibliothecis* egerunt aliqui; v. c. *Lud. Jacobi* (*Traité des plus belles Bibliothèques publiques et particulières*, Par. 1644. 8.), *Jo. Lomeyer* (*De Bibl.*, Ultraj. ex alt. ed. 1680. 8.), *Joach. Jo. Maderi*, c. accessionibus *Joannis Andr. Schmid*, Helmst. 1702. 4. et 1703 ac 1705). Add. *Struvius* (*Introd.* Cap. II—IV.). — *Historiam* Bibliothecarum aliqui narrarunt; sic *Barth. Christ. Richardus*, *Bibliothecae Vindobonensis* (Jenae 1712. 8.); *Jac. Burckhardus*, Augustae *Guelpherbytanae* (Lips. 1744. III. Voll. 4.); *Ol. Celsius*, *Upsaliensis et Holmiensis* (Ups. 1743. 8. et 1751. 8.) *Jo. Car. Conr. Oelrichs*, *Berolinensis* (1752. 8.) et *Dresdensis* (1763. 8.). — Sed *Catalogos* etiam, docte et perite compositos, habemus. Ita *Petrus Lambecius* de *Vindobonensi Bibliotheca Caesarea Commentarios* edidit Vindob. 1665 sqq. VIII. Voll. f. m., repetitos ab *Adamo Franc. Kollario*, ibid. 1766—1782. Ejusdem *Bibliothecae Manuscripti Codices*, post *Lambecium*, habuerunt *Danielem de Nessel*, qui in Catalogum se denuo referret, ibid. 1690. III. Voll. f. m. — Quam plurimos alios, magnam partem ἀνωνύμως editos, Catalogos omittimus; verbo tangentes *Mich. Casirium*, de *Escurialensis* Bibliothecae Codd. OO. bene meritum (Madriti 1760 et 1770. II. Voll. f. m.), *Fr. Rezzonium* et *Aug. Marc. Bandinium*, qui de *Mediceae Laurentinianae*, quae Florentiae asservatur, copiis scripserunt (ibid. 1742 et 1764 sqq. f. m.; uterque autem *Guil. Langio* et *Jo. Alb. Fabricio* successit; cf. *Jo. Aug. Ernesti Neue Th. Bibl.* VII. 467 sqq. et VIII. 911 sqq.); *J. R. Sinner*, qui de *Bernensi* Bibliotheca (Bernae 1760 sqq. III. Voll. 8.) et *Ferd. Fossium*, qui de Codd. Sec. XV. impressis, in *Machliabechiana* Florentiae asservatis (Flor. 1793 sqq. III. Voll.), egerunt.

(24) Hoc institutum a *Photio* repeti solet, quippe qui, in *Bibliotheca* (ed. a *Dav. Hoeschelio*, Augustae Vind. 1601. f. m.) de scriptis, quae a se lecta recenseret, judicium etiam suum interposuit. — Ejus historia debetur *Christ. Junckero* (in *Schediasmate historico de Ephemeridibus*, s. *Diariis Eruditorum* caet. Lips. 1692. 12.) et *Camusato* (*Histoire critique des Journaux*, Amst. 1734. II. Voll. 8.): iisque, qui data opportunitate hanc rem attigerunt, *Struvio* (l. c. Cap. VI.), *Heumanno* (*Consp. Reip. Litt.* Cap. VI. §. 4—6.), *Fabricio* (Praef. ad *Morh. Polyh.* in ed. 1747.), aliis. Pertinent eo *Journal des Sçavans*, — *Bibliothèque universelle et historique*, — *B. ancienne et moderne*, — *B. choisie* etc. — *B. Britannique*, — *Angloise*; — *République des Lettres* etc. — *Allgemeine Deutsche Bibliothek*; — *Hallische* — *Jenaische* — *Leipziger* et al. *Literaturzeitungen*; — *Monthly* — *Edinburgh* — *Quarterly Reviews*, — *Republiek der Geleerden*, — *Algemeene Bibliotheek*, — *Letteroefeningen*, — *Nederlandsche* — *Nieuwe Ned.* — *Vaderlandsche Bibliotheek*, — *Letterkundig Magazijn*, — *Recensent* et — *Recensent*, *ook der Recensenten*; — *Schull* et *v. d. Hoop*, *Bijdragen tot Boeken- en Menschenkennis* etc. Praesertim in hoc genere laudatur *Lud.*

*Neocori* (*Küsteri*) *Bibliotheca librorum novorum* (Traj. ad Rh. 1697—1699. V. Voll. 8.). Ex aliis sua habet *l'Esprit des Journaux*. — Uti autem hae, quas verbo tetigimus, Ephemerides quamlibet Eruditionis partem amplectuntur, ita sunt, quae alicui ejusdem parti unice dicatae sint. Sic sunt, etiam apud nos, Juridicae, Medicae, aliae. — *Bibliotheca Critica Wyttenbachii*, et — *B. Cr. Nova Bakii*, *Geelii*, *Peerlkampii* et *Hamakeri*, maxime *Literas*, cum *OO.*, tum praecipue *Graecas* et *Latinas*, spectat. — In *Theologicis* eminent *Kraftii*, postea *Ernestii*, *Theol. Bibliothek* (*Neue* et *Neueste*), quam excepit *Doederleinii Auserlesene B.*; — hanc vero *Haenlini*, *Ammoni* et *Pauli*, postea vero, per multos annos, *Gableri*, *Journal*, denique *Kritisch Journ. Wineri* et *Engelhardi*; caet. Porro *Seileri*, *Gemeinnützige Betrachtungen* et *Theol. Krit. Betrachtungen*; — (*Bahrdti*) *Kritische* et *Neue Kr. Sammlungen*; — (Ejusdem?) *Mittauer Bibliothek*; — *Hassencampi*, mox *Wachleri*, ultimo, hinc *Schwarzii*, illinc *Schulthesii*, *Theologische Annalen*; — *Bengeli Archiv* — *u. Neues A.* — *für die Theologie und ihre neueste Literatur*; — *Röhri Predigerbibliothek*; *Ullmanni* et *Umbreiti Theol. Studien u. Kritiken*; — *Allgem.* et — *Evang.* — *Kirchenzeitungen*; — *Annalen der gesammten Theologie*: — *Theological Repository*; — *New Th. Rep.* — *Bibliotheek van Theol. Letterkunde*; — *Bydragen tot de beoef. en gesch. d. Godgeleerdheid*; — *Godgeleerde Bydragen*, caet.

(25) *Jo. Gottl. Krausius* has Lipsiae 1715. primus edere instituisse dicitur, quem alii mox sint secuti.

(26) Post *M. Tullii Ciceronis* et *C. Plinii Sec.* Epistolas, maxime celebrantur Epistolae *Mureti*, *Manutii*, *Sadoleti*, *Politiani*, *Bembi*, *Baudii*, *Lipsii*, *Erasmi*, *Melanchthonis*, *Thomae Mori*, *Lud. Vivis*, *Jo. Calvini*, *Grotii*, *Crucii*, *Hopperi*, caet. Item recentiorum, sive *Vernaculae*, uti *Gellerti*, *Gleimii*, *Zimmermanni*, *Abbtii*, *Joannis a Muller*, *Goethii*, *Schilleri* etc., et praestantium quarumdam mulierum, ut illustris matronae *de Sévigné*, — *de la Fayette*, — *de Maintenon*, — *Elisab. Bekker*, etc. (quibus add. *Briefwechs. Chr. F. Gellerts mit Demoiselle Lucius*, ed. a *Fr. Ad. Ebert*, Lips. 1823. 8.); sive *Latinae*, quales sunt *Valckenarii*, *Ruhnkenii*, *Wyttenbachii*, a *Tittmanno* et *Mahnio* publici juris factae Epp. — Theologo futuro imprimis commendari merentur *Thesaurus Epistolicus Lacrosianus*, et *Praestantium et Eruditorum Virorum Epistolae Theologicae et Ecclesiasticae*, ed. a *Philippo a Limborch*, Amst. ex 3a. ed. 1704. f. m.

(27) Veluti Opera *Melchioris Adami* (*Vitae Theologorum, Jure-Consultor. Medic. et Philos. qui Sec. XVI. claruerunt*, Heidelb., et saepius f. 8. et 1705. f. m.); — *Jo. Petri Niceronis* (*Mémoires pour servir à l'histoire des homm. illustres dans la rép. de lettres*, Par. 1729. XLIII. Voll. 8. Germanicae versionis (Halae 1749—1777.) XXIV. edita sunt Volumina); — *Fontenellii* (*Hist. de l'Académie des Sciences et des Belles Lettres*; cujus

jus Viri Elogia, aliis ad imitandum proposita, imitati sunt Berolinenses in *Hist. Ac. suae*); — *Siegm. Jac. Baumgartenii* (*Merkwürdige Lebensbeschreibungen berühmter Leute*, Halae 1754. X. Voll. 8.); — *Angeli Fabronii*, — *Henningi Witteni* (*Memoriae Philosophorum*, *Orator.*, *Poet.*, *Historic. et Philolog.*; Francof. 1677. 8.); — *Lud. Melch. Fischlini* (*Memoriae Theologg. Wirtembirgensium*, Ultr. 1710. 8.); — *Thom. Smith* (*Vitae quorumd. eruditor. et illustr. Virorum*, Lond. 1707. 4.); — *Jo. Ger. Meuschenii* (*Vitae summorum dignitate et eruditione Virorum*, caet., Coburgi 1735. IV. Voll. 4.); — *Jo. Tilemanni*, dicti *Schenk* (*Vitae Proff. in Acad. Marburg.*, Marb. Cattor. 1727. 4.); — *Jo. Matth. Schroeckhii* (*Lebensbeschreib. berühmter Gelehrten*, ex meliore ed. Lips. 1790. II. Voll. 8.); — *Frid. Guil. Striederi* (*Hess. Gelehrten u. Schriftstellern Geschichte*, Casselae 1781 — 1806. XV. Voll. 8.); — *Angeli Fabronii* (*Vitarum Italor. doctrina excellentium*, *qui Sec.* 18. *floruerunt*, *Decades* I — IV. (Romae 1766 sqq.) V. (Florentiae 1775. 8.); — *Henr. Döring* (*Die gelehrte Theologen Deutschl. im 18en u. 19en Jahrh.*, Neost. ad O., huc usque III. Voll. 1831 — 1833. 8.). *Batavis* non obliviscendae *Athenae Frisiacae Em. Luc. Vriemoetii* (Leov. 1758. 4.), — *Trajectum Eruditum Casp. Burmanni*, Traj. 1738. 4.), et similia opera biographica. — Pertinent eo etiam *Lexica*, qualia sunt *G. F. Ottonis* (*Lexikon der seit dem XVen Jahrhundert verstorbene und jetzt lebende Oberlausnitzische Schriftsteller und Künstler*, Goerlitziae et Lipsiae, 1800. III. Tomis (VI. Voll.) 8.); — *G. A. Willii* (*Nürnbergisches Gelehrten-Lexikon* caet., continuatum a *Ch. C. Nopitsch*, Altd. 1801. IV. Voll. 4. et Supplementa, II. Voll.), — ut et *Meuseli* et *Rotermundi* (jam ann. 15. citatorum) etc. Nec ultimum hic par est locum occupare *relationes* de *Professoribus*, qui docenda aliqua Eruditionis parte Academias aut Athenaea illustrarunt. *Breviores* quidem hoc in genere notitias continent, cum *Jonae Guil. Te Water Narratio de rebus Acad. L. B. Sec. XVIII.* (L. B. 1802.), tum *Jodoci Heringa*, *E. F. Or. de Auditorio Acad. Rheno-Traj.* (Traj. 1826.): *uberiores* vero exhibent, et *Ikeniana Oratio de Illustri Bremensium Schola*, caet. (Bremae 1743.), et aliae etiam *Orationes*, sive *funebres* illae, ut e. g. *Abr. Heidani*, in *Fr. Spanhemium* (L. B. 1649.), *Arn. Drakenborchii*, in *Franc. Burmannum* (Traj. ad Rh. 1719.), *Alb. Schultensii* in *Lamb. Bogium* (Franeq. 1717. rep. in *Opp. min.* p. 473 sqq.), *Æg. Gillisseni*, in *Em. Luc. Vriemoetum* (ibid. 1760.); — ad quas accedunt *Elogia*, v. c. *Hermanni Venema*, auctore *Jo. Henr. Verschuirio* (Franeq. 1788.); *Car. Andr. Dukeri*, auctore *Chr. Saxio* Traj. ad Rh. 1788.); *Diderici Adriani Walraven* et *Joannis Meerman*, auctore *Henrico Constantino Cras* (Amst. 1804 et 1817.), caet.; — sive *seculares* aut *semiseculares*, ut e. g. *H. D. Gaubii* et *G. Sandifortii*, *Leidenses* (1775 et 1825.), *Arn. Drakenborchii* et *Seb. Ravii*, *Trajectinae* (1736 et 1786.) *d'Orvillii* et *Lennepii* Amstelaedamenses (1732 et 1832.); sive *annuae*, ponendis fascibus Academicis praeser-

scriptim destinatas, et vel seorsum, vel in Annalibus Academiarum edit Etiam in *Bibliothecis*, qualis utraque est *Bremensis*, similibusque Script ejusmodi relationes, breviores, longiores, occurrere solent. Data vero op hanc telam pertexendam suscepit *Geo. Wolfg. Augustin. Fickenscher*, *Vollständige Akadem. Gelehrtengeschichte der Ko. Preuss. Friedric Alexander Universität zu Erlangen, von ihrer Stiftung bis auf gege wärtiger Zeit*, Norib. 1806. 8. Ejusdem *Gelehrtes Fürstenthum Ba reuth* (Erlangae 1801. XII. Voll. 8.) non minus meretur Theologis in pr tio esse. Eamdem rem egit *Jul. Thadd. Zauner* (in *Verzeichniss all Akademischen Professoren zu Saltzburg, vom Jahre 1723, bis zur Au hebung der Universität; mit kurzen Nachrichten von ihrem Leben u. Schriften*, Saltzb. 1813. 8.); Mag. *Krey* (*Andenken an die hiesigen G lehrten aus den drey letzten Jahrhunderten*, Rostochiae 1813. V. Pp. 8. *Chr. Fr. Möller* (*Verzeichniss der in den beiden Städten, Zeitz Naumburg, gebohrnen Künstler, Gelehrten u. Schriftsteller*, caet. Ci 1805. 8.). — Notae sunt omnibus *Icones* Professorum *Lugduno-Batavoru* (L. B. sine anno (circa 1732). f. m.), et *Effigies et vitae Proff. Groningan rum* (Gron. 1654. f. m.). Has igitur et plures jam mittimus. Nec spernen Scripta, quae cum de *aliis* Viris praeclaris, tum de *Eruditis* quoque, exponun v. c. *Der Biograph; Darstellung merkwürdiger Menschen der drey letzt Jahrhunderte;* ad quod opus, inde ab a. 1802. Halae edi coeptum, et p plures annos continuatum, symbolas contulerunt *Knappius*, *Niemeyeru Eberhardus*, aliique Viri clarissimi; — item illud, quod Lipsiae, ab a. in 1816. edi coeptum, etiamnum continuatur, inscriptum: *Zeitgenossen, Biogra phien und Characteristiken.* Add. *Biographie universelle; Galerie des Con temporains* etc. — Imprimis vero laudandae tales *Autobiographiae*, qualis e inchoata eheu! illa *Jo. Sal. Semleri* (*Lebensbeschreibung*, Halae 178 II. Voll. 8.). Add. et aliae, et *S. M. Lowe*, *Bildnisse jetzt lebender Berlin Gelehrten, mit ihren Selbstbiographien* (Berol. et Lips. 1806. III. Voll. 8. Notissimae sunt, nec tamen cum memoratis, sive quod ad argumenti praestan tiam, sive quod ad legentis utilitatem, comparandae *Jo. Jac. Rousseau's Con fessiones*, Ill. Comitissae *de Genlis* de se ipsa relationes (*Mémoires*), mu taeque id genus aliae, non omnes sane aeque probandae.

(28) Quales habentur in nonnullis Ephemeridibus Literariis et Novellis qualesque praesertim collegit *Frid. Schlichtegrollus*, et Gothae multis Vol edidit. Cf. *Hall. A. L. Z.* 1807. N°. 116.



§. 41

## §. 40.

### *Historia Artium.*

Postremo loco verbulum quoque de illa Historiae parte addendum est, quae *Artium* inventionem et incrementa enarrat. Quae, licet cum Theologiae studio minus arcte conjuncta, tamen et ad honestam ingenii, severioribus studiis fatigati, recreationem, et ad liberalis doctrinae ornamentum, haud mediocriter facere censenda est. Itaque Theologo futuro subinde etiam inspicienda sunt, quae, vel de Artium fatis generatim (1), vel de mercenariarum artium (2), aut liberalium (in his elegantiorum, sive bellarum), peculiariter (3), exstant, Opera praecipua aut opuscula. Praesertim vero utilissimae omnium, nec nisi lucifugis invisae, *Typographiae*, in patrio solo, a nostrate *Laurentio Koster* repertae, mox a Germanis primum, ab Italis postea et aliis quam plurimis, ad majorem perfectionem adductae, historiam (4) recte tenere decet Eruditum quemvis, ergo et Theologum, praeprimis vero Batavum.

(1) Quorsum e. g. pertinent *Polydori Vergilii*, *de rerum inventoribus Libri VIII. et de prodigiis* Libri III, a. 1499. primum editi, dein saepius, e. g. Basileae 1540, 1561. Amst. 1671. 12.; — *Guidonis Pancirol*, *Nova Reperta, sive Rerum memorabilium recens inventarum et Veteribus incogitarum Libri II*, *ex Italico Latine redditi et Commentariis illustrati ab Henr. Salmutho*, Ambergae (ex tertia ed.) 1612. II. Voll. 8. item Francof. 1650. 4. (De illo Scriptore praeclare testatur discipulus ejus, Laur. *Pignorius* (*de Servis*, p. 152. ed. Amst. 1674.): *Salmutho* autem, ut opus latine interpretaretur et illustraret, auctor fuit praeclarus vir, *Joachimus Camerarius*; — *Mich. Watsonii Theatrum variarum rerum*, Bremae 1663. 8. ex hoc opere est excerptum). Add. *Geo. Paschii*, *De novis inventis tractatus*, Lips. 1700. 4. *Juveneli de Carlencas*, *Essai sur l'histoire des belles Lettres, des Sciences et des Arts*, Lugd. 1737. (Dresdae et Lips. 1959. IV. Voll. 8. Germanica *Jo. Erhardi Knapp* versio, non sine augmento et emendatione, edita est Lips. 1749. II. Voll. 8.). Exstat autem in hoc etiam genere, *Antonii Yvesii Goguet* perdoctum opus, *De l'Origine des Loix, des Arts et des Sciences, et de leurs progrés*

*grès chez les anciens peuples, depuis le deluge jusqu'à l'avenement Cyrus au trône de Perse* (Paris. 1758. III. Voll. 4. Germanica Operis ve sio, quae *Geo. Christoph. Hamberger* debetur, prodiit Lemgov. 17( III. Voll. 4.); — *Jo. Beckmanni*, *Beyträge zur Geschichte der Erfindu gen* (Lips. 1780—1790. III. Voll. 8.); — *C. C. B. Buschii*, *Versuch ein Handbuchs der Erfindungen* (Jen. 1790. IV. Pp. 8.), aliorumque scripta milia. Illorum tamen paucissima de solis *Artibus*, stricte sic dictis, e ponunt, sed pleraque de Disciplinis quoque, de Religione, Legibus et aliis

(2) Huc faciunt Opera, qualia sunt sequentia: *Kabinet der natuurlij Historien, Wetenschappen, Konsten en Handwerken*, Amst. 17: IX. Voll. f. m.; *Jo. Theod. Jablonski*, *Allgemeines Lexicon der Kün und Wissenschaften*, Regiom. ex altera ed. 1767. 4.; *Description des Arts des Métiers, faites ou approuvées par — — l'Acad. Roy. d. Sciences* (Paris. 1762. et seqq. f. m.: opus Germanice versum a *Jo. H. G. de Justi D. G. Schreber* inscriptionem praefert: *Schauplatz der Künste und Wi senschaften*, Berol. et Regiom. ab a. 1762—1792. XIX. Voll.; *Jo. Sa Halle*, qui a Vol. XV. opus illud continuavit ad XVIII usque, quoq scripsit: *Werkstätte der heutigen Künste, oder die neue Kunsthistori* etc., Brandenb. 1761 sqq. VI. Voll. 4.). Porro *P. N. Sprengeli Handwe ken u. Künste in Tabellen*, continuatae ab *O. L. Hartwig* (Berol. 17( III. Pp. 4.); *Jo. Car. Gothofr. Jacobsoni*, ab *Ottone Lud. Hartwig* editum, *Technologisches Wörterbuch* (Berolini 1781. IV. Pp. 4., quod co tinuavit *G. E. Rösenthal*, addendis Voll. V—VII. ibid. 1793 sq.). *Jaco Alb. Uilkens*, *Technologisch Handboek*, Amst. 1809. III. Pp. 8. — (*Po pii Technol. Wandelingen* etc.).

(3) Hanc partem praecipue attigit *Jo. Winkelmann*, in *Geschich der Kunst des Alterthums*, Dresdae 1764. II. Pp. 4., emendatius vero Vie nae, 1776. Laudatur autem eximii operis Franco-Gallica versio auctore *H bero*, Lips. 1781. III. Tomis, 4.; uti et Italica, quae Abbatem *Carolu Fea* auctorem habet, Romae edita a. 1783. II. Voll. 4. Opera *Winkelma ni* omnia (*Oeuvres complettes*) edi coeperunt Parisiis, a. 1790. 4. — Etia *Antonii Fr. Büsching* supra jam (§. 35. ann. 25.) memoratum opu *Geschichte u. Grundsätze d. schönen Künste u. Wissenschaften*, h referendum est; quippe cujus P. I. in *Statuaria* arte (Berol. 1772. 8. P. II. in *Toreutice* versatur (Hamb. 1774. 8.). Ejusd. vero *Entwurf ein Gesch. der zeichnenden schönen Künste* (Hamb. 1781. 8.) omitti h loco minime debet. Add. *Jo. Fr. Christ*, *Abhandlungen über die Litter tur und Kunstwerke, vornehmlich des Alterthums*, ed. cum animadversi nibus a *Jo. Carolo Zeune*, Lips. 1776. 8. Laudatur etiam *Seroux d'Agi court*, *l'Histoire de l'Art chez les anciens*, et Anonymi, *Agincourti* proxime sequentis, *l'Hist. de l'Art par les monumens depuis la décade ce au quatrième siècle, jusqu'à son renouvellement au seizième* (de q vid. *A. L. Millini Magaz. Encycl.* a. 1811. II. 234 sqq.). — *Picturae* l

sl

storiam praecipue exposuerunt *Franc. Junius* (de *Pictura Veterum Libri III.* Roterod. 1694. f. m.), *Felibienus* (*Entretiens sur les vies et sur les ouvrages des plus excellens Peintres anciens et modernes, avec un recueil historique de la vie et des ouvrages des plus célèbres Architectes,* Trevultii 1725. VI. Tomis, 8. Paris. 1745 sqq. III. Voll. 4.), *Ant. Jo. Dezallier d'Argenville* (*Abrégé de la vie des plus fameux Peintres,* Par. 1762. IV. Voll. 8.). *De Piles* (*Vie des Peintres*); III. *Mengs* (*Oeuvres*): etc. Add. ex Nostratibus, praeter alios (e. g. *De Bie*, in *Gulden Cabinet van de edel vrij Schilderconst*), *Carolus van Mander* (*Het leven der doorluchtige Nederl. en Hoogd. Schilders, vermeerderd door Jac. de Jongh*, Amst. 1764. II. Voll. 8. Ejusd. *Schilderboek*, Harl. 1604. 4. et *Schilderb. en uitlegg. op de Metamorph. van Ovidius*, Amst. 1618. 4.); *Ger. v. Lairesse* (*Groot Schilderboek*, Harl. 1740. II. Voll. 4.); *Hoogstraten* (*Inleiding tot de Hoogeschool der Schilderkunst*); *A. Houbraken* (*de Groote Schouburgh der Nederl. Konst-schilders en schilderessen*, Hag. Com. 1753. III. Voll. 8.); *J. van Gool* (*Leven der Schilders*, Hagae Com. 1750. II. Voll. 8.); *Roel. van Eynden* et *Adr. van der Willigen* (*Gesch. der Vaderlandsche Schilderkunst*, Harl. 1816—1820. IV. Voll. 8.); *R. van Eynden, A. Kikkert, Adr. van der Willigen*, et *Jac. van Maanen, Adriani F.* (*Verhandelingen van Teylers Tweede Genootsch.*, Tomis V et XVII.), et caet. Quaedam etiam vid. in *Nederl. Bibliotheek*, Tom. I. Misc. p. 15 sqq. 463 sqq. 568 sqq. et 627 sqq. — *Musices* historiam scripsit *Bourdelotus* (*Hist. de la Musique depuis son origine, les progrès successifs de cet art — — et la comparaison de la Musique Italienne et Françoise*, etc. Hagae Com. 1743. IV. Voll. 12.). De artis musicae origine vid. *Guil. Pancirollus*, l. c. Tit. 3. p. 130 sqq. 151 sqq. coll. p. 336. De *Veterum* Musica consulendus *Burettus* in *Mémoires de l'Acad. des Inscriptt. et des Belles Lettres*, Tomis XI. XIV et XIX.). Addi poterunt *Joannis Hawkins* Opus, inscriptum: *A general History of the Science and Practice of Music*, Lond. 1776. V. Voll. 4. Item *Caroli Burney* Commentatio, ab *Joanne Joach. Eschenburg* Germanice versa et cum suis annotationibus edita Lips. 1781. 8., inscripta *Dissertation towards the Music of the Ancients.* De Musica *Recentiorum* leg. *J. de Vos, Guil. F.* (*Iets over de hedendaagsche Muzijk*, in *Nic. Godofr. van Kampen, Magaz. v. Kunsten, Wetens. en Lett.*, T. VII. P. III. p. 281 sqq.); et de *hujus* cum *illa* convenientia et pugna, *Kalefsius*, dissentientem se ab *Aug. Guil. von Schlegel* profitens (in ann. ad suam Belgicae *Lectionum Blairii* versionis editionem Vol. I. p. 50 sqq. 177. 327 sqq. coll. *Recens. o. d. Rec.* T. XXVI. p. 313 sqq.). De celebrioribus *Musicis* egit *Jo. Gottfr. Walther*, in *Musikalisches Lexicon*, Lips. 1732. 8., uti et *Alexander Choron*, atque *Frid. Fayolle*, in *Dictionnaire historique des Musiciens, Artistes et amateurs*, etc. Paris. 1810 sqq. (de quo conf. *J. B. B. Roquefort*, in *A. L. Millini Mag. Enc.* a. 1811. III.

449

449 sqq.). Mitto, qui de ipsa *arte*, edendo Lexico (*Dictionnaire de Mu que*, Par. 1765. 8.), exposuit, satis omnibus notum *Joannem Jacob Rousseau*, alios, in his *Villoteauum*, Scriptorem Commentationis: *Mém re sur la possibilité et l'utilité d'une théorie exacte des principes na rels de la Musique*; quae non valde laudatur. Multo certe magis comm dari merentur bina Nostratis Viri D., *Joannis Verschuere Reynvaen*, Cti; opera; alterum brevius, quem *Catechiswum Musices* (*Catechism der Muzyk*) inscripsit; alterum uberius, quod titulum praefert; *Muzyk Kunstwoordenboek*. — De *Poëtica* Arte ejusque historia *Polydorus V gilius* inter alios consuli poterit, l. c. Lib. cap. 8—11. Mitto reliqua

(4) De qua multi multa scripserunt; praesertim *Prosper Marcha* (*Histoire de l'origine et des premiers progrès de l'imprimerie*, Ha Com. 1740. 4. *Supplementa* ad illam edita sunt, Paris. 1774. 4.); — *Sch pflinus* (Diss. in *Mémoires de l'Acad. des Inscriptt.* Tom. XVII. Id vero *Vindicias Typographicas* postea Argentorati edidit, 1760. 4. V *Nov. Litt. Goett.* 1760. N°. 30. p. 267.); — *Gerardus Meerman* (*Ori nes Typographicae*, Hagae Com. 1765. II. Voll. 4.); — *Gottl. Eman. Bre kopf* (*Ueber die Geschichte der Erfindung der Buchdrückerkunst*, Li 1779. 4.); — *Geo. Wolfg. Panzer* (*Annales Typographici, ab artis ventae origine ad a. MD, post Maittairii, Denisii aliorumque — cu in ordinem redacti, emendati et aucti*, Norib. 1793 sqq. XI. Voll. *Index* operis cum *Supplementis* habetur in *Jo. Chr. von Aretin Beytr zur Geschichte und Literatur* (Monachii 1803—1806. VII. Voll. 8. 42 Sec a. 1806. N°. 7. Cujus etiam laudatur *Neuer Literarischer Anzeiger*, il 1806 sqq.); — *Jer. Jac. Oberlin* (*Essai d'annales de la vie de Jean* [Ge fleisch, dit] *Guttenberg, inventeur de l'imprimerie*, Argentorati 1801. 8.); *Matthias Bernhart* (*Meine Ansicht von der Geschichte der Entstehu Ausbildung und Verbreitung der Buchdrükerkunst*. Conf. modo indica *Aretini Neuer Literar. Anzeiger*, a. 1806. N°. 21—24.): et, ut mitta *Daunouium* et *J. F. Née de la Rochelle*, *Guil. Henr. Jo. van Westree* (*Verhandeling over de uitvinding der Boekdrukkunst, in Holland oorspr kelijk uitgedacht, te Straatsburg verbeterd, en te Mentz voltooid*, gae Com. 1809. 8.). Porro vid. *Hadrianus Junius* (*Batav. Hist.* c. 1 *Salmuthus* (ad *Guid. Pancirollum*, l. c. P. II. Tit. XII. p. 244 sqq.), *Alb. Fabricius* (*Bibliogr. Antiq.* cap. 21. §. 12. p. 966 sqq.), *Struvius* ( *trod. ad Notit. rei Litt.* c. 6.), *Heumannus* (*Consp. Reip. Litt.* ca §. 24, 25.). Quaedam quoque, ad hanc rem pertinentia, habentur in *Are Beyträge*, ad a. 1804. N°. 11 sqq. et 1805. N°. 8., in *A. L. Millini M Encycl.* a. 1807. I. 61—64. II. 129.; in *Hall. Allgem. Literaturz.* N°. 215. 1809. N°. 191., et alibi. Omnium vero industriam vicit labor Ampl. *Jacobi Koning*, qui inventae artis nobilissimae, qua

*Imprimit una dies, quantum non scribitur anno*,

gloriam nostrae patriae invicte adseruisse merito censetur erudita Dissertatione, ab Harlemensi Artium et Scientiarum Societate praemio ornata, atque et seorsum, et in ejus Commentationibus edita (*Verh. over den oorsprong, de uitvinding, verbetering en volmaking der Boekdrukkunst*, Harlemi 1818. 8.). Nam, et ipsi aequi inter extraneos hujus rei judices, *Niemeyerus*, c. t., *Dibdinus*, *Ottleyus*, *Ebertus*, ingenue hoc fassi sunt. Vir quidem inter Germanos Clarissimus, *C. A. Schaab*, Jure Consultus, *Koningium* refutaturus, duodecim annis post, edidit suas *Ueber die Ausfindung der Buchdrückkunst* (Moguntiae 1830 sq. III. Voll. 8.) lucubrationes; quibus, ne a conviciis quidem temperans, omnem lapidem movit, ut *Joannem Gensfleisch* verum Typographiae auctorem esse ostenderet. At vero Moguntinus iste πρόμαχος adeo non, quod voluit, effecit, ut e contrario inveniret, qui, mortui interim optimi *Jacobi Koning* vice strenue fungens, se plane confunderet, justamque causam denuo defenderet, *Jacobum Scheltema*, J. C. Etenim hicce Vir doctus et historiae atque antiquitatis patriae peritissimus (in *Geschied- en Letterkundig Mengelwerk*, Tom. V. P. I. Traj. ad Rh. 1832. 8.), missis omnibus, quae quidem ad statum, quem vocant, quaestionis non faciunt, et concessis, quae concedi, salva veritate, posse videbantur, omnibus, vel sic tamen ostendit, „*Schaabium* neque *pro Gutenbergio* et *Moguntia*, neque *contra Ko-* „*sterum* et *Harlemum*, *nova*, quae tamen promiserat, argumenta, et *an-* „*tea incognita* attulisse, neque, quae affert, ex ipsis *veri* nominis *fon-* „*tibus hausisse*; quin adeo *suae* ipsum *causae* plus *nocuisse* quam pro- „fuisse, et inventae artis *historiam* magis *obscurasse*, quam illustrasse." *Hanc igitur* doctissimam, et rara aequitate et moderatione conscriptam Commentationem (quae hoc ipso, quo nostra haec typis describebantur, *Germanice* versa et insigniter aucta, Amstelaedami prodiit) ipsius *Jacobi Koning Dissertationi* et *Supplementis* (*Bijdragen tot de Geschiedenis der Boekdrukkunst*, ibid. 1818—1823.) adjunxisse, et cum *Eberti* novo rei examine (*Nieuw onderzoek naar de aanspraak van Holland op de uitvinding der Boekdrukkunst*, ex Diario Germ., inscripto *Hermes*, n°. 4. 1823, Belgice in *Alg. Konst- en Letterb.* a. 1824. P. II. p. 338—345, 357—364, 360*—364*, 376—384) contulisse, neminem profecto poenitebit. Addi autem par erit elegantem Orationem *Jo. Henr. van der Palm*, ipso festo die seculari, 12 Julii 1823, Harlemi celebrato, habitam. Ut autem, quod porro pollicitus est *Jacobus Scheltema*, feliciter et brevi perficiat, nec Belgice tantum (nobis enim idem usu venit, quod de Romanis fatebatur *Cicero*, ut, cum Graeca ubivis legerentur, Latina suis finibus, arctissimis illis, continerentur), edenda perspicua et certis documentis munita historiae enarratione (*Geschiedenis der uitvinding en beoefening der Boekdrukkunst door Laurens Koster te Haarlem, vóór den jare 1440.*); ut igitur ipsi labor, hoc in opere collocandus, prospere cedat, Literarum et Patriae causa vehementer optamus. Sic enim, eodem fere tempore, duplex carissimae patriae assertus erit honor inventae du-

duplicis artis utilissimae. Nuper enim (mense Augusto anni hujus 183 Ill. *van Westreenen van Tiellandt*, edendo Hagae Comitum opere, *O de Stereotypische Drukwijze*, ostendit, hanc etiam formam Chalcog phiae, minus vulgarem, inventum esse Batavum. Ostendit invicte; na cum verbis opus non esse, ubi rerum testimonia adsint, notissima v dici soleat, tum Noster tabulas aeneas, quae olim huic consilio inservierun ut non mobilibus, sed fixis et immobilibus, literarum characteribus lil imprimerentur; illas igitur, a se magno studio collectas, in Archivo re deposuit. Ostendit igitur, tantum abesse, ut *Didotus* hujus artificii auc salutandus sit, qui illud a. 1795. invenerit, ut diu ante alii rem j factitaverint, e. g. Glasguensis homo, a. 1785, et 1783, et Alsatus, emendavit vel auxit opusculum, jam Edinae a. 1739. stereotypice editu sed quarto decimo ante anno, i. e. 1725, inchoatum: verum multo pr *Joannem Müllerum*, Sacrorum apud Lugduno-Batavos, Germanica ling in cultu divino utentes, Antistitem, jam stereotypam editionem libelli as tici (precum formulas continentis) procurasse, anno nempe 1701, emendat vero et auctius a. 1708 et 1710, atque tunc *aliquot diversi generis* op ita fuisse impressa, docuit laudatus auctor. Itaque utilissimam artem T pographicam, nec tantum vulgarem, quae mobilibus literis utitur (H lemo-Kosterianam), verum extraordinariam quoque illam, immobiles cha cteres, magno impensarum compendio, usurpantem (Lugduno-Mullerianam in solo Batavo natam esse, non est quod amplius dubitemus. Vid. *Nede Staatscourant* ad d. 15 Aug. 1833. — Caeterum liceat hac occasione d ctissimam Consultissimi Viri, *Joh. Tiberii Bodel Nijenhuis*, *Dissertation de Juribus Typographorum et Bibliopolarum in Regno Belgico* (L. 1819. 4 et 8.) commemorare, qua nimirum plurima memorabilia et sci valde utilia continentur.



C

## CAPUT TERTIUM.

### PHILOSOPHIA.

### §. 41.

### *Philosophiae definitio et laudes.*

Ut *Philosophiam* nomen suum *Pythagorae*, summi Viri, modestiae debere vulgo creditur (1); ita, quomodo haec Disciplina sit definienda, neque satis inter omnes constat (2), neque tam facile dictu est, quam plerique existimant (3). Unde plura ab aliis, ab aliis pauciora, nec omni aetate eadem, ad illam relata sunt (4). Multas profecto complectitur, et diversissimi adeo generis, doctrinas et artes (5); et reliquis Disciplinis omnibus, in his *Philologiae* praesertim et *Historiae*, a quibus tamen omnino distinguenda est (6), perficiendis eximie prodest, quippe cum ipsis arcte conjuncta et veluti confusa. Ipsa vero satis bene, certe ad usum, definitur „ compages, sive systema notionum et sententiarum, quas mens humana, per insitas sibi intelligentiae vires, observandis quibusvis rerum (s. *entium*) phaenomenis, iisque meditationi subjiciendis, de interiore earum natura (*qualitatibus necessariis*) et multiplice cum aliis necessitudine, consecuta est." Qua definitione, ut ab *Historia* (quae res in facto positas, sive olim gestas, sive etiamnum existentes, enarrat), ita et a *Mathematica* disciplina (in variis *quantitatis* formis abstracte expendendis occupata), satis perspicue distinguitur. Simul vero, quaenam ipsi et quantae laudes sint tribuendae, apparet (7). Non quidem summa ei perfectio adscribenda est; quis enim humanam mentem neget in dies augeri posse, non tantum ube-

uberiore rerum et accuratiore scientia *historica*, veri etiam crescere ista de iis meditandi dexteritate, qua s *philosopha* cognitio parari potest? Quo ipso jam temerit tem istorum hominum et arrogantiam coërceri par est, qu prae Philosophiae studio et amore, Divinae Patefactior reverentiam omittunt, eamque non solum spernentes, sed v contemnentes, non erubescunt (8). Verum neminem e paulo humaniorem puto, qui ingens pretium illi Disc plinae statuere dubitet, qua reliquae omnes, vel con prehendi quodammodo videntur, vel certe animantur, tanquam vita atque eximia ad vitae usum efficacitate d nantur. Illi, inquam, Scientiae, quae humanae Rationi praestantissimae illius, qua hominem a reliquis animant bus distinguere Deus dignatus est, dotis excellentiam in primis palam facit, et sine qua, et in physicis rebu atque in iis adeo, quae ad quotidianam vitam faciunt, praecipue in moralibus omnibusque iis, quae non sensuu externorum ope, sed sola mentis vi et intelligentia cogn scuntur, prorsus coecutiremus. Igitur de Philosophia in que judicandi perversitas, ut quemvis hominem ingenuun sic neminem magis quam Theologum dedecet: quem fuge turpe sit, quantopere hujus potissimum Disciplinae stud ipse adjuvetur, cum in exponendis gravissimis Religion doctrinae capitibus, tum in asserenda et vindicanda religion Christianae veritate, tum vero in Sacro Codice recte inte pretando, atque insuper in Sermonibus sacris ita haber dis, ut, Deo juvante, emendationis et consolationis fruct ferant uberrimos (9). Quae quidem omnia, et alia be multa, ex porro dicendis facillime intelligentur.

(1) Auctoritate *Sosicratis* apud *Diogenem Laërtium* (Lib. I. de *Pla tis Philosophorum*, cap. 12. et Lib. VIII. cap. 8.) et *Heraclidis* apud ( *ceronem* (Lib. V. *Tuscul. Quaestt.* cap. 3. Conf. locus Lib. I. *de Le* c. 22. et praecipue *de Off.* Lib. II. c. 2. §. 2.). Aliqui tamen Viri I in his *Chr. Meiners* (*Geschichte der Wissenschaften in Griechenla u. Rom*, Tom. I. p. 118 sqq.), *Socrati* modestiae illius honorem t

buere malunt. Vid. hunc excitans, nec tamen ei prorsus assentiens *Guil. Tob. Krug* in *Lexico philosopho* (paulo post (§. 48. ann. 5. indicando), Tom. III. p. 187 sq. Ad sequentia quoque conferant lectores, quae scripsit p. 187—212. Add. *Jo. Matth. Gesneri Isag. in Erud. univ.* §. 651 sqq. sive, ex ed. *Niclasi*, T. II. Conf. insuper *Ph. van Heusde*, in mox (§. 47. ann. 11.) laudandis *Initiis Philos. Platon.* I. 45 sqq.

(2) Quod satis apparet ex multiplicibus illis, et a se invicem haud mediocriter abeuntibus, Philosophorum definiendae Philosophiae conatibus. Quos omnes longum sit referre et a nostro instituto alienum. Sufficiat, lectores ablegasse ad Collegae aestumatissimi, *Jacobi Nieuwenhuis*, infra suo loco (§. 48. ann. 4.) laudanda *Theoreticae Philosophiae Initia*, §. 3.

(3) Tres potissimum esse videntur difficultatis et molestiae causae. *Primam* ipsa Scientiae pervulgata denominatio parere videtur. Φιλοσοφία enim, vi verborum, e quibus vox composita est, *Sapientiae* quidem *amorem* et *studium*, ipsum igitur animi humani, quo in Sapientiam fertur, *appetitum*, non vero definitae alicujus rei vel doctrinae *Scientiam*, indicare videtur. Non significari videtur aliquid (*objectivi*), quod *extra* hominem sit vel esse cogitetur, sed (*subjectivi*) in homine quod insit, sive facultas, sive agendi peculiaris quaedam ratio, sive consuetudo, dexteritas et, quem vocare solent, *habitus*. Neque Sapientiae *amor* esse videtur *intelligentiae*, cui sola *scientia* competit, sed *voluntatis* potius, appetendo et aversando actuosae. *Sapientia* autem, cujus *studium* dicitur Philosophia, ipsa *et intra hominem*, non *extra* eum, cogitari duntaxat posse videtur, *et*, quod ad *res*, circa quas versatur, nimis late patere; adeoque nimis vagam exhibere notionem, quam ut ad certam aliquam *doctrinam*, in qua exponenda et ornanda versetur Disciplina, referri commode possit. — *Altera*, primae illi affinis, causa cum in rerum, de quibus philosophantur homines, multitudine, tum in ipsa mentis, quae philosophari dicitur, actione cernitur. Nam, *prius* quod attinet, nihil quicquam est eorum omnium, quae quidem in humanam cognitionem cadunt, de quibus philosophari nequeant, aut non reapse, suo quisque modo, philosophentur, homines. Unde difficile admodum videtur, ad aliquam rem peculiarem aut doctrinam, exclusis aliis, Philosophiam, tanquam sui generis Scientiam, referre. Et, quod ad *posterius*, *Philosophia*, ut *Philosophus*, a *philosophando* dicitur, et ex hac ipsa philosophandi notione cognoscitur. Unde *Guil. Tob. Krugius*, „*Wer da* „*wissen will*, inquit, *was* Philosophie *sei*, — — *Er muss* philosophi„ren, — — *bevor Er ein klares* — — *Bewusstsein von dem Inhalte*, „*Umfange und Zwecke jener Wissenschaft erlangen kann* (*Algem.* „*Handb. der philos. Wissenschaften*, in v., T. III. p. 188.)." Hoc vero ipsum (*philosophari*) *neque* tam facile expeditu est, quam primo obtutu, et iis potissimum, videri solet, qui ipsi in philosophando, hoc est, de rebus gravissimis, earumque causis et effectibus, meditando, omnium minime occupantur: *et*, ubi tandem expeditum videtur, rursus aliquid *in* homine (*subjectivi* quid) potius denotare deprehenditur, scilicet aliquam mentis et ingenii,

nli operationem, quam aliquid *extra* hominem, neque ex singulis hominibus pendens (*objectivi* quid), nimirum Scientiam, vel doctrinarum alicujus generis σύνταγμα et complexum; aliquid igitur, quod, si vel nemo amplius, qui philosopharetur, existeret, per se tamen, tanquam existens, cogitari, cogitandoque fingi, aut, quoniam olim existens libris aut aliis monimentis fuisset ad posteritatis memoriam conservatum et ab interitu vindicatum, postliminio restitui posset. — *Tertia* denique causa est in quaesita a Philosophis, ubi Disciplinam suam definiunt, brevitate, quae obscuritatem et notionum confusionem parit. Veluti, cum *Wolfius* Philosophiam » *Scientiam* » *possibilium*" vocat, *Schellingius*, » *Scientiam Absoluti:*" *Fichtius* quidem » *Scientiam Scientiarum*," *Kantius* vero » *Scientiam Rationis ex notionibus*." Quam late patet, quam indefinita est *Lockii* definitio: » Philosophia » est *vera rerum cognitio!*" Vicissim nimis arcte constringitur Philosophia a *Doneyo*, cum, exclusa experientia (qua tamen sola non tantum Physica, sed et Psychologia (empirica) nititur), *soli* eam *Rationi* adjudicat. Porro quam obscurum *Krugii* hoc: » *Est Scientia formae τοῦ Ego originariae* (*Ur-form des Ichs*)!" Quam difficulter subjectivum ab objectivo distingui potest in *Stoicorum* definitione, qua » *Philosophia* est *rectae rationis appe-* » *titio!*" Fateor, has omnes definiendi formas *et* explicari posse a peritis, *et* non tantopere a secum invicem differre, quam prima specie videatur (conf. *Krug*, l. c. p. 189. et *Nieuwenhuis*, p. 6.): idem meo tamen jure conqueri posse videor, de nimia ista brevitate, de qua *Horatianum* illud valet: » *Dum brevis esse laboro, obscurus fio.*" Quid vero sit, quod *istam* brevitatem ab aevo sectati sint, et sectentur etiamnum Philosophi, si quaeras, multiplex illud et varium esse omnino potest. At vereor, ne ex vero dixerit *Nieuwenhusius* (l. c. p. 7.) » *causam* (ejus rei) *particularem versari in partium studio, quo* » *plerique ducti Philosophi eam demum amplexi sint* (aut proposuerint) » *Philosophiae definitionem, qua in Systemate condendo sibi maxime* » *constare posse ipsi arbitrarentur.*" — Itaque Philosophorum in definienda sua ipsorum Disciplina obscuritas, et rerum, de quibus philosophari possumus, copia et varietas; denique ipsum Philosophiae nomen, haud prorsus commodum, tria haec praecipue efficiunt, ut nonnulli animo fluctuent, ubi, quid tandem haec Scientia sit, et quo nomine ab reliquis quibusque distinguatur, accuratissime enunciandum est. Sic denuo illud hic cernitur, quod non raro, etiam in aliis, usu venire deprehendimus, ut communi omnium usu dudum frequententur rerum *denominationes*, antequam de ipsis, quae iis indicantur, *rebus* satis constet. Nihil tamen Philosophum magis dedecet. Verissime *Thomas Reid*, inferius paulo (§. 47. ann. 11.) citandus, in ipso Operis de *Intelligentiae humanae viribus* initio, monuit: » *There is* » *no greater impediment to the advancement of knowledge, than the* » *ambiguity of words. To this chiefly it is owing, that we find sects* » *and parties in most branches of science, and disputes, which are car-* » *ried on from age to age, without being brought to an issue.*" Et pau-

paulo post: „*Definitions and axioms are the foundation of all science.*" Quamquam in Viro praeclaro fortassis et alia, quod ad disputandi subtilitatem, desiderantur, et illud vix probandum est, quod *nominalem*, quam vocant, definitionem, cum *reali* ipse mox confundat. „*A definition*, inquit, „*is nothing else but an explication of the meaning of a word, by words „whose meaning is already known.*" Contra cf. *D. v. d. Wynpersse*, *Institutt. Log.* P. I. Cap. VI. §. 149, 151—153 et 155. p. 54 sqq.

(4) Aliis temporibus alia, modo plura, mox pauciora, ad Philosophiam, tanquam partes illius, relata sunt. Quin etiamnum, non solum Mathematicas doctrinas, hisque nixas, artes, verum insuper Historiam quoque et Philologiam, aliqui ex Veterum more *Philosophiae* nomine et scientia comprehendunt, aliis plerisque eas caute a Philosophia segregantibus. Nuperrimus e Germanis, qui quidem familiam duxerunt, Philosophis, *Geo. Frid. Guil. Hegel*, eo potissimum nomine a suis celebratur, quod unus prae aliis omnibus cunctas, quotquot sint, disciplinas una Philosophia complexus fuerit. „*Noch „niemals*," inquit, ut puto, *Th. Hell* (in *Wegweiser im Gebiete der Künste und Wissenschaften*, ad 2 Jan. 1832.) „*noch niemals hat die „Philosophie sämmtliche Wissenschaften im solchem Umfange und so sy„stematisch umfasst*, *als durch* Hegel, *welcher ausser der Logik*, *Me„taphysik*, *Anthropologie und Psychologie*, *auch noch Philosophie der „Religion*, *Ph. der Kunst*, *Ph. des Rechts*, *Ph. der Natur*, *Ph. der „Geschichte und Geschichte der Ph. vortrug*, *bei welchen Vorlesungen „er sich als gründlichen Mathematiker*, *Physiker*, *Chemiker*, *Minera„logen*, *Botaniker*, *Anatom*, *Physiologen*, *Sprachforscher*, *Kenner der „alten und neuen Literatur*, *der Mythologie und Religion alter Völ„ker*, *der Kunstwerke und der Künste*, *des Rechts und der Sitten al„ler Zeiten und Nationen erwiess.*" Quae postrema, licet vix credenda videri possint, credibiliora fiunt, lecta Viri *Encyclopaedia* (infra suo loco, §. 47. ann. 11.) indicanda, quae in tres *Partes* majores, suas quasque habentes *tres* minores, sic descripta est, ut *Prima* vocetur *Scientia Logices*, et, post quaedam praemissa, exhibeat 1) doctrinam τοῦ *Esse* (*vom Seyn*); 2) doctrinam τοῦ *Existere* (*vom Wesen*. Quid autem illud *Wesen*, distinguendum a τῷ *Seyn*, sit, si quaeras, respondet: „*Das* Wesen, *als das „durch die Negativität seiner selbst mit sich vermittelnde* Seyn, *ist die „Beziehung auf sich selbst*, *nur indem sie Beziehung auf Anderes ist*, „*das unmittelbar nur als ein Gesetztes und Vermitteltes ist.*"): 3) doctrinam *Notionis* (*vom Begriff*). *Secunda* vocatur *Philosophia Naturae*, exponens 1) *Mechanicam*, 2) *Physicam*, 3) *Organicam*. *Tertia* dicitur *Philosophia Mentis* (*des Geistes*), cujus 1) est dicere *de mente subjectiva* (*Anthropologia*, — *Phaenomenologia*, *Psychologia*), 2) *de mente objectiva*, (*Jure*, — *Moralitate*, — *Societate* (*Sittlichkeit*), eaque *Domestica*, — *Civili*, — *Civitate* (*der Staat*); 3) de *mente absoluta* (*Arte*, — *Religione revelata*, — *Philosophia*). — De quibus equidem

non

non judico; judicent, qui me sunt longe oculatiores, atque Scriptorem m melius intelligunt. Davus equidem sum, non Oedipus.

(5) Vid. modo §. 43—45.

(6) Licet eorum omnium, quae in cognitionem humanam cadunt, nihi sit, de quo philosophari non possit mens humana, vel adeo philosophata si dudum, Philosophia tamen passim Scientia sui generis et juris habita est diversa illa et distinguenda a reliquis, quae diversis nominibus ab aevo sun dictae. Hinc existit quidem *Philosophia Historiae*, uti existit *Histo ria Philosophiae*, sed *haec* non magis *pars* est *Philosophiae*, quam *ill* est *pars Historiae*. Est *Philosophia Juris*, quae tamen non est *Juris prudentia* (*positiva*, sive *Civilis*, sive *Canonica*). Est *Philosophia Plan tarum*, quae tamen distinguitur a *Botanica*; et sic in caeteris. Bonum e probabilem *Philosophum* eum esse fateor, qui bonus dici et praeclarus *Juris Consultus*, *Botanicus*, *Historicus*, *Theologus*, merebitur. At vero, ne que *Historia* (sive *annalistica* illa, sive *synchronistica*, sive adeo *ethno graphica*), neque *Religio* (*objectiva*, sed a *Theologia* distinguenda), nequ *Botanica* (in plantarum ordinibus, classibus, generibus, et speciebus recen sendis tota), facile omnium consensu et recte Philosophia, aut pars et secti Philosophiae dicatur. Non omnis *Religionis* doctor, nedum quisquis religio nem profitetur, non qualiscunque rerum gestarum enarrator, *Philosophu* merito salutatur. Nec quicunque *Pandectarum*, „immensorum illorum vete ris Prudentiae voluminum," aut utriusque Codicis Leges, vel *Decreti* Gra tiani Distinctiones et Quaestiones, omnesque Decretalium Libros, cum Sex to, Clementinis et Extravagantibus, ordine et memoriter recitare et explica re noverit, continuo de jure *philosophari* dicendus est. Neque, si quis mill plantarum nomina, et ubi crescant, et quemnam homini usum praestent, no verit (id quod jam multo plus est, quam nomenclaturam tenere, aut a classes quasque suas referre), vel ideo tamen Philosophus protinus di cendus erit. Philosophus non est, qui illas res cognoscit, hoc est, qui sc eas esse, et quid sint universe, sed, qui de illis rebus philosophatur hoc est, qui *abstracta* meditatione in interiorem earum naturam inquirit atque sic, perspectis earum qualitatibus internis (*essentialibus*), adscend ad earum causas, quare sint, et tales sint, et aliae esse omnino non po sint; quique descendit ad earum effectus, non eos, quos temere et cas forte fortuna habeant vel habuerint (nam *accidentia* ejusmodi, ad *essentia* non pertinentia, cognitionis sunt *historicae*), sed illos effectus, quos res, p rei naturam, id est, per internam earum indolem, vires, qualitates, produce debent, nec producere non possunt. Itaque Philosophia vim quidem suam omnes reliquas disciplinas, ut perfectae sint et hominis mente rationali gnae, longe lateque extendit, ipsa tamen suis se continet finibus, in *unive salibus* notionibus et *abstractis* potissimum versata. Itaque, si accuratissi rem reputemus, non tam e. g. *Anatome* quam *Physiologia*, non tam *M neralogia* quam *Chemia*, non tam *Historia Naturalis* quam *Anato co*

*comparata*, et sic porro, ad *Philosophiam* sunt referendae. Quid existat, quid rebus accidat, *Historia* exponendum habet; *quale* illud sit interne, *quare sit*, et omnino esse possit, et tale, quale est, non possit non esse, materia et meditationis *philosophae*. Itaque ad Philosophiam prae caeteris pertinent, *cum* notiones abstractae et Rationis purae, et illae Ideae, quarum [illegible] sensibus non objicitur, sed quae cogitatione et ratione duntaxat, sive per inductionem et discursum, cognoscuntur: *tum* vero earum, quae sensu perceptae nobis innotescunt, interiores potissimum qualitates, nexus, relationes, quae vocari solent, et caetera. Quae, ut largissimum discendi, meditandi, disputandi campum menti humanae aperiunt, omnino haud indignae videri debent, quae ad peculiarem, et sui generis, Disciplinam referantur. — Caeterum conf. Or. n. *de conjungenda, in quarumvis doctrinarum, etiam Theologiae, studio, cognitione historica et philosopha*, praecipue p. 13—16. (Inserta est *Annall. Acad. Lugd. Bat.* a. 1821—1822.). Et addatur, verbis potius et specie, quam re ipsa, a nobis dissentiens, Vir Cl. *Jo. Fr. Lud. Schroeder*, in Or. *de nostra cognitione animi, comparata cum cognitione rerum corporearum*, p. 9—12. (Inserta est *Annall. Acad. Rheno-Traj.* a. 1823—1824.).

(7) Conf. *Cicero* l. l. et *Tusc. Quaestt.* Lib. V. c. 2.

(8) Qui quam vani sint, quam ingrato insuper animo, apparebit legenti *Dionysii van de Wynpersse*, ut unum hunc ex aliis bene multis, honoris causa, excitem, *Orationem inaug. de emolumentis Philosophiae ex Christiana Religione ortis.* Gron. 1752. 4.

(9) Conf. *Oratio* n., ann. 6. citata, p. 24 sq. et 46—52. ubi et Scriptores praecipui hac de re legendi recensentur. Conf. et infra §. 45. ann. 1.

## §. 42.

### *Philosophiae divisio.*

Diversissimis modis Veteres et serioris aevi Philosophi hanc Disciplinam in suas partes descripserunt (1). Nobis bipartita divisio praeplacet, qua Philosophia *physica*, res sensibus subjectas spectans, a *metaphysica*, res intelligentia tantum cognoscendas tractante, distinguitur. Utraque pars suis, eximiis illis, in genus humanum meritis, excellit; neque est, quod alterutri prae altera excellentiae palma adjudicetur (2). Quid? quod arctissimo mutuae necessitudinis vinculo, eoque numquam impune solvendo, ambae conjunguntur (3). Utrique vero, *physicae* tamen praesertim,

recte percipiendae, *Mathematicae* studium viam pand[i]
quamobrem de illa quoque hoc loco, pro instituti ratio[ne]
monendum videtur.

(1) De praecipuis, *Stoicorum* v. c., *Aristotelis* aliorumque Veter[um]
item de Recentiorum, Philosophiam partiendi rationibus videantur, c.
quae scripsit *Jac. Nieuwenhuis*, l. c. §. 7—15.

(2) Legi meretur eximii *Jo. Melch. Kemperi Or. inaug. de moral*
*disciplinarum dignitate, ad caeteras disciplinas comparata*, L. B. 1
4. Add. *Jac. de Gelder, Verh. over het verband en den zamenhang*
*Natuurl. Wetenschappen*, etc. Hagae Com. et Amstelod. 1826. 8. I
*P[etri] N[ieuwland]*, *Iets over de betrekkelijke waarde der verschil*
*de takken van menschelijke kennis en kunst*, (Vid. *Nieuw Algem.* *I*
*gazijn van Wetenschap, Kunst en Smaak*, T. II. P. II. p. 695—7
Nec praetermittenda *Daniëlis Jacobi van Ewyck Diss. inaug. de com*
*rata cognitionis in Mathesi et in Philosophia indole*, Traj. ad R
1810. 8. Conf. etiam citata modo (§. praec. ann. 6.) Oratio *Jo. Fr*
*Schroederi.*

(3) Quis recte Philosophus salutetur, utriusvis disciplinae, sive physi
sive metaphysicae, ignarus? Quis Psychologiam rite tractet, nisi eodem,
in physicis, post *Baconem Verulamium*, solemus, modo procedere et
ficere studeat? (Conf. *J. F. Hennert*, in *Praef.* p. IX. et in *Ann*
p. 273 sqq. ad *Jac. Beattii Grondbeg. der zedel. Wetensch.*, supra
31. ann. 9.) laudatis, Tom. I. Add. *Schroederus*, l. c. p. 26—28.)
Physica carere metaphysicis principiis tuto potest? (Conf. *Jo. Nieuwenhu*
*Geschiedk. en Wijsg. Onderzoek over den uitslag der gemaakte toe*
*singen van Bovennatuurkundige Grondbeginselen op de Natuurku*
in *Commentt. Societ. Teylerianae alterius*, ad a. 1809.). Quid sine
mologia Physica? Quid haec sine illa? Quam intima Logicae cum Ma
si intercedit conjunctio! (Conf. *J. F. L. Schroederi Elem. Math.*, (inf
§. 44. ann. 6. laudanda) *in Prolegomenis.* Profecto

*—— alterius sic*
*Altera poscit opem res, et conspirat amice.*

## §. 43.

### *Philosophia Physica.*

Si a facilioribus, id quod res et ratio docet, incipi
dum, hisque satis bene perceptis ad difficiliora den
pergendum est, Philosophiae studioso, ut a *Physica* p

initium discendi faciat, omnino suadendum videtur. Et primum quidem in doctrinis, ad hanc partem vulgo, nec temere, referri solitis, Theologoque insigni futuris utilitati, locum assignamus *Historiae*, quae dici solet, *Naturali* (1), tribus potissimum Sectionibus distinctae, prouti in materia *anorgana*, sive fossili (2), et in *organicarum* rerum duplice forma, *vegetabili* altera (3), altera *animali* (4), explicanda versatur. Principio enim discenti facilior est reliquis physicis haec doctrina, plus nimirum attentae observationis et memoriae postulans, quam judicandi acuminis aut inveniendi sagacitatis. Deinde ad recte intelligenda et explicanda plurima Sacrae Scripturae loca (5) facit plurimum. Denique ad rite exponendum ornandumque egregium illud, pro Summi Dei Numinis existentia, quod *physico-theologicum* vocare solent, argumentum (6), illamque praecipue partem ejus vel formam, quae *teleologica* vulgo nuncupatur, ejus notitia, quo accuratior est, eo magis prodest. Utraque vero laus, posterior tamen potissimum, debetur etiam reliquis Philosophiae naturalis partibus, *Physicae* praesertim, quae strictius dicitur (7); singulisque hujus Sectionibus (*Mechanicae*, puta, *Hydraulicae*, *Meteorologicae*, *Opticae*, *Acusticae*, caet.); *Astronomiae* (8) item, quae ad Mathematicam artem fere refertur; et *Chymiae* (9); tum *Physiologiae* praeprimis, at sine *Anatomae* studio non recte percipiendae (10): denique *Medicinae* theoreticae (11). Quamquam enim non omnia omnes possumus, aliqua tamen et harum singularum scientia tinctos esse, ut quosvis homines, et sibimet ipsos et aliis in commune utiles futuros, sic Theologum prae aliis oportet; quippe qui suo munere gravissimo existimandus est tanto melius functurus, quanto plus in his etiam Eruditionis universae partibus vel formis profecerit.

(1) *Historia Naturalis* vocatur explicatio rerum, in nostro terrarum orbe conspicuarum, prouti sponte occurrunt, nec ab arte humana formae mutationem sunt passae. Atque hactenus, quod fatendum, non tam ad *Philosophiam*,

*phiam*, quam ad *Historiam* ea pertinet. Nec tamen proterve divellitur plerumque ab ea Scientia, quae in narrandis rebus, ab hominibus gestis, fere tota est. Et vero arcta ei necessitudo intercedit cum Physica, cum Physiologia, aliisque, quas Philosophia haud immerito sibi vindicat, doctrinis. Ex antiquioribus, qui de ea universa exposuerunt, Scriptoribus, praeter *Aristotelem* et *C. Plinium Secundum*, cognoscimus neminem. In recentioribus, post *Corn. Gesnerum* et alios paucos, praesertim inclaruit *Carolus à Linné*, cujus *Systema Naturae* (Holmiae 1766 sqq. Tom. I—III. Voll. I—IV.) saepius est editum, et in 13a. ed. auctum et emendatum studio *Jo. Fr. Gmelini*, Lips. 1788. X. Voll. 8. (Belgica laudatur interpretatio, quam adornavit Doct. *M. Houttuin*, ediditque Amstelod. 1761. XXXVII. Voll. 8.) *Compendia* Scientiae, discenti utilia, sunt *Leskii*, *Erxlebeni*, *Hemprichii* (Berolini 1820 et iterum 1829. 8.), *Voigtii*, et, alios ut mittamus, *Jo. Frid. Blumenbachii* (*Handbuch der Naturgesch.*, cujus *prima* editio prodiit Goettingae, a. 1779, *undecima* ibid. a. 1825. 8., Belgica vero interpretatio, ab *J. A. Benneto* et *G. ab Olivier*, ad *quintam* et *sextam* editionem adornata, prodiit Lugd. Bat. 1802. 8.; Anglica, ab *R. J. Gore* ad *decimam* concinnata est, editaque Londini 1824. 8.) et *Okeni* (*Lehrbuch der Naturgeschichte*, Lips. 1815. III. Tomis. 8.). Quos, quisquis hujus studio Scientiae ducitur, de praestantissimis Scriptoribus, qui vel omnem H. N., vel insigniorem ejus partem aliquam de industria tractarunt, consulere poterit. Iis vero qui addatur dignus adhuc est Abb. *Pluche*, *Spectacle de la Nature*, *ou entretiens sur les particularités de l'Hist. Nat.*, Hagae Com. 1743 seqq. et Paris. 1754. VIII. Tomis. 8. Praesertim eorum usui, qui non dedita opera in hanc doctrinae partem incumbere possunt, ergo et Theologi futuri, eximie inservient *Lexica*, qualia sunt ea, quae *Valmont de Bomare*, *Ph. Andr. Nemnich* et Societas Virorum, rerum naturalium peritorum, scripsere, jam indicata a *Blumenbachio*: sed praeterea haec duo: *Dictionnaire des Sciences Naturelles*, *par les Professeurs du Jardin du Roi*, Paris. 1816—1832, LX. Voll. 8. et *Dictionnaire classique d'Hist. Nat.* Ibid. 1822—1831, XVII. Voll. 8. — Novissimum, idemque eximium, hoc in genere opus est: *Naturgeschichte der drei Reiche*, *zur allgemeinen Belehrung bearbeitet von G. W. Bischoff*, *J. A. Blum*, *H. G. Brown*, *K. C. von Leonhard und F. S. Leuckart*, Stuttg. 1832 sq. 8.

(2) *Mineralogia*, ex vulgari distinguendi ratione, exponit de Lapidibus et Terrae speciebus (*métalliques hétéropsides Haüyo* dictis), de Metallis (*m. autopsides*), de Sale fossili, de Inflammabilibus, ut et de Petrefactis, sive organicis corporibus, in lapides siliceos, calcareos, alios conversis. De hac doctrina, post *Theophrastum*, *Agricolam* aliosque antiquiores, eximie meriti sunt recentioris memoriae praeclari Scriptores. Quorum aliqui majora *Opera*, *Compendia* utilissima alii, concinnarunt. In *illis* censetur, alios ut hic mittam, ille qui fere omnium instar est, optimus Vir, *Haüyus* (*Traité de Minéralogie*, Paris. 1801., et ex altera ed. 1823, IV. Voll. 4., cum

Vo-

Volumine icones crystallorum continente). Compendiorum ingens est copia. Laudatur prae caeteris *Leonhardianum* (*C. C. von Leonhard, Handbuch der Oryktognosie*, Heidelb. ex altera ed. 1826. 8.), *Beudantianum* (*F. S. Beudant, Traité élémentaire de Minéralogie*, Paris. ex altera ed. 1831. II. Voll. 8.), et, plures ut mittam, *Mohsianum* (*F. Mohs, Leichtfassliche Anfangsgründe der Naturgeschichte des Mineralreichs*, Vindob. 1832. 8.). Neque contemnendum videtur Genevensis Mineralogi, *L. A. Necker*, scriptum, quod ex Anglice scriptis Ephemeridibus (*Edinburgh New philosophical Journal*, 1832, m. Apr.) Franco-Gallice redditum exhibetur in *Bibliothèque Universelle*, 1832. mensibus Aug. et Sept., hac inscriptione: *De la Minéralogie, considerée comme une branche de l'Histoire Naturelle, et Esquisse d'une classification des Minéraux, fondée sur les principes de la méthode naturelle.* Est autem duplex hanc Scientiam tractandi ratio, *Oryctognostica* altera, altera *Geognostica*, vel *Geologica*. Ad priorem pleraque modo indicata scripta pertinent. De posteriore vix est, quod supra (§. 36. ann. 7. p. 109.) dictis plura addamus. Fortasse tamen non prorsus inutile fuerit, hoc loco commemorasse, ex novissimis Scriptoribus, *Carolum Lyell* (*Principles of Geology*, Lond. 1830. III. Voll. 8.), *Jo. Jac. Omalius d'Halloy* (*Elémens de Géologie*, Paris. 1801. 8.), *C. C. von Leonhard* (*Characteristik der Felsarten*, Heidelb. 1823. 8.), et *Rob. Bakewell* (*Introduction to Geology*, ex *quarta* editione, Lond. 1833. 8.). — *Germanica* versio, ab *C. H. Müllero* adornata ad *secundam*, prodiit Freybergi 1819. 8., sed nova, longe emendatior, ad *tertiam* editionem facta, debetur *C. F. A. Hartmanno*, inscripta *Grundriss der Geognosie*, Berol. 1830. 8.): denique addamus *L. A. Chaubardum* (*Elémens de Géologie, mis à la portée de tout le monde, et offrant la concordance des faits historiques avec les Sciences Géologiques*, Paris. 1832. 8.; quo opere Geologiae recentioris cum Historia Sacra consensum, certe in nonnullis, ostendere auctor conatus est. Conf. *Archives du Christianisme*, XVIe Année, II Série, Tom. I. N°. 3. p. 57—40.).

(3) *Botanicam* illustravit jam suo tempore *Theophrastus*. At vero nostris temporibus longe luculentius adjuvatur ejus studium legendis variis, iisdemque praestantissimis scriptis. Et *primum* quidem utiliores ex *elementariis* libris sunt fere *Caroli a Linné* (*Philosophia Botanica*, nunc quidem cura *Curtii Sprengel*, Halae 1809. 8.), *Henr. Frid. Link* (*Elementa Philosophiae Botanicae*, Berol. 1824. 8.), *C. F. Brisseau-Mirbel* (*Elémens de Physiologie végétale et de Botanique*, Paris. 1815. III. Pp. 8. cum 71. tabb.), *K. S. Kunth* (*Handbuch der Botanik*, Berol. 1831. 8.), *A. P. De Candolle* (*Théorie élémentaire de la Botanique*, Paris. ex altera ed. 1819. 8.). *Dein* vero praecipua *Systemata Botanica* censentur: *Car. a Linné*, *Systema Vegetabilium* (ex 16a ed. cura *Curtii Sprengel*, Goett. 1823. V. Voll. 8.). et Ejusd. *Genera Plantarum* (ex 9a ed. ejusd. C. *Sprengeli* cura, ibid. 1830. II. Voll. 8.): tum porro *A. L. de* Jus-

*Jussieu*, *Genera Plantarum* (Paris. 1789. 8.), *Car. Lud. Wildenow*, *Species Plantarum* (Berol. 1797—1824. VI. Voll. 8. Nova autem editio 1831 sq. parari coepit a *Linkio*, *Dietrichio* et *Schwägreicheno*); *A. P. Candolle*, *Prodromus Systematis nat. Regni Vegetabilis* (Par. 1824—18 IV. Voll. 8., sed ulterius continuandus), *F. F. Bartling*, *Ordines naturales Plantarum* (Goett. 1830. 8.) et *I. Lindley*, *An Introduction to the natural System of Botany* (Lond. 1830. 8.). *Denique* de Plantarum Anatome, Organographia et Physiologia consulendi *Curtius Sprengel* (*Vom Bau und der Natur der Gewächse*, Halae 1812. 8.), *D. G. Kieser* (*Grundzüge der Anatomie der Pflanzen*, Jenae 1815. 8. et Idem, in *Mémoire sur l'organisation des Plantes*, in *Commentt.* alterius Soc. *Teylerianae* Vol. XVIII); *F. J. F. Meyen* (*Phytotomie*, Berol. 1830. 8. c. figg.) *A. P. De Candolle* (*Physiologie végétale* Paris. 1832. III. Voll. 8.). aliis, etsi praeclaris, Scriptoribus (*Persoono*, *Kraussio*) citandis, brevitatis et nostri instituti memores, consulto abstinemus.

(4) *Zoölogiae*, post *Aristotelem* et *Ælianum* atque *Plinium* e Veteribus, praestantissimi Scriptores fuerunt *U. Aldrovandus*, *Jo. Johnstonus*, *Jo. Rayus*, *G. L. Le Clerc*, Comes de *Buffon*, quique ipsi adjungendi sunt *Daubentonus* et *La-Cepedius*; porro *J. R. G. Illigerus* *Georgius* (*Leop. Chr. Fr. Dagobert* Baro *de*) *Cuvier* (*Le Règne animal distribué d'après son organisation*, Paris. ex altera ed. 18 V. Voll. 8.). His add., ne de aliis dicamus, *J. B. Wilbrand* (*Handbuch der Naturgeschichte des Thierreichs*, Giessae 1829. 8.); *Latreille* (*Familles naturelles du Regne animal*, Par. 1825. 8.), et aestumatissimus Collega noster, *Jo. van der Hoeven* (*Handboek der Dierkunde*, Delphis et Amst. 1827—1833. II. Voll. (IV. Pp.) 8. cum 20. tabb. lithographis). Mitto innumeros illos, qui de diversis Animalium Classibus, adeo Ordinibus, peculiariter egerunt; ut e. g. de *Mammalibus*, *J. C. Erxleben*, *Th. Pennant*, *Jo. Bewick*, *Eduardus Griffith*, Fratres *Vallardi* (*Pietro* et *Giuseppe*) alii, praesertim *J. Ch. D. Schreber*; — de *Avibus*, *Jo. Edwards*, *Brisson*, *Daubenton*, *Pennant*, *Catesby*, *Daudin* *Nozeman* et *Sepp*, aliosque ut mittamus, *Jo. Andr.* et *Jo. Fr. Naumann*, et *C. J. Temminck* (*Manuel d'Ornithologie*, ex 2a. eaque Parisi ed.); — de *Amphibiis*, *Alb. Seba*, *De la Cèpède*, *Schneider*, *Schinz*; de *Piscibus*, *Willougbei*, *Artédi*, *Gouan*, *M. E. Bloch*, *De la Cèpède* al.: — denique de inferiorum Ordinum animalibus (non vertebratis), *A. Roeselus*, *Jo. Swammerdam*, *Jo. Chr. Fabricius*, *De Réaumur*, *Lesser* et *Lyonnet*, *Géoffroy*, *Latreille*, *Guil. Kirby* et *Guil. Spence* (*Introduction to Entomology*, Lond. ex quinta ed. 1831. IV. Voll. 8. II. Voll., icones complexis; ad quartam ed. (a. 1827.) *Jo. v. d. Hoeven* Belg Opus interpretari coepit et edere Roterod. 1828 sq. II. Partt. 8.); *J. B. de Lamarck* (*H. N. des animaux sans vertèbres*, Paris. 1815 sqq. VII. Voll. 8. *O. Fr. Müller*, et *Daudebard de Ferussat* (*H. N. des Mollusques terrestres et fluviatiles* etc.: de cujus operis splendidi argumento vid. *Annales géné*

*tes des Sciences physiques*, Tom. IV. p. 319—348.). — Quoniam vero sine *Anatomiae comparatae* studio parum proficitur in accuratiore singulorum generum et specierum, adeoque diversorum quidem, sed affinium et sibi invicem (ut in arte loqui solent) adstantium, animalium, cognitione, omnino *Zoologiae* studium aliquam certe postulat in *comparata Anatome* positam industriam. Quapropter hic Theologiae Studioso etiam commendandi *Geo. Cuvierius* (*Leçons d'Anatomie comparée*, Paris. 1805. V. Voll. 8. quarum nova, quam *Cuvierius* jam meditabatur, editio exspectatur a laboris socio, *Duvernoyo*,), et (ex multis aliis, quos inter eminet Nostras, *Petrus Camper*), *Car. Gustav. Carus* (*Lehrbuch der Zoötomie, mit stäter Hinsicht auf Physiologie*, cum 20. tabb. aeneis, Lipsiae 1818. 8., Ejusdemque *Erläuterungstafeln zur vergleichenden Anatomie*, Ibid. 1826 sq. f. m.). Add. *Io. Fr. Blumenbach* (*Handbuch der vergleichende Anatomie*, Goett. 1805. 8.) et *J. F. Meckel* (*System der vergl. An.*, Halae 1821. V. Voll. 8.).

(5) Insignem profecto Sacrarum Literarum interpreti utilitatem praestat disciplinarum Physicarum peritia. Nam *et* nonnullorum locorum rectam adjuvat intelligentiam, *et* cavet, ne in turpissimos ipse errores, eosque haud raro absurdissimos, sive loquendo pro concione, sive commentario in S. S. scribendo, incidat, eoque ludibrium debeat peritioribus. » Quoniam vero," quod verissime dixit *Jona Guil. Te Water*, V. C. (in *Scholis* ineditis ad *Ernestii Institutionem Interpretis N. T.* P. III. Cap. X. §. 27.), » cuivis non contingit tam felici esse, ut in patentes illos rerum naturalium campos possit exspatiari, necesse est, ut interpres N. T. in consilium advocet Scriptores nonnullos, e quibus ea addiscat, quibus facultatem nanciscatur cavendi sibi a turpissimis erroribus." Cum tamen praestet suis, quam alienis, cernere oculis, et dulcius ex ipso fonte bibantur aquae, tum vix sine accuratiore, eoque nunquam prorsus intermisso, studio errores semper evitari poterunt, quoniam novi quotidie, nostra maxime aetate, in naturalium rerum scientia fiunt profectus, et errores dudum recepti, redarguuntur. Quantum autem hac in parte Theologi intersit, indefessam huic potissimum Scientiae operam navasse, suo exemplo et alii demonstrarunt, et imprimis *Jo. Jac. Scheuchzerus*, tam *minore* Opusculo, quo *Jobi* libro ex Physicis lux accenditur (ex Belgica *Isaäci le Long* versione inscripto: *Jobs heilige Natuurkennis vergeleken met de hedend. Natuurkunde*, Amst. 1730. 8.); quam *majore* longe et praestantiore Opere, cui titulum fecit: *Physica Sacra*; quod primum a. 1727 sq. *Latine et Germanice* f. m. cum multis tabulis aeneis prodiit, *Belgice* Amstelod. 1735. XV. Voll. f. m.: dein *Germanice* denuo editum, valde immutatum et auctum studio et opera *Jo. Mart. Milleri*, Augustae Vindelicorum, a. 1731—1735. cum 750. tabb. aen. f. m. Splendidum vero opus omnium usui magis aptavit *Sam. Gottl. Donatus*, eoque vita functo *Ant. Frid. Büschingius*, Lips. 1777 sqq. 4. Atque ad hanc postremam ed. *Belgica* adornata est interpretatio a *Laurentio Meyer*, V. C., inscripto *Bijbel der Natuur, ontworpen door J. J. Scheuchzer en M. S. G. Donat — vermeerderd en uitgeg. door Dr. A. F. Büsching*, in

't

*'t Nederd. overgez. en met aanvullende Toegiften en Aanmerkingen v*
*zien door L. Meyer*, etc. Amstel. ex altera ed. 1787. XII. Tomis, (XV. V
8. — Interpres autem (*Praefationis* p. XXVI sqq.) ex *Jo. Geo. Wal*
*Bibliotheca Th. Sel.* T. IV. p. 342. sylvam Scriptorum, huc pertinenti
citavit. — In illis autem eminent, — quod ad *Mineralogicae* de lapidi
pretiosis doctrinae in Sacra Exegesi usum (v. c. ad vestitum summi Isr
litarum Pontificis, ad *Jobi* cap. XVIII, ad *Apocal.* cap. XXI.), post *E*
*phanium* aliosque, *Matth. Hillerus* (*De Gemmis in pectorali Summi P*
*tificis*, Libris II); — cui add. e. g. *Jo. Braunius* (*De vestitu Sacerdot*
*Hebr.* Lib. II. cap. 3.); — quod ad *Botanices* usum (ad arbores et pla
in S. C. memoratas), idem *Hillerus* (in *Hierophyto*, Traj. 1725. 8.),
*Henr. Ursinus* (in *Arboreto Biblico*), *Adr. Cocquius*, *Jo. Meursi*
alii; quibus add. *J. van Rohr* (*Godleerende Plantkunde*, Harlemi 1764. 8
praesertim *Olaus Celsius* (in *Hierobotanico*, *sive de plantis S.*
Amst. 1748. 4.); — quod ad *Zoölogiae* (v. c. ad leges de mundis et i
mundis animalibus, et alia bene multa), *Jo. Henr. Majus*, *Wolfg. Franz*
*Jo. Cyprianus*, *Sal. van Til*, praeprimis *Sam. Bochartus* (in *Hie*
*zoico*). Alios bene multos mittimus; unum tantum ex antiquioribus mem
rantes Nostratem, *Joannem de Mey*, qui *Commentaria Physica*, *sive E*
*positionem aliquot locorum Pentateuchi Mosaïci*, *in quibus agitur*
*rebus naturalibus*, Medioburgi a. 1651. 4. edidit.

(6) Pertinent huc praestantissima *Rayi*, *Nieuwentytii*, aliorumque be
multorum scripta, inferius suo loco indicanda (§. 82. ann. 12.).

(7) Conf. ex. gr. *Jo. Jac. Schmidt*, *Biblischer Physicus*, Lips. 17
8. (Belgica Versio prodiit Amst. et Dordr. 1769.). — Utendum igitur di
genter est operibus, qualia sunt *W. J. 's Gravesandii Physices Elemen*
*mathematica* (L. B. 1742 et 1753. II. Voll. 4.), *Petri van Musschenbro*
*Institutiones Physicae* (L. B. 1748. 8.) et *Introductio ad Philos. Nat*
*ralem* (L. B. 1762. II. Voll. 4.); *Jo. Keillii*, ex Anglico Sermone Belg
reddita, *Inleiding tot de Natuur- en Sterrekunde* (cum additamentis J
*annis Lulofs*, L. B. 1751. 4.), *Jo. Henrici van Swinden*, *Positiones Ph*
*sicae*, ad finem cheu! non perductae. Mitto alios, in quibus sunt, e
*Nolet*, *Erxleben*, *Krüger*, *Priestley*, caet. Ex recentissimis hujus gen
scriptis quaedam citasse non prorsus inutile fuerit Itaque proderit illi,
populariter sibi exponi universam doctrinam Physicam cupiat, *Micha*
*Hube Vollständiger und fasslicher Unterricht in der Naturlehre*, *in*
*ner Reihe von Briefen*, (Lipsiae 1793, et emendatius 1801. IV. Voll.
*Dynamicae* rationis, cujus stator fuit *Immanuël Kantius*, cognoscen
cupido satisfacient *Friderici Hildebrandt Anfangsgründe der Dyna*
*schen Naturlehre* (Erlangae 1807. II. Voll. 8.). Subtiliorem vero et
riorem institutionem, simul cum optimorum, praesertim recentiorum, S
ptorum catalogo, praebebunt *Geo. Frid. Parrot* (in *Grundriss der the*
*tischen Physik*, Rigae 1809, 1811. II. Voll. 8.), *G. W. Muncke* (in
*fangsgründe der Experimental-physik*, — et *Anfangsgr. der Mathem*

und physischen *Geographie nebst Atmosphärologie*, Heidelb. 1819, 1820. II. Voll. 8.); *Jo. Ph. Neumann* (*Lehrbuch der Physik*, Vindob. 1818 et 1820. II. Voll. 8.) et *C. W. G. Kästner* (*Grundriss der Experimentalphysik*, Heidelb. 1809. et emendatius 1820. II. Voll. 8.). Alios mitto *Germanos*, qui ingenti caeteroqui numero laudari possent. Ex *Gallis* huc imprimis pertinent *R. T. Haüy* (*Traité élémentaire de Physique*, ex altera ed. Paris. 1806. II. Voll. 8); *J. B. Biot* (*Traité de Physique élémentaire et mathématique*, Paris. 1816. IV. Voll. 8. Ejusdemque *Précis élémentaire de Physique expérimentale*, ibid. 1817. II. Voll. 8.); *F. S. Beudant* (*Essai d'un Cours élémentaire et général des Sciences physiques* (*Partie Physique*) Paris. 1815. 8.) et alii non pauci, sed non omnes hîc recensendi. *Anglorum* praecipui fere sunt: *Tob. Cavallo* (*The elements of natural or experimental Philosophy*, Lond. 1803. IV. Voll. 8.) *Th. Young* (*Lectures on nat. Philosophy and the mechanical arts*, Lond. 1807. II. Voll. 4.); *J. Plaifair* (*Outlines of nat. Philosophy*, Lond. 1814. III. Voll. 8.). *Italos*, veluti *Ranierum Gerbi*, *G. S. Poli*, hîc praetermittendos duco. Non etiam diserte commemoranda videntur *Lexica physica*, qualia sunt *Anglicum Huttoni*, *Gallica Brissoni* et *Broignardi*, *Cuvierii* aliorumque, *Germanica Gehleri*, *Fischeri*, *Meyeri* etc. Longum etiam sit *Ephemerides*, huc spectantes, recensere, ut *Anglicas Nicholsoni*, *Thomsoni*, al., *Gallicas Gay-Lussaci*, *Rosierii*, *Delametherii* et *Blainvillii*, al., *Germanicas Gilberti*, *Schweiggeri*, al.; ad quas nuper accessit *Belgica*, auctoribus Viris Cl. *Van Hall*, *Vrolik* et *Mulder* (Amst. 1826 et *seqq.*). — Observandum autem, haud pauca laudatorum hac ann. Scriptorum non *tantum* spectare eam doctrinam, quam eximie, vel stricte, *Physicam* vocare solemus, sed vicinas quoque, praesertim *Chymiam*. — Quodsi quis, aut ad honestam recreationem (qua interdum Theologo haud secus, atque alii cuivis, in severiora studia omni virium contentione incumbenti, opus est), aut, quo melius noxiis opinionibus praejudicatis obviam ire possit; si quis igitur illam Physicae partem dextre tractare cupiat, quae imperitos inexspectatis, et ad speciem miraculosis, effectibus attonitos tenet, mox tamen instituendos et ab omni superstitione, ex Naturae ignorantia proficiscente, ad veri notitiam revocandos; ei commendari prae caeteris posse videntur scripta *Henrici Decremps*, veluti *La Magie blanche devoilée*, — *Supplément à la M. b. d.*, — *Les petites aventures de Jerôme Sharp*, — *Testament de J. S.*, — *Codicile de J. S.* (Paris. 1785—1789. 8.), et *Joannis Christ. Wiegleb* (*Die natürliche Magie*; quod opus inchoaverat *Jo. Nic. Martius*, Berolini 1782. XIX. Voll. c. Ind. 8.), quem excepit *Jo. Sam. Halle* (*Fortgesetzte Magie*, *oder die Zauberkräfte der Natur* etc. Ibid. 1788. VI. Voll. 8.). Pauciora, nec spernenda tamen, dabit *Sam. Witgeest* (*Natuurlijk Toverboek*).

(8) *Derhami Astrotheology* (Belgice reddita, L. B. 1728. 4.) in omnium manibus versatur. Ex quo libro aliisque (quorum unum ex novissi-

simis memoramus, nempe *Gottlobi Leber. Schulze*, inscriptum *Astronomi per Nic. Copernicum instaurata, religionis et pietatis Christiana per Martinum Lutherum ad Sacrae Scripturae normam repurgata egregia adjutrix*, Budissae, 1830. 8.; — ex his autem et similibus) ( didicerit, quantum Theologi intersit Astronomiae non imperitum esse, lubenter ejus studio adhibebit scripta *De la Caillii*, *De la Landii*, *Delai brii*, *Euleri*, *Bodii*, aliorumque hujus Scientiae doctorum, maxime cel brium. Qui vero nondum eo mathematicae peritiae profecerit, ut his similibu ve scriptis commode uti possit, is interim utatur populari Astronomiae ins tutione, qualem exhibuit *Frid. Theod. Schubert* (*Populäre Astronomi* Petroburgi, 1804 sqq. 8.) et dudum antea auctor libri vernacule scripti, ( titulus: *Astronomische Oefening* (II. Voll. Amst. 1769. 8.): vel *Mentel* Opusculo, valde illo laudato, quod Germanice versum a *Geo. Frid. Ko denbusch*, inscribitur *Anfangsgründe der Weltbeschreibung*, (Nürnberg 1788. 8.). — Perutile vero fuerit quoque, Historiam Astronomiae, tam a tiquam, quam recentiorem, ducibus *Weidlero*, *Estevio* aliisve, imprim *Baillyo* (*Histoire de l'Astron. ancienne*, Paris. 1775. 4. — *modern* ibid. 1779. II. Voll. 4.), vel potius *Delambrio* (*Hist. de l'Astron. ancie ne*, Paris. 1817. II. Voll. 4. — *moderne*, ibid. 1821. II. Voll. 4.), accura cognoscere.

(9) *Chymia* (vel *Chemia*) quem praestet usum in interpretanda, et, u opus est, vindicanda, Historia Sacra, ut alii ostenderunt, ita praeserti adversus *Voltarium* disputans, Abbas *Guéné* (in *Lettres de quelques Ju à M. de V.*, ex belg. interpr., infra (§. 51. ann. 2.) laudanda, Tom. p. 120 sqq.). Cum vero Scientia, nova in dies incrementa capiens, errore graviores, leviores, ante *Lavoisierium* admissos, quotidie fere corriga Theologo, ne ridicule erret, omnino opera danda est, ut statum Chymi hodiernum, ad antiquiorem comparatum, bene cognoscat. Itaque ne rud quidem Scientiae apud Ægyptios initia observare recuset, aut progressus l viores, imprimis apud Neo-platonicos Sec. IV, mox apud Arabes, deniq apud Europaeos. Apud hos quidem, post Alchymistas et Pharmaceutico philosopham Chemiae tractandae rationem ostendere instituerunt *Barneriu Bohnius*, *Becherus*, *Boerhavius*, *Bergmannus*, *Scheelius*, *Hoffmann* aliique, imprimis *Geo. Ernst. Stahlius*. Cujus *phlogisticae*, quae voc solet, *Chemiae* plerique omnes ubivis addicti fuerunt, donec, *Priestle* a. 1774. *aërem dephlogisticatum* detegente, prima innovandae Chemiae a data est. Sed prorsus et de integro emendandae illius signum demum susti *Lavoisierius*, cujus doctrinam, inter alios, eximie explicuit *Fourcroius*, ( quuntur et ornant omnes recentissimi Chemici, quorum continuo studio pl quotidie nova inveniuntur. In universum hodierna Chymiae periodus *electi chemica* a plerisque vocatur. Historiam uberius descripserunt *Gmelin Wieglebius*, *Trommsdorfius*, *Büchnerus*, alii. Ex *Compendiis*, non brev ribus illis, quam ut Theologus iis commode utatur, citanda potissimum su

*J.*

*Jac. Berzelii Lehrbuch der Chemie* (*aus dem Schwedischen übersetzt*, Dresdae 1825—1831. IV. Voll. VI. Pp. 8.), *P. T. Meissneri Handbuch der allgemeinen und technischen Chemie* (Vindob. 1819—1833. V. Voll. X. Pp. 8.), et, quod primo loco recenseri par fuerat, quippe ex *Reinwardti*, V. C., Collegae aestumatissimi, sententia opus praestantissimum et caeteris perfectius, *Leopoldi Gmelin Handbuch der theoretischen Chemie* (Francof. ad M., 1827 sqq. II. Voll. IV. Pp.). Add. *Caroli Lud. Dumas Elémens de Chemie technique*, (Paris. 1830. 8.) et *A. Ure Dictionary of Chemistry and Mineralogy* (Lond. 1833. 8.). His jungi et *Lexica* poterunt, etiam quae ante periodum *Lavoisierianam* prodierunt; ex. gr. illud, quod, a *Macquero* Franco-Gallice conscriptum est, a *Leonhardio* Germanice redditum, atque etiamnum in nonnullis, prudenter adhibitum, cum utilitatis fructu consuli potest, inscriptionem praeferens: *Peter Joseph M.'s Chymisches Wörterbuch, oder allgemeine Begriffe der Chymie nach alphabetischer Ordnung, aus d. Fr. nach d. 2en Ausg. übers. u. m. Anmerkungen u. Zusätze vermehrt von Joh. Gottfr. L.*, Lips. 1781 sqq. VI. Voll. 8. — In eorum vero usum, qui suo veluti Marte, utilissimo Chymiae studio operam dare cupiunt, adhuc citamus *F. A. C. Gren* et *Christ. Frid. Bucholtz* (et post hujus obitum *Rudolphi Brandes*) *Grundriss der Chemie, nach den neuesten Entdeckungen entworfen, und zum Selbstunterricht eingerichtet* (ex quarta, emendata et immutata ed. Halae et Berolini, 1818. II. Voll. 8.); ubi quaecunque *Davyus* et *Berzelius* invenerant et docuerant, jam omnia fere inveniuntur. Add. *Ferdinandi Würzer Handb. der popul. Chemie — zur Selbstbelehrung bestimmt* (Lipsiae ex tertia ed. 1820. 8.): et *Guil. Thom. Brandes, Handbuch der Chemie für Liebhaber* (ex Anglico sermone Germanice versus, Lipsiae, 1820. II. Voll. 8.). Item *Martini Nicolai Beets Volks-Scheikunde* (a Societate *pro Sal. publ.* praemio ornata et ed. in suis *Opp.* 1815. (*Prijsverhandelingen*, T. XVI.).

(10) *Anatomes* et *Physiologiae* studium quantopere faciat ad Creatoris, in Corporis Humani, ut et Animalium structura, adorandam sapientiam, jam Veteres, praesertim *Galenus*, luculenter ostenderunt. Pertinent huc etiam plerique Scriptores, modo (ann. 5—7.) laudati, et prae caeteris *Paleyus* (§. 82. ann. 12. laudandus). Praeterea impedit utriusque doctrinae peritia, ne inepte versemur in interpretando S. C., e g. in locis Gen. IX. 4. Deut. XII. 23. Act. IX. 18. etc. Turpe propterea sit, Theologum harum rerum prorsus esse rudem. Ad discendam autem Anatomiam, praeter *Jos. Jac. Plenckii Primas Lineas Anatomes* (Viennae, ex quarta ed., 1794. 8.), et *A. F. Hempeli*, e Germanico sermone a *Jacobo Vosmaer*, V. C., in Belgicum translata Elementa (*Grondbeginselen der Ontleedkunde*, ex tertia, aucta illa et emendata ed., Harlemi 1833. 8.), commode uti poterit *Barth. Eustachii Tabulis Anatomicis* (praesertim, uti recognitae sunt et illustratae a *Bern. Siegfr. Albino*, L. B. 1744, et melius etiam 1761. f. m.), vel potius *Jo. Chr. Loderi Tabulis Anatomicis* (Vinariae 1803. f. m. quae mi-

minore cum maxime, quam olim, aere veneunt); vel *Jul. Cloquetti Anatomie de l'homme, ou description des figures de toutes les parties du Corps humain* (Paris. 1821—1832. LII. particulis, f. m.); vel *W. J. Weber, Anatomischer Atlas*, Dusseld. 1831. f. m. Add. *Frid. Hildebrandt, Handbuch der Anatomie des Menschen*, ex *quarta*, valde aucta et emend. editione, quam curavit *Ern. Henr. Weber* (Brunsvici 1830—1832. IV. Voll. 8.). Mitto *Culmos, Winslowos, Sabatierios, Sömmeringios, Rosenmülleros*, et, qui de *Cerebri* potissimum anatome meruerunt, *Gallos, Spürzhemios*, caet. *Physiologiam* vero ex saepius recuso et identidem emendato *Anthelmi Richerand* Compendio (*Nouveaux Elémens de Physiologie*, Paris., novissime 1833. III. Voll. 8.) satis, pro suo instituto, futurus Theologus percipiet. Poterunt autem, si otium sit, utiliter addi Scriptores alii, *tam majorum Operum*, ut *Alb. Hallerus* (*Elementa Physiologiae corporis humani*, Lausannae 1757. VIII. Voll. c. *Auctario*, Lips. 1780. 4.), aut potius, ex recentioribus, *Xaverius Bichat* (cujus opus praestantissimum, Gallice conscriptum, Germanice versum ab *H. Pfaffio*, titulum praefert: *Allgem. Anatomie, angewandt auf die Physiologie und Artzneiwissenschaft*, Lips. 1803. II. Tom. IV. Pp. 8.); vel *Mich. Lenhossek* (*Physiologia Medicinalis*, Pessini 1816. V. Voll. 8.): *quam Compendiorum*, ut *Blumenbachius* (cujus *Physiologiae* Compendium primum a *Wolffo*, dein a *Jacobo Vosmaer*, V. C., utroque immatura aetate exstincto, Belgice versum est, titulum praeferens: *Grondbeginselen der Natuurkunde van den Mensch*, Harderov. 1807. 8.), *Car. Lud. Dumas* (*Principes de Physiologie, ou Introduction à la Science expérimentale, philosophique et médicale de l'homme vivant*, Paris. 1806. IV. Voll. 8. Germanice versa a *L. A. Kraus* et *C. J. Pickhard*, Goett. 1807. II. Voll. 8.). Dolendum profecto, eximios Physiologos, *Car. Arnaud Rudolphium* et *Gerbr. Bakkerum* inopina morte impeditos esse, quo minus inchoata opera praeclara (illius quidem: *Grundriss der Physiologie*, Berol. 1821. II. Voll. 8.); hujus vero: *de natura hominis*, Gron. 1827. 8.) ad finem perducerent. Prae multis autem aliis memorari hac opportunitate debet *G. R. Treviranus*, propter praestantissimam de *Vita* Commentationem (*Biologie, oder Philosophie der lebenden Natur*, Goett. 1802 sqq. VI. Voll. 8.), quibus add. Ejusd. *Physiologische Fragmente*, Hannov. 1797. II. Voll. 8.

(11) Haud parum lucis illis Sacri Codicis locis, ubi varia *morborum* genera memorantur, accensum est a Viris, artis salutaris peritis, veluti *Guilielmo Aber* (cujus *Diss. de aegrotis Euang.* repetita est in *Criticis Sacris* T. IX.), *Thoma Bartholino* (cujus duas Commentationes, alteram *de morbis Biblicis*, alteram *de Paralyticis N. T.*, *Thomas Crenius* recudendas curavit in *Opusculis ad Hist. et Philol.* spectantibus, Fasc. VI. p. 309—516), *Richardo Mead* (in *Medica Sacra, vel Comment. de morbis Biblicis insignioribus*, ex locupletiore ed. L. B. 1777. 8.), *Jo. Macquet* (in Diss. vernacule scripta *de morbis Biblicis*), *Jo. Jac. Schmidt* (*Biblischer Medicus*, Lips. 1743. Belgice vers. Amst. 1770. 8.) etc. Interdum Medicorum

ope

ope gravissimae Religionis doctrinae fuerunt confirmatae vel illustratae. Ita non tantum *Herm. Conringius*, Medicinae Prof. Helmstadiensis (in *Discursu de Jesu Christi cruento sudore, et morte ejus repentina, — de aqua et sanguine, ejus demortui latere jam defluentibus*, rep. Halae 1805. 8.), et expertiss. *Jo. van der Haer* (in *Uitgezochte Genees- en Heelkundige Mengelschriften*, Tom. II. Diss. 18 et 19.) partem historiae perpessionum *Jesu* nova luce donarunt: sed Jesum vere mortuum esse, quod nonnulli negaverant, syncopsin passum esse Servatorem, contra fidem omnium Apostolorum, contendentes; id igitur peritissime demonstraverunt Medici clarissimi; inter *Germanos* quidem uterque *Grüner*, pater et filius, *Car. Frid. Ferd. G.* (*Comment. antiquario-medica, de Jesu Christi morte vera non simulata*) et *Chr. Gothofr. G.* (*Vindiciae mortis Christi verae*); quibus add. *Geo. Gottl. Richter* (Diss. 4. *de morte Servatoris*, Goett. 1775, 4.), inter *Nostrates* vero *Casparus Rensing* (*Verhandeling, betreffende eenige merkwaardige bijzonderheden van het lijden, sterven en de opstanding van onzen Heer en Zaligmaker Jezus Christus, uit een Geneeskundig oogpunt beschouwd*, Amst. 1806, iterumque emend. et annott. ab *Isbr. van Hamelsveld* aucta, ibid. 1807. 8.). — Atque haec speciminis ergo sufficiant. At vero non negligendus Theologo insignis usus est, quem Pastori, praesertim qui rurali coetui sit praefectus, ubi non ita facile, certe non semper tam cito, quam quidem opus est, Medicus arcessi potest, praestare possit aliqua artis medicae scientia. Quamvis enim a futuro Theologo postulari sine iniquitate nequeat, ut etiam *Medicinae* studium *Theologiae studio* adjungat (quod in Suecia aliquando postulatum esse legere me memini); tamen egregie prodesse poterit et sibi suisque, et vero etiam coetûs sociis, si, lectitandis optimis popularem Medicinam exponentibus scriptis, qualia sunt *Tissoti* et *Lamb. Bickeri*, *Hufelandi*, *Willichii*, *Bosveldi*, *Gerbrandi Bakker*, *Vitringae Coulon*, *Penninkii* aliorumque, eam sibi facultatem compareret, ut absentis vices Medici plerumque explere queat, et, in gravioris certe morbi initio, bono consilio aegrotis eorumque familiae dando, impediat, quominus jam ante arcessiti Medici adventum, eorum culpa, morbus insanabilis fuerit redditus. Ne dicam, hac peritia praeditum Pastorem, in visitandis et admonitione atque consolatione adjuvandis aegrotis, ab iis sibi solicite cauturum esse, quae, aut sibi ipsi nocitura essent, aut Medici conatibus adversatura.

## §. 44.

### *Mathematicae studium.*

At vero non multum proficiet in Physicae notitia, quisquis Mathematicae vel nullam navet, vel perexiguam tantum, operam (1). Est hujus profecto insignis utilitas in omnibus, quae ad quotidianam vitam bene et beate transigen-

igendam faciunt, artibus. Sed in quibusvis etiam aliis do ctrinarum studiis recte regundis insignis Mathematici stu dii vis est, sive ad acuendam ingenii et judicii aciem, siv ad frenandum imaginationis nimis luxuriantis impetum, si ve ad augendam abstractae meditationis vim, sive deni que ad conciliandam illam « nibil *temere* credendi " con suetudinem, quam « nervos atque artûs sapientiae," *Epi charmum* secutus, dixit *Q. Cicero* (2). Itaque Theo logo futuro, et hoc nomine, quicquid alii imprudentiu contra dixerint (3), illud studium commendandum est et eo etiam, quod ad illustrandum, et vero a calumniis de fendendum, Sacrum Codicem haud mediocriter facit (4) Quocirca summi omni aevo Theologi, suo ipsi exemplo quanti facerent Mathematum doctrinam, passim ostende runt (5). Non quidem ab omnibus et singulis Theologia Studiosis id requiri posse videtur, ut in sublimiorem ejus quae *pura* dicitur, Matheseos partem, toti incumbant multoque minus, ut *mixtam*, quam *applicatam* vulgo vo cant, omni suo ambitu consideratam, addiscant. Hoc enii eorum potius est, qui in arte mathematica vitae tabernaculu collocare cupiunt. At Arithmeticae tamen, Geometriae e Trigonometriae, tam sphaericae illius, quam planae, Alge brae item, haud vulgarem eos oportet adipisci peritian Quam in rem, praeter necessariam fidi, cui operam dent Magistri institutionem, lectio faciet et usus, primum *Curri culorum* Mathematicorum, eorumque praesertim optimo rum (6), dein *majorum* quoque *Operum* (7), interdu et *Lexicorum* (8). Provectiores peritia juvabit insup cognoscere Mathematicae artis origines et fata, hodierna que conditionis praestantiam (9).

(1) *Mathematicae* artis scientiam requiri, ut quis Physicae periti comparare possit, vix opus est ut demonstretur. Quis enim sine illa vel le re queat, nedum intelligere, scripta *Newtoniana*, aut opera majora, mi ra, qualia sunt *'s Gravesandianum*, *Musschenbroekianum*, *Haüyanu* caet.? Revera, » absque Mathesi nihil in Mechanica, Hydrostatica, O

» ta, Astronomia, probari posse, ideoque postquam Mathesis cum Philoso-» phia conjungi coeperit, hanc ad magnum subito fastigium increvisse," haud temere *Musschenbroekius* dixit l. (§. praec. ann. 7.) c. Cap. I. §. 7.

(2) *De petit. Consulatûs*, *ad M. fratrem*, cap. 10. Cf. *Epicharmi* verba ap. *Stobaeum* Serm. III. Caeterum, quod ad ipsam, de qua hoc loco agimus, rem attinet; *de praestantia et utilitate disciplinae mathematicae ad omnem ingenuam institutionem* publice dixit, in Rheno-Trajectina Academia, *Jo. Frid. Van Beeck Calkoen*, a. 1805. Philologiae cum Mathematicis studiis mutuam conjunctionem *Jo. Gurlittus*, sequente anno, Hamburgi declarare conatus est, *Narratione* de vita *Petri Henr. Christoph. Brodhagenii.* Dudum vero ante *Gurlittum*, eamdem rem suo modo egerat *Tiberius* ille *Hemsterhusius*, Oratione *de Mathematum et Philosophiae studio cum Literis humanioribus conjungendo* (cujus particulam repetiit *Ev. Scheidius*, in *Opuscc. de rat. Studii*, T. I. p. 211—216.): quem aegerrime tulisse refert *Ruhnkenius* (in *Elogio Hemsterhusii*, apud *Scheidium*, l. c. p. 187 sqq. et in *Opuscc. Ruhnkenii*, e nova ed. (L. B. 1823.) T. I. p. 258 sqq.), relictam esse Veterum sapientiam a recentioribus, Mathematicarum artium et Philosophiae studium a Philologiae et Literarum studio divellentibus. *Eorum* autem *in usum*, *qui* antiquorum more rituque *Matheseos studium cum Logices et Literarum humaniorum studio conjungunt*, *praecepta nonnulla Logica* suis *de Matheseos ratione*, *partibus atque methodo addidit* Vir Cl. *Schroederus*, mox ann. 6. laudandus. Negari certe nequit, extitisse, quavis fere memoria, qui Literarum studium Mathematicae doctrinae studio adjungerent, Viros eximios, et etiamnum esse. Imprimis hic legenda est *Jacobi de Gelder Diss.*, paulo ante (§. 42. ann. 2.) laudata: atque ad hanc et seq. ann. cons. *Jo. Fr. Buddeus*, in *Isag.* p. 295 sqq. *Jo. Aug. Ernestius*, in Praef. ad *Initia Doctr. Solid.* p. XI—XIV. Add. *Jo. M. Gesnerus* in *Isag.* §. 55. (Tom. ed. Niecl. I. p. 69.). — Non igitur faciendum cum *Epicuro*, Matheseos contemtore, sed propterea in crassos errores delapso (cf. modo idem *Gesnerus*, de mutua quoque Logicae et Geometriae necessitudine praecipiens, §. 773. II. 81.): neque cum *Henr. Cornelio Agrippa* (*de incertitudine et vanitate scientiarum*, Cap. XI sqq. et XXII seqq.), qui eadem oberrat chorda. Ex altera tamen parte, ut cavillatione et contemtu, sic etiam laudatione et admiratione, modum excedi posse, negari nequit; nec infitias eundum, mathematica doctrina aliquos graviter abusos esse. Quin Mathematicae non protinus infensi dicendi, qui vel de nimiis *illorum* encomiis aliquid detractum cupiunt, vel *horum* perversitati eunt obviam; quales fuerunt *Franc. Baco de Verulamio*, *Petrus Poiretus*, *Petrus Dan. Huëtius*, *Jo. Clericus*, *Christ. Thomasius*, *Bern. Nieuwentytius*, alii. Quamquam et hic, ut in aliis, saepe observes id, quod proverbio dicitur, » artem osorem non habere, nisi ignorantem." — Caeterum verbulo monuisse forsitan haud inutile fuerit, *Mathematicos* a nonnullis, in his a *Sexto Empirico* (*contra Mathematicos*), dictos fuisse dogmaticos discipli-na-

narum omnis generis doctores, ab aliis vero *Astrologiae* professores. Co *Gesnerus* l. c. (§. 780. II. 68.) *J. H. Suicerus*, in *Thesauro Eccl.* 285 sq. et Intt. ad Tit. 18. Leg. IX. *Cod. de malef. et mathematicis.*

(3) *Jo. Picus Mirandulanus* „nihil magis nocivum Theologo" di esse, „quam frequentem et assiduam in Mathematicis Euclidis exercitati „nem." Contra quem graviter disputantem vide *Jo. Alb. Fabricium*, *Bibl. Gr.* L. III. cap. XIV. §. 9. (Voll. II. p. 375 sqq.). Fortasse tame non omne Mathematicae studium, sed nimium istud, proscribere voluit, q Theologi animus a rebus sublimioribus et moralibus, aliarumque doctrinaru studio facile avocatur. Sic sane intelligenda videntur, quae hac de re *M billonius* (*de studiorum monasticorum ratione*, Gallice, Paris. 1691. Latine, seorsum et in *Pezii Bibl. ascet.* T. IX. p. 656.), quaeque *Step Gaussenus* (in Diss. *de utilitate Philosophiae ad Theologiam*, p. 3 sqq., rep. ab *Ev. Scheidio*, in *Opuscc. de rat. Stud.* T. III, ubi vide 233 sq.), minus, ut videtur, distincte dixerunt. Idem fere valet de *Petr Poireto*, quem citat et emendat *Buddeus* (*Isag.* p. 296 sqq.), memora et *Christ. Thomasium*, illis aliquatenus ὁμόψηφον.

(4) Ad dirimendam quaestionem de numero Israelitarum, qui cum Jaco in Ægyptum venerunt, et, Mose duce, ex Ægypto egressi sunt, de Levitaru multitudine, de copia victimarum, ad annua sacrificia pertinentium, de anni qui a condito orbe terrarum, ad diluvium usque, aut ab Abrahamo ad M sen, effluxerunt, aut quibus in Ægypto Israëlitae commorati sunt, aliisq similibus, Arithmetica peritia carere Theologus nequit. Neque feliciter vers bitur, sine Matheseos ope, in locis de Arca Noachica, Tabernaculo Mosaïc Æde Dagonis Asdodaea a Simsono diruta, Templo Salomoneo ejusque supe lectili, Templo Ezechiëlis, et similibus illustrandis. Quod docuerunt int alios *Bened. Arias Montanus* (Lib. V. *Antiqq. Sacr.*), *Sam. Reyher* (in *Mathesi Mosaïca*), *Jo. Bern. Wideburgius* (in *Mathesi Biblica*) *Bernh. Lamius* (de Tabern. foed.); *Guil. Whiston*, *Corn. Mell*, *D Millius* (de eod. et de Templo Salomoneo); *Jo. Lightfootus*, *Le Christoph. Sturmius*, *Christ. Horrebovius* (de eodem); *Hieron. a Pr do* et *Jo. Bapt. Villalpandus*, *Matth. Hafenrefferus*, *Camp. Vitrin* (de Templo Esechiëlis); *Jo. Clericus*, *Nic. Serrarius*, Docti Angli *Hi Univ.* auctores (Tom. II. Belg. interpr. p. 189.) *Wideburgius*, *Jo. J Schmidtus*, *Jo. Dav. Michaëlis*, aliique plures (de aede Sacra Dagonis quibus add. *Paulus Roeberus*, *Geo. Alb. Hambergerus*, *Hieron. Di lius*, *Henr. Klausingius*, al. (Conf. *Buddeus*, l. c. p. 299 sq.). Arithmeticae et Matheseos, tam *purae* illius, quam ad Staticam, Architec ram civilem, navalem et militarem, itemque ad Astronomiam et Optica adhibitae (*applicatae*) usu in Sacri Codicis interpretatione, data ope post alios egit *Jo. Jac. Schmidtus* (in libro, cui titulus est: *Biblisc Mathematicus*, Lips. 1742. 8., Belgice verso, Amst. et Dordr. 17 8.), et *Theoph. Christoph. Lilienthalus* totum utilissimi Operis (inf

ano l., §. 73. ann. 15. laudandi, quod inscripsit *Gute Sache der Offenb.*, — Belg. *Oordeelk. Bijbelverkl.*) Caput X, sive majorem Tomi V partem, impendit demonstrandae thesi, nihil esse in Sacro Codice, quod doctrinae *Mathematicae* et *Physicae* adversetur. Addi poterit epitomator ejus *Hamelsveldius*, (*Bijb. Verd.* T. III.) et *J. J. Scheuchzer*, supra (§. 43. ann. 5.) laud., et, quos hi ad l. Jud. XVI. citant, *Relandus*, *Shawus*, *Faber*.

(5) E Theologis, qui non contemnendam Mathematicis studiis operam impenderunt, praeter modo citatos, praesertim citandi sunt *Phil. Melanchthon*, *Jo. Wallisius* (cf. ann. 7.), *Barrovius*, *Rich. Bentlejus*, *Sam. Clarckius*, al.

(6) Tantus omnino est horum *Curriculorum* numerus, ut copia fere inopiam faciat. Quid igitur *Ozanamum*, *Sturmium*, *Wolffium*, *Segnerum*, *Kaestnerum*, *Langsdorfium*, *Karstenum*, *Clemmium*, *Abelum Burja*, *Schultzium*, *Schmidtum*, *Blaschium*, ex nostratibus *Pibonem Steenstra*, *Jacobum De Puyt*, *Jacobum Nieuwenhuis*, *Petrum van Campen* aliosve excitem? Quisque eo potissimum utatur libro elementari, quem sibi commendat Magister, sine quo tiro vix poterit felicem hac in arte collocare industriam; nam singularia plane *Pascalii* et paucorum aliorum sunt exempla. Pietas tamen me jubet optimi olim mei Praeceptoris, *Jo. Frid. Hennert*, *Cursum mathematicum* nominatim excitare (qui Traj. ad Rh. a. 1766 — 1775, IX. Voll. 8. prodiit); cui adjungere liceat Viri Cl., qui *Hennerto* et *Calkoenio* successit, *Jo. Frid. Lud. Schroeder*, *Elementa Matheseos purae*, (quorum Pars I, *Prolegomena* complectens, edita est Traj. ad Rh. 1831. 8., reliquas avide exspectamus).

(7) Verbi c. *Jo. Wallisii Opera mathematica*, Oxoniae, 1665 sqq. III. Voll. f. m. *Claudii Franc. Milliet Dechales Mundus mathematicus*, Lugd. 1690. IV. Voll. f. m. *Jac.* et *Jo. Bernoullii Opera mathematica* (prioris, Genevae, 1744. II. Voll. 4., alterius, Lausannae 1742. IV. Voll. 4.) utque ex recentioribus aliquem quoque indicemus, *Martini Ohm Versuch eines vollkommen consequentes Systems der Mathematik* (Berolini, ex altera ed. 1828 — 1830. IV. Voll. 8.). — Praeterea de singulis disciplinae partibus permulta majoris vel minoris voluminis scripta consuli ab illo, cui otium est, possunt, aut adeo merentur. Longum tamen sit, et minus ad nostram rem appositum, singula, quae hic in censum veniant, recensere. Quaedam tantum, exempli loco, digito veluti tangantur. Itaque ad *Arithmeticam*, praeter nonnulla eorum, quae praec. ann. indicata sunt, adhiberi possunt opera *Andraei Tacquet*, *Poetii*, *Clausbergii*, *Wilckii*, *Reesii*, *Vicumii*, *Fischeri*, *Rothii*, *Schonii*, *Metternichii*, *Viethi*, *Wuchereri*, et ex nostratibus *Ænaei* (*Bruntii*, *Wykii*), *Jacobi de Gelder* (*Allereerste gronden der Cijferkunst*, Hagae Com. 1819. II. Voll. 8.), quibus add. *S. F. Lacroix* (*Traité élémentaire d'Arithmétique*, Parisiis, ex undecima ed. a. 1811. 8.). Ad *Geometriam*, *Clairauti*, *Simpsoni*, etc., in his *Jac. de Gelder* (*Beginselen der Meetkunst*, ex altera ed. Hagae Com.

et Amstelod. 1817. 8.), et *Jac. Frid. Maler* (*Geometrie und Markscheidekunst*, ex quinta ed., quam *Gust. Frid. Wucherer* curavit, Carlsruhe, 1811. 8.), *Van Swinden* etc. Ad *Trigonometriam* utramque, *Keilii*, *Lamberti*, *Schulzii*, al. Ad *Algebram*, *Presteti*, *Graafii*, *Saundersoni*, *Maclaurini*, *Euleri*, al. imprimis *S. F. Lacroix* (*Élémens d'Algèbre*, ex 9a. ed. Parisiis a. 1811., et *Complément des élémens d'Algèbre*, ex 3a. ed. 1804.), et *Jac. de Gelder* (*Allereerste gronden der Stelkunst*, Hagae Com. et Amstelod. 1826. 8.), *Van Bemmelen* etc. Conf. *Historia Algebrae* auctore *Wallisio*, et *inventae* ejus, auctore *J. G. G*[*arnerio*] (*Histoire de l'invention de l'Algèbre*, in *Annales Belgiques* ad a. 1820.). Ad *Analysin infinitorum*, *l'Hospitalii* (*Analyse des infiniment petits*, et altera ed. Paris. 1715. 4.), *Varignonii*, *Stonii*, *Maclaurini*, *Euleri*, al. Ad *Coni sectionem*, *Barrovii*, *De la Hirii*, *Milnesii*, *Gregorii a S. Vincentio*, praesertim *Roberti Simsonii* (cujus Operis tres Libri priores, Germanice versi a *Camerero*, prodierunt Tubingae 1809. 8.), *Huttoni* (qui *Montuclae* potissimum habuit rationem), et primo omnium loco *Hugonis Hamilton* (*De Sectt. conicis tract. Geometr.* Lond. 1758. 8., et Anglice redd. ib. 1773. Germanice autem a *Jo. Jac. Feldhoff*, Confluentiae 1825 8.). Inter antiquos *Apollonius* hac parte eminuit, *magnique Geometrae* nomen adeptus est. Caeterum a tirone commode usurpabitur *Nic. Ypey* opusculum (*Grondbeg. der Kegelsnede*, Amst. 1796. 8.). Atque haec de *pura* sufficiant *Mathesi*, cum *inferiore*, quam dicunt, tum *sublimiore*: de *applicata* verbulo monendum superest. Itaque consulatur de Mathesi, adhibita ad *Mechanicam*, *Jo. Jac. Blassierus* (ex Belg. interpr., *Grondbeginselen der Werktuigkunde*, Hagae Com. 1764. 8.); ad illam ejus partem, quae de legibus *motûs* est, *Hermannus* (in *Phoronomia*, Amst. 1716. 4.); ad *Opticam*, *Sam. Clarkius*, *Rob. Smithus* (*A compleat System of Optick*, Cantabrigiae 1738. 4. etiam Belgice sub titulo: *Volkomen Samenstel der Optica of Gezigtkunde*, Amst. 1753. II. Voll. 4.) *Leon. Euler*, *Geo. Sim. Klügel*, *J. H. Lambert*, *Jo. Andr. Segnerus* al.; ad *Physicam* et *Astronomiam*, *Jo. Keillius* (§. 43. ann. 7. citatus *P. Steenstra* (*Grondbeginselen der Sterrekunde*, Amst. 1771. II. Voll. *Grondb. der Natuurkunde* ibid. 1776. II. Voll. 8.), et alii bene multi partim jam laudati, partim paulo post laudandi, ut et *Gregorius*, *Whitonus*, *Fergusonus*, *Röhlus*, *Delambrius*, *Francoeurius*, *Buggius*, *Rostenus* et *Mentellius* (quorum amborum opera in Germanicum sermone transfudit *Geo. Frid. Kordenbusch*, Noribergae 1772 et 1788. 8.), al.; ad *Artem nauticam*, *O. S. Bangma*, (*Grondbeginselen der Stuurmankunst*, Amst. 1816. 8.); — ad *Architecturam civilem*, *Goldmannus*, *Dupuisius*, *Sturmius*; — ad *militarem Architecturam*, *Vaubanus*, celeb Franco-Gallus, eoque non minor Nostras, *Coehoornius*, alios ut mittam Et haec quidem hactenus.

(8) Huc pertinent *Ozanami Dictionaire mathématique* (Parisiis 169 4.

4.), *Christ. Wolff*, *Mathematisches Lexicon*, (Lips. 1716. 8., ex quo aliquis tenebrio plurima suffuratus sibi vindicavit in *Math. Lex.* ibid. 1737. II. Voll. 8.) *Klügeli Wörterbuch d. mathematischen Wissenschaften*, caet.

(9) Consuluisse juvabit eos, qui *Matheseos historiam* conscribere aggressi sunt; quos inter, post *Ger. Jo. Vossium*, *Jo. Aug. Krebsium*, *Jo. Alb. Fabricium*, laudatos *Heumanno* (in *Consp. Reip. Lit.* cap. V. §. 6.), eminent *Jo. Christoph. Heilbronner* (*Historia Math. univ.*, Lips. 1742. 4.) et *J. F. Montucla* (*l'Histoire des Mathématiques*, Paris. 1758. II. Voll. 4. sed valde aucta et ad finem perducta per *Lalandium* ibid. a. VII—X. (1799—1802.) IV. Voll. Belgice a *Strabbio* redd. IV. Voll. 8.). Add. *Bern. Baldus*, *Abr. Gotth. Kaestnerus* (*Geschichte der Mathematik*, Goett. 1796 sqq. IV. Voll.) et *Car. Bossutus* (cum in *Dictionnaire des Mathématiques*, ed. in *Encyclopédie méthodique, ou Dictionnaire universel raisonné*, T. XVII. p. 747 sqq. ed. Ebrodun. a. 1773, — tum in opere, Franco-Gallice conscripto, cujus, Germanice a *N. Th. Reimero* versi et Hamburgi a. 1804. editi, inscriptio haec est: *Versuch einer allgemeinen Geschichte der Mathematik*, *mit anm. v. N. Th. R.*). — Jam vero dubium vix esse cuiquam potest, quin ab *Ægyptiis*, *Chaldaeis*, *Phoenicibus* origines Mathematicae Scientiae sint repetendae. Sed ne *Hebraei* quidem, post exitum ex Ægypto, omni dexteritatis in mathematica arte laude defraudandi sunt. Diversimode vero constituuntur historiae periodi; — aliis e. g. cum *Stonio* quinque epochas distinguentibus (*primam* ab inventoribus ad *Euclidem*, *alteram* ad *Archimedem* usque, *tertiam* ad *Apollonium*, *quartam* ad *Gregorium a S. Vincentio*, *ultimam* ad nostra usque tempora); aliis cum *Bossuto* quatuor periodis omnem historiam complectentibus (*prima* a Mathematicae artis origine usque ad Scholae Alexandrinae destructionem, *secunda* ab ejus per Arabes instauratione ad finem usque Seculi XV, *tertia* inde usque ad inventam infinitorum analysin, *ultima* ad haec, quae nos vivimus, tempora). Quomodocunque vero hoc agatur, semper erunt in summo honore nomina *Euclidis* (quem alii Alexandria in Ægypto, alii Perga in Pamphylia, alii Tyro, alii Gela Siciliae urbe, oriundum putant, quique ut Alexandro M. suppar, Theophrasti, Cratis, Heraclidis et Aristoxeni aequalis, ita Ptolemaeo Lagi F. imprimis gratus fuit et dilectus; cujusque *Στοιχεῖα*, *Δεδόμενα*, *Εἰσαγωγὴ ἁρμονική*, *Κατατομὴ Κάνονος*, *Φαινόμενα*, *Ὀπτικὰ στοιχεῖα* et *Κατοπτρικά*, Oxoniae a. 1704. cura *Jo. Hudsoni*, f. m., *Elementa* autem saepissime (Graece, Basileae 1533 f. m. Gr. et Lat., Parisiis, 1557, 1573, 1598, a *Stephano Gracili*, Argentorati 1564. a *Conr. Dasypodio*, et postea Londini, Venetiis, Coloniae Agrippinae etc.) edita et certatim in quasvis linguas transfusa sunt); — porro *Archimedis* Siculi, Euclide octoginta fere annis junioris (quem in Syracusarum expugnatione confossum a milite periisse, dux ipse Romanus Marcellus doluit, cujusque opera, quae aetatem tulerunt, sunt libri *Περὶ τῆς σφαίρας καὶ κυλίνδρου*, *Κύκλου μέτρησις*, libri *Ἐπιπέδων ἰσοῤῥοπικῶν*, *Περὶ ἑλίκων*, *Τετραγωνισμὸς παραβολῆς* et *Ψαμμίτης*, edita Gr.

Gr. et Lat. c. Comm. *Dav. Rivalti*, Paris. 1615. f. m. et postea saepiu Messinae, Londini, Noribergae, caet.): — denique *Apollonii* Pergaei (qu Apollonii Rhodii, Fabii Pictoris et Ennii aequalis fuit, maximopere laudat propter octo libros *Κωνικῶν στοιχείων*, quorum quatuor priores Romae 1537 Latine a *Jo. Bapt. Memmio*, Bononiae 1564. a *Frederico Commandino* f. m. editi sunt, tres vero ex quatuor posterioribus Arabice tantum exstant, Latine versi a *Borello*, c. n. *Jos. Cocchini*, Florentiae a. 1661. f. m. Praeter alias vero edd. in honore est Oxoniensis a. 1710. f. m. opera et studio *Edmundi Halleii*). Sed praeterea e Veteribus *Pythagoras*, *Diophantus*, *Ptolemaeus*, *Vitruvius*, e serioris aevi, praeter jam laudatos, Mathematici *Viëta*, *Harriotus*, *Cartesius*, *Leibnitius*, *Newtonus*, et, ex Astronomis *Copernicus*, *Tycho Brahéus*, *Galilaeius*, *Keplerus*, *Hugenius*, *Hevelius*, *Cassinius*, *Flamsteadus*, alios ut mittam, summo in honore et fuerunt semper et erunt.

## §. 45.

### *Philosophia Metaphysica.*

Ab iis, quae *sensuum* ope percipiuntur, cognoscendis adscendendum est ad contemplationem eorum, quae *mente* tantum atque cogitatione intelliguntur. Haec autem doctrinae pars, *κατ' ἐξοχὴν* a nonnullis *Philosophia* dici solita, arctiore etiam, quam prior, necessitudinis vinculo cum Theologia copulatur, *soror* ejus potius, quam *ancilla* dicenda (1). Est autem vel *theoretica*, vel *practica*. Quae spectat utraque, sunt ipsa *mens* humana et *Deus*. Partes igitur omnis Philosophiae metaphysicae *duae* potissimum esse videntur, ambae theoretico-practicae, *Psychologia* nempe, vel, si mavis, *Anthropologia*, et *Theologia Naturalis* (s. *Rationalis*). Nam, quae plerumque his adduntur, *Ontologia* et *Cosmologia*, earum *altera* ad illam *Psychologiae* partem commode referri posse videtur, quae de idearum, sive notionum, in mente origine et formatione agit, *altera* partim ad *Physicas* pertinet doctrinas, partim ad *Psychologiam*, partim ad *Naturalem Theologiam*. *Psychologia* autem *theoretica* in *empiricam* a plerisque dispescitur et *rationalem*; quarum *illa* quidem *observata* de iis, quae in mente et animo *res facti* sint, colligit, *haec* vero *ratione* in-

inde concludens, altius evolat, et de *immateriali* atque *immortali* animi natura disputat. *Practica* pars, pro triplice, quae hodie distingui solet (2), mentis facultate, *cognoscendi*, *sentiendi*, *appetendi*, tria praecipua, circa quae mens humana operando versatur, objecta, *verum*, *pulcrum* et *bonum* respiciente, tres praecipuas habet partes, *Logicam*, sive *Dialecticam* (quae, cum de Perceptione, Judicio et Ratiocinatione exponat, *Intellectum* ducit in nanciscenda *Veri* cognitione), *Aestheticam* (quae *Pulcri sensui*, sive, ut vocant, bono gustui praeest moderatrix), *Ethicam* (quae *morale Bonum* [bonum κατ' ἐξοχὴν, bonum per se et absolute] quaerenti animo viam monstrat). *Logicae* autem est, *Veri* et cognoscendi et dignoscendi viam munire. Quod tamen cum non semper *certo* cognosci et dignosci possit, apparet, ad Logicam *probabilium* etiam *discretionem* referendam esse (3). Sunt, qui *Verum* distinguant *objectivum* et *subjectivum*; illud *cognosci* posse, hoc *fide* tantum *rationali credi*, autumantes (4). *Logica* vero, quoniam *cogitandi rationem* moderatur (unde *Denklehre* Germanis (5) hodie vulgo dicitur), contemplativis Psychologiae observationibus superstruit praecepta practica; quibus obtemperandum est, siquidem in formandis *notionibus* (*begrippen*), usuque *Categoriarum*, quae vocantur (6), legitimo, a *confusione*, in *judicando* ab *erroribus*, in *ratiocinando*, struendisque diversae formae *syllogismis*, a παραλογισμοῖς et σοφίσμασι, cavere nobis velimus. Itaque et defectus et morbos intelligentiae humanae, atque optimam illis quidem occurrendi, hujus vero perficiendae, rationem Logica ostendit. Quo consilio rectam quoque, *cum discendi* methodum tradit, ad quam et *ars inveniendi* (7) referenda, et *Critices Hermeneuticesque* praecepta fundamentalia (8); tum et *docendi* rationem, hancque vel *analyticam*, vel *syntheticam*. Atque hic de arcto, quo *Dialectice* cum *Rhetorice* conjungitur, necessitudinis vinculo agendi locus est (9). Caeterum ab *Intel-*

*tellectu*, stricte dicto, *Rationem* stricte dictam, *puram* nem pe, eamque potissimum *practicam*, in *Ideis*, quae exin dicuntur, experientiam quippe transscendentibus, deducen dis, perpendendis, confirmandis, occupatam, recentior Philosophi, licet non omnes eodem modo, ut plurimum, d stinguunt (10). Atque haec de *Logica* nunc sufficiat *Æstheticam* supra jam tetigimus. *Ethice* de *Virtute* et *O ficiis*, veraque eorum ratione et causis exponit. Itaque de *Obligatione* ejusque fundamento, *Incitamentis* h rumque diversa efficacitate, denique de *Subsidiis* et leg timo eorum usu, agit. Quoniam vero *Officia* sunt mult plicis generis, et *obligatio* ex *Jure* originem trahit, cer ipsi respondet, actionum *imputationem* sibi junctam haben Ethicae affines disciplinae sunt *Jurisprudentia Naturali Oeconomia* et *Politica* (11). Quam vero Ethice, quae *pu* interdum dicitur, ex ipsa humana natura aut rationis pra ceptis elicere studet, *Morum doctrinam* a sanctissima Num nis supremi voluntate repetit, ejusque irrefragabili auctor tate commendat *practica Theologiae Naturalis*, sive R tionalis, *pars*. *Theoretica* autem existentiam Dei, pr prietates et opera diligenter illustrare et ostendere, vel d monstrare, annititur.

(1) Leg. *Geo. Frid. Meier*, *Gedanken von der Verhältniss der P losophie gegen die geoffenbahrte Theologie*, Halae 1759. 8. (Bel versa, Commentatio inserta est operi, quod inscribitur: *Schatkamer Geleerden*, Tom. II. p. 58 sqq.). Add., ex novissimis Scriptoribus, *F Schultz* (*Selbstständigkeit und Abhängigkeit der Philosophie und T logie, in ihrem gegenseitigen Verhältnisse betrachtet*, Giessae 1823. et *H. Richter* (*Ueber das Verhältniss der Philosophie zum Chri thum*, Lips. 1827. 8.). — Quamquam autem Theologiae *ancilla* non d da est Philosophia, quod perperam nonnullis olim arridebat, non magi men, quod nostra et superiore potissimum memoria non paucis placuit, *minae* sibi honorem et jura in Theologiam arrogare ipsi licet. Et hi passim, valet illud:

*Inter utrumque tene: medio tutissimus ibis.*

(2) Benene an male, equidem non disputo. Sunt omnino, quibu

distinctio non omni ex parte placeat, etiam in nostri temporis Philosophis, viri praeclari. Unus instar omnium sit *Guil. Tob. Krug*, qui, in libro inscripto: *Grundlage zu einer neuer Theorie der Gefühle und des sogenannten Gefühlvermögens* (Regiom. 1823. 8.), et breviter in *Lexico philos.* (infra §. 48. ann. 5. laudando) ad v. *Gefühl* (T. II. p. 121.), alteram illam, sive *sentiendi*, facultatem non admittendam esse ostendere studuit. Sane de illa vix satis distincte huc usque exposuisse videntur Philosophi. Id quod nemini mirum accidere potest, qui, quam ambigua sit vox *Sensus* (*Gefühl*, *Gevoel*), perpendat. Vix enim notionum confusio evitari posse videtur, cum una eademque vox de diversissimis rebus usurpatur; neque ab imperita tantum plebe, verum etiam a Philosophis. Jam vocabulum *Sensus*, respondens vernaculis *Zin* et *Gevoel* (*Sinn* et *Gefühl*), *modo* indicat *ipsa corporis*, quibus *sentire aut percipere* res objectas dicimur, *organa* (*Zintuigen*), aut, per metonymiam, *effectum* eorum, sive *gratum*, sive *ingratum*, qui quidem sequitur diversam, qua a rebus objectis afficiantur, rationem. Sic loqui solemus de *internis* (famis, sitis, nauseae, caet.) et de *externis* sensibus, visu, auditu, olfactu, gustatu et tactu; qui ultimus in apice quidem digitorum praesertim haeret, per universum vero corpus etiam aliquomodo sparsus videtur, quin in quatuor caeteris sensibus ipsis aliquatenus vigere; ac proin κατ᾽ ἐξοχὴν *sensus* (et *sensus communis*, *algemeen gevoel*, *algemeene gewaarwording*, *Gemeingefühl*) interdum vocatur). Inde oriuntur verba: *sensitivus*, *sensualis*, *sensatio*, *sensorium commune*, caet. *Mox* vero non de *corporis*, sed de *animi commotione* et *perturbatione*, eaque multiplici et diversissimi generis, verbum *Sensus* a plerisque usurpatur. In quibus sunt, qui non tantum *affectus* (*hartstogten*), qui vocari solent, sed et *passiones*, quas *Cartesius* dicebat (*Leidenschaften*), ipsasque *propensiones* (*heerschende neigingen*), cum *Maassio* (ap. *Krugium*), huc referant. Peculiari ratione, ad *Okenianam* rerum naturalium contemplandarum methodum conformata, id prae aliis egit *Car. Guil. Starck*, in *Patholog. Fragmente* (Vinar. 1824 sq. II. Voll. 8.), Tom. II. Sect. I. Ex hoc usu repetendum, quod alii *sensiles* et *sensibiles* (*gevoelige menschen*, *Gefühlmenschen*) vocantur, de quibus illud valet, quod de se dixit *Ovidius*:

> *Molle* — — —
> *Cor mihi, quodque levis causa moveret, erat:*

ii vero *insensiles* (*ongevoeligen*); et quod *sensibilitas* et *insensibilitas* (*Gevoeligheid* et *Ongevoeligheid*, *Gefühlsfülle* et *Gefühllosigkeit*) sibi invicem opponuntur; quarum illa, cum modum excedit, *sentimentalitas* barbara, nempe Franco-Gallica, voce denominari solet. Etsi vero, quae hactenus allatae sunt, vocis *Sensus* significationes vere differunt, est tamen aliquod inter eas affinitatis vinculum: verum differt prorsus *tertius* ejus usus a praecedentibus. Nempe loquuntur etiam plurimi, ad exemplum imprimis Philo-

losophorum *Anglorum*, *Shaftesburii*, puta, *Hutchinsoni*, al. de *Sen* *communi*, qui, quid *verum* sit et *pulcrum* et *bonum*, non tantum

*Plenius et melius Chrysippo et Crantore dicat*,

sed vel ipsa Ratione, quam praegrediatur, cuique monstret viam. Conf. e. ut unum, qui instar omnium sit, Virum laudatissimum, citem, [*Henric Constantinus*] C[*ras*], in Praelectione: *Over Gevoel en Rede* (in Diari *De Recensent, ook der Recensenten*, T. XI. s. *Misc*. p. 45—60.): qu cum conferri potest Cl. *J. W. Ermerins* (*Voorlezing over het Waarhei gevoel*, in eod. Diario, T. XXV. P. II. s. *Misc*. p. 350—372.). Qua quam haud desunt, qui ad unum *Pulcrum* hunc *Sensum* referant, ad *Veri* et *Bonum* non item; quoniam *istud* potius *sentiri*, quam *dijudicari*, po videatur, *illud* discernatur *judicio*, *hoc* appetat *voluntas*. De gusti enim non disputandum esse, vulgari proverbio dicitur. Enimvero Angli, quiq cum illis faciunt, de *Veri* (sive *logico*) *sensu*, et de *sensu morali* ( *ethico*) haud secus, ac de *Pulcri sensu*, disputare solent. Qua tamen disputatione haud parum inesse videtur λογομαχίας, quippe minus *re* ips quam enunciandae ejus ratione, ab aliis dissentiunt, qui triplicem hunc se sum commendent. Nam nemo est paulo humanior, qui naturae nostrae mir inesse neget facilitatem et promtitudinem in admittendis iis thesibus, qu ἀξιώματα, voce a Mathematicis sumta, aut *principia rationis*, et, in nonnul rum Scholis Philosophorum, *veritates aeternas* et *necessarias*, vocare sole a quibus omne in philosophando et disputando initium ducendum sit. Ha igitur praestantissimam et longe utilissimam dotem, quam nonnulli *innat scientiam* vocarunt, si quis verbo *Sensus* denominare velit, per se quid id ferendum est; quippe sic, metaphora, a sensu primario, visu nempe, d sumta, Graeci suum εἰδεῖν, Latini *videre* et *cernere* (quod posterius tam pp. est *disjungere*), nos *Zien*, *Inzien*, *Doorzien*, caet. usurpamus. At ve quid aliud est illud *videre* aut *perspicere*, nisi *accurate cognoscere*? I ipsum vero non est *Sensûs* cujusdam obscuri, cujus nulla possit reddi tio, sed est *Intelligentiae* et *Judicii*, ergo ipsius *Rationis*. Est igi ille sensus, de quo *Cicero* alicubi dixit: » Omnes tacito quodam sensu, » ulla arte aut ratione, quae sint in artibus et rationibus prava et recta » judicant;" est, inquam, ille, quem, populari sermone usus, sic vocat, *sen* nihil aliud, quam *judicium* celerrimum, insigniter promtum, in quo m sibi vix institutae subjecti et praedicati comparationis conscia est, quodque iis versatur, quae omnium sunt simplicissima atque suo veritatis et eviden veluti lumine radiant atque coruscant. Indignum profecto sit Ratione, periculo careat gravissimo, judicium de eo, quod verum falsumve, q honestum justumque vel turpe et scelestum sit, non causis regi et tione statuere, sed ad coecum animi impetum et impulsum, ad ins ctum, quali bruta animalia reguntur, ablegare. Qua de re et *Kantius*, qui ipsum secuti sunt, Philosophi Critici graviter monuerunt, et dudum

ie illos egregii, vel *Wolfiani*, vel *Eclectici* Philosophi. Conf. e. g. *Dissertt. Legati Stolpiani* ad a. 1773. (L. B. 1774. 4., et in iis *quarta*, auctore nostro olim praeceptore dilectissimo, *Abrahamo Ledeboer*); *J. Petsch*, *Briefwisseling tusschen Philagathos et Philalethes over het zedelijk gevoel*, Traj. ad Rh. 1771. 8.: et add. acutissimi *Eliae Annaei Borger*, obscuras sensationes merito exosi, Commentatio *Teyleriana de Mysticismo* (in Commentt. *Soc. Theol. Teyl.* Tom. XXIX, et seorsum repet. Hagae 1820. 8.); in qua tamen, ut verum fatear, quid intelligeret, cum *sensum* diceret, vix ipse accurate explicuisse, quin Capite IV. *Sensum* aliquando *Rationis locum tenere et posse et* adeo *debere*, minus ἀκριβῶς largitus esse, mihi videtur. Eximie autem et verissime, si quid video, dixit (ed. prior. p. 147., p. 316. ed. alterius): „Aliud profecto quid est, *intelligere*, aliud, eorum, quae intellecta sunt, „vim ac praestantiam ita *sentire*, ut aliquis inde virtutis fructus gignatur." Illud vero unum observare adhuc liceat, *Sensum*, ubi de peculiari mentis, quae *sentiendo* spectetur, *facultate* sermo sit, id est, de ea, qua a rerum ipsarum pondere et momento, aut a modi, quo de iis exponitur, vi et praestantia, intime afficiaris, et quidem tam vehementer, ut inde oriatur animi commotio, vel *laeta* illa (quae approbatione, admiratione, gaudio, spe, voluptate cernatur), vel *tristis* (abominatione, contemtu, moerore, metu se exserens); *Sensum*, inquam, illum, sive concussionem animi, medium veluti locum occupare *cognitionem* inter et *volitionem* (sit venia verbo!), et a priore quidem proficisci, in posteriorem vero transire: ita tamen, ut neque ab *illius* perfectione prorsus pendeat, neque ipsum *velle* jam constituat. Nam, *prius* quod attinet; conferri hic posse videntur, quae de *abysso animae* docent Philosophi, *Wolfiani* potissimum. Conf. *Isr. Theoph.* (*Gottl.*) *Canzii Meditationes philosophicae* (Tubingae 1766. 4.) Discipl. IV. P. II. Cap. II. §. 967 sqq. p. 791 sqq. Ubi tamen tenendum, quas *obscuras* illi vocent *perceptiones*, eas potius *confusas* dicendas videri. Conf. *Dion. v. d. Wynpersse*, *Instit. Log.* Lib. I. Cap. IV. §. 116 sqq. Nam profecto *vividae* sint illae, siquidem animum sint affecturae, necesse est. *Vividae* autem esse, nisi *clarae*, omnino non possunt. At vero non requiritur, ut sint *distinctae*, modo non sint *obscurae*. Quin imo observatur saepissime, tantum de idearum et notionum *vi* in animo commovendo decedere, quantum accedit ad *distinctam* earum repraesentationem. Accuratissime *alter* exponit de Concentu musico, de Tabella picta aut Imagine, de Instrumento arte fabrefacto, aut de rebus divinis et moralibus; ita tamen, ut nihil ipse *sentire* dicatur eorum, quibus alios, quos edocet, in admirationem rapit et stuporem: *alter* ad lacrymas usque et suspiria movetur, qui tamen Musicam *Beethovii* rationem a *Mozartiana* distinguendo non par est, *Raphaelis* artem pingendi cum *Rembrandi*, *Rubbensiive* confundit, in *Horologio* iis, quid officii cuique rotulae praescriptum sit, intelligit, denique de Religionis do-

doctrina aut Ethices praeceptis nullo modo potest subtiliter disputare, sed Deum sincero pectore adorat et recti studio ducitur. Non igitur negandum, *Phantasiae*, tam restauranti illi pristina (*Memoriae*, vel *Recordationi* potius), quam fingenti et ornanti (*Imaginationi*, cui cum *Ingenio*, stricte dicto, arcta est necessitudo), hic quoque suas esse partes: atque cum corporis sensuum affectione, sive cum *sensuali*, quae dici solet, naturae humanae parte (cum *appetitu* adeo *sensitivo*), nec tantummodo cum *rationali*, hunc mentis *sensum* conjunctum videri. Unde fit, ut, cum Deo (analogice quidem) *intelligentiam* tribuere et *voluntatem* nobis liceat, non item tribuendus Ipsi videatur *sensus* (*sentiendi* facultas). Ex hisce vero fortasse paulo accuratius judicari poterit, quam prope a vero abfuerit Rev. *Ewaldus Kist*, cum *sentiendi* facultatem (in Declamatione: *over het Gevoelvermogen*, quam *Mnemosyne Tydemanniana* ab oblivione et interitu servare sibi proposuit Tomo XI (sive, novae Collectionis, I), p. 73—117.), ita describeret, ut 1) id quod *momentum* faciat, hominisque intersit, 2) quod *pulcrum*, *sublime*, *animum commovens*, 3) quod *cum moralitate* et *religione* sit *conjunctum*, spectare eam dixerit. Quodsi universe ex vero et recte sic docuisse censeatur, inde videtur denuo apparere, *Æstheticam*, nisi et ejus, et *Pulcri*, notionem latiore multo, quin alio plane, quam vulgo recepto, significatu accipere velis, non nisi ad unam illius sensûs, eamque mediam, partem referri, ipsam vero facultatem (sive peculiaris habeatur, sive eadem quae judicium aut ratio) multo latius patere, multoque plura et alia complecti.

(3) Veteribus prorsus incognita fuit *Probabilium doctrina*; recentiore demum aevo, a *Fermato*, *Pascalio*, *Jacobo Bernouilli*, *Moivreo*, *Lamberto*, *Eulero*, *Lagrangio*, *Leibnitio* item, *Wolffio* et *Garvio*, subtilius explicari coepit. Vel sic tamen diu et magna obscuritate laborare, et multorum contradictioni obnoxia esse perrexit; donec in *Scientiae* veluti formam a *Condorceto*, *D. Bernouillio* et celeberrimo *De la Place* tandem redigeretur. Vid. hujus ultimi *Essai philosophique sur les probabilités*, et *Théorie analytique sur les probabilités*, cui plurima *Supplementa* sunt addita. (Utrumque opus saepenumero repetitum est). De hujus vero doctrinae cum Logica conjunctione vid. e. g. *Ludov. Mart. Kahlius*, in *Elem. Logicae probabilium*, *methodo mathem. adornata*, Goett. 1735. 8.; *Jo. Frid. Hennert*, in *Aphorismis Phil.* §. 46—48. *D. van de Wynpersse*, *Instt. Log.* Lib. II. cap. V. §. 642—668. *S. C. Hollmann*, *Philos. Rat.* P. II. Cap. III. S. 215—224. Add. *Godofredi Ploucquet Methodus calculandi in Logicis*, Francof. et Lips. 1763. 8., et *Sammlung d. Schriften welche den logischen Calcul — Ploucquets betreffen*, cum Additamentis ed. ab *Aug. Frid. Bock*, ibid. 1768. 8.

(4) Brevitatis causa unum nunc consulendum commendo *Guil. Traug. Krugium*, in *Lexico philos.*, in vocibus: *Glauben* (Tom. II. p. 246 sqq.) et

et *Wissen*, (Tom. IV. p. 469 sqq.), aliisque, v. c. *Ahnung* (I. 70.), *Fürwahrhalten* (II. 93.), *Meinung* (II. 714.), *Wahn* (IV. 399.), *Wahrheit* (IV. 400 sqq.), *Wahrscheinlichkeit* (IV. 411 sq.).

(5) Vid. *Krugius*, l. c. in v. *Denklehre* (I. 494.) coll. v. *Logik* (II. 648.).

(6) *Categoriae* vocabulum, ab *Aristotele* videtur primum usurpatum. Ex *Kantiana* autem, subtilissima illa quidem, sententia, et universe, ut videtur, probanda, licet fortasse non omni prorsus exceptione majore; — ex ea igitur, Categoriae sunt abstractae cogitandi formae, sive ideae materia vacuae, objecta re carentes, nullaque praegressa experientia in mente existentes et praesentes (*a priori* propterea dictae), id est: τὸ formale Rationis. Ratio potissimum judiciis formandis se exserit. Judicii genera sunt 1) *affirmantia*, *negantia* et *indefinita*; unde oritur *prima* Categoria, quae *Qualitatis* dicitur. Porro 2) sunt *universalia* judicia, *particularia* et *singularia*: ergo *secunda* Categoria est *Quantitatis*. Adhaec 3) judicia sunt *categorica*, *hypothetica* et *disjunctiva*: *tertia* igitur Categoria est *Relationis*. Denique 4) judicia sunt *problematica*, *assertoria*, *apodictica*: unde *Modalitatis* Categoria *quarta* est. Ex his autem nascuntur *Ideae purae a priori*; ex prima *Realitas*, *Negatio*, *Limitatio*; ex secunda *Unitas*, *Multitudo*, *Totalitas*; ex tertia *Substantia*, *Causa et effectus*, *Similitudo*: ex quarta *Possibilitas*, *Existentia*, *Necessitas* (et his Opposita). — Harum analysis *transscendentalis Logicae* nomine insignitur. Conf. e. g. *Krugius*, l. c. in v. *Kategorem* (II. 509.) et alibi.

(7) De qua *Mich. Christoph. Hanovius* (*Entwurf der Erfindungs-und der Lehr-Kunst*, Gedani 1740. 8.), *J. G. Daries* (*Introd. in artem inveniendi*, Jenae 1742. 8.), aliique scripserunt. Hodie a nonnullis in Institutionibus Logicis tractatur, e. g. ab *J. Frid. Hennerto*, in *Aphorismis Philos.* §. 28.

(8) Conf. infra §. 57. ann. 7. et §. 63. ann. 8.

(9) Qua de re disserens videatur *Jo. Fr. Hennertus* (*Lessen over de eerste beginselen der Wysgeerte*, §. 14. Tom. I. p. 54 sqq. et in Ann. ad *Jac. Beattie*, supra (§. 31. ann. 9.) l. *Grondb. d. Zedel. Wetensch.*, T. III. p. 262.), ad *Ciceronem* et *Ernestum* provocans, *Beattiumque* a felici priscorum imitatione collaudans.

(10) Diversissimas profecto vias Philosophi inierunt distinguendarum a se invicem *Rationis* et *Intelligentiae* (intellectûs). Quae quidem distinctio tanti esse momenti visa est *Societati Scientiarum Rheno-Trajectinae*, ut semel iterumque (annis 1822 et 1826) illud problema ad solvendum proposuerit. Nulla vero earum, quae oblatae sunt, responsionum Eruditissimae Societati probata est. Quominus tamen prorsus, quid tandem illa ostendi cuperet, ignoraremus, impedivit Cl. *Schroederi*, qui Societati a tabulis est, paulo ante laudata Oratio; in qua, postquam et de aliis Psychologiae Capitibus, et de facultate dixerat, » qua rerum Cognitionem et Scientiam perfici-

„mus intelligendo, judicando et concludendo," conversus ad „alia, eaque multo graviora, in animo hominis indaganda," sequenti modo pergit (p. 30—33):

„*Est Deus in nobis: agitante calescimus illo.*

„Est *ratio* in homine, quam dicens, non eam dico facultatem, qua ex praemissis enunciationibus alias concludimus: id enim *intelligentiae*, notiones et enunciationes formantis, munus et officium est, sed eam dico facultatem, qua sola homo a reliquis animantium generibus vere differt: fons legum et juris, nuntia ejus quod aeternum, absolutum, infinitum, bonum, sanctum, justum est; qua sensus religiosus, sensus boni, pulcri et sublimis nituntur. Hac nobis conscii sumus, ad majora quaedam nos esse natos, discedendumque esse a corporis obsequio indulgentiaque; esse officia, sancte servanda; esse jus et legem, seculis omnibus ante natam, quam esset scripta lex ulla, aut quam omnino civitas constituta (*Cicero de Legib.* I. 6.); esse divinam vim, universitatem rerum complectentem, Deum omnipotentem, sapientissimum, eumdem legislatorem sanctissimum, pia mente colendum, quo conservatur omnium, quae sunt, quaeque fiunt harmonia perfecta, quo omnia diriguntur ad id, quod solum *bonum* est appellandum; hac nobis persuasum est, aeternum esse animum nostrum, nullamque diremtionem et secretionem corporis partium ei afferre posse interitum, quod vere *nostrum* est. Hinc in infinita illa causarum et vinculorum serie, conscientia existit *libertatis nostrae moralis*, benefactorum et peccatorum nostrorum. Haec est judex severa, scelestorum, etiam in omnibus affluentibus copiis ad voluptatem invitantibus, terror et cruciatus; haec est optima amica, miserorum, culpa vacantium, dulcis consolatrix; haec est sapiens magistra, omnium, qui summo studio id attingere conantur, ad quod nati sumus, dux certa et fida.

„Haec ratio, haec vis divina, hic sensus excellentior, haec vox Dei, hoc instrumentum ad obtinendam sapientiam, aut si quo alio nomine verius appellanda sit, profecto homini inest, eaque tanto magis se explicat, quanto magis excolitur intelligentia, atque sensus veri et pulchri. Hac fultus homo ab eo, quod terra concretum et satum est, ad divina et coelestia se effert. Aufer hanc vim divinam, sint sensus, imaginatio, intelligentia soli duces. Nulla erit idea justi, nulla boni per se, nulla aeternitatis, nulla libertatis moralis, nulla sanctissimi numinis Dei; aut si unquam hominibus aliunde datae fuissent, apud cultiores populos subito omnem amisissent fidem et auctoritatem, atque in numero praejudicatarum opinionum relatae fuissent. Sed adest ratio, quae, quod condidit, corruere non sinit. Non verendum, ne unquam virtus, honestas, religio terram omnino deserant. Hic murus aheneus est contra omnem impetum improbitatis, atque illiberalis amoris sui. Quantamcunque vim explicent odium humani generis, superstitio, Atheismus, Pyrrhonismus, aut disciplina, omnia officia perver-

„ter-

» tentes, bestiis magis, quam hominibus accommodatae, *bonitate naturae* » *vincuntur homines.*" — Haec ille. Caeterum conf. *Krugius*, l. c. in v. *Vernunft* (IV. 336 sqq.) et *Verstand* (IV. 344 sqq.).

(11) In Jure fundatur officium. Ubi ex una parte jus est, ibi ex altera habetur obligatio. *Jurisprudentia* de juribus exponit: *Ethice* de officiis. Jurium autem et officiorum peculiares formae in vita domestica spectantur et civili. Hinc *Oeconomiae* quoque et *Politicae* cum Jurisprudentia et Ethice conjunctio.

## §. 46.

### *Metaphysicae studii utilitas.*

Quas laudes supra (§. 41.) universae Philosophiae tribuimus, eae omnes in metaphysicam ejus partem vel maxime quadrant. Quid enim praestantius est, quam verum a falso, pulcrum a turpi, bonum a malo, accurate distinguere, de intima rerum natura et proprietatibus meditari, semet ipsum penitius cognoscere, quin ad supremum universi mundi auctorem et conservatorem, Deum O. M., agnoscendum et pie venerandum, atque quaelibet officia, cum hominis, tum civis, accurate et distincte intelligenda et obeunda, pervenire? Quae omnia ad hanc Philosophiae partem pertinere, ex modo dictis (§. 45.) apertum est. Haec vero si omnibus omnino hominibus ingenuis metaphysicam Philosophiam commendant, Theologus singulatim ex quaque, huc relata, doctrina non pauca in suam disciplinam, quibus haec illustretur, confirmetur, defendatur, augeatur et ornetur, transferre poterit. De Theologia Naturali non opus est ut hoc de industria ostendatur, quippe ipsius sanctioris disciplinae parte: neque magis profecto de Ethice, quippe practicae Theologiae affini. Sed ne de Psychologia quidem; sine qua in ipsa Theologia coecutiremus, in Morum doctrina nihil videremus. Quin Logices praeceptis et institutione, praesertim de judicandis testimonii, quo Veri in historicis cognitio nititur, requisitis deque ejus recta interpretatione, nequaquam carere potest, quisquis in Hermeneutice Sacra aut Critica, sive tradenda, sive exercen-

cenda, operae pretium facere cupiat (2). Sine dialectic subtilitate quis, quaeso, alios recte edocturus est, aut gra vissimarum veritatem thesium, ipsiusque Revelationis div nae, aut Sacri, quo ea continetur, Codicis praestantiam ἀξιοπιστίαν, necessitatem, iis persuasurus? Quis, ea desti tutus, exitiosos hominum, qui religionis adversarii et esse ge stiunt et vocari, errores, παρερμηνείαν et παραλογίσμους refu taturus est (3)? Imo vero ipsius etiam Æstheticae, qui sanioris Ontologiae et Cosmologiae (si quidem harum argu mentum seorsum, ut vulgo fit, tractetur), scientia tuto ca rere non posse Theologum, ex supra dictis (§. 31 et 45. liquido patet. Non igitur audiendi, quotquot, quacunqu tandem de causa, Philosophiae metaphysicae studium v flocci pendunt, vel aliis etiam dissuadent; nam *et* frustr ad Pauli Apostoli (Col. III. 8.) auctoritatem provocan *et*, quid sibi demum velint, si rogando urgentur, ipsi nescire ostendunt homines inepti (4).

(1) Conf. ut unum hunc, qui caeterorum instar sit, excitemus, *Jo. Nie wenhuis*, in *Elementis Metaphysices*, sive *Initior. Philosophiae the* P. II. §. 8. p. 11 sqq.

(2) Inter alia legi hic meretur pars Orationis inauguralis, a *Philip Ludov. Muzel*, Duisburgi a. 1785. habitae, et *Symbolis Literariis Dui burgensibus* insertae T. II. P. II, praecipue p. 329 sqq.

(3) Conf. *Christophori Augusti Heumann*, Disp. *de Simplicitate*, 30 sq. (inserta Ipsius *Dissertationum Syllogae*, T. I. P. IV. p. 786 sqq Add., quos laudat, *Roëllius*, *Werenfelsius*, *Clericus*.

(4) Quos vel sola Libri primi *Stromatum Clementis* Alexandrini le in rectam viam revocare posset, modo ipsum attente legere aut possent, vellent, omnino invicte ostendentem, *θείας ἔργον προνοίας* (*εἶναι*) *τὴν φ σοφίαν.* Caeterum conf. *Melanchthonis* apud *Seckendorfium* dictum, *Heumanno* l. c. laudatum, et meliores Epistolae Paulinae ad Colossen in l. c. Interpretes.

## §. 47.

### *Ejus Historia.*

Insignis igitur Philosophiae est utilitas, neque veri minis Theologus habendus, qui non idem probabilis Philosophus. At vero Philosophi nomine dignus nemo

nisi qui *Senecae* illud sibi ex vero tribuere potest: « *non me cuiquam emancipavi, nullius nomen fero; multum a aliorum Virorum doctorum judicio tribuo, meo et aliquid vindico.*" Haec vero ipsa legitima philosophandi libertas verae illius modestiae amica est et socia, quae, quam arctis circumscribatur limitibus ingenium humanum, probe perspicere, nostraeque propterea intelligentiae infirmitati, et omni humanae auctoritati diffidere docet, atque idcirco singulis vel summorum Philosophorum placitis et decretis justum, non nimium, pretium statuere. Hanc igitur modestam cogitandi libertatem, futuro Theologo imprimis commendandam (§. 12 et 13.), ita studiosissime sectabitur et facillime, ut plurimum profecerit in *Historia Philosophiae*, tam *antiqua* illa, quam *media* ac *recentiore* (1). Quae quomodo sit conscribenda, hic non est dicendi locus (2): quomodo discenda sit, verbulo monendum. Nimirum a quodam ex optimis *Compendio* initium discendi ducendum esse videtur (3), quo melius, *et* generalis universae historiae notio et veluti imago menti obversetur, *et* simul memoriae succurratur. Tale autem ut attente perlectum est et perceptum Compendium, progrediendum ad *majora* hoc in genere Opera; qualia sunt, ex veteribus quidem *Diogenis Laërtii* (4), ex recentioribus vero, praeter *Bruckerianum* (5), *Tiedemanni* (6), *Tennemanni* (7), *Degerandi* (8), *Buhlii* (9), *Ritteri* (10), *Rixneri* (11) scripta. Cui vero satis otii sit a necessariis negotiis, eum oportebit cum illorum similiumque (12) scriptorum relatione *ipsa* summorum cujusvis aevi Philosophorum, eorum imprimis, qui familiam duxerunt, *scripta*, quae quidem aetatem tulerunt (13), conferre, quidque docendo illi praestiterint, ex iis, tanquam ex limpidissimis fontibus, haurire (14). Sic tandem, ab ipsa veluti Philosophiae origine, in nostra usque tempora, perpetuam ducere poterit opinionum et decretorum de rerum quacunque natura pervestigationem et expositionem. Quo ipso

ipso Theologus et hoc obtinebit, *primum*, ut continuu ingenii humani, ab rudioribus initiis, ad perfectiorem r rum scientiam progressum, licet identidem retardatun suavissimo cum voluptatis gratique in Deum, sapientiss mum humanarum rerum moderatorem, animi sensu, o servet; *dein* Veterum, ipsorumque sanctorum utriusq Instrumenti Scriptorum dictis quam plurimis gratam affu di videat lucem; *porro*, ut omnem Ecclesiasticam Hist riam distinctius et penitius percipiat: *denique*, ut cum i qui omni memoria praestantissimi exstiterunt humani gen ris praeceptores; eam familiaritatem contrahat, qua, *et* i signia singulorum merita non suspicere tantum, sed perspicere, *et* insuper accurate intelligere discat, quid q que aliis, se antiquioribus, debuerint, quid aliorum inve tis suo ingenio addiderint, *et* de recentiorum *εὑρήμασι*, utr ex rei veritate, an vero ex opinionis levitate, *nova* dica tur, judicare, *et* vel latissime sparsorum errorum fon causasque indagare valeat, atque inanem *λογομαχίαν* a v dissensu distinguere (15).

(1) De historici Philosophiae studii *utilitate* conferendi sunt, quos *G Traug. Krugius*, paulo post (ann. 3.) laudandus, §. 11. schol. c. pag. indicavit, *Franc. Ant. Zimmermann* (*Ueber die Brauchbarkeit der* *los. Geschichte*, Heidelb. 1785. 4.); *Jac. Frid. Fries*, *Geo. Gust.* *leborn*, *Car. Frid. Bachmann*, *Geo. Frid. Dan. Göss*. Add. *Praef* a Viro Cl. *Guilielmo Leon. Mahne* praemissa editis a se, et *annotat auctis*, *Danielis Wyttenbach Lectionibus quinque* (de animorum im talitate, Gandavi 1824. 8.) et *Joannis Facciolati*, quam eo l. exc *Oratio IV*. Cf. et *Jac. Nieuwenhuis*, modo (§. 46. ann. 1.) laudatu *Praef.*

(2) Hunc locum illustrarunt, partim *Christianus Garve* (*De ra scribendi historiam philosophiae*, Lips. 1768. 4.); *Christianus* (*Ueber die Behandlungsart der Philosophie auf Universitäten*, 1799. 8.); *Henricus Künhardt* (*De fide historicor. recte aestim. in philos.*, Helmst. 1796. 4.); partim *Carolus Leon. Reinhold* (*Ueber Begriff d. Gesch. d. Philos.*); *Jo. Christ. Aug. Grohman*, alii, l. ann. 1. cit. schol. *a* et *b*, itidem laudati.

(3) *Compendiorum* Historiae Philosophiae satis larga seges est. sunt *Geo. Hornii* (L. B. 1655. 4.); *Jo. Franc. Buddei* (*Comp. H*

ibus. illustr., Halae 1731. 8., et ante *Elementa Ph. instrumentalis*, et T. I. *Ph. Eclecticae*); *Jo. Theoph.* (*Gottlieb*) *Heineccii* (*Elementa H. Ph.*, Berol. 1745. 8.); *Jac. Brückeri* (*Institt. H. Ph.*, Lips. 1747. Iterumque 1756, et *denuo perlustr. et ad n. tempp. contin.* a *Frid. Gottl. Born*, 1790. 8.); *P. Rapini* (*Oeuvres diverses* T. III et IV.); *Formeji* (*Histoire abrégée de la Ph.*, Berol. 1760. 8., Germanice, 1763. 8. et Belgice, contracta in *Letterverlustigingen* I. 84 sqq.); *Chr. Meiners* (*Grundriss d. Gesch. d. Weltw.* Lemgov. 1786 et iterum 1789. 8.); *Jo. Aug. Eberhard* (*Allgem. G. d. Ph.*, Halae 1788. 8. et *Auszug a. d. allgem. G. d. Ph.*, ibid. 1794. 8.); *Guil. Gottl. Tenneman* (*Grundriss d. Gesch. d. Ph.* Lips. 1812. et ex *Amadei Wendt* altera (quae omnium *quarta* est) ed. 1815. 8. *Frid. Ast* (*Grundriss d. G. d. Ph.*, Landsh. 1807. emendatius vero 1825. 8. et Ejusd. *Hauptmomenten d. G. d. Ph.*, Monachii 1829. 8.); *Ernesti Reinhold* (*Handb. d. allgem. Gesch. d. Ph. für alle wissenschaftlich Gebildeten*, Gothae 1828. II. Voll. III. Partt. 8.) multorumque aliorum. Vel omnes, vel certe plerosque melioris notae in hoc censu scriptores recenset, ipse iis accensendus, modo dictus *Guil. Traug. Krug*, in eximio opusculo, titulum praeferente: *Geschichte der Philosophie alter Zeit, vornehmlich unter Griechen und Römern* (Lipsiae 1815. et multum emend. 1827. 8.) §. 11. Quare pluribus indicandis commode supersedere nos posse videmur.

(4) *Diogenes* Laërtius, *de vitis, dogmatibus et apophthegmatibus clarorum Philosophorum Libri* X, Graece, Basileae 1533. 4. Graece et Latine ab *Henrico Stephano*, 1570. 8. et saepius; *cum notis Variorum* (*Stephani* nim., *Aldobrandini*, *Casauboni* utriusque, *Kühnii* et *Menagii*) Amst. 1692. II. Voll. 4.

(5) *Jac. Brückeri Historia critica Philosophiae a mundi incunabulis ad nostram usque aetatem deducta*, Lipsiae 1742 sqq. V. Voll. (IV. Tom.) 4., quibus VItum Vol., sive *Appendix*, accessit a. 1767. 4. Praeter compendiarias *Institutiones Hist. Philos.*, auctor etiam edidit *Miscellanea hist. philosophiae literariae criticae*, Aug. Vind. 1748. 8.

(6) *Diderici Tiedemann Geist der speculativen Philosophie*, Marburgi 1791 sqq. VI. Voll. 8.

(7) *Guil. Gottl. Tennemann*, *Geschichte der Philosophie*, Lipsiae 1798 sqq. XI. Voll. 8. Operis, ad finem non perducti, novam, eamque emendatum, editionem procurare instituit *Amadeus Wendt*, Lips. 1829. sqq. 8.

(8) *J. M. Dégérando*, *Histoire comparée des systèmes de la Philosophie, relativement aux principes des connaissances humaines*, Paris. 1804. III. Voll. et 1822. IV. Voll. 8. — Hic Scriptor Franco-Gallus, etsi, Napoleonte imperante, ipse politico munere fungens (*de Sécrétaire général du Ministère de l'intérieur*) et occupatissimus, subsecivas tamen horas Philosophiae studio et lectioni impendit Scriptorum, etiam extraneorum, imprimis Germanorum *Garvii*, *Eberhardi*, *Meinersii*, *Tiedemanni*, *Füllebornii*, *Stäudlini*, Ten-

*Tennemanni*), raro tunc adhuc inter ipsius cives exemplo, sed insigni cu utilitatis fructu. Idcirco primus fere habetur Gallorum, qui hanc rem re tractaverit. Nam *Deslandesii* opus, quod inscribitur: *Andr. Fr. Boure Deslandes, Histoire Critique de la Philosophie*, Amst. (Paris.) 173 III. Voll. 12., quibus IVtum accessit 1756, Vtum vero et VItum nunqua prodierunt; hoc igitur habetur ἀφιλόσοφον et ἀκρισίας plenum. Itaque *D. gerandus* dignus a *Tennemanno* fuit habitus, cujus Opus Franco-Gallicum Germanica veste indutum et suis additamentis egregie ornatum, civibus le gendum praeberet, Marburgi 1806 sq. II. Voll. 8.

(9) *Jo. Gottl. Buhle, Lehrbuch der Geschichte der Philosophie u einer kritischen Literatur derselben*, Goettingae 1796 sqq. VIII. Vol 8. — Ejusd. *Geschichte der neuern Philosophie seit der Epoche der Wi derherstellung der Wissenschaften*, ibid. 1800 sqq. VI. Voll. 8. In In troductione conspectum exhibet systematum Philosophiae ad Sec. usque XV et Tomo VI. historiam ad *Kantium* usque enarravit.

(10) *Henr. Ritter, Geschichte der Philosophie*, Hamb. 1829. III. Vol sqq. 8. Plura vero editurus auctor, et ita quidem, ut *quarto* Volumi *antiquam* historiam ad finem perducere cogitet, *novam* (quam inde ab e tempore, quo habere coepit efficacitatem Religio Christiana in Philosophiam inchoat) sequentibus aliquot Voluminibus complecti; — auctor igitur, qu felicius in universa Philosophiae historia enarranda versari aliquando posse jam antea peculiares, de *Ionica* et de *Pythagorica* disciplina, Disputation (*Monographias* hodie passim vocant) vernacule scripserat. Laudatur impri mis, quod et fontes diligentissime adiit, et moderate de singulorum philoso phematis judicat, et perspicue pariter atque eleganter historiam enarrat.

(11) *Thadd. Anselm. Rixner, Handbuch der Geschichte der Philo sophie*, Solisbaci, ex altera aucta et emend. ed., 1829. III. Voll. 8. Ab *He geliana* disciplina profectus auctor existimatur, in *novissima* historia, partium studio nimis indulsisse, *veterem* autem levius omnino, et ita tractasse, u in multis *Astii* lectorem agnoscas; verum in describenda *media* philosophia historia, tam quod ad Dialecticam philosophandi rationem Scholasticorum quam quod ad aliorum Mysticam, et vero quod ad praeparationem ad nova eamque hodiernam, quae in illis deprehenditur, imprimis operae pretium fe cisse censetur.

(12) Hos inter eminere censentur *Thomas Stanley* (*History of Philo sophy*, Lond. 1655. f. m. et saepius, quartum 1745, emend. ad Latinam *Gothofr. Olearii* Versionem, Lips. 1711. et Venet. 1733. editam); *Appia nus Buonafede* (latens sub nomine *Agatopisto Cromaziano*), *Della Istori e delle indole di ogni filosofia*, Luccae 1766 sqq. V. Voll. 8. et *Delle re staurazione d. o. f. nei sec.* 15, 17, 18. Venet. 1785 sqq. V. Voll. 8. Germanice, excepto Vol. III, redd. cum ann. a *Car. Henr. Heydenreich* Lips. 1791. 8.); *Jo. Chr. Adelung* (ἀνωνυμῶς conscr. *Gesch. d. Ph. fü Liebhaber*, Lips. 1786 sqq. III. Voll. 8.); *Guil. Enfield* (*Hist. of Ph from the earliest times to the beginning of the present century*, Lond 1791

1791. II. Voll. 4.); quos *Krugius* etiam laudat l. c. Praeterea plures alii hic in censum veniunt, ut *Ger. Jo. Vossius*, *de Philosophorum sectis* (*cum continuatione et supplementis Jo. Jac. a Ryssel*, Jenae 1705. 4.), *Jo. Jonsius* (*de Scriptoribus Hist. Ph.* Libri II. — recogniti a *Jo. Christiano Dornio*, Jenae 1716. 4.), *Chr. Aug. Heumannus* (in *Act. philos.*), *Walth. Andersonus* (*The philosophy of the ancient Greeks*, Edinb. 1791. 4.), *Jo. Henr. Martin. Ernestius* (*Encyclopädisches Handb. einer allgem. Gesch. d. Phil. und ihrer Literat.*, Lips. 1807. II. Voll. 8.) *Frid. Aug. Carus* (*Ideën zur Geschichte der Philosophie*, Lips. 1809. 8.), *Chr. Ern. Windhemius* (*Fragmenta Historiae Philos. s. Commentarii, Philosophorum vitas et dogmata illustrantes, olim seorsim editi* [*ab auctoribus*, *Jo. Petr. Ludewig*, *Jo. Andr. Mich. Nagel*, *Geo. Paul. Rötenbeck*, *al.*] *nunc conjunctim recusi*, Erlang. 1753. 8.); *Mich. Hissmannus* (*Anleitung zur Kenntniss d. auserlesenen Litteratur in allen Theilen d. Philosophie*, Goett. et Lemg. 1778. 8. Ejusdem *Magazin für die Philosophie u. ihre Geschichte*, Goett. et Lips. 1778 sqq. VI. Voll. 8.), *Radulphi Cudworth* (*True intellectual System of the Universe, wherein all the reason and philosophy of atheism is confuted*, Lond. 1678, iteremque 1743. II. Voll. 4.; cujus operis latina *Jo. Laur. Moshemii* versio, utilissimis ann. aucta, Jenae 1733. f. m., et longe emendatius L. B. 1773. II. Voll. 4., prodiit); *Jo. Andr. Ortloff* (*Handb. d. Literatur d. Gesch. d. Philosophie*, Erlang. 1798. 8.), caet. Consulenda quoque sunt scripta, quibus, data opportunitate, peculiaria Historiae Philosophiae Capita tractantur; veluti *Huetii Demonstratio Euang.*; *P. Baylii Lexicon Hist. et Crit.*; *Plattneri Aphorismi phil.*; *Ploucqueti Commentationes philos. selectiores*, *Meinersii Miscellanea* (*Vermischte phil. Schriften*, Lips. 1775. III. Voll. 8.), al. — Eorum vero Scriptorum, qui singularum Philosophiae metaphysicae partium, Logicae, e. g. Psychologiae, Theologiae Naturalis, Ethicae etc. historiam conscripserunt, nomina vid. ap. *Heumannum*, *Consp. Reip. Lit.* cap. V. §. 22. et, alios ut mittam, *G. T. Krugium*, l. c. §. 12.

(15) Multorum omnino antiquorum Philosophorum opera plane, vel maximam partem interierunt. Horum igitur merita non, nisi ex aliorum relatione aut sparsis hic illic fragmentis, possunt cognosci. Theologi interest, non nescire, quae in Philosophia praestiterint *Hebraei*: de quo conferatur *Jo. Franc. Buddei Historia Philosophiae Hebraeorum*, Lips. ex alt. ed. 1720. 8. — *Orientalis* vero Philosophiae Historiam Anglice conscripsit *Thomas Stanley* opusculo, quod Latine versum, Amstelodami a. 1690. 8. edidit *Jo. Clericus*. — De *Indorum Gymnosophistis Jo. Alb. Fabricius* egit Commentatione, repetita in Summi Viri *Opusculis Hist. Crit. Literar.* p. 327—356. Sed superiore demum et nostra memoria, postquam ipsa Indorum Scripta, eaque antiquissima, Europaeis hominibus innotuerunt, certi quid et explorati de Indorum philosophia statui potuit. Utrique *Guignesio*, *Anquetillo Du*

 *Per-*

*Perron*, mox *Ionesio*, *Holwello*, *Mauricio*, tum *Kleukero*, *Ithio*, praesertim utrique *Schlegelio* (*Frid. S.*, *Ueber die Sprache und Weisheit der Indier*, Heidelb. 1808. 8., et *Aug. Guil. S.*, *Indische Bibliothek*, Bonnae, 1823. II. Voll. 8.), *Rhodio* (*J. G. R.*, *Ueber religiöse Bildung, Mythologie u. Philosophie der Hindus*, Lips. 1827. II. Voll. 8.), *Müllero* (*Nic. M.*, *Glauben*, *Wissen und Kunst der alten Hindus* etc., cujus Tomus I. Moguntiae 1822. 8. prodiit); *Gerlachio* (*Jo. Petr. G.*, *Fides*, *oder die Religionen und Culte der bekanntesten Völker der Erde* etc. (Erlang. 1830. II. Voll. 8.) Tom. I. p. 55—142.), aliis, quibus usus etiam est *Heerenus* (*Ideen üb. die Politik u. Verkehr d. vorn. Völk.* T. III.), praecipue vero *Thomae Colebrooke* aliisque Anglis (in *Asiatic Researches*), debetur, quod de Indorum philosophia universe, quin de Scholis eorum philosophis, hodie satis recte judicare possumus. Sed latius in eam rem excurrendi hîc non est locus. — De *Celtarum Druidibus*, post *C. Jul. Caesarem*, *C. Plinium*, *Strabonem*, *Diodorum* Sic. aliosque veteres et quosdam recentiores (in his *Edmundum Dickinson*, in *Delphis Phoenicizantibus*, repet. a. *Th. Crenio*, *Opuscc. ad Hist. et Philos. S. spect.* Fascic. I. p. 184—194), nunc legenda monographia *Caroli Barth*, *über die Druiden der Kelten und die Priester der alten Teutschen*, Erlangae 1826. 8. — Sed prae caeteris gentibus Graeci Philosophiae studio eminuerunt: nec tamen singulorum in hoc censu Coryphaeorum exstant scripta. Sic incertae auctoritatis sunt (ne de aliis dicam; vid. *Roel. van Wyk*, *Disp. de Humanitatis ac Philos. Gr. primordiis*, Hagae Com. 1831. 8.) *Aurea Carmina* atque *Ἱεραποφθέγματα* et reliqua, quae sub *Pythagorae* nomine circumferuntur. (Conf. *J. A. Fabricius*, *Bibl. Gr.* Lib. II. Cap. 12., et qui ipsum citat, *Benj. Hedericus*, *Notit. Auctt.* p. 109 sq.). *Thaletis*, *Socratis*, *Aristippi* Cyrenaici, *Antisthenis*, Cynicorum parentis, *Zenonis*, Stoicae rationis auctoris, *Pyrrhonis*, Scepticorum principis, nulla supersunt, aut, si ulla, paucissima certe et exiguae molis scripta. In his *Epistolae* sunt, *quae feruntur*, *Socratis et Socraticorum*, *Pythagorae et Pythagoreorum*, quas ex Codd. MSS. Lips. 1815. 8. edidit *Jo. Conr. Orellius*. *Epicurus* item, quamquam trecentos fere libros edidisse fertur, vix quicquam reliquit, quod nunc adhuc supersit; nisi quod ex Herculanensibus ruderibus sex ejus *περὶ τῆς φύσεως* Libros, laceros valde et mutilos, Viri D. eruerunt, quorum fragmenta quaedam ex Libris II et XI. Tomo II. Voluminum Herculanensium, et emendatius a *Jo. Conr. Orellio*, Lipsiae 1818. 8. sunt edita. Verum tanto cariora nobis merito scripta sunt, quae aetatem tulerunt; in his praesertim *Platonis*; cujus *Opera*, *quae exstant*, *omnia ex nova Jo. Serrani interpr. perpet. ejusd. notis illustr.*, *excud. H. Stephanus*, Parisiis 1578. III. Voll. f. m. Platonem denuo edere instituit *Frid. Aug. Wolfius*, ex optima recensione et cum nova interpretatione, Berolini, III. Voll. 1812 sqq. 8. *Platonis Dialogos selectos*, Commentariis instructos, edidit *Godofr. Stallbaum*, Gothae et Erfordiae 1827. IV. Voll. 8.; qui de Platonis

nis *editionibus*, cum veteribus, tum recentioribus, *Bipontina*, *Tauchnitziana*, (portatili illa, quam parare coepit *Christ. Dan. Beckius*, a. 1813. 8.), *Bekkeriana*, tum de *Versionibus* et *Interpretibus*, caet. consulatur, p. XLVII. coll. p. I. sqq. ubi de *Tennemanno* (*System d. Plat. Philosophie*), *Schleiermachero*, *Astio*, *Sochero* aliisque agit. — De *Platonis* autem *Platonicorumque* philosophia, eaque tam veteri, quam nova, insigniter meriti sunt *Frid. Creuzer*, et *Phil. Guil. van Heusde*, Viri Cl.; *illa* quidem edenda Collectione (cui titulus est: *Initia Philosophiae ac Theologiae, ex Platonis fontibus ducta, sive Procli Diadochi et Olympiodori in Platonis Alcibiadem Commentarii; ex Codd. MSS. nunc primum Graece edidit, itemque ejusd. Procli Institutionem Theologicam integriorem emendatioremque adjecit F. C.*, Francof. ad M. 1820—1822. III. Voll. 8. Tertio Volumini add. *Nicolai Methonensis refutatio Inst. Th. Procli Platonici, ed. c. ann. a J. Th. Voemel*, ibid. 1825. 8.): *hic* vero scribenda luculento opere, (*Initia Philosophiae Platonicae;* cujus Volumen I. Traj. ad Rh. 1827. Vol. II. Philosophiam *Veri* tractans, tribus Partt. distinctum, ibid. 1831. 8. prodierunt). — Caeterum nonnulla Platonis scripta Germanice versa sunt et edita, ut *Phaedrus* ab *Astio*, v. c., et *Schleiermachero*, *Symposion* a *Schillero*, *Phaedon* a *Mendelssohnio* et *Kühnhardo*, *Theaetetus*, *Philebus et Hippias* (in Theologorum praecipue usum), a *Frid. Hulsemanno*, caet. Totum Platonem Anglice reddidit *Thom. Taylor* (*The Works of Plato* etc. Lond. 1804. V. Voll. 4.). Conferri quoque merentur *Jacobi Tideman*, *Diss. de Deo Platonis*, Amst. 1830. 8. *Franc. Pettavel*, *Diss. de argumentis quibus apud Platonem animorum defenditur immortalitas*, Berol. 1815. 4., *Car. Morgenstern*, *Commentatt. tres de Platonis Rep.*, Halae 1794. 8. — Porro habemus scripta *Aristotelis* (*Opp. omn. Gr. et Lat.* recogn. *Guil. Du Vallius*, Paris. 1619. et saepius, ult. 1645. f. m. Praestantissimum Aristotelis opus, *Ethicorum Nicomacheorum Libri X, ad Codd. Vett. et Edd. fidem* (post centum fere annos, quibus repetiti non fuerant), *recognovit*, *Commentariis illustravit*, *Latinamque Lambini interpretationem castigatam adjecit Car. Zell*, Heidelb. 1820. II. Voll. 8. Germanice *Chr. Garve* hos Libros reddidit, praemissa luculenta Introductione, quam *Guil. van Volkom*, Belgice redditam, inscripsit: *Oordeelkundige Beschouwing van de Stelsels van Zedekunde der beroemdste Wijsgeeren*, L. B. 1807. 8.); — *Epicteti* Stoici (*Ἐγχειρίδιον et Fragmm. Gr. et Lat. c. n. Jo. Uptoni et cum Epicteteis Dissertationibus Arriani*, Lond. 1641. 4. Laudatur et ea, quae prodiit, cura *Christ. Gottl. Heynii*, Dresdae 1756, iterumque 1781. 8. Conferendus est Ill. *Guil. Emm. de Perponcher*, *Hedendaagsche Stoicyn*, Traj. ad Rh. 1786. II. Voll. 8.); — *Plutarchi* (*Opp. Gr. et Lat.* ex ed. Francof. 1620. et Paris. 1624. II. Voll. f. m., et cura *J. J. Reiskii*, Lips. 1774 sqq. XI. Voll. 8. Hic *Vitas parallelas* ex rec. *Aug. Bryani* exhibuit: quarum praestantissima Belgica interpretatio debetur *E. Wassenberghio* et *H. Bosschae*, Amst. 1789. XIII. Voll. 8., Germanica vero auctorem habet *J. Fr. S. Kaltwasser*, Mag-

Magdeb. 1800 sqq. IX. Voll. 8.); — *Moralia* ex ed. *D. Wyttenbachii* ( finem non perducta) Oxon. 1795. VIII. Tom. 4. XV. Voll. 8. et Lips.); — *Ma Antonini* Imp. (*Commentariorum, quos ipse sibi scripsit Libros* XII. p *Thom. Gatakerum* (Cantabr. 1652. 4. et in *Gatakeri Opp.* Traj. ad Rh. 16 f. m.), et alios, veluti *Christoph. Wollium* (Lips. 1729. 8.), *S. F. N. Mori* (Lips. 1775. 8.), *J. Feisslerum* (Vratislav. 1793. IV. Voll. 8.) edidit *Jo. Matt Schulz* (Slesvici 1802 sqq. 8.) et homo Graecus, *Coray* (Paris. 1816. 8 *Persicam* operis interpretationem, quod omnino memorabile videtur, a J *sepho von Hammer* adornatam, *T[ychsenus?]* annunciavit in *Goett. G Anzeigen*, 1832. St. 197.); — *Sexti Empirici* (*Opera*, Gr. et Lat., *Pyrrhoniar. Instit.* Libri III., *c. Mathem. s. Disciplinar. Professor* Libri VI., *c. Philosophos* Libri V. cum n. et e recens. *Jo. Alb. Fabric* Lips. 1718. f. m. Cum hoc Scriptore conf. *Crousazii Examen du Pyrrh nisme*, Hagae Com. 1733. f. m. et *Jac. Beattie*, *An Essay on the natu and immutability of Truth, in opposition to Sophistry and Scepticism* Edinae, 1770. 8. Belgice redd. a *Petro Ger. Duker*, Traj. ad Rh. 17 8.); — *Plotini* (*Enneades* VI. Gr. et Lat. a *Marsilio Ficino* ed. Basil 1550 et 1615. f. m. *De Pulcritudine*, ed. a *Fr. Creuzero*, Heidelb. 18 8.). — Atque haec (alia ut mittamus) de *Graecis* dicta sunto. *Romai rum* duos tantum novimus caeteris praestantiores Philosophos, *M. Tullii Ciceronem* (de cujus *Opp.* conf. supra dicta, §. 51. ann. 8. pag. 75 s ubi laudari potuerat editionis *Ernestinae* censura, a *D. Wyttenbachio* sc pta et in *Biblioth. Crit.* P. I. p. 187. P. II., p. 1—19. P. III. p. 1—51. edi Caeterum hic praecipue commemoranda est *Operum Ciceronis Philosoph corum* utilissima editio, quam, post alios et *Jo. Davisium*, curavit *Ru Godoholdus Rath*, Halis Sax. 1805. VI. Voll. 8.); et *L. Annaeum Seneca* (cujus *Opp.* c. ann. *Justi Lipsii*, *Joh. Frid. Gronovii* et aliorum sa sunt edita, e. g. Amstelod. 1673. III. Voll. 8. Lipsiae 1702. II. Voll. 8., ibidem 1797 sqq. a *Frid. Ern. Ruhkopf*, III. Voll. 8.). — Caeterum, *Scepticorum* philosophandi rationem dudum explicuerat *Sextus Empirici* ita recentiore memoria denuo de ea retulerunt *Car. Frid. Stäudlin* ( *schichte und Geist des Skepticismus*, Lips. 1794. II. Voll. 8.) et *Ad phus Siedlerus* (*de Scepticismo Commentatio*, Halis 1827. 8.). Alios n to, indicatos a *Krugio*, in *Lexico phil.* T. III. p. 691; coll. p. 689—7 Sed addatur, omissa a Viro eximio, *Francisci Dorothei Gerlach* C mentatio, exhibens *Academicorum juniorum, imprimis Arcesilai que Carneadis, de Probabilitate disputationes, denuo recensitas, exa natas et cum recentiorum Philosophorum, qui Probabilitatis cau susceperunt, sententiis comparatas*, Goett. 1815. 4.). Praeterea praec meriti sunt de disciplina *Stoicorum*, *Justus Lipsius* (in *Manuduct. Philos. Stoicam et Physiologiam Stoicorum*, Paris 1604. 8. et in *Opp* cui add. *Did. Tiedemannus* (in *System der Stoischen Philosophie*, I 1776. III. Voll. 8.); — de *Epicurea*, *Petrus Gassendus* (*Animadv. in*

X. Diog. *Laërt.* L. B. 1675. f. m. et in *Opp.* T. V.); — de *Sophistis Jac. Geel* (in *Nov. Actt. Literar. Traject.* Vol. II. (Traj. ad Rh. 1823. 8.).

De *antiqua* Philosophia, uti quidem vulgo solet distingui, haec pro instituti nostri ratione sufficiant. Fateor quidem, aliam atque vulgarem partitionem, in describenda *Historia Philosophiae*, et talem quidem, praeferendam videri, quae a primis Graecorum Scholis, *Ionica* et *Italica*, expositionis seriem primum deducit ad *Alexandrinae* disciplinae Sec. VI. interitum: tum vero ad eam revertitur, in qua vis et efficacitas Religionis *Christianae* evidenter apparet. At vero hic, neque ea de re disputandi locus est, neque longius recedendum nobis a solita dispertiendi ratione, cui fere assuevere, qui universalem Historiam tractarunt. Itaque ad *mediam* pergimus. Sec. post natum Christum II. novum Philosophiae genus sensim exortum erat, *eclecticum* dictum, quod ex reliquis sectis coaluerat, easque fere obruerat, ipsum vero dein Sec. VI. exspiravit. (De qua *Bouterwekius* scripsit; vid. *Goett. Gel. Anz.* 1821. P. 166 sq.). — In Oriente Philosophia *Zoroastrica* cum placitis *Graecorum* et aliorum commixta peculiarem formam, *Orientalem* vel *Chaldaicam* dictam, dudum pepererat. — *Judaei* quoque suam habuerunt philosophandi rationem. — *Christiani* primis seculis *Platonis*, sed a *Juliani* inde temporibus, ad ingruentem usque barbariem, et postea denuo, *Aristotelis* admiratores fuerunt. Jam vero Literae et Philosophia, ex Occidente propulsae, in Orientem, ad *Graecos* et praesertim ad *Arabes* transmigrarunt. *Almansouris* (qui Bagdadum condidit a. C. 762.), *Mamounis* (a. 813—833.) aliorumque Principum erga Literas benevolentia et studio factum est, ut essent Philosophi non contemnendi, quorum nonnulli *Aristotelem* Commentariis illustrarunt (*Abulfaragius*, *Albumazar*, *Maimonides*, *Avicenna*, *Averroës*, caet.). Arabes autem, *Hispania* potiti, *Cordubae* Philosophiam docendam curarunt. Inde in *Galliam* et Parisios, una cum memoratis modo Commentariis, Philosophia translata est, et in Europam, frustra licet renitentibus Conciliis, Papis et Principibus, redux, ablegata ad Scholas. Medio igitur aevo inclaruerunt *Scholastici*, ut *Joannes Erigena*, *Lanfrancus*, *Anselmus*, *Hildebertus*, *Petrus Abaelardus*, *Petrus Lombardus*, *Petrus Pictaviensis*, *Alex. Halesius*, *Albertus Magnus*, *Jo. Bonaventura*, *Thomas Aquinas*, *Jo. Duns Scotus*, al. De quibus singulis dicere paene infinitum sit. In universum autem hactenus de humano genere bene meriti sunt, quod barbarorum istorum temporum ignorantiam et superstitionem haud mediocriter reprimerent, et, contra tyrannidem Episcoporum et Conciliorum, legitimam cogitandi libertatem tuerentur; certe quoad ejus fieri poterat; nam omnino fieri non potuisse apertum est, cum haereseos damnarentur, qui paulo liberius philosopharentur, ut *Abaelardus* et *Gilbertus Porettensis*, qui obiit a. 1154. Iidem vero Scholastici, cum ob sermonis barbariem, tum ob nimiam in discutiendis quaestionibus frivolis et spinosis subtilitatem, tum vero ob servilem *Aristotelis* admirationem, male audire solent. Qui postea secuti sunt, *Lombardo Thomaeque* aut *Scoto* per omnia adhaerebant, paucis

cis tantum melius sapientibus, ut *Durando*, *Guil. Occamo*, *Thoma Brad wardinensi*, *Jo. Gersono*, *Gabriele Bielio*, *Paulo Cortesio.* De omni bus universe conf. *Adamus Tribbechovius* (*De doctoribus scholasticis corrupta per eos divinarum humanarumque rerum scientia*, Jenae 171 8.), cui Theologus addat *Guil. Leon. Ger. von Eberstein* (*Natürl. Theo logie der Scholastiker* etc., Lips. 1803. 8.).

Verbum addamus de Philosophia *recentiore.* Post renatas Literas non pau ci exstiterunt Philosophi, suis singuli meritis clari, qui vero familiam no duxerunt. Tales v. c. fuerunt *Nic. Machiavellus* (cujus *Opp. omnia* (*Tut l'opere de N. M.*) Londini 1747. II. Voll. 4. et *inedita* ibid., vel potius Flo rentiae, 1760. 4. prodierunt). Solet male audire a plerisque *Machiavellus*; a aliis tamen excusatur aut absolvitur: de vero autem ejus consilio et men optime judicari posse videtur ex iis, quae in *Epistolis ad Familiares* ipse scr psit; quocirca haud inutilem laborem suscepisse censendus videtur *Henric Leo*, curanda Germanica harum Epp. versione, quae Berolini 1826. 8. prodii inscripta: *Die Briefe des Florentinischen Kanzlers und Geschichtschre bers Nicolo di Bernardo de Machiavelli an seine Freunde*; quos amic inter et familiares praecipue celebrantur *Vettorius* et *Guicciardinus.* Ad *A. F. Artaud* (*Machiavel, son génie et ses erreurs*, Par. 1833. II. Vo 8.), *A. G. Rehberg* (*Das Buch vom Fürsten von N. M. a. d. It übers. u. m. e. Einl. u. Anm. begl.*, Hannov. 1824. 8.) et *Jo. Ziegl* (*Vom Staate, od. Betracht. üb. d. ersten zehen Büch. d. T. Liv. von M., aus d. Ital.*, Carlsr. 1832. 8.). Insuper conferri poterit dupl Doct. *Cornelii Star Numan* Diss., tam *Literaria*, quam *Juridic* de illius opere *Del Principe*, Traj. ad Rh. 1833. 8.); — *Hieron. Ca danus* (*De propria vita*, Paris. 1643. 8. *Opp.* cura *Car. Sponii* Lug 1663. X. Tomis, f. m.); — *Bernh. Telesius* (*De natura juxta propr principia*, Neap. 1586. et saepius, f. m.); — *Franc. Patricius* (*Di cutionum peripateticar.* Tomi. IV. Basil. 1581. f. m.); — *Thom. Camp nella* (*De libris propriis* etc., saepe seorsum ed. et in *Crenii Tractatt. Philol. studiis*, L. B. 1698. 8.); — *Jordanus Brunus* (*De monade, num et figura*, — *de triplice minimo et mensura*, — *de imaginum, sig rum et idearum compositione*, Francof. 1591. 8.); — *Franc. Baco Verulamio* (qui verae philosophandi rationis instaurator dicendus conscriptis *Novo Organo* et *de Augmentis Scientiarum. Opp.* ed sunt Lond. 1638. f. m., Lipsiae 1665 et 1695. f. m. et Anglice, Lo 1740. IV. Voll. f. m.); — *Thomas Hobbes* (hîc nec omittendus, nec l dandus; cujus *Opera*, in his *Elementa philos. de Cive*, *Leviathan*, a uno Syntagmate collecta, repetita sunt Amst. 1668. IV. Voll. 4.). — ro, ut celeberrimum nostratem *Hugonem Grotium* atque *Samuëlem fendorfium*, moralis Philosophiae statores (de quibus cf. infra §. ann. 10 et 11.), — et *Alphonsum Antonium de Sarasa* (scribenda *te semper gaudendi*, Antv. 1664. et saepius II. Voll. 4. clarum) tam, — *Leibnitii* aequalis et aemulus *Joannes Lockius*, (cujus praec

tissimum *de Intellectu humano Specimen*, Anglice conscriptum (*An Essay concerning human understanding*), Londini saepe et 1748. II. Voll. 8. editum, in Latinum, Germanicum, et omnium optime in Gallicum sermonem translatum est, in hunc a *Costio*, Amst. 1729. 4. De *Lockiano* opere, inter alia, sunt conferendae *Reflexions de Mr. Leibnitz sur l'Essai* etc., in *Epistt. Leibnitii*, a *Kortholto* ed., Tom. IV. p. 402 sqq.). — Laudantur quoque *Ehrenfr. Walth. Tschirnhausius* (*Medicina mentis et corporis*, Lips. 1695. 4.); — *Christianus Thomasius* (scriptis, ad Jurisprudentiam philosopham pertinentibus, praecipue notus); — *Jo. Geo. Henr. Federus* (cujus commendantur et alia Opera egregia, et praesertim, ne de *Institutionibus Log. et Metaph.* (Goett. ex tertia ed. 1794. 8.), — aut de Commentatione *de Homine natura non fero* (repet. in *Mein. Tydemanni Syntagmate morali*, Traj. ad Rh. 1774. 4. pag. 447 sqq.) dicam, *Untersuchungen über den menschlichen Willen*, Lemgov. 1779 sqq. IV. Voll. 8.); — *Sam. Christ. Hollmannus* (cujus cum multa sunt scripta, tum praecipue commendantur: *Introductio in omnem Ph.*, Viteb. et Goett. 1734 — 1743. III. Voll. 8. *Institt. Pneumatol. et Theol. nat.*, Goett. 1740. 8. *Philos. prima*, ibid. 1747. 8. alia); — *Jo. Ger. Leidenfrostus* (*Confessio, quid putet per experientiam didicisse de mente humana*, Duisb. 1793. 8.); — *Christ. Aug. Crusius* (auctor Operum: *Weg zur Gewissheit* caet. Lips. 1747. 8. *Entwurf der nothwendigen Vernunftwahrheiten*, ibid. ex tertia ed. 1766. 8. *Anweis. vernünftig zu leben*, ibid. 1767. 8. al.); — *Fr. Aug. Carus* (cujus *Opp.* collecta sunt et conjunctim edita (*Nachgelassene Werken*) Lips. 1808. VI. Voll.), alii. — Inter *Nostrates* praecipue claruerunt *Franc. Burgersdicius* (*Aristotelicus*, qui scripsit *Ideam Phil. Moralis*, L. B. 1623. 12. *Logicam* ejus memorat *Jo. Crucius*, in *Epistt.* p. 169, qui de Philosopho Batavo, quem *Krugius* (quod mirandum) cognovisse non videtur, universe conf. p. 113, 167. etc.); — *Gerardus de Vries* (*Exercitatt. rational. de Deo divinisque perfectt.* — *Philosophemata misc.* — *Diatr. de cogitatione ipsa mente et* — *de Ideis rerum innatis* (*H. A. Roëllii Disputationi ph. de Dignitate, Utilitate ac Necessitate Theologiae Naturalis* oppositae), Traj. ad Rh. 1695. 4. — Ejusd. *Logica Compendiosa*, e sexta ed. 1741. *Pneumatica*, — *Ontologia*, — *de natura Dei*, Traj. ad Rh. 1738. 8. caet.); — *Joannes Lulofs* (et aliorum operum auctor, et *Theologiae Nat.*, infra laudandae §. 82. ann. 10. Utilissimas insuper ann. addidit novae ed. Operis *Jo. Franc. Buddei*, *de Atheismo et Superstitione*, tum et Belgicae versioni Scriptionis *Reimari*, *Ueber einige Gegenstände d. N. R.*, et *Bentleji*, *A confutation of Atheism.* Mirum, ne hunc quidem memorasse *Krugium*); — *Wynperssii* (*Dionysius* quidem, Philosophus, et aliis scriptis nonnullis, magnam partem Theologicis, v. c. *de peccatorum remissibilitate* adv. *Maclainium*; Diss. Hagana ad a. 1792., *de Christi divinitate*, al. clarus, et *Institt.*, tam *Logicis* ex alt. ed. L. B. 1779. 8., quam *Metaphysicis*, L. B. ex tertia ed. 1789. 8., ut et Meditationibus de Philosophia Critica (*Bespiegelingen der Kantische Wijsgeerte door Eclecticus*, Hagae

Com. 1805. 8. de quibus conf. (*Crassi?*) Censura in *Schouwb. v. In- en Uitl. Letterkunde*, a. 1805. P. V. p. 23—39.): et *Dionysii v. d. W.* filius, atque in cathedra Lugduno-Batava primum adjutor, dein successor, *Samuel Joannes v. d. W.*, qui edidit, praeter alia, *Institt. Philos. moralis*, L. B. 1808. 8., et scripsit duas Diss. (in *Opp. Soc. Haganae*, ad a. 1798 et 1799. 8.), alteram *de Dei justitia punitiva*, alteram *de aeterno et immutabili boni malique discrimine*). Fuere et alii, veluti *'s Gravesandius*, *Rossinius*, *Nieuhofius*, caet., quos omnes recensere longum sit. Unum igitur memoremus e celeberrimis *Franc. Hemsterhusium* (*Tiberii* filium; cujus Opera (*Œuvres philos.*, e. g. *Aristée, ou de la divinité*, *Sophyle, ou de la philosophie*, etc.) conjunctim edita sunt Parisiis, 1792. 8., iterumque 1809. II. Voll.). — Sed e novae Philosophiae scholis *prima* inclaruit ea, quae auctorem habet *Renatum Des Cartes.* Illius *Vitam Adrianus Bailletus* Gallico sermone conscripsit, editam Parisiis 1692. II. Voll. 4., eumque a. 1765. ab inferis fere *Elogio* suo *Antonius Leonardus Thomas* revocavit. Cartesii *Principia Philosophiae* saepe, ultimum Amst. 1677. 4., repetita sunt; *Meditationes de prima Philosophia*, ultimum ibid. 1654. 4.; *Epistolae*, ibid. 1682. III. Voll. 4. *Opera* vero *omnia* conjunctim ibid. 1701. IX. Voll. 4., et nuper denuo Parisiis, editore *Victore Cousin*, a. 1824. Multos, ut asseclas (in his fere Theologos, *Jo. Cocceji* partibus addictos, inprimis *Christoph. Wittichium*, *Ruardum Andala*, *Hermanum Alex. Roëll*, alios, cf. §. 88. ann. 114 sqq.), sic adversarios, cum in patria nostra, *Voetianos* potissimum, in his, praeter ipsum Coryphaeum, *Gisb. Voetium*, praesertim *Petrum van Mastricht* (infra citandum, §. 88. ann. 121.), tum in Gallia *Huëtium* aliosque, habuit. Ex ejus Schola multi prodierunt philosophi. — Memorandus inter alios est, ab ejus ratione, licet magistrum haud dubie in gravissimis deserens, profectus *Benedictus* ille *de Spinoza* (cujus *Principia Philosophiae Cartesii*, *more geometr. demonstrata*, et *Cogitata metaph.* prodierunt Amst. 1663. 4. *Opera posthuma*, ab amico edita, quem *Ludovicum Meyer*, Med. Doct. fuisse putant, 1677. 4. *Operum* vero, *quae supersunt*, *omnium* novam ed. *Henr. Eberh. Gottlob Paulus*, *Vita* Spinosae et *notitiis*, *ad historiam scriptorum* ejus *pertinentibus*, aucta, paravit Jenae 1802. II. Voll. 8. Novissime haec *Sp. Opera* repetita sunt ab *A. Gfrörer*, Tomo III. Sectt. 1 et 2. Operis, quod in lucem nuper prodire coepit Stuttgardii 1832. 8., inscripti: *Corpus Philosophorum optimae notae, qui ab restauratione Literarum ad Kantium usque floruerunt; continens Baconis, Cartesii, Spinosae, Lockii, Humii opera philosophica omnia, Leibnitii selecta* (Tomus I. *Baconis*, IIdus *Cartesii* operibus repetendis destinantur, IIIi Sectio prior jam prodiit). De subtilissimi ingenii honestaeque indolis philosopho, in crassissimos licet, et cum saniore Theismo prorsus non in concordiam revocandos errores prolapso, et alii magis minusve probabiliter scripserunt, et Theologiae studioso praesertim legendi: *Jo. Fr. Hennert* (*Over den aart der Wijsgeerte v. Sp.*; *Uitgelez. Verhandd.* Tom. I.), *Car. Henr.*

*Henr. Heidenreich* (*Natur u. Gott. n. Sp.*, Lips. 1789. II. Voll. 8.), *Fr. Henr. Iacobi* (*Ueb. d. Lehre d. Sp.*, Vratisl. ex alt. ed. 1789. 8.) et, qui his etiam usus est Scriptoribus, *Bernardus Nieuhoff* (*Over Spinozisme*, Harderov. 1799. 8.). Add. *Krugii L. phil.* III. 747 sq. 757 sqq. De Spinosisticae philosophiae necessitudine cum Cartesiana conf. post alios, e. g. *Jo. Regium*, *Petr. Mastrichtium*, *Henr. Ritter*, *Ueber den Einfluss der Philosophie des Cartesius auf die des Spinoza*, Berol. 1816. 8., item Lips. et Altenburgi a. 1817). — Fideliores vero, quam Judaeus iste Amstelaedamensis, *Cartesianae* rationis interpretes erant: — *Jo. Claubergius* (*Opp. philos.*, Amst. 1691. 4.); — *Antonius Le Grand* (*Philos. Vett. e mente Ren. d. C.*, Lond. 1671. 12., *Institutio Ph. secund. principia R. d. C.*, Ibid. 1672 et 1678. 8., *Apologia pro R. d. C.*, ibid. 1672 4. etc.); — *Nicolaus Malebranche* (*De inquirenda veritate Libri Sex*, Genevae 1690. 4. Opus primum Franco-gallico sermone editum (*De la Recherche de la Vérité*) saepius recusum est, quartum quidem Paris. 1678. III. Voll. 12. — *Malebranchium* adversus *Jo Lockium* defendere instituit Rev. *Gerdil*, Barnabita, postea ad Cardinalitiam dignitatem provectus, in opusculo: *Défense du sentiment du P. M. sur la nature et l'origine des Idées* etc. Taurini 1784. 4.); — *Arnoldus Geulincx* (de quo ejusque Opp. et meritis conf. *Krugius*, in *L. Ph.* in v. T. II. p. 252 sq.); — *Petrus Poiret* (*Cogitationes de Deo, anima et mundo* etc., Amst. 1715. 4.), al. In philosophando *Cartesius* initium ducendum esse docuit ab universali de omnibus dubitatione, solo hoc principio excepto: *Cogito, ergo sum.* Celebratur autem ejus argumentum pro Dei existentia a priori (ontologicum), ex ipsa Dei idea petitum, cui dudum praeluserat *Anselmus* Cantuariensis, Sec. XI. exeunte. Quod cohaeret cum ejus doctrina de innatis ideis, explosa a *Jo. Lockio*. — *Cartesianam* Scholam excepit *Leibnitiano-Wolffiana*. Scilicet Illustris *Gothofr. Guil. Leibnitius* non quidem ipse conscripsit perfectum Philosophiae metaphysicae corpus seu σύνταγμα, sed egregie tamen de multis ejus partibus est meditatus. Logicam quidem Commentariis de *cognitione*, *ideis*, *veritate*, auxit. Metaphysicam vero, strictius dictam, diversis principiis, qualia sunt *contradictionis*, quod dicitur, *rationis sufficientis* et *indiscernibilium*, superstruxit. Celebrantur inprimis, sed et impugnata sunt a multis, ejus decreta de *Mundo optimo*, de *Harmonia praestabilita*, de *Monadologia*. Praestantissimum Leibnitii scriptum est *Theodicaea* (*Essai de Théodicée*, primum Amst. 1710. 8. dein saepius, optime 1747. II. Voll. 8. ed., etiam Latine, Francof. 1739. et Tubingae 1771. II. Voll. 8. Belgica interpretatio, quae Traj. ad Rh. 1763 sq. II. Tomis 8. prodiit, magnam habet ab adjectis a *Jo. Petschio* annotationibus commendationem. Hoc opere *Petri Baylii* de Providentia, malum morale permittente, dubiis occurrere studuit: reliqua vero opuscula *Diariis* potissimum, *Actis Eruditorum*, *Memoriis* (quae a Gallis vocantur) et similibus auctor inserenda curavit. *Opera philosophica* a *Raspio* (*Oeuvres philosophiques* etc. par Mr. *Rud. Eric. Raspe*, Amst. 1764. 4. et Germanice versa, Halae 1778.

 II.

II. Voll. 8.) edita sunt; *Epistolae* partim a *Chr. Kortholto* (Lips. 1734 sqq. VI. Voll. 8.), partim a *Jo. Dan. Grubero* (Hannov. 1745. II. Voll. 8.), partim a *Jo. Erh. Kappenso* (Lips. 1745. 8.), partim ab aliis: denique *Opera* ejus *omnia* a *Dutensio* (*G. G. L. Opp. Omn.* VI. Tomis, *c. praef. Ludovici Dutens*, Genevae 1768. 4.) — Jam, quod ipse non praestitit, novam sectam condere semper aversatus, *Leibnitius*, id *Christianus Wolffius*, *Leibnitii* discipulus, varia quoque, haud raro dura admodum, fata expertus, perfecit, concinnando doctrinae philosophae systemate, quale ante ipsum nondum viderat orbis terrarum. Plurima reliquit scripta, ad omnes fere et singulas Philosophiae partes pertinentia, primum Latine, dein Germanice, edita Halae ab a. 1736—1768., quae omnia enumerare longum sit. Plurimos habuit et praestantissimos discipulos *Wolffius*, in his *Mich. Christoph. Hanovium*, scriptis, ad *Wolffianorum* Operum Syntagma complendum, de *Oeconomia*, *Politica*, *Philosophia naturali*, clarum; — *Jo. Frid. Stiebritzium*, cui debetur *Philosophia Wolffiana contracta*, II. Voll.; — *Frid. Christ. Baumeisterum*, cujus summo omnium applausu exceptae sunt et saepissime (decimum sextum Vitebergae 1765., quin adhuc 1774. 8.) editae *Institt. Philos. rationalis*, *methodo Wolffii conscriptae;* add. *Instit. Metaphysicae*, ibid. ex alt. ed. 1762.; — *Jac. Theoph. Canzium*, paulo ante (§. 45. ann. 5. p. 169.) citatum; — *Georg. Bernh. Bilfingerum*, subtilissimum *Dilucidation. philos. de Deo*, *anima hum. et mundo* (Tubingae, ex tertia ed. 1746. 4.) auctorem; de quo *Gustavus Schwab* admodum memorabilia retulit in *Morgenblatt f. geb. Stände*, 1828. 8. N°. 131—138.); — *Alex. Theoph. Baumgartenum*, cui debetur, praeter alia scripta, *Metaphysica*, Halae, ex alt. ed. 1743. 8.; — *Nicol. Engelhardum*, cujus *Instt. Metaph.* tertium prodierunt Groningae 1769. 8. auctae annotationibus *Frid. Adami Widder;* — denique, ne plures excitemus, *Frid. Guil. Pestelium*, *Fundamentis Jurisprudentiae Naturalis*, quinquies L. B. editis (ultimum 1806. II. Voll.) clarum, alios. Hujus Philosophiae historiam debemus *Carolo Gunthero Ludovicio* (*Entwurf einer volständ. Hist. der Wolff. Philosophie*, Lips. 1737 sqq. II. Voll. 8.). — Tandem exorta est *Schola Critica*, quae, non tamen sine insigni fatorum vicissitudine, ad hanc, qua nunc quidem vivimus, temporis periodum perstitit. Hujus Conditor est *Immanuël Kant*, qui post triginta annorum meditationes, *Davidem Hume*, Scepticorum recentiorum facile principem, refutaturus, post alia scripta, praesertim inclaruit editis, Germanico idiomate, *Critica purae rationis* (*Critik der reinen Vernunft*, Rigae 1781 et secundum 1787. 8. dein saepe repetita, sextum Lips. 1818.), *Critica practicae rationis* (*Critik der practischen Vernunft*, ibid. 1788. 8., itidem nonnunquam rep., ult. Lips. 1818.), *Critica judicandi facultatis* (*Critik der Urtheilskraft*, Berol. 1790. 8. tertium 1799.); — porro etiam *Prolegomenis ad futuram quamque Metaphysicam* (*Prol. zu einer jeden künftigen Metaph., die als Wissenschaft wird auftreten können*, Rigae 1793. 8.), et, alia multa ut praeteream, in his multo etiam praestantiora, *Religione intra fines solius Rationis* (*Die Reli-*

*ligion innerhalb der Gränzen der blossen Vernunft*, Regiom. 1793. et rursus 1794. 8. et *Praelectt.*, §. 82. ann. 10. excitandis). Summum Virum, de Philosophia metaphysica immortaliter meritum (quamquam magis excelluisse videtur *destruendis* minus firmis opinionibus, quam firmo fundamento *superstruendis* melioribus), certatim secuti sunt ingenti numero Philosophi, ut *J. G. Kiesewetterus* (*Darstellung der wichtigsten Wahrheiten d. Krit. Ph. f. Uneingeweihte*, Berol. 1799. 1803. et deinceps iterum, II. Voll. 8.); — *Geo. Sam. Alb. Mellinus* (et aliis in scriptis, et in *Encyclopädisches Wörterb. d. Kr. Ph.* Züllich. (postea Jenae) et Lips. 1797 sqq. VI. Voll. 8.); — *Car. Henr. Heydenreichius* (§. 82. ann. 11. laudandus); — *Jo. Guil.* et *Car. Chr. Erh. Schmidti*, (§. 94. ann. 46. laudandi); — *Frid. Guil. Dan.* et *Christ. Guil. Snellii* (partim laud. supra §. 31. ann. 2. p. 72.: de iis conf. *Krugius*, *L. Ph.* in vv. Vol. III. p. 108 sqq.); — *Frid. Glo. Bornius*, (qui *Kantii* opera Latine interpretatus est, Lips. 1796. III. Voll. 8.); — *Seb. Mutschellius* (cujus et alia nonnulla scripta sunt, ad *Kantii* mentem composita, et imprimis: *Ueber Kantische Ph., od. Versuch einer fasslichen Darstellung d. K. Ph.* etc. Monaci 1799 sqq. VII et, contin. a *J. Thannero*, V. Pp. 1803 sqq.); — *Car. Villersius* (*Philosophie de Kant, ou Principes fondamentaux de la Philosophie transscendentale;* cujus ed. altera, emendata et aucta, prodiit Traj. ad Rh. 1833. II. Voll. 8.): uti et ex nostratibus, *Paulus van Hemert* (auctor et nonnullarum Commentationum, tam theologicarum, quam philosophicarum, et praecipue Operis, ad *Bornii Versuch über die ursprüngl. Grundlagen des menschl. Denkens*, caet. (Lips. 1791. 8.) compositi, cui titulum fecit: *Beginzels der Kantiaansche Wijsgeerte, met aanteek. en eene Voorr.*, Amst. 1790. IV. Pp. 8. Edidit autem quoque, suas et aliorum Disputationes complexum, Horreum, inscriptum: *Magazijn voor de Kritische Wijsgeerte en de Geschiedenis van dezelve*, Amst. 1799 sqq. VI. Voll. 8.); — *Jo. Kinkerus*, — *Guil. Servaesius* et plures alii. — *Vitam Kantii*, *L. E. Borowskius* (Regiom. 1805. 8.); *R. B. Jachmannus* (ibid. eod.) et *Wasianskius* (ibid. 1806.) conscripserunt. Uti vero antea *Leibnitiano-Wolffiana* (qua de re vid. *J. Th. Canzius*, *de Philos. Leibn. et Wolff. usu in Theologia*, Francof. et Lips. 1728. 8.), sic postea *Kantiana* late regnavit et per omnem Theologiam se diffudit; id quod de industria ostendere studuit *Christ. Guil. Fluggius* (in *Versuch einer hist. crit. Darstellung des bisherigen Einflusses der kantischen Philosophie auf allen Zweige der wissenschaftlichen und praktischen Theologie*, II. Voll. Hannoverae 1796, 1798. 8.). Quid? quod etiamnum non tantum quaedam ex K. philosophia in Theologiae Institutionibus usurpantur, sed aliqui eam omnem huic Disciplinae adhibere pergunt, ut v. c. *C. L. Nitzschius*, in *Proluss. de discrimine revelationis imperatoriae et didacticae* (Vitenbergae 1830. II. Fasc. 8.). Quosnam vero profectus suis studiis Philosophia metaphysica, se ipso judice, post *Leibnitium Wolffiumque* fecisset, ipse *Kantius* exposuit scripto, cui titulus est: *Imm. Kant, Ueber die Preisfrage: Welche sind die wirklichen Fortschritte, die die Metaphysik seit Leib-*

*Leibnitzens und Wolff's Zeiten in Deutschland gemacht hat? herausgg. von Friedr. Theod. Rink*, (Regiom. 1804. 8.). Addi autem debet similis fere indolis scriptio *Geo. Sam. Franckii* (*Beantw. der Frage: Welche hauptsächliche Stufen hat die praktische Philos. von der Zeit an, da man angefangen hat, sie systematisch zu behandeln, durchlaufen müssen, ehe sie die Gestalt gewonnen hat, die sie heutiger Zeit besitzt?* Altonae 1801. 8.). In *Kantii* sectatoribus nonnulli, qui magis minusve a magistro discederent, fuerunt; in his *Reinholdus*, qui a se ipse saepius dissensit: ut et, ex Theologorum censu, *Ammonus*, *Stäudlinus*, alii, in his aliquatenus nostras *Jo. Jac. le Roy* (cujus scripta, ad hanc rem pertinentia, sunt: *Het menschelijk Kenvermogen, in deszelfs waren aard en omvang* etc. Dordraci 1821. 8., *De zuivere Zedelijkheid, de wezenlijke grondslag van het Christendom*, ibid. 1822. 8. et *De regte en gezonde zin der Hoofdgrondstellingen van de Critische Wijsbegeerte*, Traj. ad Rh. 1824. 8.). Neque caruit Vir magnus strenuis et se dignis adversariis, quales v. c. erant *Eberhardus*, *Nicolaïus*, *Mendelssohnius*, *Frid. Henr. Jacobius*, *Bardilius*, caet., atque ex Theologis *Storrias*, cui uni respondere dignatus est *Kantius*. A *Kantiana* vero disciplina profectus, *Joh. Gottl. Fichtius*, scholam ipse peculiarem conditurus, transscendentalem Idealismum cum Pantheismo idealistico commutavit, et in Atheismi suspicionem incidit. Postea quidem sententiam mutasse videtur, vix tamen ad Theismum (quod nonnulli dixerunt) rediisse. Suos quoque, ut fit, amicos et sectatores, multo plures tamen adversarios, nactus est. — Postquam vero *Frid. Guil. Jo. Schellingius*, ulterius progressus, *Identitatis*, quam vocant, *Philosophiam* docere coepisset, plerique *Fichtiani* in nova haec castra transierunt. Plerosque de utraque hac Pantheistica Philosophia conscriptos libros alibi citavimus (in ann. 95. ad *Guil. Paleyi Theol. Natur.* Belgice versam). Eam porro explicare conati sunt plures, in his *Frid. Berg* (*Sextus, oder über die absolute Erkenntniss von Schelling*, Würzeburgi, 1804. 8.), et, alios ut mittam, *Frid. Koppen* (*Schellings Lehre, oder das ganze der Philosophie des absoluten Nichts*, Hamb. 1803. 8.). Quo vero nomine *Fichtiana* schola et *Schellingiana* potissimum a se invicem abeant, ostendere conatus est *G. W. Fr. Hegel* (*Differenz des Fichtischen und Schellingischen Systems der Philosophie*, Jenae 1801. 8.); conati sunt alii. In sectatoribus *Schellingii*, quos magno numero etiamnum habet, censentur nonnulli Theologi, ut *Carolus Daub*, qui tamen postea ad *Hegelianas* partes deflexit, *Frid. Schleiermacher*, alii. Ipsi oblocuti sunt *Bouterweckius*, *Friesius*, *Krugius*, *Blaschius*, al. Magistrum aliqui in nonnullis reliquerunt, ut *Eschenmayerus*, al. — Novam denuo Scholam condere instituit *Geo Guil. Frid. Hegel*, modo citatus; cujus philosophandi ratio, ut ex aliis ejus Operibus, e. g. ex ejus *Phänomenologie des Geistes*, Bamb. et Würzb. 1807. 8., ita facillime, ut puto, ex ejus *Encyclopädie der philos. Wissenschaften*, Heidelb., ex alter. ed., 1827. 8., cognosci poterit. — In illa vero, quantacunque sit, trium ha-
ru

rum Sectarum differentia, non parum tamen esse convenientiae quoque, non videtur posse negari. De illis igitur universe valere videantur, quae novitiae philosophiae opponuntur in duobus opusculis, tam propter scriptionis perspicuitatem, quam ob judicii maturitatem, quae legantur dignissimis; quorum alterum inscriptionem praefert: *Ueber die Hegelsche Lehre, oder absolutes Wissen und moderner Pantheismus*, Lips. 1828. 8., alteri titulum fecit auctor, *Car. Frid. G—l: Aphorismen über Nichtwissen und absolutes Wissen, in Verhältnisse zur Christlichen Glaubens-erkenntniss: ein Beytrag zur Verständnisse der Philosophie unsrer Zeit*, Berol. 1829. 8. — Aliam longe viam ingressi sunt *Gottl. Ernst. Schulze*, qui, antea *Scepticismo* addictus (unde *Ænesidemi* nomen ipsi adhaesit), quid tandem verum sibi certumque videretur, paulo ante obitum, declaravit in libro: *Ueber die menschliche Erkenntniss*, Goett. 1832. 8.; — quin et *Jo. Herbart*, aliis multis scriptis admodum subtilibus notus, et eo, quod inscripsit: *Kurze Encyklopädie der Philosophie aus praktischen Gesichtspunten*, Halae 1831. 8.: — tum denique, ne plures alios citem, *Geo. Hermes*, in *philos. Einleitung in die Theologie* (supra jam, §. 11. in ann. p. 8. excitata). Sed de his aliisque, quae latius persequi et accuratius explicare non est hujus loci (nobis enim sufficit, praecipua quaedam indicasse, quae ad plura diligentius perscrutanda futuro Theologo viam muniant); de his igitur omnibus consulendus est *Car. Frid. Bachmannus* (*Ueber die Philosophie meiner Zeit*, Jenae 1816. 8.). Huic vero, ex *Historiae Ph.* Scriptoribus, praesertim de postrema ejus parte, add. *Thaddaei Anselmi Rixner Handbuch*, paulo ante (ann. 11.) citatus. Leg. et *Nieuwenhusius*, l. c. Tom. II. p. 202 sqq. Sed ne *Krugius* quidem omittendus est, qui, in *Lexico phil.*, de Philosophis, etiam recentissimis, maxime inter Germanos, ita scripsit, ut eorum fata et scripta, plerumque etiam philosophandi rationem, certe aliquatenus, delinearet. Denique ex multis aliis legenda commendamus opuscula sequentia: *Geo. Guil. Block, Die Fehler der Philosophie, mit ihren Ursachen und Heilmitteln*, Brunsv. 1804. 8.; *Jo. Car. Guil. Paulsen, Psychologische Untersuchungen über die Natur der menschlichen Erkenntnisse*, Lemgoviae, 1823. 8.; *Frid. Ancillon, Ueber Glauben und Wissen in der Philosophie*, Berol. 1824. 8. Add. ejusdem *Mélanges de Littérature et de Philosophie*, ibid. 1809. II. Voll. 8. et *Essais philosophiques*, ibid. 1817. 8. Porro *Immanuelis Hermanni Fichte* (*Beyträge zur Charakteristik der neuern Philosophie, zur Vermittlung ihrer Gegensätze*, Solisbaci 1829. 8. *Caroli Seebold Philosophie und religiöse Philosophen*, Francof. ad M. 1830. 8. Denique *Frid. Eduardi Beneke, Die Philosophie in ihrem Verhältnisse zur Erfahrung, zur Speculation und zum Leben*, Berol. 1833. 8.

Atque haec, quae hucusque tetigimus, ad *Germaniam* praecipue ejusque Philosophos pertinebant. Verbum autem addendum est de *Gallis* et *Scotis*. Nam ex *Anglis*, post *Baconem* et *Lockium*, vix unus et alter, qui in Philo-

losophia operae pretium fecerit, commemorari potest. Licet enim universa opera plurimorum Anglorum in Theologico, aut Medico, aut Historico genere philosopha se subtilitate commendent, pauci tamen exstiterunt, qui primariam hanc Scientiam de industria tractandam sibi sumerent. Vix, praeter *Antonium Ashley Cooper*, Comitem *de Shaftesbury* et *Georgium Berkeley*, Episcopum Cloyniensem, quisquam in hunc censum referendus videtur. Nam *Guilielmus* quidem *Warburton*, et alias, et in nonnullis luculentissimi *de divina Mosis legatione* operis (de quo v. supra §. 33. ann. 3.) partibus, eximiam Philosophiae peritiam haud dubie ostendit; — *Alexander* vero *Pope*, in pulcerrimo poëmate, inscripto: *Essay on man*, saepissime repetito et in omnes fere Europae linguas, in nostram quidem et ab aliis et a *Bilderdykio*, transfuso, mirum prodidit in vindicanda Dei providentia acumen philosophum; — atque alii etiam, e. g. *Priestleyus*, de quo paulo post dicendum, *Steelius* et plures possint recenseri: at Philosophiam hi, aut insigniorem aliquam ejus partem, magis attigisse, quam pertractasse, si *Priestleyum* excipias, dicendi videntur. *Shaftesburyus* autem, *Lockii empirismum* adortus (in *Letters written by a nobleman* etc., Lond. 1716. 8.), ipse in *moralem sensualismum* (contra quem cf. dicta §. 45. ann. 2. p. 168 sqq.) incidit (in *Inquiry concerning virtue and merit*, Lond. 1699. 4. et saepius; Gallo-Francica versio, denuo elaborata a *Dideroto*, Paris. 1745. 8. prodiit, et Germanica ad eam reficta, Lips. 1780. 8.). Praecipuum tamen *Shaftesburii* opus philosophicum censetur id, quod titulum praefert: *Characteristics of man* (Lond. 1733. 12. et 1737. 8. et saepius III. Voll. Germanice Lips. 1768 et 1776 sqq.). — *Georgius* vero *Berkeley*, qui itidem *Lockianae* theoriae, quod ad *Materialismum* ea ducere videbatur, renitens, in *Idealismum*; et illum quidem, quem *mystico-theologicum* aliqui vocant, incidit. Primarium, quo hanc theoriam defendit, opus inscripsit: *Treatise on the principles of human knowledge* (Lond. ex alt. ed. 1725. 4.). Huic vero refutando operam imprimis dederunt praeclari aliqui *Scoticae*, quae vocari solet, Scholae Coryphaei, et iidem fere, qui populari philosopho, Scepticismi patrono, *Davidi Hume*, restiterunt, auctori et aliorum operum plurimorum, quae inter *Historia Angliae* (v. supra §. 34. ann. 9.) eminet, et eorum, quae inscribuntur: *A treatise on human nature* etc. (Lond. 1738. III. Voll. 4. Germanice c. speciminib. crit. a *L. H. Jacob*, Halae 1790. III. Voll. 8.), *Essays and treatises on several subjects;* in quibus (in novissima certe ed. Lond 1784. IV. Voll. 8.), praeter alia plura, etiam occurrunt prius seorsum editi Tractatus: *Enquiry concerning human understanding; — Enq. concerning the principles of morals; — The natural history of religion*); porro *Dialogues concerning natural religion* (Lond. ex alt. ed. 1779. 8. Germ. ab *Ernesto Platner*, c. Dialogo *de Atheismo* Lips. 1781. 8.), cui se opposuit *Fr. Henr. Jacobi*, in: *David Hume od. üb. d. Glauben*, Vratisl. 1787. 8.): — denique *Essays on suicide and the immortality of the soul* (ibid. ex nova ed. 1789. 8.). — Eorum autem

qu

qui inter Angliae Philosophos jure meritoque censentur, hic loci a nobis memorandus imprimis est *Guilielmus Paley*, de cujus *Naturali Theologia* postea (§. 82. ann. 12.) dicendum erit, nunc vero praecipue laudanda ejusdem Viri (nam in errore versatur *Krugius*, in *Lex. ph.* III. 127, duos *Paleyos* distinguendos esse putans) *Principles of moral and political philosophy* (Lond. 1786. et saepius II. Voll. 8., etiam in *Opp. omn.* Lond. 1823. 12. Volumine II), quae *Garvius* Germanice reddita edidit, Lips. 1787 II. Voll. 8. — Sed ad *Scoticam*, cum *Anglica*, quam modo tetigimus, quodammodo conjunctam, pergamus. In hac, praeter supra jam memoratum *Jacobum Beattie*, Ebrodunensem Philosophum, auctorem operum: *On the — — Truth* (cf. supra p. 181.); — *Elements of moral Sciences* (cf. supra §. 31. ann. 9. p. 76.); — *Dissertations moral and critical*, Lond. 1783. 4. Germanice a *Grossio* vers. et ed. Goett. 1789 sqq. III. Voll. 8. et majore ex parte Belgice a *Petro Loosjes Adriani F.* (*Wijsgeerige, Oordeel- en Zedek. Verhandd.*, Harlemi 1785. II. Voll. 8., qui, in *praefatione*, aliorum etiam *Beattii* operum, sive Belgice redditorum (ut *de Poësi, animum feriente*, — *de Ridiculi natura et causis*), sive minus (*Theoria sermonis*), mentionem injecit, pag. VI sq.); — praecipue celebratur *Thomas Reid*, cui debentur: *Inquiry into the human mind on the principle of common sense*, Lond. ex tertia ed. 1796. 8.; *Essays on the intellectual powers of Man*, Edinae 1785. 4. *Essays on the active powers of Man*, ibid. 1788. 4. *Essay on the powers of the human mind*, Lond. 1803. III. Voll. 8. — Opera ejus singula Germanice versa exstant; omnium vero eorum, Franco-Gallice redditorum, Collectio hunc praefert titulum: *Oeuvres complettes de Th. R., chef de l'école écossaise, publiées par M. Thom. Jouffroy, avec des Fragmens de M. Royer Collard, et une Introduction de l'éditeur*, Paris. 1828. IV. Voll. 8. — Hi igitur Philosophi, quod Scepticismo non opponerent, nisi axiomata quaedam, ab experientiae institutione non pendentia, quaeque *principia communis sensus* (*principles of common sense*) appellabant, *Philosophi Sensus communis* dici consueverunt. Qui sunt pulcre distinguendi ab istis *Gallo-Francis*, qui idem sibi nomen tribuere gestierunt; in quibus v. c., erat Scepticus ille *Joannes Bapt. de Boyer*, Marchio d'*Argens* (in notissimis *Lettres juives, chinoises et caballistiques;* porro in *Philosophie du bon Sens, ou reflexions philosophiques sur l'incertitude des connaissances humaines;* denique in libro inscripto: *Ocellus Lucanus en Gr. et en Fr., avec des Dissertations sur les principales Questions de la Métaphysique, de la Physique, et de la Morale des anciens, qui peuvent servir de suite à la Philosophie du bon Sens*, Traj. ad Rh. 1762. 8.). — Sed ad Scotos, *Sensus communis* patronos, referendus etiam est *Jacobus Oswald*, cujus Scriptum: *Appeal to the common sense* (Lond. 1766. II. Voll. 8.), Belgice redditum (*Beroep op 't gemeen Gevoel*), prodiit Traj. ad Rh. 1776. II. Voll. 8. Atqui hos omnes, *Humii* adversarios, una cum ipso *Humio*, refellere cona-

tus est *Josephus Priestley*, scribenda disquisitione hujusmodi: *An examination of D. Reids Inq. into the hum. mind, D. Beattie's Ess. on the nat. a. immut. of Truth, and D. Oswald's app. to comm. sense* (Lond. 1774. 8.); ipse vero postea Materialismum et Fatalismum professus (in *Disquisitions relating matter and spirit*, Lond. 1777. 8.; *The doctrine of philosophical necessity illustrated*, ibid. eod. a.; et, alia ut mittamus, *Free discussion of the doctrines of materialism and philosophical necessity*, ibid. 1778. 8.). — Sed Scoticae scholae magnam imprimis nominis claritatem attulit *Dugaldus Stewart*, tribus praesertim operibus. Primum inscribitur: *Elements of the Philosophy of the human mind*, ex noviss. ed., Lond. 1827. III. Voll. 4. (Tomus autem primus jam sexies fuerat repetitus). Alterum opus, a *Jouffroyo* Franco-Gallice redditum cum inscriptione: *Esquisses de Philosophie morale*, Parisiis prodiit a. 1826., et commendatur eximia interpretis *Introductione.* Tertium, quod *Encyclopaediae Britannicae* Supplementis (Tom. I.) Introductionis loco est, itidem Gallo-Francice versum, inscribitur: *Histoire abrégée des Sciences métaphysiques, morales et politiques, depuis la renaissance des lettres; trad. — — et précédée d'un discours préliminaire par J. A. Buchon*, Par. 1820. III. Voll. 8. — Add. *Jo. Abercrombie*, Scriptor Operis: *Inquiry concerning the intellectual powers and the investigation of Truth*, Edinae 1830. 8. — Alii praeterea Viri praeclari dudum Scotiam philosophicis scriptis illustrarunt. Sic de *Æsthetica* potissimum exposuit *Henricus Home* (Ill. *Kaimes*; cujus *Elements of Criticism*, Edinae ex tertia ed. 1765. III. Voll. 8. supra § 31. ann. 2. p. 73. jam tetigimus. Fuerant autem antea Londini edita, ibique postea quoque repetita sunt saepius. Ad quartam ed. *Jo. Nicolaus Meinhard* Opus praeclarum Germanice denuo reddidit (nam a. 1763. jam isto sermone versum fuerat): quae nova versio Francof. et Lipsiae a. 1772. in lucem emitti coepit, nec tamen ante a. 1790. ad finem perducta est). Caeterum *Homius* alias etiam Philosophiae partes tractavit; praesertim *Ethicen* et *Theologiam naturalem*, edendis (Edinae, 1751. 8.) *Essays on the principles of morality and natural religion* (Germanice versis a *Rautenbergio*, Brunsv. 1768. II. Voll. 8.). — In *illo* autem genere maxime elaboravit *Adamus Ferguson*, cujus laudantur *Institutes of moral philosophy* (Lond. 1769. 8. Germanice a *Garvio* ed. Lips. 1772. 8.); *Principles of moral and political Science* (Edinae, 1793. II. Voll. 4. Germanice a *Schreitero*, Tiguri 1768. 8.) et *Essay on civil Society* (Edinae 1766. 4. Germ. Lips. 1768. 8.). — In *utroque*, *Franciscus Hutcheson*, cujus, ut alia Scripta (e. g. *Enquiry into the original of our ideas of beauty and virtue* etc. Lond. 1720. 8. et saepius; — *Essay on the nature and conduct of passions and affections, with illustrations on the moral sense*, ibid. 1728. 8. et saepius; — ne de *Compendiis* nunc dicam), sic praeprimis magni aestimatur Opus, inscriptum: *A system of moral Philosophy in three Books*, quod Filius *Fr. H.* (Londini 1755. II.

II. Voll. 4.) ex Patris manu scripto Codice edendum curavit, praemissa Patris Vita (*Account of the live, writings and character of the author*) scriptore *Guilielmo Leechmen*. — De *Ethice* et *Politice* etiam bene meruit *Adamus Smith*, cujus praecipua scripta sunt: *Theory of moral Sentiment* (saepius et Lond. 1790. 8. Germ. a *Kosegarteno* versa, Lips. 1791. II. Voll. 8.); — *Inquiry into the nature and causes of the wealth of nations* (a. 1776. et saepe post Londini, II. Voll. 4. edita atque a *Garvio* Germanice versa ad quartam ed. Vratislav. 1794. IV. Voll. et 1799. III. Voll. 8.): et — *Essays on philosophical subjects* etc. (Lond. 1795. 8. cui ed. praemissa est Vita *Smithi* (*Account of the life and writings of the author*), scriptore *Dugaldo Stewart*. — In *Theologia Naturali* quid praestiterit *Guilielmus Laur. Brown*, praeceptor olim noster dilectissimus, inferius paulo (§. 87. a. 12.) indicabitur: hic vero Dissertationes Ejus, *Teyleriano* praemio, sive aureo, sive argenteo, ornatae, verbo memorandae. Sunt autem: *De Scepticismi insania, Dogmatismi temeritate, mediaque, qua incedendum sit, via* (Tom. *Commentt. Teyl. Theol.* VII. Harl. 1787.); *De Indifferentismo in religionis causa irrationali veroque et recto in veri defensione fervore* (Tom. Comm. eorund. VIII. anno eod.): et *De aequalitate hominum, atque inde profluentibus cum juribus, tum officiis* (Tom. XIII. a. 1793.). Add. duae Ejusd. *Orationes*, in Academia *Rheno-Trajectina* habitae; altera *De Religionis et Philosophiae societate et concordia maxime salutari* (1788.), altera *De Imaginatione, in vitae institutione, regunda* (1790.). — Atque hi, ut puto, praecipui sunt Scholae Scoticae Philosophi; ad quam tamen pertinere quoque videntur *Joannes Barclay* (auctor laudati operis: *An inquiry into the opinions, ancient and modern, concerning Life and Organisation*, Edinae 1822. 8.) et *Jacobus Macintosh* (cujus *Philosophical Miscellanies* Gallo-Francice reddidit *Léon Simon*, Paris. 1829. 8.). — Desino in *Franco-Gallis*, apud quos dudum floruit Philosophiae studium. Nam *Scholasticorum*, qui vocantur, non infimi Parisiis docuerunt, ut *Petrus Abailardus*, *Alexander Halesius*, *Albertus Magnus*, *Thomas Aquinas* aliique. Porro vix unquam desierunt esse, qui vel *Scepticismo* addicti essent, vel *Dogmatismo*. Ad *illos Montaignius*, *Charronus*, *Huetius*, *Baylius* referuntur; ad *hos*, post *Cartesium* et sequaces, ex recentioribus *Montesquievius*, *Condillacius*, *Bonnetus*. At vero, uti versus seculi XV. initium, sic et Seculo XVII. et sequente, nisi in *Atheismum*, certe in *Materialismum*, et, quem hodie vocant, *Sensualismum*, proclives fuere, qui eximie *Philosophi* in Franco-Gallia dicerentur et dici gestirent; quorsum, cum *Metthriio* et *Dideroto*, Atheismum professis, caeteri, qui *Encyclopaedistarum* nomine potissimum inclaruerunt, *d'Alembertius*, *Condillacius*, *Helvetius*, alii, uti et *Voltarius*, *Hollbacius* et plures, nec tamen *Roussavius*, referendi. — Conf. *Krugius*, *L. ph.* II. 56 sqq. coll. I. 665. III. 497 sqq. IV. 378 sqq. et alibi. Praecipue vero consulendus *Phi*-

*lippus Damiron*, in *Essai sur l'histoire de la Philosophie en France au XIXième Siècle*, Paris. 1828. iterumque 1830. II. Voll. 8. Nimirum in Franco-Gallia excusso, per conversiones politicas multasque, quibus per triginta et quod excurrit annos oppressa fuerat, aerumnas, veterno diuturno, et instituto commercio frequentiore cum Britanniae et Germaniae Philosophis (cui rei itinera Ill. Matronae *de Staël Holstein*, ut et comitantis ipsam *Benjamini Constant*, ac praesertim laudatissimum *illius de l'Allemagne* Scriptum, nonnihil contulisse videntur), novam faciem res philosopha Franco-Gallorum induere coepit; ita quidem, ut decantatum illud *Virgilii*:

*Magnus ab integro seclorum nascitur ordo*,

ad eam non inepte accommodetur. *Damironus*, in altera praestantissimi Operis editione (I. 54—84.), omnem hujus rei historiam, a medio inde Sec. XVIII, ad nostram usque memoriam, sub uno veluti adspectu collocavit. Deinceps vero accuratius, et per partes eundo, de singulis praecipuarum Scholarum doctoribus egit. Et ad *Sensualistas* quidem refert *Cabanisium*, *Destutum de Tracy*, *Volneyum*, *Garatum*, *Lancelinum*, *Broussaisium*, *Gallum*, *Azaïsium*; quorum omnium scripta, quae diligenter recensuit, magis minusve favere videntur *Materialismo*. *Spiritualistas* vero distinxit *Damironus* in *Theologicos* Spiritualistas et *Rationales*. Ad *illos* refert *De Maistrium*, *De la Menaisium*, *De Bonnaldum*, *Ecksteinium*, *Ballanchium*, *Sancto-Martinum*. Ad *hos* denique, quos et *Eclecticos* nuncupat, *Berardum*, *Vireyum*, *Keratryum*, *Massiasum*, et, praeter *Bonstettenum*, *Ancillonum* et *Drozium*, qui ad *Germanos* possint referri, praecipue *Dé-Gérandum*, *La Remiguierium*, *Mainium*, *De Biranum*, *Royerum Collard*, *Victorem Cousin*, *Jouffroyum*. Quibus omnibus ipse *Damironus*, procul dubio, videtur merito suo adjungendus. — In praecipuis vero, quae ex *nova* hac Schola *Franco-Gallica* jam prodierunt, scriptis, praeter *Berardi Doctrine des rapports du physique et du moral*, *pour servir de fondement à la physiologie intellectuelle et à la métaphysique* (Par. 1823. 8.), et *Dégérandi* scriptum *Du perfectionnement moral* (Par. 1825. II. Voll. 8.), ne de hujus *Historia Ph.* denuo dicam (cf. ann. 8. p. 177.); praeter hos igitur prae caeteris hîc memoranda videntur: *Petri Pauli Royer Collard*, *Cours d'Histoire de la Philosophie* (Paris. 1812. et emend. 1826 sqq.) et *Fragmenta*, quae *Jouffroyus* quidem suae Operum *Thomae Reid* versioni adjunxit, *Massias* vero (*Examen des fragmens de Mr. R. C.*, Par. 1829. 8.) refutare conatus est; qui et anno praecedente Cursum *Cousini* ad examinis lancem revocare inceperat. — Porro *Victoris Cousin Fragmens philosophiques* (Par. 1826. 8.) et *Cours d'Histoire de la Philosophie*, ibid. 1828. 8. Praeterea Franco-Gallice reddendo *Platone*, et denuo edendis, cum *Procli*, tum *Cartesii* operibus, de emendando et adjuvando Philosophiae ejusque historiae apud populares studio, *Victor Cousin* in-

insigniter meritus est. — Tum *Jouffroyi Introductio*, praemissa Gallice editis ab ipso *Dugaldi Stewart Esquisses de philosophie morale*, paulo ante memorata; ut et nuper edita Miscellanea (*Mélanges philosophiques*, Par. 1833. 8.). — Alios plures praetermittimus in hoc censu Scriptores, partim alibi indicatos vel indicandos; verbo tetigisse contenti Lib. Baronem *de Massias*, auctorem nonnullorum operum, quae procul dubio omnium philosophantium attentione digna sunt; veluti *Rapports de la nature à l'homme et de l'homme à la nature: ou Essai sur l'instinct, l'intelligence et la vie*, Par. 1821. IV. Voll. 8.; *Théorie du beau et du sublime, ou Loi de la réproduction, par les arts, de l'homme organique, intellectuel, social et moral, et de ses rapports*, ibid. 1825. 8.; *Problème de l'esprit humain, ou origine, developpement et certitude de nos connaissances*, ibid. 1820. 8.; praesertim *Principes de littérature, de philosophie, de politique et de morale*, ibid. IV. Voll. 1827. 8.; *Influence de l'écriture sur la pensée et sur le langage*, ibid. 1828. 8. et, plura ut mittam, *Principes de la philosophie psycho-physiologique*, ibid. 1829. 8. — Add. *Josephus Droz*, imprimis propter scriptum *de la philosophie morale, ou des différens systèmes sur les sciences de la vie*, ibid. 1823. 8. — Quaedam de nova hac Schola Franco-Gallorum disci possunt ex Diario, quod inscribitur *Revue Encyclopédique*, ad a. 1824, 1826, 1828. et al.; plura vero ex *Frid. Guil. Carovéi* Opere, quod II. Voluminibus Goettingae a. 1827. prodire coepit, inscripto: *Religion und Philosophie in Frankreich* (etiam sub titulo: *Philosophie in Fr.*, et *Religionsphilosophie in Fr.*), quod ut identidem auctor continuet optandum videtur. Et reapse huic voto ipsum annuere, colligas ex iis, quae scripsit in *Introductione* in novum Opusculum, inscriptum: *Der Saint-Simonismus und die neuere französische Philosophie* (Lips. 1831. 8.). Hic enim, continuaturus, quam in praecedente opere inchoaverat, Philosophorum Gallo-Francorum nostri temporis recensionem, ut de secta *Sancto-Simonistica*, ita de Philosophis, *Salvadore, Damirone, Thuroto, Alletzio, Ballanchio*, et praeprimis de Abbate *Doneyo* (ejusque *Nouveaux élémens de Philosophie, d'après la méthode d'observation et la règle du sens commun*, Brux. 1833. II. Voll. 8.) refert et exponit. Tres a *Carovéo* nondum, quod meminerim, recensitos, ultimo addere lubet, *Jo. Lud. Albertum* (cujus *Physiologie des passions, ou nouvelle doctrine des sentimens moraux* (Paris. 1828. II. Voll. 8.), omnium Psychologorum attentionem meretur), *T. M. Curel* (cujus scriptum: *De la nature des Sciences morales, ou de la raison et de la conscience dans leur rapport avec la loi et le précepte*, Par. 1829. 8. minime spernendum censetur) — Comitem *de Montlosier* (qui a. 1829. Parisiis edere instituit opus, Bruxellis mox eod. a. repetitum, *Des mystères de la vie humaine.* Tomo primo praemittitur *Notice sur la vie de l'auteur*). Denique non prorsus repudianda videntur, etsi nec prorsus probanda, quae scripsit Abbas *Bautain*, *De l'enseignement de la Philosophie en France au XIXième Siècle*,

*cle*, Paris. 1833. 8. Add. *Krug. L. Ph.* II. 56 sqq. III. 501 sqq. et bi passim. Sed haec quidem hactenus.

(14) *Ipsa* scripta Philosophorum, ut veram eorum mentem et univer cogitationum meditationumque et decretorum Systema recte intelligan accurate et iteratis vicibus legenda esse, apparet inde, quod eorum pler minus facile intelligi possunt, quoniam privam atque peculiarem loqu usum multi affectant: unde fit, ut de eo, quid, utendis verbis et verbo formulis, sibi tandem voluerint, mira interdum sit dissensio. Id quod ex plis quam plurimis, e. g. *Platonis*, *Spinosae*, *Kantii*, facile proba Tum vero qui sententias Philosophorum explicare conantur, ipsi interd vel illos non accurate satis legerunt, vel ad Scholae, cui ipsi nomen d rant, placita et decreta contorserunt. Prius v. c. *Diogeni Laërtio*, *Br kero* aliisque, posterius *Tennemanno*, qui ad *Kantianam*, *Rixnero*, ad *Schellingianam* philosophandi rationem Veterum Philosophorum en ciata, imprudenter accommodaverint et contorserint, tribuitur et vitio ve tur. De talibus autem, nisi inspectis diligentissime ipsis authenticis Phi sophorum eorumque doctrinae monimentis, recte judicari non posse, eget demonstratione.

(15) *Λογομαχία* inest multis omnino, cum Philosophorum, tum Theo gorum etiam, disceptationibus. Magnis animis saepissime de *verbis* pug tum est, cum *de re* ipsa dudum inter dissentientes convenisset. Caveri pestis a Theologo futuro vix melius poterit, quam accurate discenda Philo phiae historia. Conf. *S. Werenfelsius*, in *Diss. de Logomachiu Erud* Opp. Tom. II. p. 1 sqq.

## §. 48.

### *Discendae ejusdem ratio et subsidia.*

Nobilissimae igitur utilissimaeque, modo recte excolatu ejusdemque tamen, quod dissimulandum non est, diffici limae disciplinae, quippe quae prae aliis vires human mentis, abstractae meditationi intentae, exercet, studii recte instituat futurus Theologus. Quod ipsum ita fact rum puto, si *primum* quidem praeclaro alicui Philos phiae doctori in disciplinam se tradat, attentasque ipsi dociles aures praebeat. Non enim ad judicandum de ipsi cui operam dare instituit, Philosophi, aut de Scholae, ille addictum se profiteatur, placitis et decretis festin re discentem oportet (1), sed judicium suspendere, d nec tradita recte perceperit et iterata meditatione vel

su

subegerit. *Mox* vero unum alterumve ex melioribus elementarem librum, a magistro sibi commendatum, semel iterumque lente, sed uno tenore, perlegat sibique familiarem reddat. Quo facto illud consequetur, ut et ad illum in posterum, quae legendo aut meditando inventurus sit, aptis locis enotare commode possit, et insuper bonam nanciscatur suarum de rebus quibusvis cogitationum syntaxin: quae cunctis Studiosis non satis commendari potest, quippe sine qua hae, per judicii defectum, scopae sint dissolutae (2). *Porro* ad uberiora pergat scripta de hac illave peculiari Philosophiae metaphysicae parte, aut adeo de universa Philosophia (3). *Insuper* utatur, ubi opus erit, optimis *Lexicis* philosophicis (4). Plura *tandem* et alia quaesituro subsidia praestantior quaeque indicabit *Bibliotheca* philosophica (5). Sic tandem ad judicii maturitatem cum *ipse* pervenerit, suo marte aliquid in hoc genere tentare cupiens, non frustra laborabit. — Atque haec de propaedeuticis dicta sufficiant: ad ipsam Theologiam pergimus.

(1) Haud temere dixerunt Veteres: *Μανθάνοντα δεῖ πιστεύειν.* Quod praeceptum qui negligunt, prae immodesto suum etiam judicium de gravissimis rebus quantocius interponendi pruritu, atque temeraria et proterva, vel de iis quaestionibus sententiam ferendi, festinatione, quae acutissimorum ingenia Virorum dudum exercuerunt; in eos igitur illud *Quintiliani* fere quadrare solet: „Multi ad sapientiam pervenissent, nisi se jam pervenisse censuissent."

(2) Sunt fere verba aestumatissimi olim praeceptoris nostri, *Dionysii van de Wynpersse*, in *Institt. Log.* P. II. Cap. 4. §. 587.

(3) Non opus esse videtur, post ea, quae paulo ante de Philosophiae historia, praecipuisque, tam veteribus, quam recentioribus, Philosophis satis superque dicta sunt, denuo eorum scripta dedita opera excitare. Neque magis hic placet, ingentem *Compendiorum*, ad singulas Philosophiae metaphysicae partes pertinentium, copiam percensere. Novissime e Nostratibus *Iacobus Nieuwenhuis*, V. C, hoc officio perfunctus est (in supra jam laudatis *Initiis Philos. theor.*, Vol. I. §. 29. p. 34—50. et Vol. II. P. I. Prolegg. §. 17. p. 56—68.). Itaque nolim Iliada post Homerum canere. Velim paucos aliquot bonos hoc in genere libros, ex quibus ipse non nihil aliquando profecisse videor, indicare. Pertinent eo, praeter alia, ma-

magnam partem jam in superioribus citata, majora minorave opera in his, minime nunc etiam spernendas, *Jo. Matth. Gesneri Primas Lineae Isagoges in Eruditionem universalem*, Tomo II; pertinent eo, inquam sequentia fere: *Jo. Fr. Hennert* (cujus eximia institutione et mihi olim frui contigit, *Aphorismi philos.*, Traj. ad Rh. 1781. 8., vel potius) *Lessen over de eerste Beginselen der Wijsbegeerte*, ex praestantissimi Viri autographo et annott. vernacule redd. a *G. C. Spaan*, cui interpretationi etiam *Hennerti vita*, auctore *Jacobo Nieuwenhuis*, addita est, L. B. 181( III. Voll. 8. His vero Lectionibus adjungantur *Uitgelezene Verhandelingen over de Wijsgeerte en Fraaije Letteren*, ex *Societatis Scientt. Berolinensis Commentationibus* selectae et, sub *Hennerti* auspiciis, ab nonnullis ipsius discipulis Belgice redditae, denique ipsius cum *praefationibus*, tum *additamentis* (quin et *Dissertationibus*) illustratae, Traj. ad Rh. 1780 VI. Voll. 8.); — *Dieterici Tiedemann*, *Untersuchungen über den Menschen*, Lips. 1777. III. Voll. 8.; — *Jo. Geo. Herder*, *Ideën zur Phil. d. Gesch. d. Menschh.*, supra p. 84. l.; — *Chr. Meiners*, *Untersuchungen über die Denkkräfte und Willenskräfte des Menschen, nach Anleitung der Erfahrung*, Goett. 1806. II. Voll. 8.; — *Ernestii Platner*, *Philosophische Aphorismen* etc. (Lips. ex nova, eaque ad incudem prorsus revocata, ed., 1800. II. Voll. 8.). — Porro, quod ad *Psychologiam* et *Anthropologiam*, *Gerardi van der Voort*, *Grondbeginselen der Menschkunde* (Amst. 1789. II. Voll. 8. Add. Ejusd. *Wijsgeerige Verhandelingen, vert. en bijeenverzameld*, ibid. 1790. 8.; — Anonymi (an *Meissneri?*) *Menschkunde, of Verzameling van de beste en voortreffelijkste waarnemingen en ondervindingen over de menschen*, etc. (e Germanico sermone versa et ed. Dordr. 1793. 8.); — *Imm. Kant*, *Anthropologie, in pragmatischer Hinsicht abgefasst* (Francof. et Lips. 1799. 8.); — *Joannis Ith*, *Versuch einer Anthropologie oder Philosophie des Menschen nach seinen körperlichen Anlagen* (Vitoduri, ex altera ed. 1803. II. Voll. 8.); — *Ernstii Klotz*, *Lehrbuch der Erfahrungsseelenlehre, als Propädeutik zur Philosophie* etc. (Lips. 1824. 8.); — *Phil. Ludovici Statius Muller*, *Veel hoofden veel zinnen, of Wijsgeerig onderzoek van het verschil der menschlijke gemoederen* (Amst. ex altera ed. 1779. II. Voll. 8.); — *Guil. Antonii Ockerse*, *Ontwerp tot eene algemeene Characterkunde* (Traj. ad Rh. 1788. III. Voll. 8. Operis, ad finem ab auctore non perducti, Volumina duo priora Germanice reddita sunt; puto et Gallo-Francice. Eorum, quae in eximio hocce opere desiderantur, quaedam habetur compensatio in ultimo Ejus scripto, cui titulum fecit; *Vruchten en Resultaten van een zestig-jarig leven*, Amst. 1823. III. Voll. 8., quorum tertio, posthumo illi, *vitam* laudatissimi Viri Cl. *H. G. Tydeman* et ego addidimus); — *Caroli Frid. Pockels*, *Characterschets der Vrouwen* (e Germanico sermone in Belgicum a *Jo. van der Linden* transfusa, L. B. 1800. IV. Voll. 8.); Ejusd. *Karakterschets der Mannen, gegrond op menschkundige waarnemingen* (itidem e Germ.

ver-

versa, Gron. et Amst. 1805. III. Voll. VI. Pp. 8.). — His adde *Jo. Aug. Eberhard*, *Allgemeine Theorie des Denkens und Empfindens*, Berol. ex nova ed. 1786. 8.; — *Lud. Ant. Muratori*, ex Italico sermone Germanice a *Geo. Herm. Richer* versa, Scriptio, *Ueber die Einbildungskraft des Menschen*, Lips. 1785. II. Voll. 8. — Caeterum in iis, qui Praecepta *Logicae* exponunt, non ultimus locus tribuendus videtur libro *Gotthilfi Sam. Steinbart*, inscripto: *Anleitung des menschlichen Verstandes zum regelmässigen Bestreben nach möglichst vollkommner Erkenntniss* (Züllich. 1780. II. Voll. 8.); — *Frid. Calker Denklehre, oder Logik und Dialektik, nebst einem Abriss der Geschichte und Literatur derselben* (Bonnae 1822. 8.; quae cum alias ob causas, tum imprimis propter *Logicae*, quam enarrat, *historiam*, eamque etiam literariam, attentionem meretur); — *Jo. Henr. Tieftrunk*, *Die Denklehre in reindeutschem Gewande, auch zum Selbstunterricht für gebildete Leser* etc. (Halae et Lips. 1825. 8.); *Car. Frid. Bachmann*, *System der Logik* (Lips. 1828. 8.): — denique, alios plures ut mittam, *Gottlobi Ernstii Schulze Grundriss der allgemeinen Logik*, Goett. et quinta eaque emendata ed. 1832. 8. — Sed haec speciminis loco sufficiant. Quibus tamen unum insuper addamus *Simonem Erhardt*, cujus *Einleitung in das Studium der gesammten Philosophie*, Heidelb. et Lipsiae 1824. 8. supra, suo loco, excitare omisimus.

(4) Pertinent huc Lexica *Joannis Micraelii* (Stettini, 1662. 4.), *Stephani Chauvin* (Leov. 1713. f. m.), *Joannis Georgii Walch* (Germanice scriptum, et a *Joanne Christiano Hennings* auctum, Lips. 1775. II. Voll. 8.), *Georgii Samuëlis Alberti Mellin* (*Allgemeines Wörterbuch der Philosophie*, Magdeburgi 1805—1807. 8.). Idem, quod supra observatum est (p. 189.), in *Criticam* Philosophiam Lexicon conscripserat antea. Sed, prae plerisque aliis, nunc potissimum Studiosis Philosophiae et Theologiae commendandum est *Lexicon Krugianum*, jam saepius ad partes a nobis vocatum (*Wilh. Traug. Krug*, *Allgemeines Handwörterbuch* (vel, *Encyklopädisch-philosophisches Lexicon*) *der philosophischen Wissenschaften*, *nebst ihrer Literatur und Geschichte*, Lips. 1827 sqq. IV. Voll., cum uno Supplementorum Volumine, 8. Hoc enim Lexico, quod rarius, quemquam, de rebus aut personis se consulentem, destituit, et maximam insuper habet a perspicuitate commendationem; hoc igitur praestantissimo Lexico *Krugiano* quisquis prudenter utatur, multis omnino eum libris aliis, praesertim iis, qui ad praesentem Philosophiae conditionem pertineant, tuto carere posse existimem. Atqui prudens, et hujus, et reliquorum istiusmodi (*realium* vulgo dictorum) Lexicorum requiritur usus. Nam, neque *Krugium*, in *omnibus*, sine exceptione, audiendum esse puto; v. c., non in iis, quae de *Revelationis* divinae, Sacris Literis contentae *perfectibilitate*, quam vocat, ut et de *Rationalistis*, qui dicuntur, et *Supernaturalistis* disputat: — neque, omittendo severiore disciplinae studio, et obiter tantum, data qualibet opportunitate, inspiciendo hujusmodi Lexico, committendum

dum (quod omnino vereor, ne hodie, a nonnullis *Krugianum* possidentibus non satis evitetur), ut, quae honesta discendae doctrinae subsidia praebei possint, Scripta utilissima, utentium culpa et vitio, invitis licet auctoribus in ignaviae praesidia, et quos *asinorum pontes* vocare solent, convertantur.

(5) *Christ. Struvii Biblioth. philos.* Jenae 1707. 8., et cum additamentis *Jo. Geo. Lotteri*, ibid. 1728. 8.; eademque auctior, a *Lud. Martino Kahl* ed. Goett. 1740. III. Voll. 8.; *Mich. Hissmann* (*Anleitung zur Kenntniss der auserlesenen Literatur in allen Theilen der Philosophie* Goett. et Lemgoviae 1778. 8.), caet. Quoniam vero ab exeunte fere seculo duodevigesimo, ut in Germania, ita quoque in pluribus aliis Europae partibus, maxime postquam ubivis innotescere coeperunt meditationes *Kantii*, immortalis memoriae Philosophi, ingens in excolenda hac scientia facta est commutatio; optandum omnino videtur, ut hodieque exoriatur aliquis, velut ex laudatorum ossibus, Vir Doctus, qui libros, a multifariae Philosophiae recentioris patronis, tam asseclis, quam praesertim Coryphaeis, inde ab anno fere 1780, in lucem emissos, ordine recenseat. Quod si aliquando obtineatur, porro sperandum, fore ut ille eos ita recenseat, ut facile cuivis ejus indicio appareat, quinam potissimum legendi sint, quibus potissimum dotibus hi, a reliquis in eodem genere scriptis, distinguantur, et quid in singulorum lectione prae caeteris observandum sit, ut insignis inde utilitatis fructus ad legentem redundet.



# SECTIO ALTERA.

# SECTIO ALTERA,

## PRAECEPTIVA.

## CAPUT PRIMUM,

### DE RELIGIONE EAQUE CHRISTIANA, HUJUSQUE VERITATE.

§. 49.

*Religio.*

Religio, undecunque nomen derivetur (1), pio continetur cultu Dei (2). Itaque omnis religionis fundamentum est agnita Dei existentia. *Deum* autem cum dicimus, naturam (*ens*) intelligimus summe perfectam; intelligimus totius rerum universitatis, igitur et hominum, Conditorem Gubernatoremque (3). Quem esse, tantum non omnes, omni tempore et ubivis locorum, unanimi consensu sumserunt, etsi insana de eo decreta plurimi saepe commenti sunt. An fuerint, vel sint etiamnum, hic illic terrarum gentes, ab omni humanitate adeo rejectae, quae ad Summi Numinis notionem emergere, pristinamve traditionem instaurare, non potuerint; fortassis adhuc dubitare licet. *Athei* vero, stricte dicti, id est, homines, qui, post diligentem rei disquisitionem, Deum esse ex animi sententia negarent, si qui unquam revera exstiterint, exiguo sane, et in computum plane non referendo, fuerunt numero. Nam et multis olim capitalis iste error falso impactus est, et ne *Epicurei* quidem omnes, aut *Sceptici*, aut *Pantheistae*, recte Athei vocantur. Contra Atheos vero, et qui Athei habebantur,

disputarunt Philosophi, cum antiquiores, tum praesertim recentiores; in *his*, post *Anselmum*, *Cartesius*, *Leibnitius*, *Mendelssohnius*, *van der Kempius*, *Kantius*, *Heydenreichius* aliique. Argumentis autem usi sunt talibus, quae vel a *priori*, vel a *posteriori* dicuntur. Praesertim vero laudari solent: *Ontologicum*, *Cosmologicum*, *Physicum*, cujus peculiaris forma vel pars *Teleologicum* est, *Morale* item et *Historicum*. Quae singula suum habent, eximium illum, quo minime sunt defraudanda, pretium: conjuncta vero nullum de veritate cum ratione dubitandi locum relinquunt. Mathematicam quidem, qua nec opus est, evidentiam, ex rei natura, praestare non censenda sunt: omnino vero moralem, quae abunde sufficit. *Unum* autem religioso cultu prosequendum esse Deum, non una ratione docere conati sunt egregii Philosophi; illi praesertim, quibus facem praetulerat Revelatio divina (4). Cultus vero, quem dicimus, religiosus constat sensibus animi et actionibus, accommodatis iis ad opiniones, quas de Supremi Numinis natura et proprietatibus et operibus, tum etiam de necessitudine, quae sibi cum Ipso intercedat, atque de eo, quod Ipsi placeat, sibi formant naturae rationales, in his homines. Sic igitur definita *Religio* est aliquid *in* ipso Dei cultore (*religio subjectiva*). At praxis ista necessario in aliqua theoria fundatur. Haec vero opinionum de rebus divinis complexus est, atque tradi potest et disci. Dicitur et ipsa quoque *Religio* (nempe *objectiva*), accuratius vero *doctrina religionis*. Est autem et haec denuo vel *theoretica*, in quantum de ipsis circa Dei naturam et perfectiones opinionibus exponit, vel *practica*, quatenus de sensibus et actionibus, persuasioni conformibus. Jam, si ex solius Rationis humanae praeceptis ea hauritur, *Naturalis* (*Rationalis*) Religio dicitur: *Revelata*, si ex institutione Dei peculiari et extraordinaria. Posterior, siquidem recte se habet, priori, recte itidem se habenti, nunquam poterit adversari. Eidem enim Deo sapientissimo, cui nova patefactio, recta quoque Ratio, ejus-

que

que usus, ergo et ea, quae hoc modo existit, universalis Revelatio divina (conf. Rom. I: 19, 20.), accepta referenda sunt. Nam neque lux luci, neque Deus sibi ipse contrarius est. Itaque *vera* sit Religio necesse est, quae ex alterutro fonte *rite* hauriatur: sin vero vel recta Ratio non recte consulatur, aut supposita et a callido praestigiatore ficta oracula pro divina Patefactione recipiantur, aut denique veris Rationis et Revelationis decretis admisceantur vana praejudicatarum opinionum commenta, Religio, talibus innixa placitis, non potest non, sive plane sive partim, *falsa* esse. Multae igitur esse possunt *falsae*, quae vocantur, *religiones;* error enim esse solet multiplex et admodum varius: *vera* religio, nisi *una*, esse non potest. Quod tamen non impedit, quominus Patefactione peculiari quaedam, humanae sibi relictae Rationi incognita, complexui verarum de Deo sententiarum, Rationi rectae jam probatarum, superaddi, hisque religio (*objectiva*) ditari possit et hactenus perfectior reddi (*5*). Utrivis vero fonti debeatur, quae in illa elaboranda et erudite ac subtiliter explicanda et exornanda versatur, Disciplina hodie plerumque solet *Theologia* dici (*6*): estque et haec propterea *Naturalis* vel *Revelata*, *vera* vel *falsa*, denique *theoretica* vel *practica*.

(1) Sive a *relinquendo*, aut *reëligendo*, sive potius, vel a *religando* (ut *opinio* ab *opinando*) vel a *relegendo* (sive *facta*, sive *gressus*, quod posterius timoris est). De diversis rationibus etymologicis et varia vocis significatione conff. Philologi et Theologi, e. g. *G. J. Vossius*, in *Etymolog.* p. 499 sqq. *B. de Moor*, in *Commentar. perpet. in Marckii medull.* T. I. p. 449 sqq. *I. J. G. Scheller*, in *Praeceptis styli bene Lat.* P. I. cap. 2. Sect. X. T. I. p. m. 88. *J. F. Reitzius*, *de ambiguis, mediis et contrar.* p. 505 sqq. — Peculiarem usum vocis, eumdemque serioris aevi, attigit *Herm. Venema*, in *Hist. Eccl.* Vol. IV. p. 726.

(2) Ita fere *Cicero*, Lib. I. *de Nat. Deor.* cap. 42.

(3) De his et sequentibus quoniam uberius agi solet in *Theologiae Naturalis* Institutionibus, hoc loco ea verbulo tantum tetigisse contenti fuimus.

(4) Conf. Diss. *Wyttenbachii*, *Mangeri*, aliorum, editae a *Stolpiani Legati Curatorib.* a. 1778. (L. B. 1780. 4.).

(5) Qua observatione occurritur iis, qui *Naturalistae*, et iis, qui *Deistae*,

*tae*, partim quoque iis, qui *Rationalistae*, hodierno loquendi usu, sed nec sibi constanti, nec valde evidenti et perspicuo, vocari solent. Verum de illis dicendi paulo post commodior recurret locus.

(6) Conf. *Car. Christ. Tittmanni Progr. de discrimine Theologiae et Religionis*, a. 1782, repet. in Ejus *Opusculis Theol.* (Lipsiae 1805. 8.) pag. 535 sqq.

## §. 50.

### *Religio Ethnicorum varia.*

Num alicubi terrarum Naturalis Religionis agnitio et praxis, sive verae illius, sive plane aut ex parte falsae, unquam pura, id est, ducta ex sola Ratione humana, nulla divinae, extra consuetum rerum ordinem factae, Revelationis traditione adjuta, exstiterit, quaesitum est. Ad quam quaestionem videtur negando respondendum esse. Nam, *primum*, valde probabile videtur, benignissimum Numen Dei et sapientissimum primos jam mortales quantocius suam edocuisse existentiam, perfectionem et potestatem. Ab hac autem antiquissima institutione divina, eaque procul dubio Monotheistica, per traditionem fere continuam, licet non incorrupte ubique servatam, ad universas gentes perducta, repetenda videtur generalis illa omnium aetatum et locorum de divina natura persuasio: cui facillime admittendae mens tamen etiam humana et animus ultro patent. *Dein* praecipuarum, quae inter homines vigent, religionum nulla prorsus caret oraculis, sive veris illis, sive fictis aut temere receptis, in quibus fundatur opinionum, quibus addicti sunt illi, auctoritas (1). Ipsa *Gentilium* (sive *Ethnicorum*, aut *Paganorum*) religio vix usquam unquam destituta fuit, aut est etiamnum, opinatis vel praetensis, ut revelationibus, ita divinae voluntatis interpretibus. Quod observari vel apud homines potest, qui in infimo quasi religionis atque humanitatis gradu constitui, *Feticismo* (2), qui vocari solet, eique tam naturali (3), quam artificiali (*Iconolatriae*), addicti sunt; quippe quibus nusquam sui deesse videntur Sacerdotes aut Magi (4). Neque profec-

fecto aliter comparatus est cultus eorum divinus, qui cum singulis rebus naturalibus, iis certe quae animum prae caeteris percellere solent, in his Sole, Luna et Astris reliquis, Genios, nescio quos, conjungere consueverunt (*Idololatrae*), aut defunctorum hominum manibus cultum offerre divinum (*Anthropolatrae*), aut medias fingere, Deum summum inter et homines, alias naturas excellentiores, divino honore prosequendas (*Daemonolatrae*), communi omnes nomine *Polytheistae* compellandi. Apud hos enim, ut templorum, altarium, sacrificiorum rituumque et festorum, ita quoque oraculorum et divinationum, ominum et portentorum, insignis semper fuit copia et honor. Cujus rei prima causa in obscuro quodam eorum, quibus homini maxime opus est, sensu; altera in traditionis de antiquissimis Dei revelationibus memoria, non penitus oblitterata illa, quaerenda videtur. Accesserunt vero, cum politicorum Virorum, Principum praesertim ac summorum Sacerdotum, fraudes et astutia, tum fabulae Poëtarum, quibus utrisque plebi imponebatur. Quoniam vero non eadem ubivis locorum invaluerant de Numine ejusque cultu opinionum commenta, non diversae esse non potuerunt possuntve hodieque *religiones* Ethnicae: unde de Ægyptiaca, Phoenicia, Graeca et Romana, Germanica, Indica, Sinensi, Scandinavica, aliis, seorsum exponi potest (5). Non defuerunt autem variis temporibus, diversissimisque in regionibus, imprimis in Graecia et Romae, qui melius, quam vulgus, de religione saperent; quorum egregie dicta in quamdam systematis formam redigere conati sunt aliqui, praesertim *Pfannerus*, sed modum tenere haud semper noverunt (6). Caeterum de origine et progressu et constitutione idololatrici cultûs prae caeteris *Ger. Jo. Vossius* (7), *Antonius van Dalen* (8), *Petrus Jurieu* (9), *Arthurus Young* (10), ut et nonnulli alii (11), consulendi sunt.

(1) De hisce et sequentibus consulendi sunt Scriptores, suo quique loco indicandi, qui de religionis inter homines origine, progressu et fatis exposuerunt. In quibus non ultimum sibi locum poscit *Benjaminus Constant*,

*stant*, propter conscribi ab ipso, et III. Voll. Parisiis (mox etiam Br xellis) a. 1824 et seqq. edi coeptum, sed, propter auctoris obitum, finem non perductum, opus luculentissimum, *de la Religion, considér dans sa source, ses formes et ses développements.* De quo dignissi est, quae legatur, auctoris ad *Hochetum* epistola, quam publici juris f cit *Chateaubriandus* (in praefatione ad suas *Etudes historiques*, ind repetitam in *Archives du Christianisme*, ad m. Majum a. 1831. pag. 2 sq., ubi recte vocatur *un fragment précieux de l'histoire de l'esprit h main.* Nam, cum opus aggrederetur *Constantius*, moliebatur Athei Codicem. *Urceus coepit institui; currente rota cur amphora exierit*, quaeras: » *Mon ouvrage*, ita respondet auctor, *est une singulière preu » de ce que dit Bacon, qu'un peu de science mène à l'athéisme, et pl » de science à la religion. C'est positivement en approfondissant l » faits, et en recueillant de toutes parts, et en me heurtant contre l » difficultés sans nombre, qui s' opposent à l'incrédulité, que je me su » vu forcé de reculer dans les idées religieuses. Je l'ai fait certain » ment de bien bonne foi: car chaque pas rétrograde m'a coûté etc.* Quae sequuntur idem confirmant.

(2) De quo vid. e. g. *Isaäci Iselini Geschichte der Menschheit*, (ja §. 33. ann 3. pag. 84. laud.) Lib. III. cap. 19.; *Chr. Meiners, Allgemei kritische Geschichte aller Religionen*, (Hannov. 1806. II. Voll. 8.; cuj veluti Compendium est: *Grundriss der Gesch. aller Religionen*, Lemgovi 1785. et iterum auctius, 1787. 8.), Lib. II—IV, et *Hermanni Munting Geschiedenis der Menschheid naar den Bijbel* (§. 32, ann. 4. pag. 7 et §. 33. ann. 3. pag. 84. cit.) T. II. pag. 74 sq.

(3) Quo et *Ignis* cultus, sive *Sabaeismus*, per totum Orientem sparsus tanquam peculiare genus, pertinet. Vid. *Muntinghius*, l. c. I. 262 sq *Meinersius*, l. c. Lib. II. Sect. III. *Jo. Frid. Guil. Jerusalemus*, in *Be trachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion*, (Bruns 1786. III. Voll. 8., etiam Belgice versis; quibus post auctoris obitum unu etiam Volumen accessit, prius nempe eorum, quae titulum praeferunt: *Nac gelassene Schriften*, Ibid. 1792. II. Voll. 8.), Vol. II. Exerc. I(X), ali

(4) Conf. quae habet *Iselinus*, l. c. Lib. III. cap. 19. Exempli lo sufficiat memorasse *Lapponum* et *Esquimeaucium Angekokkos.* Add. *Hearne, Reis naar de Kopermijn-Rivier*, T. II. cap. 7. etc. etc. — Ca terum de *Feticismo artificiali* cf. *Meiners*, l. c. Lib. V.

(5) De hisce omnibus, et aliis huc pertinentibus, quoniam a nobis qu que agi solet in Scholis *Theologiae Naturalis* (fortassis aliquando publi juris faciendis), hic ea tetigisse sufficiat.

(6) *Tobiae Pfanneri Systema Theologiae Gentilium purioris*, Ba leae, 1679. 4. In ipso et alii notant, et *Herm. Muntinghius*, varia eum e hibere testimonia, quae vel re minus significent, quam verbis promittan vel e libris suppositiis hausta sint, vel Scriptoribus debeantur, qui lu Christianae religionis non prorsus destituti fuerint. Vid. Ejus *Theolog Chr*

*Christianae Pars Theologica* (infra suo l., l. c. §. 88. ann. 166., citanda), §. 27. Schol. b. (I. 16.). Praeter *Olivetum* et *La-Beauniellium* hîc praesertim meretur conferri, qui et illos laudat, Rev. *Lucas Valk*, in Diss., ed. a Societate Hagana ad a. 1812. *de iis, quae Veteres Philosophi de rebus divinis recte et probabiliter philosophati sunt.*

(7) De *Theol. Gentili et Physiologia Christiana*, Libri IX. Amst. 1642. 4. ibid. 1668. f. m. Etiam in Viri Cl. *Opp.* (Amst. 17 . VI. Voll. f. m.).

(8) *Dissertationes de origine et progressu idololatriae et superstitionum.* Amst. 1696. 4.

(9) *Histoire Critique des dogmes et des cultes, bons et mauvais, qui ont été dans l'église depuis Adam jusqu'à Jésus-Christ.* Amst. 1704. 4.

(10) *Histor. Untersuchung Abgöttischer Verderbnisse der Religion vom Anfang der Welt, und von den Mitteln, welche die göttliche Vorsehung dagegen gebraucht*, ex Angl. idiom. Germ. vers. Berol. 1749. 8.

(11) V. c. *Johannes Owen*, in libro inscripto: *Θεολογούμενα παντόδαπα; sive de natura, ortu, progressu et studio verae Theologiae libri sex* (Oxoniae, 1661. et longe emendatius Franeq. 1700. 4.), praesertim Lib. III. cap. 3—13. Add. *J. A. Dulaure, Des Cultes, qui ont précédé et amené l'idolatrie ou l'adoration des figures humaines, du culte des fétiches, des astres* etc. Paris. 1805. 8. Caeterum consulantur, quae habet Jo. *Franc. Buddeus*, in *Hist. Eccl. Vet. Test.* Proleg. §. 18. (I. 38).

## §. 51.

### *Religio Judaica.*

Extraordinaria veri nominis Revelatione divina nititur, quicquid ex pristina religione Israëlitarum superest in hodierna Judaica. Propullularat illa ex omnium antiquissima Patriarchali, in certam deinde formam a Mose redacta, auctore ipso Deo. Id quod singulari quidem ratione assertum ivit *Guil. Warburtonus* (1); probarunt vero etiam et adversus obtrectatores vindicarunt alii, qui de vera Legislationis Mosaicae ratione exposuerunt, Viri Docti. Hos inter eminent Abbas *Guéné* (2) et *Joannes Davides Michaëlis* (3). Uti autem vera religio ab Israëlitis olim cum turpi Idolorum cultu vel commixta, vel adeo commutata fuit interdum; ita post reditum ex exilio pedetentim a Pharisaeis et Sadducaeis depravata illa est, ac tandem summam apud Judaeos auctoritatem amisit. Postquam enim, spreto a gente

te Messia, proavis divinitus promisso, conflagravisset divi no judicio templum Hierosolymitanum, neque hoc un quam instauratum est, et cessavit per tot jam secula cu tus solennis et sacrificium, tam annuum, quam quotidi num. Scilicet Judaei seriores, a majorum doctrina fid haud mediocriter deflectentes, traditionibus, partim in sulsis adeo et absurdis, fabulisque anilibus assensum prae bent, collectis illis, una cum aliis rebus longe melior bus, in Codice, qui *Talmud* vocatur. Constat aute hocce Opus, revelationis divinae oralis capita, ut putan complexum, duabus partibus praecipuis. Altera est *Misch na*, qua ipsae traditiones et omne Jus Judaeorum, tam Ci vile, quam Ecclesiasticum, continetur, cujusque praestan tior editio debetur *Guil. Surenhusio* (4). Altera ve pars, *Gemara* dicta, Commentarios complectitur Rabbi norum in *Mischnam.* Hujus origines partim in Palaesti quaerendae sunt, partim Babylone, unde duplex Gema est, *Hierosolymitana* et *Babylonica* (5). Ex his igitu aliisque scriptis religio seriorum Judaeorum optime discitu Illorum indicem egregie contexuit, post alios et *Julium Bar toloccium* (6), *Jo. Christ. Wolfius* (7). De ista vero reli gione ipsa porro consuli merentur *Buxtorfius* (8), *Carp zovius* (9), *Eisenmengerus* (10), alii (11). Neque ne gligendi, qui de Judaicae gentis fatis, quae vel ante, v post dirutam urbem et sublatam rempublicam, experta e ipsa, scripserunt, ex ipsis antiquioribus Judaeis, *Flaviu Josephus* (12), et ex recentioris memoriae Christian hominibus *Humphr. Prideaucius* (13), *Jacobus Basna gius* (14), *Andr. Georg. Waehnerus* (15), alii (16) quibus nuperrime accessit Judaeus Berolinensis, *J. M Jost* (17).

(1) Singularem diximus rationem, qua eruditissimus Praesul, in laud jam §. 33. ann. 3. opere, hac in re agenda usus est. Nimirum omne d monstrationis, ab ipso propositae fundamentum, vis omnis, posita sunt i eo, quod Moses, ipso judice, adstruendae Legum suarum auctoritati mi me doctrinam de futura post brevem hanc vita adhibuerit, neque igit

alia

ultimas, quam temporales, poenas transgressoribus fuerit comminatus. Opus ipsum (id quod l. c. memorare omisimus), *The divine legation of Moses demonstrated*, primum Lond. 1738. prodiit, deinceps pluries repetitum, quartum *ibid.* 1755, 1758: quae editio (de qua conf. supra §. 33. ann. 3. p. 83.) a multis, quae exhibet, additamentis et emendationibus commendatur. Vid. *Jo. Lelandus*, *Nuttigheid en Noodzakelijkheid van de Christelijke Openbaring* (paulo inferius, §. 55. ann. 10. citandus) Tom. I. P. I. p. 303. — Est autem splendidior etiam editio, uno libro, sed imperfectó, aucta, a. 1788. VII. Voll. 4. cujus tantummodo 250 exemplaria exstant. — Belgica interpretatio, ad quartam ed. adornata, nonnullis auctoris disputationibus aucta est. Peti vero quaedam alia potuissent insuper ex opusculo auctoris altero, inscripto: *Remarks on several occasional reflections, in answer to the Rev. Dr. Middleton, Dr. Pococke* etc., Londini 1744. 8. — Primariam vero, cui suam demonstrationem superstruxit *Warburtonus*, hypothesin refutandam sibi sumsit *Jo. Dav. Michaëlis*, Diss. *de argumentis immortalitatis animor. humanor. et futuri seculi ex Mose collectis*, Goett. 1757. (et in Ej. *Syntagm. Commentationum* (ibid. 1759. 4.) Vol. I. pag. 80 sqq.). Cui add. *Jo. Jac. Metelerkamp* Diss., *continens vestigia doctrinae de immortalitate animor., in libris V. Instrum. obvia* (Harderov. 1799. 8.) et *Jo. Henr. Paravii Commentatio de immortalitatis ac vitae futurae notitiis ab antiquissimo Jobi scriptore in suos usus adhibitis* (Daventriae 1807. 8.).

(2) *Lettres de quelques Juifs à Mr. de Voltaire;* Belgice: *Brieven van eenige Portugeesche en Hoogduitsche Joden aan den Heer de Voltaire.* Ad tertiam editionem facta versio prodiit Amstelod. 1770—1774. iterumque ad quintam 1774—1782. IV. Voll. 8.

(3) Praesertim in eximio de *Jure Mosaico* opere (*Mosaisches Recht*, Francof. ex altera ed. 1775 sqq. 8.), cujus, Belgice redditi, inscriptio est: *Mosaisch Recht, of de Ziel der Wetten van Moses*, etc. Harlemi 1781—1789. VI. Voll. 8.). Cui add. *Bijvoegsels en Verbeteringen op het M. R., beschreven door J. D. M.; vooraan is geplaatst: Verhandeling over het offeren van menschen enz. van Jacob Bryant, en achter aan eenige Bijzonderheden over de oudste Gesch. der Paarden en Stoeterijen in Palestina, — Ægypten en Arabiën, door J. D. M.* ibid. [1777.] 8. Item *Historische Abhandlung von den Ehegesetzen Mosis* etc. Goett., ex alt. ed. 1768. 8. (Belgice: *Verh. over de Huwelijkswetten van Moses, die de huwelijken in de naaste bloedverwantschap verbieden, door J. D. M.*, Lugd. Bat. 1764. 8.). Quacum conferenda est alia anonymi Scriptoris Disp., eandem inscriptionem praeferens, ed. Wism. 1761. — Duumviris praestantissimis dudum praeluserant alii; in his (ne de *Spencero* dicam, infra, §. 75. ann. 23. citando) *Guil. Zepperus* (in *Legg. Mos. forensium explanatione*, Herbornae, ex tertia ed., cui *J. H. Schrammius* Scholia adjecit, 1714. 4.), *Constantinus l'Empereur* (*De legg. Ebr. forensibus*,

L. B. 1657. 8.). Minus vero huc pertinet ignotus ineptusque Scriptor, cui antiquissimus liber debetur, inscriptus: *Collatio Mosaicarum et Romanarum Legum*, adjectus *Antonii Schultingii* (qui de ipso consulatur in *praefatione*) operi: *Jurisprudentia vetus Ante-Justinianea*, Lips., ex nova ed., cui praefatus est *Geo. Henr. Ayrer*, 1737. 4. Nunc vero illis addi oportet *Jacobum Verburg*, propter *Disp. de auctoritate Legg. Mos.*, *in civitate etiam Christiana*, quam, praemio ornatam, *Societas Scientt. Zelandica* edendam curavit in suis *Commentt. Novis* (*Nieuwe Verhh. van het Zeeuwsch Genootschap*), Tom. V. P. III. Mediob. 1833. 8.

(4) *Mischna, sive totius Hebraeorum Juris, rituum, antiquitatum ac legum oralium systema, c. clariss. Rabbinorum Maimonidis et Bartenorae Commentariis integris etc. Latinitate donavit ac notis illustr. Guil. Surenhusius*, Amstelod. 1698—1703. VI. Voll. f. m. — Non contemnenda est *Mischnae* interpretatio Germanica, auctore *Joanne Jacobo Rabe* (*Mischnah, oder der Text des Talmuds, d. i. Sammlung der Aufsätze der ältesten, und mündlichen Ueberlieferungen* etc. Onolspacii, 1760. VI. Voll. 4.), qui utiles annotationes hîc illic operi adjecit. — *Mischnae* aetas ad Sec. p. n. C. II vel III. refertur; cujus auctor praecipuus habetur *R. Jehuda*, cognomine *Sanctus*, qui vixit *Antonini Pii* temporibus. Praecipuum Mischnae argumentum exhibet e. g. *Waehner*, mox (ann. 15.) laudandus, T. I. p. 256—274. Legi quoque meretur *A. T. Hartmanni* opusculum, inscriptum: *Thesauri L. Hebr. e Mischna augendi*, Rostochii 1825 seq. 8. (de quo vid. *Bibl. Crit. Nova*, III. 332—344).

(5) *Hierosolymitanae* auctor esse creditur *R. Jochanan*, *Ben Eliezer*, a. p. N. C. 230, (aliis vero placet ad Sec. IV. initium eam rejicere), *Babylonica* vero, quae magis nota est et celebrior, Seculo demum *sexto* confecta videtur. Per utramque Mischna explicatur, sed et saepe obscuratur. De quo cf. *Wolfius*, *Bibl. Hebr.* P. II. pag. 682 sqq. 874 sqq. et P. IV. pag. 438 sqq. — Talmudem *Paulus* IV., P. M., prorsus deleturus, duodecies millia exemplarium comburenda curavit. Ante ipsum vero etiam ex decessoribus aliqui in hoc opus vehementissime jam saevierant. Stolide.

(6) Citatum supra §. 29. ann. 44. p. 65.

(7) Citatus eadem §. 29. ann. 45. Sed *Rossiano* operi, ibi memorato, add. Ejusdem Scripta: *De hebr. typographiae origine ac primitiis, seu antiquis ac rarissimis hebr. librorum editionibus*, Parmae, 1776. 4. et, cum praef. *Hufnageli*, Erlangae 1778. 8.; — *De typographia Hebraeo-Ferrariensi* etc. Parmae 1780. 8., et, cum *Rossii* Epistola et *Hufnageli* praefatione, Erl. 1781. 8. — *Annales hebraeo-typographici* etc. Italice ed. Parmae 1780. 4. et Latine a *Jo. Fr. Roos*, cum appendice *Rossii*, Erl. 1783. et — *Ann. hebraeo-typogr.* Sec. XV. Parmae 1795. 4.

(8) *Joannis Buxtorfii Synagoga Judaica*, Basileae a. 1680. et saepius 8. Belgice: *Schole der Joden, begrijpende het geheele Joodsche Geloof* etc. L. B. 1702. 8.

(9) *Joannis Bened. Carpzovii Introductio in Theologiam Judaicam*, praemissa *Raymundi Martini Pugioni fidei*, Paris. 1651 et Lips. 1687. f. m.

(10) *Joannis Andreae Eisenmenger Entdecktes Judenthum* etc. Regiom. 1711. *II. Voll. 4.*

(11) *V. c. Joannis a Lent* (*Moderna Theol. Jud.*, Herbornae 1694. 8.) *et Jo. Christoph. Geo. Bodenschatz* (*Kirchliche Verfass. d. heut. Juden* etc. Erlangae 1748. IV. Part. 4.). In praecipuis nunc consulendus est [*L.*] *Zunz* (*Die gottesdienstlichen Vorträge der Juden, historisch entwickelt*, Berol. 1833. 8.).

(12) *Archaeologiae Judaicae* sive *Originum aut Antiquitatis* Libri XX. et *de Bello Judaico* Libri VII. Quibus add. *Contra Apionem* Libri II, alii. Optima Operum *Josephi* editio est ea, quam procuravit *Sigebertus Havercamp*, Amst., Lugd. Bat. et Traj. 1726. II. Voll. f. m.

(13) *Humphrey Prideaux, The old and new Testament connected in the history of the Jews and neighbouring nations*, etc. Lond. 1716. et saepius, II. Voll. 8. Utilissimum opus, ut Germanice (Dresdae 1771. II. Voll. 4.), ita et Belgice a Viro Cl. *Jo. Drieberge*, ad octavam ed., versum est et editum Roterodami 1721. f. m., et Lugd. Bat. 1723. II. Voll. 4. Idem hicce *Driebergius*, qui opus jam auxerat a. 1729., mantissas addidit (*Aanhangsels op de Gesch. der Jod. van H. P.*), quae Vol. IIIium efficiunt, et insertae sunt editioni Amst. 1731. II. Voll. f. m.

(14) *l'Histoire et la religion des Juifs, depuis Jesus Christ, jusqu'à présent, par Jacques Basnage*, Roterod. 1705. V. Voll. 8., et Hagae Com. 1716. IX. Voll. 8. Belgica operis interpretatio, inscripta: *Vervolg op Flavius Josephus, of algemeene Historie der Joodsche Natie* etc. prodiit Amst. 1726. II. Voll. f. m. — Anglica (*The history of the Jews* etc.) debetur *Thomae Taylor* et exiit Lond. a. 1807. f. m.

(15) *Antiqq. Hebraeor.* Goett. 1743. II. Voll. 8. — Add. *Jo. Jac. Schudt, Compend. Hist. Jud.* Francof. ad M. 1700. 8., — Ejusd. *Jüdische Merkwürdigkeiten*, ibid. 1714 sqq. IV. Pp. 4. *Lud. Holberg, Jüd. Gesch.* — *bis auf gegenwärt. Zeiten*, Altonae 1747. II. Pp. 4.

(16) Verbi c. *J[oannes] P[lantier]* (*Reflexions sur l'hist. des Juifs*, Genevae 1721. II. Voll. 8.), *Isbrandus van Hamelsveld* (*Geschiedenis der Joden, sedert de verwoesting van de Stad en Tempel van Jerusalem, tot den tegenwoordigen tijd*, Amst. ex altera ed. 1808. 8.), *Annaeus Ypeij* (*Beknopt histor. Verslag* etc., in Horreo, cui titulus: *Vaderl. Magazijn*, Tom. IV. P. II. p. 549 sqq.).

(17) *Geschichte der Israeliten seit der Zeit der Maccabäer bis auf unsre Tage, nach den Quellen bearbeitet*, Berol. 1820 sqq. IV. Voll. 8. — Praeterea de recentissima Judaeorum conditione legi merentur novae Abbatis *Gregoire* observationes, quas, Germanice versas (*Neue Beobachtungen über die Juden*), edidit *Car. Frid. Stäudlin* in suo Horreo (*Magazin für Religions-Moral-und Kirchengeschichte*), Vol. IV. p. 523—543, ubi de meri-

 tis

tis *Mendelssohnii*, *Blochii*, *Herzii*, *Maimonis*, *Hartewigii*, *Wesselyi* *Friedländeri* utriusque, *Wolfssohnii*, *Fränkeli*, *Schottländeri*, *Pappenheimii* senioris, imprimis *Bendavidis* aliorumque agit. Sic igitur ne nostra quidem memoria genti desunt Viri praeclari, ex qua *Aben-Esra*, *Maimonides*, tres *Kimchii* (*Josephus* pater, et *Moses* ac *Davides* fratres), multique alii, eruditionis laude his non inferiores, ferreis etiam medii aevi temporibus, prodierunt. Novissimum vero de hacce materia scriptum est Abbatis *L. A. Chiarini*, *Théorie du Judaisme* (Paris. 1829. II. Voll. 8.). Cui vero quaedam opposuerunt *L. Zunz* (*Beleuchtung der Th. du Jud. etc. von Hn Abbé Chiarini*, Berolini 1830. 8.) et *J. M. Jost* (*Was hat Herr Ch. in angelegenheit der europ. Juden geleistet* etc., Ibid. eod. 8.). Quaedam habentur etiam in Darmstadiensi Diario Ecclesiastico (*Algem. Kirchenzeitung*), verbi c. ad a. 1833. N°. 86 sq., 116 sq., 126, 133, 176 sq. etc.

## §. 52.

### *Religio Mohammedica.*

Seculo aerae Christianae sexto ad finem vergente, exortus est novae conditor religionis, *Mohammedes*. Insignem nominis famam et celebritatem Vir, non una de causa *magnus* dicendus, nactus est. Vitam ejus descripsere e Moslemis centeni, in his *Ismaël Abulfeda:* cujus Commentarios, tam Arabice e manu scripto Codice, quam Latine versos, edidit *Jo. Gagnerius* (1); ipse denuo Prophetae (nam huncce honoris titulum sibi a suis tribui voluit *Mohammedes*) fata, post *Hottingerum*, *Maraccium*, *Prideaucium* et *Baylium*, enarrans Franco-Gallice (2). Castigavit autem *Gagnerius* *Boulainvillerii* (3) ἀκρισίαν, quam imitati sunt, in alterum tamen extremum ruentes, *Voltarius*, *Gibbonus*, *Turpinus* (4). Melius vero *Salius*, *Savaryus* *Brequignyus*, *Pastoretus*, *Silvester-Sacyus*, hujusque discipulus *Reinaldus* (5), de Mohammede et religione Mohammedica, hujusque fatis, constitutione et effectibus scripserunt. Nimirum conflaverat Pseudopropheta doctrinam suam, quam a Deo se, magnam partem interventu Genii coelestis, *Gabriël* dicti, accepisse, sibi fortassis, aliis certe, persuadebat; conflaverat igitur eam ex Judaica et Christiana, ad-

admixtis etiam aliis nonnullis, quo Gentilibus non omnino displiceret nova doctrina. Cujus summa *Corano* continetur, *libro* suis laudibus, si sensuum altitudinem sermonisque elegantiam spectes, minime defraudando; quem, post *Venetos* (6), *Hinckelmannus* (7) et dein *Maraccius* (8) ediderunt; interpretati sunt idem *Maraccius*, cujus versionem repetiit *Reineccius* (9), tum *Salius*, *Savaryus*, alii. Huic vero Corano, libro omnibus Prophetae asseclis sacro habito, alterum librum, *Sonnam* dictum, traditiones complexum, pars adjungi cupiunt, inde *Sonnitae* dicti, a *Schiitis*, et hoc nomine, et aliis pluribus, dissidentes. Suntque plures etiam illorum Sectae, de quibus longum sit exponere (10). Omnem autem religionem *Mohammedicam* compendio exposuit auctor libri notissimi, quique, cum primum in lucem emitteretur, magnas turbas excitavit, bis editi ab *Hadriano Relando* (11). Ex quo, quam multa futilia et insana praecepta, veris et utilibus admixta, contineat haecce religio, attendenti statim in oculos incurrit (12).

(1) *Ism. Abulfedae* liber *de vita et rebus gestis Mohammedis, moslemicae religionis auctoris et imperii Saraceni fundatoris, ex Cod. MS. textum arab. primus edidit, Latine vertit et notis illustravit, Jo. G.*, Oxoniae 1723. f. m. — (*Annalium Moslemicorum* hic liber pars est, postea emendatius editorum ab *J. G. C. Adlero.* Cf. supra §. 34. ann. 5. p. 89.).

(2) *La vie de Mahomet, traduite et compilée de l'Alcoran, des traditions authentiques de la Sonna et des meilleurs auteurs Arabes*, Amst. 1732. II. Voll. 12. Ab hoc *Abulfedae* interprete nova Biographorum aera inchoatur. Qui enim ipsi praecesserant, partim puros fontes non cognoverant, *Zonarae* et *Theophani* et aliis, qui his etiam seriores erant, iisque Occidentalibus, nimis fidentes, partim, studio partium ducti, iniquius quam verius de magno Viro judicaverant. Referuntur ad illud genus *J. J. Hottingerus* (in *Historia Orient. ex variis OO. monimentis collecta* etc. Tiguri, 1660. 4.); tum melior ipso *Maraccius* (ann. 8. memorandus); porro *Humphredus Prideaux* (qui Mohammedis vitam Anglice scripsit (*The life of M.*, Lond. 1697. 8), Germanice versam duobus annis post, Belgice ter, ultimo ed. Delphis 1723. 8.); denique *Baylius* (in notissimo *Dictionn. hist. et crit.* art. *Mohammed*). *Gagnerium* excerpsit *J. v. Rehbinder* (*Abu'l Casem Mohammed; ein Beytrag zur politischen Menschengesch.*, Hafniae 1799. 8.).

(3) Qui Gallice conscripsit: *La vie de Mahomet, avec des reflexions* in-

*sur la religion mahométane et les coutumes des Musulmans*, post ejus obitum ed. Lond. et Amst., 1730 sq. 8.; eo praesertim nomine culpandus, quod pro biographia fabulam (quam romanensem vocare solent) lectoribus tradit.

(4) *Voltarius* quidem in notissima ista *Tragoedia*, qua Mohammedem non tantum ut praestigiatorem, sed et tanquam crudelem Tyrannum, pinxit. (Adeo tamen parum sibi constitit, ut alibi, quo magis Judaeos vituperaret, Mohammedem laudibus in coelum tolleret. Vid. *Lettre au Roi de Prusse* et contra *Essai sur les moeurs et l'esprit des Nations* (Basil. 1785.) Cap. 6. 7. pag. 355.). *Voltarium* castigarunt *Humbertus* (*Commentaire sur la tragédie de M.*, Par. 1825.) et *Garcinus* (in Praefatione Operis: *Exposition de la foi musulmane*). *Gibbonus* vero, Cap. L. Operis, supra (§. 34. ann. 9.) laudati, Tom. X. pag. 1 sqq. Denique *Turpinus*, in *Histoire de la vie de Mohammed, législateur de l'Arabie*, quae prodiit Parisiis, 1773. II. Voll. 12., ad quae IIIium Volumen accessit a. 1781. (Germanica versio, eodem hoc anno, Halae uno Volumine prodiit).

(5) *Salius* in *Prolegomenis*, Anglicae suae Corani interpretationi, de qua mox (ann. 8.), praemissis, aequum se et diligentem Scriptorem praestitit. (Gallo-Francice reddita sunt Prolegg., hoc titulo: *Observations historiques et critiques sur le Mahométisme* etc. Genevae 1751. 8.). Hunc secutus *Savaryus*, suae Corani interpretationi, de qua etiam mox, praemisit vitam Mohammedis, quae valde laudatur, quin imo nonnullis visa est reliquis omnibus palmam praeripere; licet ex *Salii* fontibus magnam partem hausta sit. Consiliorum Mohammedis progressum egregie ostendit *Brequignyus* in *Mémoire sur l'établissement de la religion et de l'empire de M.* (*Mémoires de l'Acad. des Inscriptions et des Belles Lettres*, Tomo XXXII.). Item *Pastoretus*, in Disputatione vernacula, praemio ornata, de *Zoroastre, Confucio et Mohammede* (Par. 1788. 8.) pagg., secundae ed., 202—230 et 407—415. (Belgice quoque versa exstat). Laudatissimus etiam *Silvestre de Sacy*, in *Biographie Universelle*, art. *Mahomet* Tomo XXVI (Par. 1820. 8.) pag. 208 sqq., et, magistrum secutus, *Reinaldus* (*Reinaud*), usus manu scriptis Codd. Orientalibus, in Bibliotheca regia Parisiensi asservatis, omnes praecedentes Mohammedis Biographos superasse dicuntur; et posterior quidem iis maxime, quae scripsit *altero* Volumine sui operis, inscripti: *Description des monumens musulmans du Cabinet de M. le Duc de Blacas*, Par. 1828. II. Voll. 8. — Multo vero minus laudatur *Oelsneri* scriptum: *Des effets de la religion de M., sur l'esprit, les moeurs et le gouvernement des peuples, chez lesquels cette religion s'est établie*, ibid. 1810. 8. Sed plane ineptus est liber, inscriptus: *Muhammed Abul Casem, der grosse Prophet von Mecca*, Meccae (ut fert inscriptio), 1802 seq. II. Voll. 8.; quo Mohammedes in plurimis excusatur, et fere tanquam nemini comparandus, pingitur. Mitto alios; in his Scriptores *Historiae Universalis* et *Ecclesiasticae*, etc. Verum hac opportunitate memorari etiam debent Orationes, cum *Henrici Ar. Ha-*

*ma-*

*maker*, de *Religione Mohammedica, magno virtutis bellicae apud Orientales incitamento*, L. B. 1818. 4. (seorsum et in *Annall. Acad. L. B.* a. 1817—1818.), tum *Joannis Henrici van der Palm*, *de Mohammede, imperii Saraceni conditore*, Ibid. 1794. 4.; cui, propter argumenti affinitatem, add. Ejusd. Or. *de Imperatore Ali, Abu-Talebi filio, Saracenorum Principum maximo*, Ibid. 1819. 4. (seorsum et in *Ann. Ac. L. B.* a. 1818—1819.).

(6) Vulgo quidem censetur *Hinckelmannus* Coranum primus edidisse; sed antea jam Venetiis Coranum editum fuisse, narratur in libro rariore, qui inscribitur: *Introductio in L. Chald. Syr. et Armen. et X. alias linguas*, — *Theseo Ambrosio auctore*, Papiae 1539. 4. Quod cum aliis nonnullis refert *Jo. Bern. de Rossi*, in *Diss. de Corano Arabico Venetiis Paganini typis impresso sub initiis Sec. XVI.*, Parmae 1805. 8.); qui *Tenzelium* et *Langium* refert *Theseum* illum *Ambrosium* cognovisse; quibus et addendus erat *Jo. Andr. Bosius*. Quomodo vero factum fuerit, ut antiquissimae illius editionis nullum amplius exemplum superstit, nondum constat: quamquam *Erpenius*, qui Venetiis a. 1612. commoratus est, scribit, omnia exemplaria concremata esse (in *Catalogo librorum Arabicorum*, adjecto ej. *Rudimentis Linguae Arab.*, Lugd. Bat. 1620. 4.). Sed a quonam? An a Papa, aut Curia Romana (et quidem a. 1530., quae vulgaris, aut a. 1518., quae *Rossii*, aut denique 1509, quae *Panzeri* opinio est)? Sic *Jo. Mich. Langius* statuit (*Diss. de Alcorani prima inter Europaeos editione Arabica*, Altdorfi 1703. 4.); consentiunt multi alii, in his *Erpenius*, et ex recentioribus *Wahlius*. An ab ipso *Paganino*, quod character, quo impressus erat textus Arabicus, non satis nitidus et elegans videretur? Sic alii. Lis adhuc sub judice est. Conf. *Panzeri Annal. Bibliogr.*, Vol. VI. p. 492. *Schnürreri Biblioth. Arab.* (Tubingae 1811. 8.) p. 402. et *Eberti allgem. Bibliogr. Lex.* n°. 11514. in voce *Koran*.

(7) *Abrahamus Hinckelmannus* Coranum edidit Hamburgi 1694. 4.

(8) *Alcorani textus universus ex correctioribus Arabum exemplaribus scriptus et summa fide ex Arabico in Latinum translatus*, auctore *Ludovico Maraccio*, Patavii 1698. fol. Laudari imprimis consuevit haec editio, neque immerito, licet minime carens vitiis. Meliorem *J. A. Danzius*, *Andr. Acoluthus* et *Waldus* Regiomontanus promiserant, sed fidem non solverunt. Magna nos spes tenet fore, ut, quae cum maxime (an a *Fleischero?*) paratur Lipsiae (ap. *Tauchnizium*), stereotypa editio contextum, quantum fieri possit, sincerum sit exhibitura. — *Maraccii* versio Latina verbis nimis est adstricta. Neque antiquior illa, quam, a. 1543. editam, *Phil. Melanchthon Luthero* tribuit (in *Praemonitione*), quamque *Theodorus Bibliander* a. 1550. emendatam repetiit, melius se habuerat. Magis ineptae sunt aliae; in his Franco-Gallica *Royerii* (Amst. 1732. II. Voll. 8.): sed valde laudatur, quae auctorem habet *Savaryum* (Parisiis, 1783 et 1797. II. Voll. 8.). Anglica interpretatio *Taylori* Londini prodiit 1688. 8.

Sed

Sed longe ei praestat nova, quae *Georgio Sale* debetur, edita ibid. 1734. 4. Belgica in lucem emissa est a. 1641 et 1688, quin et tertium, edente *Glazemakero* a. 1696. 8. Germanice versus Coranus primum Argentorati 1540. f. m., deinceps vero, repetitus et emendatus, exiit saepissime, e. g. a. 1623, 1659, 1664 et 1703, item 1746: melior vero est *Davidis Frid. Megerlin* (Francof. ad M. 1772. 8.) ed., sed optima *Frid. Eberh. Boysen*, Halae 1773. iterumque 1775. 8. (Add. ed. *Catharinae* II, c. Scholiis marginalibus, Petropoli 1787, repetita 1790 et 1793.).

(9) Lipsiae 1721. — Caeterum cf. *Zach. Grapii Hist. literar. Alcorani*, Rostochii 1701. 4. et *Jo. Mich. Langii* Diss. *de speciminib., conatib. variis atque noviss. successib. doctor. quorumd. in edendo Alcorano Arabico:* et — *de Alcorani versionib. variis, tam OO., quam Occidentalib., impressis et hactenus ἀνεκδότοις*, Altd. 1704. 4.

(10) De *Sonnitarum* et *Schiitarum* dissensu vid. post alios *Car. Frid. Stäudlinus* (*Magazin für Relig. Mor. und Kircheng.* III. 172 sqq.). — De reliquis vero Sectis Mohammedanis, praeter *Pocockium* (in *Specim. Hist. Arabum*, ed. *Whitio*, Oxoniae 1806. 8.) et alios, conf. liber *de initiis et originibus Religionum in Oriente dispersarum, quae differunt a Religione Christiana*, quam e Cod. Ms. edidit et illustravit *Geo. Henr. Bernstein*, Berolini 1817. 4. pag. 26 sqq. Add. e. g. *Asiatic Researches*, Vol. VII. p. 336, vel *Stäudlinus*, in *Mag.* IV. 1. 239 sqq. — De *Wechabitis* imprimis consul. *l'Histoire de l'Egypte sous le gouvernement de Mohammed Aly, par F. Mengin*, Paris. II. Voll. 8. Add. *l'Histoire des Wahabis depuis leur origine jusqu'à la fin de 1809, par L. A**** Ibid. 1810. 8. Nunc vero prae caeteris commendanda est scriptio *Joannis Ludovici Burckhardt*, cui titulus est: *Notes on the Bedouins and Wahabys, collected during his Travels in the East*, Lond. 1830. II. Voll. 8.

(11) *Hadrianus Relandus, de religione Mohammedica*, Ultraj. 1705 et 1717. 8. (quae posterior priore longe est praeferenda). Belgica libri interpretatio, post auctoris obitum, ibidem, a. 1718. prodiit, una cum versione libri de *Jure Belli Mohammedico.* Add. autem *Rissaleï Berguevi*, Scutarii 1805 et 1822 (qui libellus est Catechismus, perpetuam fidei Islamiticae capitum explicationem continens).

(12) Jam eo fere tempore, quo Byzantio potiti sunt Turcae, hoc demonstratum iverat *Nicolaus Cusanus;* nimius ille quidem, et iniquior Islamismi detractor, praeclaras tamen, nec paucas illas, observationes in medium afferens in sua *Corani cribratione.* — Postea alii Coranum refutandum sumserunt; in quibus est *Maraccius*, qui hanc unam ob causam Patavii, non Amstelodami, Coranum edidit, quod ipsum sine refutatione edi nollet; quam tamen Bibliopolae Batavi plane superfluam putabant, quippe a quolibet homine Christiano facile suo marte praestandam, proptereaque typis describere recusabant; assentiente his, non illi, *Samuele Bochart*, in *Ep. ad Capellum*, p. 854. Atque revera facillima esse ad refutandum, quaecunque prima

ha-

habet, nec ab Israëlitis aut Christianis mutuo sumta, Coranus, non opus est, hic loci data opera ostendere. At vel sic tamen nebulo, latens sub ficto nomine *Ali-Gier-Ber*, ausus est contendere, Christianae religioni praeferendam esse Mohammedanam, edita scriptiuncula, cui titulus: *La certitude des preuves du Mahométisme*, Lond. 1780. II. Voll. 8. Neque omnino nulli esse videntur hic illic, parum alieni a tam absurda opinione. Aliqui certe minus prudenter locuti sunt; in his *L. Kohlrausch*, in *Pragmatische Ansicht der ersten Geschichte des Islamismus* (in *C. F. Stäudlini Magazin*, Vol. III. p. 19 sq. 72. sqq.). Quibuscum propterea, non sine aliqua utilitatis spe, conferri possint, qui severiores se illius religionis censores praestiterunt, e. g. *Jos. Priestley* et *Henr. H. Cludius*, auctor libri: *Muhammeds Religion aus dem Koran* etc. Altonae 1809. 8.

## §. 53.

### *Religio Christiana.*

Sanctissimae religionis nostrae auctor est Jesus Christus, Dei Filius, hominum sospitator. Qui ante octodecim secula in Judaea ipse populares suos meliorem Dei colendi rationem edocuit; dein hujus rei continuandae suaeque doctrinae quaquaversum promulgandae curam Legatis suis ac discipulis commisit. Doctrinae autem summa huc redit: Misso omnibus peccatis nuncio, pie vivendum nobis esse et grato imprimis erga Deum Patrem, benignissimum Creatorem nostrum, Conservatorem et Gubernatorem, animo, propter incomparabile donum Filii sui; qui nos, institutione salubri et expiatoria morte, tum etiam exemplo prorsus unico, denique cura perpetua et moderamine, ex peccati voragine et miseriae faucibus ereptos, Sancti Spiritûs auxilio ad veram emendationem adducit, ad bene beateque in hisce terris vivendum adjuvat, et post obitum in beatiores sedes coelestes recipiet. Hinc autem facile intelligitur, cum, duas esse Religionis Christianae, ergo et Theologiae, subtilius illam explicantis, partes praecipuas, seorsum quidem in scholis pertractandas, nunquam vero, in institutione praesertim populari, divellendas (1): tum, quare fides, et fides Jesu Christo Servatori habita, in hac Religione utram-

que faciat paginam. Quae fides, primaria quidem, quin certo sensu unica, salutis per Christum nanciscendae conditio esse declaratur, minime vero, siquidem recte se habet, coeca est, sed rectae Rationi convenientissima.

(1) Qua de re diximus olim Oratione inaug. *de arctissime inter se nexis, dogmaticis et moralibus religionis Christianae praeceptis, docenti non sejungendis*, Harderovici 1804. 4.

§. 54.

*Ejus veritas.*

Hanc autem nostram Religionem veram esse, ita ostendendum est, ut, procul habitis iis, quae quolibet fere aevo illi addidit, aut cum illa commutavit, ingenium nonnullorum, qui illam profiterentur, hominum, fallax illud et in errores propensum, ipsa Jesu doctrina, ex limpidis Sacri Codicis, praecipue Novi Foederis, fontibus hausta, verae nec opinatae Dei revelationi deberi evincatur. Nam, quoniam se doctores vere Θεοδιδάκτους et Θεοπνεύστους professi sunt Jesus et Apostoli, ipsa Religio, quantumvis reliqua, quae contineat, rectae Rationi probarentur, Deo quippe digna et hominum generi valde utilia, si tamen Deo auctori non ex vero tribueretur, profecto *vera* dici nullo pacto posset. Atqui divina Christianae religionis origo haud una ratione, neque unius tantum generis argumentis, invicte, quantum quidem patitur rei natura et indoles (1), probari potest et solet. Distinguuntur autem primaria argumenta a secundariis. *Primaria* iterum, vel *interna* sunt, vel *externa*. *Interna* repetuntur ex ipsa Euangelicae doctrinae simplicitate, sublimitate, utilitate, et summa omnino praestantia. Est illa enim Deo patefaciente dignissima, nec, nisi a Deo, proficisci potuisse videtur. Nam, *et* humani quidem ingenii aciem longe, uti cuilibet, et ipsam rem contemplanti, et omnem retro religionis historiam comparanti, non videri non potest, superat: *et* illas homini, ex peccatis miserrimo, expu-

pugnandae vitiositatis, evadendae infelicitatis, quin consequendae beatitatis perennis, adminicula praebet, quibus ipsi *prorsus* opus est, quaeque a Deo tamen solo concedi possunt. *Argumenta externa* potissimum praebent, cum 1) salutares Christianae religionis *effectus*, tam in animis singulorum, eam amplectentium, hominum observandi, quam in integra societate humana et populis universis: tum 2) *miracula* et *vaticinia*, quibus Jesus ipse, ejusque exemplo Legati Jesu, doctrinam illam ad Deum auctorem suumque adjutorem directe (et ἀμεσῶς) referendam esse confirmarunt, et ceu divinam, aliis commendarunt hominibus. *Secundaria* vero argumenta praecipue deducuntur 1) ex mirabili hujus religionis propagatione atque conservatione; 2) ex morali Summi Doctoris ejusque Legatorum indole et ingenio, omnem, vel levissimam, sive fraudis, sive creduli fanaticismi, qui sibi ipse imponat, suspicionem tollente; 3) ex reipublicae Judaicae et religionis plane sublatae et eversae historia: et, ne alia, hîc non uberius recensenda, commemoremus, 4) ex diversissima, qua religio *et* primitus propagata atque ut plurimum defensa, *et* vulgo lacessita atque quovis fere aevo impugnata est, ratione (2). Impugnantium vero conatus tantum abfuit ut Religionis veritatem apud prudentiores rerum aestimatores unquam labefactarent, ut eam potius nova identidem luce collustrarent, pluribusque eorum, qui antea illam spreverant, persuaderent (3).

(1) Conf. hac de re *Jo. Theoph. Toellner*, *Wahre Gründe warum Gott die Offenbarung nicht mit augenscheinlichern Beweisen versehen hat*, Lips. et Züllich. 1764. 8. (de quo scripto vid. *Jo. Aug. Ernestii Neue Theol. Biblioth.* Tom. VI. p. 346—366.). Add. ex Theologis, e Kantiana Schola profectis, *L. G. Bekenn*, in libro, qui, e vernaculo sermone Belgice redditus, inscribitur: *De Goddelijkheid des Christendoms, in zoo verre zij begrepen kan worden*, Amst. 1805. 8. (quem celeberrimus *Lavaterus*, cum morti proximus esset, insigni cum voluptate legisse narratur (vid. *Hall. Allg. Literaturz.* a. 1806. Intelligzbl. N°. 1. p. 8.): neque tamen omnibus, Nostratibus certe, aut in omnibus, placuit).

 (2)

(2) De his omnibus plerumque in *Prolegomenis*, Theologiae Dogmaticae praemissis, agitur: nos de industria exponimus in Scholis *Apologeticae* tradendae destinatis.

(3) Cf. imprimis *Mich. Pap Szathmarii Diss. hist. theol. qua ostenditur, quomodo quantumque conatus adversariorum doctrinae Chr. a prima ejus informatione ac deinceps profuerint augendae ipsius evidentiae et certitudini* (in *Soc. Hag.* Commentt. ad a. 1790.): et *Jani Scharp* Diss. inaug. *de veterum et recentiorum obtrectationibus, veritatem religionis Christianae non labefactantibus, immo confirmantibus*, Duisb. et Gron. 1799. 8.

## §. 55.

### *Apologetice.*

Nimirum dudum est, cum diversi generis homines, neque iisdem omnes telis usi, doctrinam Euangelicam ejusque cultores adorti sunt et hostili impetu insectati. Principio *Judaei*, eorumque exemplo *Ethnici* homines, calumnias sparserunt, quibus odium Christianis, tam principum in civitate virorum, quam plebis, conflarent. Dein exstiterunt, in Ethnicis potissimum, *Philosophi*, qui, allatis argumentis, Christianam religionem refellere studerent; quorum veluti Coryphaei fuerunt *Celsus*, *Porphyrius*, *Hierocles*, *Julianus*, omnisque irrisor religionis *Lucianus*. His, post tria aut quatuor secula, successerunt *Mohammedani*. Seriore vero aevo omnium illorum vestigiis institerunt aliqui, in ipso Christianae Ecclesiae sinu nati et educati, qui tam impie, ut ille (1) ait, ingrati fuerunt et parricidio se inquinarunt, ut ex meliore, quam ab alma matre edocti erant, rerum divinarum et moralium scientia non dubitarent arma in eam procudere. Horum alios *Libertinorum*, alios *Deistarum*, alios *Naturalistarum*, nomine insignire solent: ad quos nostra memoria proxime accesserunt ex iis, qui *Rationalistae* vocantur, nonnulli. Quorum omnium, diversissima licet ratione suam rem agentium, illud fuit, vel est hodieque, propositum, ut Christianam religionem, sive supervacaneam esse, quippe Naturali Religio-

gioni vix quicquam, quod quidem operae pretium sit, addentem, incautis persuaderent; sive in plerisque quidem veram eam *esse* aliisque religionibus universe praeferendam, at vero, vel sic tamen, neque in singulis sanam et perfectam, neque ἀμέσως a Deo cum humano genere communicatam, ad Rationis igitur decreta exigendam et ex iis emendandam, declararent; sive adeo, tanquam falsam, absurdam Deique honori infestam, traducerent et calumniarentur (2). Itaque jam pridem id sibi datum esse negotii existimarunt Doctores Christiani, *primum*, ut iniquissimas hostium cavillationes redarguerent et repellerent, quo vexationis etiam crudelitati et saevitiae modus imponeretur et finis; *dein*, ut adversantium argumentationes, eas certe, quae aliqua veri specie imprudentibus se commendassent, rite solverent et refutarent; *postremo*, ut ex omni parte veram esse religionem Christianam, et prorsus divinae, ut originis, ita et auctoritatis, idonea ratiocinatione secus sentientibus quantumpote persuaderent. Haec igitur omnia, vel certe horum unum alterumve, qui haud diu post Apostolorum obitum praestare coeperunt, Ecclesiae Christianae Doctores, ab *Apologia*, quam suo quisque modo scripserunt, *Apologetae* dicti sunt. Quorum scripta partim ad nos pervenerunt, partim temporum injuria interciderunt. Ad hos pertinent *Aristo*, *Quadratus*, *Aristides*, *Miltiades*, *Melito*, *Claudius Apollinaris*, *Hippolytus:* ad illos *Justinus*, cognomine Martyr, *Athenagoras*, *Theophilus* Antiochenus, *Tatianus*, *Hermias*, *Clemens* Alexandrinus, *Origenes*, *Eusebius* Caesariensis, *Minucius Felix*, *Tertullianus*, *Cyprianus*, *Arnobius*, *Lactantius*, aliique (3). Plurimorum Apologetarum scripta conjunctim edidit *Prudentius Maranus* (4). Antiquiores autem et recentiores recensuerunt *Jo. Alb. Fabricius* et, post ipsum, *Jo. Laur. Moshemius* (5). Longum sit, non dicam omnes, sed vel praecipuos, hîc enumerare. Eminent vero, v. c., *Philippus Mornaeus* (6), *Hugo Grotius* (7), *Pe-*

*Petrus Daniël Huëtius* (8), *Jac. Abbadius* (9), *Jo. Li landus* (10), *Gilb. Burnetus* (11), *Nathan. Lardne rus* (12), *Gothofr. Lessius* (13), *Jo. Aug. Noesse tus* (14), multique praeterea alii (15). Neque obliviscen di, qui, *vel* aliquod e praecipuis, pro religionis Christia nae veritate, argumentum data opera illustrarunt, *vel* Sa cri Codicis, quo Divina Revelatio authentice continetur ab ipsa licet Revelatione pulcre distinguendi, antiquita tem, authentiam, integritatem, fidem denique historicam assertum iverunt, *vel* denique alicui ex obtrectatoribu palmario singulatim restiterunt. Quales et alii fueru laudatissimi Viri, et *Jacobus Bernard* (16), *Samue Cooper* (17), *Soamius Jenyns* (18), *Jo. Sal. Sem ler* (19), *Bartelsius* (20), *Tygius Rothe* (21), *Ge Fr. Seiler* (22), *Fr. Volkm. Reinhard* (23), *Da Joach. Köppen* (24), alii (25). Quorum omnium ope ra id tandem effectum est, ut veluti in scientiae forma demonstratio et defensio religionis Christianae redacta sit cui nomen *Apologeticae* adhaesit. Cujus jam *Compendi* Viris aliquot doctis debemus, veluti *G. S. Franckio* (26) *Car. Guil. Steinio* (27), *Car. Sackio* (28), aliisque. Plu ra vero, aut de adversariis, aut de defensoribus, legere cu pienti satisfacient *Theoph. Thorschmidti* (29), *Jo. An Trinii* (30) *Caroli Frid. Stäudlin* (31) aliorumque etiam nostratium, *Annaei Ypeji* (32) et *Ger. Jo. Sen deni* (33) opera; praecipue vero pereruditum, sed, quo vehementer dolemus, ultra primum Tomum non prove ctum, opus *Tzschirneri* (34). — Atque haec *praelimina ri* Capite reliquis dicendis praemittere, quam, vel ad *Ex geticam* Theologiam, cum nonnullis Viris eximiis (35) vel ad *Polemicam*, cum plerisque aliis, ablegare, sati duximus.

(1) *Cicero, Tusc. Q.* Lib. V. cap. 2.

(2) Verbum de singulis dicendum videtur. *Libertinos* igitur ab ini Sec. XVIti se dixerunt » homines quidam male feriati inter Belgas vicin q

que Gallos, *liberum* quippe *spiritum suum* jactantes. Quorum auctores fuerunt *Copinus Insulanus*, *Claudinus Persevalus*, *Pocquius*, Sacerdos et praecipue *Quintinus*, sartor ex Picardiae et Hannoniae finibus." Hos autem postea *plurimi* secuti sunt; » quos inter primani obligationem hominis ad » *Dei cultum* enervarunt, secundani ipsas leges divinas proscripserunt ex re- » rum natura, tertius ordo homines legis recipiendae non capaces esse con- » tenderunt, postremi denique, omnium atrocissimi, ipsam Dei Legislatoris » existentiam negarunt." Ita sane Libertinos distinxit *Dionysius van de Wynpersse*, in *Diss. de Libertinismo* (Traj. ad Rh. 1746. 4.) §. VIII; sequentibus §§. et *Prolegomenis* ad Diss. *de Legum Dei Physicarum et Moralium harmonia* (ibid. 1748. 4.) de iis uberius exponens, et §. V. observans, nomen generatim usurpari » de omnibus circa cultum Deo praestan- » dum minus reverenter pieque opinantibus." Nominatim autem, praeter *Quintinianos* et *Anabaptistas* Sec. XVIti, in illorum censum retulit *Christianum Thomasium*, *Thomam Hobbes*, *Benedictum de Spinosa* alios. Paulo aliter alii *Libertinismum* definiunt et huic addictos dispescunt. Conf. praeter Scriptores, ipsi *Wynperssio* excitatos, *Krugius*, in *Lex. Ph.* ad v. (II. 630.) et *Fuhrmannus* (§. 74. ann. 1. indicandus), in *Lex. manuali*, in v. (II. 653.). In Libertinis, ut hoc in transcursu observem, non ultimum sane locum occupare censendus est ignotus auctor libelli, de quo tamdiu, utrum revera exstiterit (negantibus nonnullis Viris D., in his *De la Monnoie*, in Disp. addita ultimae *Menagianorum* Particulae; ajentibus aliis, in his anonymo, latente sub literis *J. L. R. L.*, qui disputatiuncula, edita Hagae Com. a. 1716. 12, *Monnoium* refutavit. Vid. *Republ. d. Gel.* ad a. 1716. I. 370—372.); de quo igitur tamdiu dubitatum est, inscripti: *De impostura religionum breve Compendium*, seu *Liber de tribus Impostoribus* [Mose, Jesu et Mohammede]; qui — — *nach zwei Handschriften und mit historisch-literarischen Einleitung*, Lipsiae 1833. 8. editus est a *Frid. Guil. Genthe*, Islebiensi (Conf. *Gel. Gött. Anzeige* ad a. 1833. Partic. 128. pag. 1275—1280.). — Nonnulli Libertinos, aut eorum certe, qui ad ipsos relati sunt, quosdam *Indifferentistas*, *Latitudinarios* (aut *Esprits forts*, *Vrijgeesten* etc.) appellarunt: sed parum sibi omnes in verborum istorum usu constitisse videntur. — *Deistae*, siquidem a *Theistis* distinguuntur, intelliguntur illi, qui Revelationem, praeter consuetum rerum ordinem divinitus factam, sive Patefactionem doctrinae religionis supranaturalem, non admittunt. *Theistae*, quoniam ita vocantur omnes, qui Deum vivum et, ut vulgo loqui solemus, personalem, agnoscunt, esse possunt, aut non esse, *Deistae*. Hi autem, a Sec. inde XVIto, κατ' ἐξοχὴν sic dicti, in *Anglis* habuerunt Coryphaeos, *Eduardum Herbert de Cherbury*, *Thomam Woolston*, *Collinsium*, *Tolandum*, *Tindalium*, *Shaftesburyum*, *Bolingbrokium*, alios. Quorum tela, quantumvis obtusa, fere decretoria dicenda sint, si cum velitariis Franco-Gallorum, *Voltarii*, *Roussavii* aliorumque, comparentur. In Germanis pollicem ipsis presserunt *Edelmannus*, *Dammius*, *Bahrdtius*, *Riemius*, *Paalzovus*, alii, quos inter,

ter, vehementer dolemus, etiam censendum esse praestantissimi operis, supr (§. 18. ann. 3.) a nobis laudati, auctorem, *Herm. Sam. Reimarum*, pro pter conscripta ab eo *Fragmenta Guelpherbytana*, quae, post ipsius obi tum, *Gothofredus Ephraimus Lessing* ex Bibliothecae Brunsvicensis pulve et umbra in lucem protraxit, quaeque mox multi Viri D. (*Lessius*, e. g *Semlerus*, *Doederlinius*, alii) perite refutarunt. — De *Deistis* et *Dei mo* conferendi Scriptores egregii, ann. 28 sqq. mox excitandi. Add. *Kru gius*, l. c. ad v. (I. 483.) et *Fuhrmannus*, l. c. in v. (I. 591 sqq.) qu alios etiam indicat de Deismi historia libros. — *Naturalistae* parum Deistis differunt. Hinc denominatio utraque haud raro de industria aut impru denter permutantur. Est autem *Naturalismus*, si a Deismo distinguitur doctrina eorum, qui Deistarum, certe crassiorum (nam distinguuntur *cras siores* Deistae et *temperatiores*), opiniones, v. c., de Providentia, animo rum immortalitate, caeteris, non suas faciunt, neque possibilem esse divi nam Revelationem negant, Naturalem tamen Religionem beandis hominibu sufficere existimantes. Novitius vero denominationis usus ille est, quo Athei qui, spreto Deo extramundano, Mundo ipsi formae originem et dispositio nem tribuunt, *Naturalismum* profiteri dicuntur (Vid. e. g. *Clodius*, infr §. 82. ann. 12. laudandus, Tom. I. p. 218 sqq. et alibi). Conf. *Krugius* l. c. in v. (III. 17.), qui et de longe aliis vocis significatibus loquitur. — Ab illis vero omnibus distingui cupiunt, partim omnino distinguendi, Vir illi D., quos hodiernus usus *Rationalistas* vocat. Quorum cum admodun diversa sint genera, et sententiae, subinde secum invicem adversis frontibu pugnantes (de quo, ut uno hoc utamur, ex *Röhrii* et *Bretschneideri*, d Confessione, quae a Rationalistis universe admitti possit, divergentibus ad modum judiciis, in Diario Darmstadiensi (*Allgem. Kirchenz.*) ad a. 1832 N°. 156 sq. coll. 1833 N°. 50. scripto consignatis, egregie denuo et abun de constitit; id, quod et alios advertit et *Athanasium Coquerel*, in *Le Protestant*, Tom. III. (a. 1833.), N°. 8, 9 et 10.); propter istam igitu inconstantiam et dissensum, etiam in gravissimis, difficile admodum est, com munem eorum doctrinam accurate constituere. Hinc diversimode a diversi distinguuntur; a *Kaisero* quidem, *Tzschirnerum* secuto, in *Eclecticos*, *E thico-Criticos*, *Eudaemonisticos*, *Idealisticos*; ab aliis vero in *Historico Criticos* et *Philosophicos*, sed qui denuo dispescuntur in *Criticos*, *Intel lectuales*, *Naturales*, *Sensibiles*. Quid? quod *Rationalistas supranatu ralisticos* et *Supranaturalistas rationalisticos*, et, nescio fere quos am plius, aliqui discernunt. Cardo rei vertitur in ipsorum judicio de *Jur Rationis humanae in causa Religionis*, a vulgari hominum Christianorun sententia discrepante. Nonnulli (et quodammodo ipse Vir doctissimus, *Jo annes Fridericus Kleuker*, in *Neue Prüfung und Erklärung der vor züglichsten Beweisen für die Wahrh. u. d. göttlich. Urspr. d. Chris tenth.*, *wie d. Offenb. überh.*, Rigae 1789—1794. III. Tom. (IV. Voll.) S. jus illud nimis extenuant, ad *Mysticos* hac parte et *Fanaticos* (*Pseudo pietistas*, *Methodistas*, similesque) accedentes: sed *Rationalistae*, Deista rui

rum exemplo, quibus tamen ipsis dudum praeluserant *Sociniani*, nimis extendunt. Nam, non tantum Rationis usum postulant in critica de authentia et integritate Librorum Sacrorum disquisitione, in exquirendis ἀξιοπιστίας divinorum Scriptorum documentis, in interpretatione utriusque Foederis *secundum certas*, quas Logica ars praescribit, regulas, in constituendis, veluti *a priori*, notis divinitatis, ad quas quaelibet doctrina, quae se divinitus revelatam profitetur, exigenda, et ex quibus una vera a pluribus, quae feruntur, falsis subtiliter et perite distinguenda sit, denique in severe exquirendis historicis, quibus de divina Christianae Religionis origine constare possit, documentis (in quibus omnibus non indoctos, non imperitos, *Supranaturalistas*, ὁμοψήφους habent): sed insuper illud sibi arrogant, ut, si quid in doctrina Revelationis occurrat, quod humanam Rationem ita superet, ut ne intelligi quidem, nedum explicari, possit, quamvis rectae illud Rationi revera contrarium esse ostendere non possint, item omne id, quod vulgari rerum ordini convenire non videatur, repudiare prorsus, aut saltem in alienum longe sensum ab eo, quem ex hermeneuticis regulis intellecta Sacri Codicis verba sine dubio habeant, detorquere sibi liceat. Unde explicandi rationes *allegoricae*, *mythicae*, *morales*, *symbolicae*, per *accommodationem*, et caeterae ejusmodi, mirifice illis placuerunt. Sed istis hic quidem loci nobis diutius immorandum non est. Conferri, si tanti videatur, possint, quae diximus, *cum*, in *Disp. de argum. ex morali doctr. desumto*, in *Societatis Haganae pro vindic. Religione Chr. Commentt.* ad a. 1803. ed., p. 240, 272. et alibi passim; *tum*, in ann. ad *Orat. de conjungenda in quarumvis doctrinarum*, *etiam Theologiae*, *studio*, *cognitione historica et philosopha*, (L. B. 1822. in *Annall. Acad. L. B.* ad a. 1821—1822.) p. 52—54. (Locis, ibi ex Opere: *Oppositionsschrift*, citatis, add. ejusd. Tom. IV. P. I. pag. 1—75.). Praeterea de Rationalistarum sententia judicanda videndi sunt *Henr. Herm. Donker-Curtius*, in *Comment. de Rationis in Religionis negotio auctoritate*, a *Soc. Hag.* praemio ornata et ed. a. 1827., et *J. J. Rosenbaum*, *De Controversia inter Rationalismum et Supranaturalismum nostra praeprimis aetate mota*, Augustae Treviror. 1831. 8. Add. *Gottl. Sam. Franke*, *Theol. Encyclop.* p. 590 sqq. *Krug.* l. c. in v. (III. 379.), (qui et Scriptores hac de re (aliquos certe, nam omnes non poterat, quippe infinito sunt numero) excitavit. Minus quidem ad rem praesentem faciunt, non tamen prorsus omittenda videntur, quae de *Rationis in Religionis negotio auctoritate* (*Over de Rede en haar gezag in den Godsdienst*) dudum scripserunt duo Nostratium Viri eruditissimi et acutissimi; ex una parte *Paulus van Hemert*, tribus ad *Bonnetum*, quo olim praeceptore usus erat, Epistolis scribendis (Traj. ad Rh. 1784. Roterod. 1786 et 1787. 8.), ex altera *Gisbertus Bonnet*, duabus ad *Hemertum*, totidem ad anonymum amicum, dandis Literis (Traj. ad Rh. 1785, 1786 et 1788.).

(5) Ad haec omnia, de quibus hoc loco singulatim dici nequit, prae aliis conferendum est eximium prorsus, sed eheu! inchoatum, opus Viri Cl. *Henrici Theophili Tzschirner*, inscriptum: *Geschichte der Apologetik*, *oder*

 *hi-*

*historische Darstellung der Art und Weise, wie das Christenthum in jedem Zeitalter bewiesen, angegriffen und vertheidigt ward;* cujus Tomus I., cum praefatione *Francisci Volkmari Reinhard*, Lipsiae jam a. 1805. 8. prodiit, caeterorum desiderium, ut sui ipsius, ingens illud et triste, nobis reliquit, humanis rebus jam ereptus, Vir eruditissimus. Neque profecto omni ex parte explendo isti reliquorum laudati Operis Voluminum desiderio inservire dicendum est alterum ejusdem auctoris, at priori in nonnullis dissimile, Opus posthumum, inscriptum: *Der Fall des Heidenthums*; quod, ad umbilicum a *Tzschirnero* non perductum, Lipsiae a. 1829. 8. edere coepit *C. Guil. Niedner*. Caeterum, quae porro commendanda essent scripta, eorum recensendorum otium nobis fere fecit *Tzschirnerus*, in priore opere, ad quod lectores propterea brevitatis ergo ablegamus.

(4) Parisiis 1742. f. m. Inscriptionem, satis eam prolixam, integram exhibet, qui debitas operis auctori laudes tribuit, *Acta Eruditorum* ad a. 1750. secutus, *Jo Geo. Walchius*, in *Biblioth. Patristica*, p. 111 sqq.

(5) Ille quidem in *Delectu argumentorum et Syllabo Scriptorum, qui veritatem religionis Christianae asseruerunt*, Hamb. 1725. 4.: hic vero in opere, quod, continuatum et auctum, Germanice edidit *Gothofr. Winkler*, Lips. 1782. 8., quodque Belgice ab *Isbr. van Hamelsveld* redditum, Arnhemiae prodiit a. 1785. 8., inscriptum: *Geschiedenis van de vijanden van den Christelijken Godsdienst.*

(6) *De veritate rel. Chr.*, Lugd. Bat. 1587. 8., et saepius.

(7) *De veritate rel. Chr. — cum notis Variorum, opera ac studio Jo. Christoph. Koecheri*, Jenae 1726. II. Voll. 8. In omnes fere linguas, ne Arabica quidem excepta, versus est libellus praeclarus, qui primum Belgico carmine concinnatus erat. Denuo hac ipsa in urbe repeti coepit, selectis Virorum Doctorum annotationibus instructus, a *Jo. Theod. Bergman*, 1833. II. Voll. 8. (Alterum Volumen nondum prodiit).

(8) *Demonstratio euangelica*, Paris. 1679. et saepius.

(9) *Traité de la vérité de la religion Chrétienne*, Roterod. 1684. 8. et saepius postea. In alias etiam linguas, Anglicam, Germanicam, caet. versus est liber utilissimus.

(10) *The Advantage and necessity of the Christ. Revelation*, Lond. 1764. II. Voll. 8., ex Anglico sermone Belgice, cum praef. Cl. *Gisberti Bonnet* ed. (cum titulo: *de nuttigheid en noodzakelijkheid van de Chr. Openb.*) Traj. ad Rh. 1771. III. Voll. 8. — *The divine authority of the Old and New Test.* etc., itidem Belgice (*Het Godlijk gezag van het Oud en Nieuw Testam. verded.* etc.) Ibid. 1776. II. Voll. 8. — *View of the principal Deistical Writers* etc., Lond. 1745. II. Voll. 8. etiam Belgice (*Beschouwing van de voornaamste Schriften der Deisten*) c. praef. Cl. *Jac. Alb. Vos*, Ibid. 1765. III. Voll. 8.

(11) *A Defence of Natural and Revealed Religion; being an abridgement of the Sermons preached at the Lecture founded by the Hon^ble Ro-*

*Robert Boyle, Esq.* IV. Voll., ex tertia ed. Lond. 1765. 8. (Gallice liber titulum praefert: *Defense de la religion, tant naturelle, que révélée, contre les infideles et les incredules* etc., Hagae Com. 1733. VI. Voll. 12. Belgice, *G. B., Uittreksel uit de redevoeringen, gedaan volgens de Stichting van den Ridder R. B. ter verded. van den Nat. en Geopenb. Godsd.*, Dordr. 1753. II. Voll. 8.). Praecipui, quorum sermones hîc, in compendium redacti, exhibentur, sunt *Bentlejus, Kidderus, Clarkius* uterque, *Butlerus, Berrimannus*, caet.

(12) *Credibility of the Gospel-History, or the facts occasionally mentioned in the New Testament, confirmed by passages of ancient authors, who were contemporary with our Saviour or his Apostles, or lived near their Time*, Lond. 1727—1748. XII. Voll. 8. Dolendum, neque Germanicam utilissimi Operis versionem, sub auspiciis eruditissimi *Baumgarteni* edi coeptam Berol. 1794. 8., neque Belgicam, quae *Cornelio Westerbaen* debetur, cujusque tertio et quarto Volumini praefatus est Cl. *Hieronymus van Alphen* (Traj. 1730. Hagae Com. 1739. 4.), ad finem perductam esse. Sic quoque Belgice primus tantum, quantum scio, Tomus prodiit (Traj. ad Rh. 1779. 4.) alterius Operis perdocti, quod idem *Lardnerus*, Londini a. 1764 sqq. IV. Voll. vulgaverat, inscripti: *A large collection of ancient Jewish and Heathen Testimonys to the truth of Chr. religion* (Belgice vers. c. tit. *Uitvoerige Verzameling van Oude Joodsche en Heidensche Getuigenissen voor de Waarheid van den Christ. Godsdienst*, Traj. ad Rh. et Amst. 1779. 4.). Utrumque opus repetitum est in optima *Opp. Lardneri* ed. Anglica, Lond. 1815. V. Voll. 8. — Cum posteriore jung. opusculum, quod vernacule Holmiae scripsit et edidit a. 1752. 4. *Jac. Serenius*, quodque, Germanice redditum (a *J. Ph. Murray*), inscribitur: *Gesammlete Zeugnisse der Heiden und vornähmlich des Flavius Josephus von Jesu, zur Bestätigung des Glaubens der Christen*, Goett. 1758. 8., Belgice (e Germano idiomate) versum a *Lud. Gottliebo Cordes*, Arnhemiae editum est a. 1769. 8., iterumque c. nova praef., Amst. 1772. 8.

(13) *Beweis der Wahrheit von der Chr. Religion*, Goett. 1768. 8. et quinquies postea (Belgice, *Bewijs der Waarh. van den Chr. Godsd.*, opera *Jo. Guil. van der Haar*, c. praef. Cl. *Nicolai Barkey*, Hagae Com. 1771. 8. *Bijvoegsels tot het Bewijs* enz. 1774. 8., iterum 1778, tertium 1786. 8.) et *Ueber die Religion, ihre Geschichte, Wahl und Bestätigung, in Dreien Theilen*, Goett. 1783. iterumque 1786. II. Voll. 8. (Tertium Volumen edere cogitantem *Lessium* inopina mors occupavit).

(14) *Vertheidigung der Wahrheit und Göttlichkeit der Christl. Religion*, Halae 1766, iterum 1767, tertium 1783. 8. (Belgice, c. praef. Rev. *Jo. Diderici Deiman*, Traj. ad Rh. 1770. II. Voll. 8.).

(15) Quos omnes recensere et longum sit, nec hujus loci. Caeteroqui dicendum esset *cum* de nonnullis, alibi citandis, e. g. *Lilienthalo, Hamelsveldo*, caet. (Cf. infra §. 37. ann. 14—19.); *tum* de *Eduardo Stillingfleet* (*Origines Sacrae*, ex Anglico Sermone Belgice redd. a *Joanne Ubelman*, Traj. ad

ad Rh. ex altera ed. 1694. 4.), *Joanne Edwards* (*Πολυποίκιλος Σοφία. A compleat History and Survey of all the dispensations and methods of Religion* etc., Lond. 1699. II. Voll. 8.), *Carolo Wolzeley* (*De redelijkh. van 't Schriftuurgeloof*, ex Anglico sermone, a modo memorato *Jo. Ubelmanno* versum, Amst. 1724. 8.), *Thoma Burnett* (*The Demonstration of true Religion from the Scriptures; wherein the Credibility of the Scripture-history is proved*, Lond. 1726. II. Voll. 8.), *Humphredo Ditton* (in Opere, quod, ex Anglico sermone Franco-Gallice versum, Amstelod. prodiit a. 1728. II. Voll. 8., ibidemque a. seq. Belgice, a *Jacobo van Ostade*, (et longe emendatius, Hagae Com. 1779. praefante *Petro Nieuwland*) uno Vol. 8., hoc titulo: *De Kristelijke Godsdienst betoogd door de Opstanding van Jesus Christus.* Appendicis rationem habet Ejusd. Diatr. *Over de Onsterfelijkheid der Ziel*, Hagae Com. 1780. 8.); porro Summe Rev. *Edward* (*A vindication of the Defence of Christianity from the prophecies of the Old T.*, Lond. 1728. II. Voll. 8.), *Arthuro Ashley Sykes* (in opere, e vernaculo sermone Belgice reddito, inscripto: *De Waarh. v. d. Chr. Godsd. betoogd uit de Schriften des O. T.* etc. Amst. 1730., *Guilielmo Berriman* (*The gradual Revelation of the Gospel* etc., Lond. 1733. II. Voll. 8.), *Jacobo Foster* (*The Usefulness, Truth and Excellency of the Christian Revelation defended*, Lond. ex tertia ed. 1734. 8.), *Carolo Christ. Restel* (*Redematig Bewijs voor de Oudheid, Waarh. en Godlijkh. der Schriften d. O. en N. T.* etc. ex Germanico sermone Belgice redd. a *Bernhardo Keppel*, Harlemi 1743. II. Voll. 4.), Abbate *de Houtteville* (*Relig. Chrétienne prouvée par les faits*, Amst. 1744. IV. Voll. 12.), *Georgio Lyttleton* (in opusculo, cui Germanice verso titulus est: *Anmerkungen über die Bekehr. u. d. Apostel-Ampt Pauli, zum Beweis von der Wahrheit d. Chr. Religion*, Hannov. 1748. 8. etiam Belgice redditum est), *Gilberto West* (in opere, Germ. ex Angl. verso, quod inscribitur: *Anmerkungen — — üb. die Geschichte der Auferstehung J. C.* etc. Berol. 1748. 8. Belgice cum praef. *Caroli Boers*, Traj. ad Rh. 1772. 8.), *Guil. Warburtono* (supra, §. 33. ann. 1. et §. 51. ann. 1. laud.), *Josepho Butler* (*Analogy of Religion natural and revealed to the constitution and course of Nature*, Lond. ex quarta ed. 1750. 8. Germanice: *Bestätigung d. nat. u. geoff. Relig.* etc. Lips. 1756. et Tübingae 1779. 8.), *Ericho Pontoppidan* (*Kraft der Wahrheit den — — Unglauben zu besiegen*, ex Danico sermone Germanice redd. a *Christiano Gottlobo Mengel*, Hafniae et Lipsiae 1763. 8., Belgice, a *C. W. R. Scholten*, Cliviae et Traj. ad Rh. 1767. 8.), *Martino Knutzen* (*Wahrh. d. Chr. Rel.*, Rostoch. ex alt. ed. 1763. 8.), *Friderico Sam. Bock* (*Ausführlicher Grundriss einer Vertheidigung d. Chr. Religion*, Regiom. et Lips. 1768. II. Voll. 8.), *Addisono* (in opere, ex Anglico idiomate a *Gabriele Seigneux* Gallo-Francice verso, inscripto: *De la Religion Chrétienne* etc., Genevae, ex nova ed. 1771. III. Voll. 8.), *Jacobo van Nuys Klinkenberg* (*Voordeelen van den Godsdienst*, Traj. ad Rh. 1772. II. Voll. 8. Ejusd. (ut vulgo existimatur, a nonnemine tamen,

t.

a. g. *Jo. Ant. Lotzio*, negatum) *De Christen*, ibid. 1772. VII. Voll. 8.), *Augusto Frid. Guil. Sack* (*Vertheidigter Glaube der Christen*, Berol. ex alt. ed. 1773. VIII. Pp. 8. etiam Belgice versum), *Jo. Alphonso Turrettin* (Dissertt. XIII—XXVIII. *Opp.* Tom. I. pag. 212—477.), *A. J. Roustan* (in opusc. Belgice inscripto: *Brieven over den tegenw. staat des Christendoms, en het gedrag der Ongeloovigen* etc., Amst. 1774. 8.), *Guilielmo Peiffers* (*Geloofsvastigheid van een waar — — Christen* etc., L. B. ex alt. ed. 1774. II. Voll. 8.), *Archibaldo Campbell* (in opere, ex Anglico sermone Belgice reddito a *Jacobo van Nuys Klinkenberg*, inscripto: *De noodzakelijkheid der Openbaring* etc., Traj. ad Rh. 1774. II. Voll. 8.), *Roberto Watson* (*An Apology for Christianity*, Cantabr. 1777. 8. Belgice: *Brieven ter Verdediging* etc., Amst. 1779. 8. — Ejusd. *Apology or Defence of the Bible*, ad septimam ed. Belgice redd. [ab *Adr. v. d. Ende*] et ed. Harlemi 1799. 8. Franco-Gallicam interpretationem *L. T. Ventouillac* Londini a. 1829. 12. in lucem emisit), *Alberto von Haller* (*Briefe über die wichtigsten Wahrheiten der Offenbarung*, Reuttlingae, ex tertia ed. 1782. 8. Belg. Amst. 1773. 8.), *Jo. Frid. Kleukero* (paulo ante indicato, ann. 2. p. 226.), *Schoenbergio* (vel *Storchenauo*, nam *posterius* nomen auctori tribuitur in *Mengelingen voor Roomsch-Katholijken*, T. I. pag. 109. atque inde in *Biblioth. v. Theol. Letterkunde* Tom. VI. (ad a. 1808.) P. II. p. 689 et 691.: *prius* vero ab interprete Batavo, *Hamelsveldo*, — qui operi titulum praefixit: *Bedenkingen van een' Wijsgeer over den Godsdienst*, Traj. ad Rh. 1790. IV. Voll. 8.), *Jacobo Beattie* (*Evidences of the Chr. Religion*, Belgice redd. a *Petro Loosjes Adr. F.*, Harlemi 1790. 8.), *Joanne Geo. Rosenmuller* (in scripto: *Ueber die Stufenfolgen der gottlichen Offenbarungen*, Lips. 177 . 8., ex Germ. idiom. ad alteram ed. verso, et cum suis ann. ed. ab *Anneo Ypey*, c. tit.: *Trapswijze Voortgang der Goddelijke Openbaringen*, Harlemi 1792. 8.), *Guilielmo Paley* (*A view of the evidences of Christianity* etc., Lond., ex quarta ed., 1795. 8. Ad hanc *J. A. Noesseltus* Germanice, et *Levadius* Gallico-Francice (Lausann. 1800.), reddiderunt opus praestantissimum, ad septimam vero [*Adrianus van den Ende*] Belgice Harlemi 1803. II. Voll. 8. Add. Ejusd. *Horae Paulinae*, Lond. 1790. 8. Germanice c. ann. *Henrici Philippi Conr. Henke*, Helmst. 1797. 8. Belgice Harlemi 1792. 8.), *Joanne Henr. Regenbogen* (*Verdediging van den Geopenb. Godsd.*, Amst. 1802. II. Voll. 8.), *Davide Bogue* (in opere, rogante Societate pro propaganda religione Christiana (*Missionary-Society*) vernacule conscripto, mox Franco-Gallice, Italice (ab Episcopo Neapolitano), Germanice item, et Belgice a *G. J. F. Cramer von Baumgarten* verso: *Proeven over het Goddelijk Gezag van het Nieuwe Testament*, Gron. 1815. II. Pp. 8.), *Thoma Chalmers* (in scripto vernaculo, ex *Encyclopaedia Edinensi* transscripto et ad sextam ed. Belgice [a *Guilielmo Bilderdijk*] reddito, hoc titulo: *Het Bewijs en Gezag der Christel. Openbaring*, Harlemi 1820. 8.), *Theoph. J. Planck* (in op. Belg. a *G. P. Sartorius* redd., inscr.: *Over de ver-*

*vereischte inrigting, de gegrondh. en de waarh. van het Geschiedk. Bewijs voor de Godlijkh. d. Christendoms*, Amst. 1823. 8.), caet.

(16) *De l'Excellence de la Religion* etc., Amst. 1714. II. Voll. 8.).

(17) *The one great argument for the Truth of Christianity* etc., Yarmouthi 1787. 8.

(18) *View of the internal Evidence of Christianity*, Londini, saepius et 1776. 8. Gallica, ad quintam ed. adornata, versio titulum praefert: *Considérations sur l'évidence interne de la Religion Chrétienne*, Rott. 1777. 8. Belgica: *Bedenkingen over de inwendige klaarblijkelijkheid van den Chr. Godsd.*, Roterod. et Amst. 1778. 8. Quaedam in hoc opusculo, diversissima experto judicia, occurrunt, minus prudenter dicta, quae notarunt aliqui, in his Rev. *A. Maclaine*, in: *A Series of Lettres addressed to Mr. S. J., on occasion of his View of the intern. ev. of Christianity* (ex quo opusculo pauca quaedam, Belgice reddita cum annotationibus, inserta sunt *Miscellaneis* Diarii, quod inscribitur: *Hedend. Vaderl. Letteroeff.* Tom. VI. Fasc. 13; id quod ansam dedit Viro doctissimo [*Dionysio van de Wijnpersse*], conscribendi Commentationem, *Maclainii* minus prudenter dictis oppositam, c. t. *Verhandeling over de Vergeeflijkheid der Zonde*, Traj. ad Rhen. 1778. 8.). Caeterum *Jenynsii* opusculum aliquis, nescio quis, emendatius edere conatus est Amstelodami a. 1805. (hoc titulo: *Mr. Jenyns View of the int. evid. of the Chr. Rel. reviewed and dedicated by a father to his childern.*). Praeter *Maclainium* imprimis *Jenynsio* se opposuerat Rev. *Taylor*, conscribenda Dialogo, cui titulum fecerat: *A full Answer to a late View etc. in a Dialogue, between a rational Christian and his friend.*

(19) *Beantwortung der Fragmenten eines Ungenannten, insbesondere vom Zweck Jesu und seiner Jünger*, Halae 1779. 8.

(20) *Würde und Wirkungen der Sittenlehre Jesu*, II. Voll.

(21) Belgice versi operis eximii inscriptio haec est: *Uitwerking van het Christendom op den toestand der Volken in Europa*, Traj. ad Rh. 1799. IV. Voll. 8. Cui adde *Bilbyi Porteus* Sermones, quos, Germanice redditos, *Gothofr. Lessius* alteri sui operis *über die Religion* Tomo, p. 1045 sqq. adjunxit; item *Jo. Aug. Henr. Tittmanni* opusculum, *Ueber das Verhältniss des Christenthums zur Entwickel. des Menschengeschlechts*, Lips. 1817. 8., a *G. J. F. Cramer van Baumgarten* Belgice redditum c. inscriptione: *Over den invloed van het Christendom op de ontwikkeling van het menschelijk Geslaht*, Hagae Com. 1824. 8.

(22) *Ueber die göttlichen Offenbarungen, vornehmlich die, welche Jesus und seine Gesandten empfangen haben*, Erlangae, 1796. II. Voll. 8. (Vol. I. Belgice, Traj. ad Rh. 1800. 8.) *Der Vernünftige Glaube an die Wahrheit des Christenthums*, Ibid. 1795. 8. Item *Die Weissagung und ihre Erfüllung*, Ibid. 1794. 8. Ne alia ejusdem auctoris scripta, veluti *Kurze Apologie des Christenthums*, ibid. 1779. 8. et *Jesus Christus, der Wahrheits-*

*heitslehrer, kein Volkstäuscher*, ibid. 1787. 8. (etiam Belgice versum), commemorem.

(23) *Consilium bene merendi de universo humano genere, ingenii supra hominem elati documentum*, Viteb. 1780. 4. (repet. in Viri Cl. *Opusc. Acad.* (Lips. 1808. 8.) Vol. I. p. 234 sqq.). *Ueber den Plan, das der Stifter des Christenthums sich vorgestellt hat*, Vitemb. 1781, saepius, ultimum 1798. 8. (Opusculum Belgice primum ad ed. secundam versum prodiit, Traj. ad Rh. 1798. 8, dein vero ad quartam ed. auctius et emendatius, cum additamentis Rev. *Jo. Leon. Wolterbeek*, Amst. 1806. 8.).

(24) *Die Bibel, ein Werk der göttlichen Weisheit*, ex secunda ed. 1797 sqq. II. Voll. 8.). (Belgica interpretatio debetur Rev. *J. van der Roest*, Traj. ad Rh. et Goudae 1792. II. Voll. 8.).

(25) Quorum praecipuos indicavimus olim in utraque nostra Dissertatione Hagana (in *Comment. Societ. pro defend. Rel. Christ.*), pro argumento, tum ex *miraculis*, tum ex *doctrinae parte morali*, pro Rel. Chr. veritate desumto (ad a. 1801 et 1803.). Eorum, qui postea operae pretium fecerunt, praecipuos indicarunt *Stäudlinus*, *Frankius* et *Steinius*, mox citandi, itemque hic illic *Henr. Aug. Schott*, in: *Briefe über Religion und Chr. Offenbarungsglauben*, Jenae 1826. 8.

(26) *Entwurf einer Apologetik der Christl. Religion*, Altonae 1817. 8. (Belgice, *Mijne gronden voor het Christendom herzien en op nieuw bevestigd, gevolgd naar het Hoogd. van Dr. G. S. F. door Jac. Herm. Krom*, Arnhemiae 1823. 8.).

(27) *Die Apologetik des Christenthums, als Wissenschaft dargestellt*, Lips. 1824. 8.

(28) *Christliche Apologetik*, Hamb. 1829. 8.

(29) *Versuch einer vollständigen Freydenker-Bibliothek.*

(30) *Freydenker-Lexicon*, Berenk. et Lips. 1759 et 1765. 8.

(31) *Kerkelijke Geschiedenis der XVIII. Eeuw*, (Traj. ad Rh. 1797 sqq. XII. Voll. 8.), Tom. II. P. II. Adde *Jo. Matth. Schroeckhii Kirchengesch. seit der Reformation*, T. V. p. 655 sqq. T. VI. p. 173 sqq. T. IX. p. 504 sqq. *Henr. Phil. Conr. Henkii Allgem. Gesch. d. Chr. Kirche*, T. VI. (Brunsv. 1804. 8.).

(32) *Gesch. der Theol. Wissenschaft seit der Wiederherstell. der Wissenschaften*, Goett. 1810 sq. 8. Praesertim Ejusd. *Geschichte des Rationalismus und Supernaturalismus, vornehmlich in Beziehung auf das Christenthum*, Goett. 1826. 8.

(33) *Verdediging van Bijbel en Openbaring tegen de voornaamste vroegere en latere Bestrijders van dezelve*, Tom. I. (Gron. 1827. 8.) et Tomi II. (Historiam Apologeticae continentis) P. I. (ibid. 1831. 8.).

(34) Vid. supra ann. 1.

(35) In his, cum *G. J. Planckio*, in *Einleitung* (§. 14. ann. 3. cit.) T. I. p. 271 — 352.

GA-

# CAPUT SECUNDUM,

## DE THEOLOGIA EXEGETICA.

### §. 56.

*Sacrae Scripturae partes, attributa, interpretatio.*

Licet *Theologiae* vox stricto sensu usurpetur de ipsa *Religionis institutione*, ad Scholae legem et diligentiam tradita (§. 49.); tamen laxius quoque usurpari solet interdum de universo *Studio Theologico* (1). Cujus cum tres praecipuae partes sint, tribus προπαιδεύσεως Capitibus respondentes (§. 16, 17), apparet, unde ducta sit *Exegeticae Theologiae*, per se quidem minus commoda, denominatio (2). Quoniam vero *Exegesis* peculiari usu de *Sacrarum Literarum interpretatione* sumi dudum consuevit, *Exegetica* dicitur *Theologia* illa doctrina, quae ad hanc muneris, Theologo demandati, partem maxime pertinentia pertractat (§. 1.). Unde de ejus ut ambitu, ita et utilitate, facile judicari potest. Nimirum Christianam Religionem deberi divinae revelationi, nunc quidem ponimus (§. 55—55.) non vero tali, quae semel ac simul facta sit, verum identidem, et per continuos veluti gradus, aucta et sensim perfectior et uberior reddita (3). Ea igitur institutioni Dei, prae aliis mortalibus, gavisi sunt, post Patriarcha Mosemque et Prophetas antiquos, ipse Christianae aucto religionis, Jesus ejusque Legati. Idque eo potissimum con silio eoque effectu, ut, quam ipsi divinitus nacti essent rerum divinarum notitiam traderent aequalibus. Quod cur reapse fecerint Viri sanctissimi, et hujus rei historia, e ipsi eorum sermones atque scripta consignata sunt Codic il

illo, quem *Sacram Scripturam* vulgo, idque recte, vocamus. Quae cum non sit unus liber, sed multorum fasciculus libellorum, qui diversis, et locis, et temporibus exarati sunt, in duas Sectiones majores describi solet, *Testamenta* sive *Foedera* (διαθήκας) dictas (4). Alteram autem Sectionem vel partem, illos complexam libros, qui ante Christum natum conscripti sunt, *Veteris*, alteram post C. N. conscriptam, *Novi* Testamenti nomine insigniri, quis nesciat? *Illam*, totam paene Hebraico sermone exaratam, Judaei nobiscum divinam habent, atque in *Legem*, *Prophetas*, hosque *priores* et *posteriores*, qui denuo *majores* dicuntur vel *minores*, *Hagiographa* denique, distinguunt. Aliis *Historicos* libros, *Dogmaticos* et *Propheticos* dispescere praeplacet. Quae posterior distribuendi ratio etiam ut plurimum adhibetur ad *Novum Testamentum*. Quamquam ab antiquioribus Christianis *haec* Sacrae Scripturae pars, Graeco conscripta sermone, sed Hebraicae linguae ingenium redolente, in duas Sectiones, *Euangelicam* et *Apostolicam*, describi consueverat. Universae vero Scripturae Sacrae, singulisque ejus partibus, si paucas excipias, de quibus olim controversia mota est, nullum apud aequos rerum arbitros dubium est, quin tribuenda sit *authentia*, ut ea sint aetate confectae, et ab iis profectae Scriptoribus, a quibus et qua scriptae videri volunt; porro *integritas*, ut nulla vel lacuna, vel interpolatione, vel adulteratione adeo sint deturpatae, ut vera auctorum manus et mens universe non amplius agnosci certo possit; adhaec *historica fides*, quae inde patet, quod Scriptores et rerum, quas memoriae prodiderint, satis periti fuisse, et animo candido verique amante, deprehendantur; quos tantum abest, ut aequales, quibus caeterum imponere ne potuissent quidem, ullius fraudis convicerint, ut, sive invitos, sive lubentes eos et magno consensu ipsis assensum praebuisse testetur historia. Praeterea *perspicuitatem* eam Sacrae Scripturae tribuimus, qua efficitur, ut

 haud

haud incommode, quisquis attente legat, ea utatur; *perfectionem* talem, quae, in religionis negotio, nihil magnopere desiderandum relinquat, ut traditionibus dogmaticis, incertis iis, quin partim certo falsis, facile careatur; summam denique *auctoritatem* in rebus divinis et moralibus, inde praecipue derivandam, quod Scriptores Sacros peculiari Dei auxilio, vel arcana illis revelante, vel in scribendo dirigente eos, et, ne res ad religionem pertinentes minus accurate exponerent, cavente (quod *Inspirationem* vulgo vocant), usos fuisse constet. Quae omnia profecto ita comparata sunt, ut facile intelligatur praecipuum Theologi et prope unicum munus esse, dextre interpretari Sacram utriusque Testamenti Scripturam. Ex hac enim, ceu fonte perenni, quicquid ad divinitus revelatam religionis doctrinam, adeoque ad Theologiam Christianam, pertinet, unice petendum est (5). Quoniam autem, ex *Quintiliani* praecepto (6). *enarrationem*, vel interpretationem, *praecedit emendata lectio*, non minus, quam de verborum sensu indagando et exponendo, Theologum sollicitum esse oportet de agnoscenda ubivis vera Scriptorum Sacrorum scriptura, germanisque eorum scriptis a suppositis distinguendis. Quocirca prius de *Critice Sacra*, dein de *Hermeneutice*, sigillatim dicendum est.

(1) Sic dicimur *Theologiae studere*, *operam dare* (*in de Theologie studeren*, *die Theologie studieren*, *to study Divinity*), non profecto in sola *Dogmatica Theologia* colenda occupati.

(2) Quam quominus repudiandam censuerimus, facit Virorum Clarissimorum auctoritas, qui hanc loquendi consuetudinem retinuerunt, vel etiamnum retinent; veluti *Jo. Franc. Buddei*, *Christoph. Matth. Pfaffii*, *Jo. Geo. Walchii*, et, alios ut mittam, *Jo. Aug. Noesselti*, *G. J. Planckii* *Christ. Frid. Theoph. Simonis*, aliorumque.

(3) Qua de re prae caeteris consulendus *Jo. Geo. Rosenmüllerus*, in *Abhandl. über die Stufenfolgen der Göttl. Offenbarungen* (Lipsiae 1784 8. — etiam Belgice versa et notationibus eruditis aucta studio et industria Viri Cl. *Annaei Ypey*, Harlemi 1791. 8.), *Doederleinius*, *Jerusalemus* *Hessus*, *Niemeyerus*, *Hermannus Royaards* (Or. *pro ordinis ratione qua Deus in patefacienda religione usus sit*, Traj. ad Rhen. 1788. 4.)

*In*

*Isbrandus van Hamelsveld* (*Het Evangelie volgens het O. T.*, Amst. 1788. 8.). Add. *Jo. Frid. Jacobi* (*Ueber die weisen Absichten Gottes, bei den Dingen die wir in der menschlichen Gesellschaft und der Offenbahrung antreffen;* Hannov. ex tertia ed. 1765. IV. Voll. 8. Tomo I.). Quin et conf. *Gothofr. Ephr. Lessingii Erziehung des Menschengeschlechts* (Berolini, 1780, 8.). Sed nec obliviscendum *Hermanni Muntinghe* eruditissimum opus, supra (§. 32. ann. 4. §. 33. ann. 3.) laudatum, inscriptum: *Geschiedenis der Menschheid naar den Bijbel.*

(4) Exemplo Pauli in l. 2 Cor. III: 14. — Qua de re, ut et de plerisque, quae hac §. tetigimus, cum agi soleat, vel in *Theologiae Dogmaticae Prolegomenis*, vel in ita dicta *Introductione* in Libros Sacros (de qua §. 59. videndum), non esse videtur, quod data opera hic multis exponamus. Observandum autem, fastidiosius, quam par est, a nonnullis in hac causa sperni vocem *Testamentum*, quippe quae omnino, sive etymologiam species, sive usum antiquum, qui Seculo jam secundo viguit (apud *Irenaei* Interpretem, L. II. *adv. Haer.* cap. 19. et *Tertullianum* L. IV. c. *Marcion.* cap. 22.), usui vocis *διαθήκη* (בְּרִית) satis bene respondeat; docente *Theod. Frid. Stangio*, in *Theol. Symmictis* (vernacule editis Halae 1802. III. Pp. 8.) Tom. II. Diss. XII. p. 211—224, ubi *Michaëlem* notat et *Doederleinium*.

(5) Praeter alios bene multos legi hic meretur Vir Cl. *Broërius Broes*, inaugurali Oratione exponens *de Literarum Sacrarum studio, praecipuo Theologi munere*, L. B. 1784. 4.

(6) Lib. IV. *Inst. Or.* cap. 1.

## §. 57.

## *Critica Sacra.*

*Critica Sacra* non est nisi *Ars Critica*, Scriptis *Sacris* adhibita. *Critica* autem, *vel* laxius sumitur de judicio, in aestimandis omnis generis rebus universe regundo, imprimis vero de scriptis et Scriptorum virtutibus (1): *vel* strictius et proprie refertur ad judicium de eo, sitne scriptum aliquod, de quo quaeritur, sive totum, sive quoad certas quasdam ejus partes, majores illas minoresve, germanum (genuinum), an spurium (supposititium). Ergo *Critica Sacra* potest quoque laxiore vocis acceptione sumi, ut comprehendat ipsam aestimationem, sive rerum in Sacra Scriptura traditarum, sive styli et orationis, ejusque virtutum, quae in Scriptorum Sacrorum opusculis vel offendantur, vel desideren-

tur (2). Potest vero etiam, atque vulgo solet, strictius dici de judicio, in germanis Sanctorum Virorum dictis et scriptis, a spuriis et interpolatis distinguendis, regundo (3). Est igitur Critica Sacra vel *verbalis* (4), vel *realis*. Posterior pars est *altioris*, sive *sublimioris* Criticae, cujus altera veluti sectio ea complectitur omnia, quae magis ex probabili conjectura, quam ex disertis testimoniis, derivantur. *Humilior* vero Critica ea fere dici solet, quae hisce testimoniis plane contenta est. Quamquam alii ad *hanc* unice referunt judicium de variis lectionibus, ad *illam* integrorum aestimationem librorum (5). Distinguitur quoque *Critica Sacra* pro librorum, in quibus judicandis versatur, diversitate. Sicuti enim *Critica ecclesiastica* a nonnullis vocatur ea, quae Veteris Ecclesiae Doctorum opera spectat; ita *Sacra* Critica est vel *Veteris*, vel *Novi Testamenti*, prouti ejus praecepta generalia, vel ad hujus potissimum, vel ad illius, partes et particulas adhibentur (6). Nam diversam omnino pro rebus objectis aptationem usumque illa praecepta admittunt, imo vero flagitant: quamquam ipsa aeterna sunt et immutabilia, quin, ut vocant, a priori, quippe a recta Ratione dictata. Itaque Theologum futurum, discendae Sacrae Criticae, ut par est, cupidum, oportet, Logicae huc pertinentia praecepta accurate perpendere (7), iisque tanquam fundamento superstruere, quaecunque ad Sacros Libros, sive universe omnes, sive certos quosdam, singulatim, ex arte judicandos, facere videantur. Legat insuper praecipuos, qui de Critica Arte generatim exposuerunt, Scriptores, veluti *Valesium* (8), *Clericum* (9), *Heumannum* (10), *Morellum* (11). Eorum, quae ita didicerit, usum, vires suas in exteris (*profanos* vocant) Scriptoribus judicandis periclitando, exploret. Atque sic tandem rite praeparatus et confirmatus, ac praeceptorum vim identidem expertus, ad Sacram transeat Criticam excolendam, adeoque et ad ipsam Crisin in Sacris Libris dextre et ex arte exercendam.

(1)

(1) Antiquissimis temporibus Criticos dictos esse, qui, ex doctrina Grammaticorum, de Poëtis judicare novissent, testatur *Eustathius* ad *Homeri Iliad. B. p.* 285. Postea vero et de obscurorum illustratione locorum, et de depravatorum emendatione dici consuevit. Qua de re conf. *Dan. Wyttenbachius, Biblioth. Crit.* Vol. I. P. I. p. 5. et in *Vita Ruhnkenii*, p. 25 sq. (*repet.* in *Opuscc.* (L. B. et Amst. 1821. 8.) Vol. I. p. 54 sq.), *Dav. Ruhnkenius* ipse, in *Elogio Hemsterhusii* p. 10 sqq. (repet. in *Opuscc.* (L. B. 1807.) p. 3 sqq. et novae (L. B. et Amst. 1823. 8.) Tom. I. p. 244 sqq.), *L. C. Valckenarius*, in Or. *de Critice emendatrice*, etc. repet. in *Tib. Hemsterhusii* et *L. C. Valckenarii Oratt.* (Lugd. Bat. 1784. 8.) p. 283 sqq.; *Jo. Clericus*, *de Arte Critica*, P. I. in praef. S. I. §. 1.. Leg. etiam *Dan. Heinsius*, in Prolegg. *ad Aristarchum Sacrum* (L. B. 1627. 8., et emendatius 1639., post *Exercitt. ad N. T.*, f. m.), ubi de Criticae apud Veteres ortu, progressu et fatis agit. Alios plures mittimus. Observandum autem, obscurorum et difficilium locorum illustrationem et explicationem, licet *Criticae* vulgo tribui consueverit (v. c. a *Clerico*, l. c. Prolegg. Sect. II. §. 1.), unde, v. c. Interpretes, celebri Catena Anglica comprehensi, *Biblia Critica* (Amst. 1698. IX. Voll. f. m.) dici solita, *Critici Angli* vulgo vocantur; quin *Eduardus Leighius Lexicon* in V. et N. T. *Criticam Sacram* inscripsit (ed. altera Latinae interpr. Amst. 1688. f. m.); — observandum igitur, melius, uti nos quidem putamus, a *Critica*, quae, vel ipsius vocis vi, *judicandi*, non *explicandi* negotio occupatur, sejungendam esse difficilium locorum interpretationem, et ad *Hermeneuticen* transferendam.

(2) Pertinet eo v. gr. *Anton. Blackwallus*, in opere, quod inscribitur: *Auctores Sacri Classici defensi et illustrati*, *sive Critica S. Novi Testamenti*, quod ex Anglico sermone, suis auctum observationibus aliisque, Lipsiae 1736. 4. edidit *Christoph. Wollius.*

(3) Ita recte, ut opinor, summus *Jo. Aug. Ernestius*, de *Critica* loquens, „est ejus" inquit, „quid genuinum spuriumve sit, integrum et „incorruptum, vitiosumve et corruptum, judicare, et corrupta emendare, „ejusque rei modum ac rationem tenere" (in *Institutione Interpr. N. T.* P. II. (III. ex *Ammoni* edd.) cap. X. §. 12.). Eodem modo rem plurimi intelligunt eorum, quos paulo post indicabimus.

(4) Quam aliqui etiam *therapeuticam* et *partialem* vocarunt; *altiorem* vel *subtiliorem* interdum *totalem* nuncupantes. (Vid. e. g. Eruditi Halensis (*Allg. Literaturz.*) ad mensem Decembris a. 1805. p. 561.). *Verbalem* Criticen alteri *altioris* generi (duo enim esse altioris criticae genera docet) ita opponit *Boeckhius* (§. seq. ann. 1. laudandus), ut *illius* sit judicare, num „liber, quem tractat, *labe temporis et transscribentium oscitatione*, auctus, „mutilatus, mutatus varie, ad nos pervenerit;" judicium vero de eo, num „*emendatorum*, sive bonorum, sive malorum, *opera*," pertineat ad *alterum* Criticae altioris genus; dum „*alterum* in universis operibus, aut incertum, „ut nullum auctoris nomen praeferentibus, cui eripiat, cui vindicet, inquirit."

(5)

(5) Unde fortassis non male sic rationem concludas, omnem hanc distinctionem vanam esse et nihili, cum alterum sine altero consistere nequeat. Viros certe vel doctissimos nec sibimet ipsos, in constituendo duplice Criticae Sacrae genere, plane constitisse, neque iis secum invicem satis ea de re convenire, apertum est. Sic e. g. Vir Clar. *Christianus Daniel Beck*, in *Monogrammatibus Hermeneutices Librorum N. T.* Sect. V. p. 185 sqq., quam plurima ad Sacram Criticam subtiliorem refert, quae vel ad ita dictam Religionis Philosophiam, vel ad Æstheticam, vel ad Topicen *S. S.*, vel ad Dogmaticam, vel aliorsum, ableganda vulgo censentur.

(6) Pro majore quidem parte, inter se conveniunt praecipua utriusque Sacrae Criticae capita. Quapropter *Andr. Rivetus*, in *Isagoge s. Introd. generali ad Scripturam Sacram Veteris ac Novi Testamenti*, *Opp.* (Roterod. 1651—1660. f. m.) T. II. p. 841—1040.), *Augustus Pfeiferus* (in *Critica S*, *Opp.* T. II. p. 671 sqq.), aliosque ut praeteream, *Jodocus Heringa* E. F., Vir Cl., in Diss. ad quaest., a *Soc. Hag.* a. 1790. propositam, ab illa praemio orn. et edita, *de recto et perverso Critices in Libris S. usu*, utramque conjunctim tractarunt. Enimvero multa tamen utraque sibi habet priva et peculiaria; quae observantes Viri Docti, de *Veteris* et de *Novi T.* Critica seorsum exponendum esse intellexerunt; uti jam *Lud. Cappellus* (in *Critica S.*, Paris. 1650. f. m. posteaque c. *animadvv.*, primum *Geo. Ludov. Vogel*, dein *Jo. Gothofredi Scharfenberg*, Halae, 1775. III. Voll. 8.), atque ejus exemplo *Joannes Gottlob Carpzovius*, qui de *Veteris T. Critica S.* scripsit (Lipsiae 1728. 4.), *Jo. Geo. Pritius* et *Richardus Simon*, plurimique, praesertim recentiorum, paulo post (ad §. 59.) indicandi, de *Novi T. Critica.*

(7) Logicae cum sit intellectum ducere in certa rerum cognitione, praecepta quoque Criticae ab ea sunt petenda; quo luculentius nobis de testimonii, de re aliqua in facto posita certiores nos reddituri et scripto consignati, valore et pretio constet. Igitur non negligunt, qui Logicae Institutiones tradunt, Criticam quoque attingere. Vid. e. g. *Dionysii van de Wijnpersse Log.* P. II. c. 5. *Joannis Geo. Henr. Feder Log.* P. II. c. 7. *Joannis Fr. Hennert Aphor. Philos.* §. 56. *Joannis Clerici Log.* P. II. c. 8. §. 7 sqq. (*Opp. Philos.*, Amst. 1722. IV. Voll. 8., Vol. I. p. 88 sqq.), *Friderici Christiani Baumeister Log.* §. 411 sqq., *Samuëlis Christiani Hollmann Philos. rat.* §. 404 sqq., *Friderici Guilielmi Danielis Snell Lehrbuch für den ersten Unterricht in der Philosophie*, §. 173 sqq. caet.

(8) *Henr. Valesii Libri duo de Critica*, ed. Lugd. Bat. a *Petro Burmanno*, a. 1740.

(9) *De Arte Critica*, T. I—III. Amst. 1730. 8.

(10) *Christ. Aug. Heumanni Comment. de Arte Critica*, praemissa *Parergis Criticis*, Jenae 1712. 8. et iterum, cum praef. *Schwarzii*, Noribergae, 1747. 8.

(11) *Elémens de Critique par M. l'Abbé Morel*, Paris. 1766. 8.

§. 53.

## §. 53.

### *Utilitas studii et requisita.*

Uti de Critices utilitate nemini paulo humaniori ullum est dubium, quippe sine qua in densissimis versaremur tenebris et erroribus; ita Sacrae praesertim Criticae studium haud pauca futuro Theologo, qui quidem tanti nominis dignitatem, uti par est, tuiturus sit, commendant (1). Ne enim dicam, nihil magis idoneum esse, generosorum juvenum animis ad diligentiam in legendo et explicando Sacro Codice alliciendis et componendis; sequentia imprimis observari merentur. *Primum*, quae humanis libris, felicissimo cum successu ingentique verae eruditionis incremento, adhibita est, Critica, in Sacris Libris, ut horum argumentum, missis praejudicatis opinionibus minus sanis, certo atque accurate cognoscatur, nemo carere potest, qui iis ex arte interpretandis operam est daturus. Sint licet variantium lectionum plurimae exigui ad rectam locorum intelligentiam momenti, at nonnullae tamen ingentis ad sensum discriminis causae existunt (2). *Deinde*, ut omnium perinde hominum Christianorum, praesertim eruditorum, sic imprimis Religionis doctoris, maximi interest, assumenta humana a vero textu sacro rite dignoscere posse, et hunc quidem, si temere et sine causa tentetur, invicte tueri, quae vero in eo vel sciolorum hominum arrogantia, aut ineptorum notariorum oscitantia, aut adeo falsariorum malitia mutaverit, recte deprehendere et docte castigare. Neque *porro* leve est, pugnantia caeteroquin loca Criticae beneficio componere (3), aut salutarem afferre medelam illis, quae frigidum sensum minusve sanum fundere videantur. *Tum* nemo sanus, nedum Theologus, perinde esse dixerit, utrum vel loca, quae gravi cuidam doctrinae sacrae parti stabiliendae et confirmandae adhiberi consueverunt, quaeque vulgo *classica* audiunt (4), vel integri adeo libri, ex quibus Christianae religionis hauri-

ritur notitia (5), ita uti nunc habentur, recte an secus auctoribus sacris tribuantur. *Postremo*, si vel nulla alia ex Criticae usu redundaret utilitas, quam ut externus textui nitor, e lectionis veritate pendens, conciliaretur; nonne, solo jam hocce nomine, cuivis elegantioris doctrinae studioso, Theologiae vero cultori praesertim, commendanda esset, cum tantum operae laudabiliter collocari soleat in Graecis et Romanis Scriptoribus exteris quam emendatissime et accuratissime edendis? Ita sane rem intellexerunt, qui omni memoria in Theologia principatum tenuerunt, cuivis Theologiae alumno prae caeteris imitandi. Quin alii, a Critica in Sacris Libris exercenda alieniores, interdum veritatis vi coacti deprehenduntur, ut a se ipsi dissentirent (6). Enimvero, ut omnem a Criticae exercitio procul remotam esse oportet, cum pusillanimam timiditatem, tum animi levitatem, cupiditatem, temeritatem et cultello critico abutendi libidinem; ita sedulo quoque cavendum, ne illotis, quod ajunt, manibus eam tractare quisquam in animum inducat. Difficillimo enim Critici munere, in quo Grammatices fastigium est et culmen, ne in humanis quidem scriptis, quisquam, cui ingenium non sit varia doctrina philologica et historica subactum, atque judicium acre et limatissimum, feliciter fungi potest (7). Quanto minus in Sacris, in quibus et plura partimque alia observanda sunt, et, propter divinam eorum originem et auctoritatem, minus excusate peccatur! Quisquis autem, eximiis mentis et animi dotibus praeditus, virium periculo antea, saepius et diligenter, nec infeliciter, in exteris (*profanis*) scriptis facto, ad Critici Sacri laudem modeste adspirare cupiat, hunc *et* ingenium judiciumque magis etiam et magis acuere, quamque nactus sit, doctrinae copiam omni modo augere, confirmare et ornare oportet, *et* antequam aliquid tentet, familiaritatem cum Libris divinis longo eorum et continuo, nec unquam intermittendo, usu contrahere (8).

(1)

(1) Conf. quae ex *Jo. Jac. Griesbachii* dictis (in libro inscripto: *Libri Historici N. T.*, Halae 1774. 8.) habet *Jo. Aug. Ernestius*, in *Neueste Theol. Biblioth.* T. IV. p. 34 sqq. Add. *Caroli Segaar Epist. Critica* ad *L. C. Valckenarium* (Traj. ad Rh. 1766. 8.), pag. 2, 3 et 44.

(2) Unus instar omnium locus sit Gal. II. 5. ubi, si, cum antiquissimo Codice Claromontano aliisque testibus, maximam partem Latinis, omittas verba: οἷς οὐδὲ, procul dubio plane contrarium ejus dici deprehendes, quod textus vulgo receptus exhibet.

(3) Huc ipse *Ernestius*, vir, si quis alius (teste *Wyttenbachio*, in *Vita Ruhnkenii*, p. 219. s. *Opuscc.* T. I. p. 729.), ab omni vel levitate, vel cupiditate, vel temeritate alienissimus, retulit locum Jo. XIX. 14., collatum cum l. l. Matth. XXVII. 45., Marci XV. 25. et Lucae XXIII. 44.; item locum Lucae III. 36. (in *Inst. Interpr. N. T.* P. I. S. II. c. 6. §. 1.): quibus *Morus* et *Eichstadius* (in *Acroasibus sup. Hermen. N. T.* Vol. II. p. 4 sqq.) addunt Matth. XXIII. 35 et XXVII. 9.: alia vero plura ex utroque Testamento addi possunt.

(4) V. c. Jo. I. 1. Act. VIII. 37. XV. 18. XX. 28. Rom. IX. 5. 1 Tim. III. 16. 1 Jo. V. 7. etc.

(5) V. c. Euangelium Joanneum, Epistola Jacobi; caet.

(6) *Dan. Whitbyus*, v. c., in *Examine Variantium Lectionum Millii*, *sive Obss. philol. Crit.*, ad ed. Lond. 1710., a *Sig. Haverkamp* ed. L. B. 1733. 8., Lib. II. c. II. S. I. pag. 159., ubi verba: ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν κ. τ. λ., loco Matth. XXVII. 35. haud dubie e textu eliminanda *esse concedit*, quamvis sententiam quodammodo dissimulans.

(7) Adscribere libet verba *Christophori Aug. Heumann*, quibus suis *Panegyrici Pliniani Emendationibus* praefatus est (in *Poecile*, Tom. III. Lib. IV. Ex. 4. p. 520 sq.): „Cur magna fuerit quovis tempore Criticorum „paucitas, causae sunt in promtu. Voluntas scilicet aliis deest exercendi „hanc artem, aliis facultas. — Dictitant enim, qui nolunt artem hanc tra„ctare, se rebus vacare malle quam verbis, posterioremque curam esse priori „longe ignobiliorem. His igitur cum voluntas desit, saepe etiam deest fa„cultas. Non enim cuivis licet hanc adire Corinthum. Primo namque hic „opus est celerrimo et maxime versatili ingenio, simulque judicio acerrimo, „ut e pluribus scripturis, quae suppeditavit ingenium, eligere possis verissi„mam. Opus item est amplissima et accuratissima linguae illius, qua scri„psit auctor emendationi subjectus, ac praeterea omnis historiae, notitia. „Nec hoc sufficit. Opus enim etiam est cognitione artis Criticae certarum„que regularum, ad quas exigenda cujusvis loci correctio. Denique opus est „multorum annorum exercitatione, sine qua nec ingenio nec artis scientiae „respondebit fructus." — Prae aliis autem, majoris etiam molis, libris aureum *Hemsterhusii Elogium*, quo *perfectam Critici speciem Ruhnkenius* adumbravit, a nostrae disciplinae alumnis equidem nocturna cupiam diurnaque manu volvi, uti et *Wyttenbachii Praef.* ad Tom. I. *Opp. mor.*

*Plutarchi*, et *Animadvv.* in ead., T. VI. p. 29 sqq. Add. *Aug. Boeckhius* (*Graecae Tragoediae Principum, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, num ea, quae supersunt, et genuina omnia sint, et forma primitiva servata, an eorum familiis aliquid debeat ex iis tribui*, Heidelb. 1808. 8., Cap. I., pag. 4 sqq.); qui sanioris Criticae, ejusque altioris, causam orat adversus » viros eruditionis et copiosae et accuratae, partim umbraticos, qui » religione, raro invidia, et hac, si qua, inscii, ubi de celebri quodam li- » bro, an is genuinus sit, audierunt ambigi, eam dubitationem neutiquam » tolerandam censent, et nihil aliud nisi religionis tollunt calumniam. Fa- » tentur" (inquit *Boeckhius*, fatentur) » ingenue, se non intelligere sub- » tiliores illas ratiocinationes: neque tamen suorum luminum hebetiorem ob- » tutum incusant, sed Criticorum inania somnia; non suae menti offusam ca- » liginem, sed vanitatem rerum, et, cum Hippia Sophista, visum effugientia » ramenta et praesegmina sermonum. Certissima pro incertis, incerta pro » certissimis habent, et, modo ne superstitio obsit, ubi de aliqua re duode- » cim suspiciones protuleris, pariter te acute et profunde disseruisse putant, » quam quum simplicem et unam sententiam succincte conformaveris: immo » doctiorem etiam illum et honestiorem putant, qui pro una opinione mul- » tas noverit, necdum omnem verecundiam ita deposuerit, ut suas cogitatio- » nes pro veris venditet. Horum alii parvam, alii nullam inexpugnabilem » veritatem in Criticis statuunt, sed nihilo minus eam artem, maxima ex » parte crassa invitaque Minerva, plaudentibus multis, exercent, aut verius, » ab illa exercentur. Ab hoc (ita pergit B., ab hoc) jejuno genere doctorum » longe diversum alterum ingeniorum summorum, qui, dum aliis doctrinis » intenti fuerunt, criticam disciplinam fere neglexerunt: itaque, ubi occasio » fert (et fert, ubicunque libet)', suum in illam vehementissimum odium ex- » promunt, et hac ratione arti, olim cognomine Divae celebratae, apud im- » peritum populum invidiam conciliant auctoritate sua. Non mea est senten- » tia" (sic judicium tandem interponit suum B.), ut immodicis laudibus Cri- » ticam praedicem, nec probantur mihi nonnulli, qui litteratores esse volunt, » quum unicam gloriam in re ponunt, in qua sola peragendam vitam mihi » non vitalem ducerem: immo credo, qui Divinam appellaverint, parum for- » tasse peritos fuisse rerum divinarum: — — non illa ex syllabis et apicibus » pendet, sed, ubi universam potius quam decerptam forte particulam spe- » ctet, non alia tibi videbitur esse, quam altera pars doni illius divini, quod » de Jovis arce a quodam Prometheo hominum gratia una cum lucidissima » flamma, dejectum est. — — Verum — — hi incredibili prope errore me- » tuunt, ne Historiae cognitio detrimentum capiat ex studio Critices, et jam » Livio et Thucydidi timere incipiunt; quibus nos quidem sublata Critica ti- » meremus magnopere. Et verendum est, qui pari jure spuria quaedam Ci- » ceronis aut Sallustii et Livium pro suppositiis putet haberi posse, ei ne » confictis fraudulenter Livii fragmentis imponi queat, ac ne, propagata la- » tius superstitione, postremo vel Annii Viterbiensis figmenta ferantur pro in-

» du-

» dubitatis. Omnino vero hi magni caetera viri non minus quam humiliores » illi aera non distinguunt lupinis, etc."

(8) Quaedam huc pertinentia legantur apud *Jo. Aug. Dathium* in *Prolus. de difficultate rei Criticae in V. T. caute dijudicanda* (repetitâ in doctissimi Viri *Opuscc. ad crisin et interpretationem Veteris Test. spectantibus*, editis ab *Ern. Frid. Car. Rosenmüllero*, Lipsiae, 1796. 8.) p. 61 sqq.

## §. 59.

### *Introductio historico-critica in Libros Sacros.*

Ut autem paulo evidentius de eo constet, quod, studio Critices Sacrae diligenter urgendo, maxime sit spectandum, breviter dicendum de praecipuis, quae in hac Disciplinae sanctioris parte tractandae occurrunt, quaestionibus. Jam omnes illae referri possunt ad judicium, *vel* de *Libris* Sacris, vel de certis tantum quibusdam eorum *locis*, regendum. De *his* quidem potissimum, quomodo contextus ita constitui possit, ut ipsa Scriptorum manus, in tot lectionibus variis, certo, vel certo proxime, ubique agnoscatur, quaeritur. (Cf. §. seq.). Quod vero *Libros* integros, vel et insigniores eorum *partes* attinet; quaecunque de *omnibus* universe, tam *Veteris* quam *Novi* Testamenti, scriptis, sive de *singulis* peculiariter, ut Dei consilio convenienter usurpari legendo dextreque interpretando possint, ante cognoscenda sunt; quamquam per rei naturam ad *Criticam Sacram* pertinentia, tamen ea hodie, propter insigniter auctum quaestionum gravissimarum numerum, magnamque illarum diversitatem, tractari solent Scientia peculiari. Hanc autem a *Critice Sacra*, stricte dicta, haud scio an minus subtiliter, distinguunt recentiores Critici, et *Introductionis historico-criticae in Libros Sacros* nomine insigniunt (1). Quae denominatio cum per se latissime pateat, non mirum, olim plura, quam nunc fieri solet, ad hanc disciplinam relata fuisse, et in his ea potissimum, quae e Grammatica, Hermeneu-

tica, Archaeologia, caeteris, ad explicandum Codicem Sacrum arcessenda esse, recte viderant Theologi. Ex recentiore autem consuetudine illa, de qua hîc agimus, *Introductio in Libros Sacros*, sive (ut plenius quoque aliqui dixerunt) *in lectionem et interpretationem Sacri Codicis*, minime confundenda est cum illo *Introductionis* genere, quod *reale* vocant: ad quod proxime accedunt *Lexica realia* (2). *Historico-critica*, quae cum maxime hoc epitheto ab alia quavis distinguitur, *Introductio* dispescitur in *generalem* et *specialem*. *Illa* vel *omnes* omnino *utriusque* Sacri Codicis libros, ne iis quidem exceptis, qui *Apocryphi* dicuntur, vel *omnes utriusvis* Testamenti libros, exclusis duntaxat utriusvis *Apocryphis*, solos igitur *Canonicos*, hos vero cunctos, spectat. *Prioris* formae Introductionem, post alios nonnullos, veluti *Rivetum*, *Waltonum*, *Moldenhauerum* (3), conscripsit *Leonardus Bertholdt* (4): *posterioris* formae multa opera varii pretii exstant. In iis eminent, quod ad *Vetus* Testamentum, ne de praeviis aliorum laboribus dicamus (5), scripta *Jo. Dav. Michaëlis*, *Eichhornii*, *Jahnii*, al. (6); quod ad *Novum*, praeter ea, quae *Richardus Simon*, *Pritius* et *Hofmannus*, *Enfantius*, alii praeluserant (7), scripta *Jo. Dav. Michaëlis*, *Eichhornii*, *Hänleinii*, Hugii, caet. (8): denique quod ad *Apocryphos Veteris* Testamenti libros (nam de *Novi T. apocryphis* propterea, quod de eorum νοθείᾳ ne dubitari quidem soleat, vulgo non agitur; quamquam, post *Fabricium* et *Birchium*, laudabilem iis operam adhibere instituit *Thilo*; sed de *V. T. apocryphis* praesertim consulendae sunt), scriptiones *Henckenii*, *Benzelii* et praeprimis *Eichhornii* (9). *Peculiaris* (*specialis*) vero *Introductio* dicitur, quae ad hunc illumve Librum Sacrum singulatim pertinet, et plerumque editioni, interpretationi, commentario praemitti solet (10). Jam in tali, quae *historico-critica*, *cum* ab argumenti, in quo versatur tractando, *tum* a tractandi rationis (sive *methodi*) genere, audit; in tali igitur Introductione agitur de

Co

Codicis Sacri, et utriusque Testamenti, *denominatione;* — de varia Libros Sacros *distinguendi* ratione, tam ea, quae Judaeis, quam quae Christianis, in usu est vel fuit; — de discrimine, *Canonicos* inter et *Apocryphos* libros, hujusque causis; — de *Canonis* utriusque origine, auctoribus, constitutione, perfectione et praesenti statu cum antiquiore collato; — de *Librorum* ipsorum antiquitate, Scriptoribus, sive cognitis iis, sive incognitis; — de occasione qua, de tempore quo, de loco unde, de conditione hominum ad quos, de consilio quo, conscripti sint; — de eorum argumento, sermone, dotibus orationis; — de fontibus, unde sua Scriptores hauserint; — de modo, quo hi Libri, moderante Deo, conservati sint ad nostram usque aetatem; — de interna et externa eorum conditione; utrum integri, an mutili aut interpolati, ad nos perlati sint; — porro quaenam sit ratio, quae origo, qui auctores distinctionum in capitula et segmenta; unde repetenda puncta vocalia in Codice Hebraeo Veteris Testamenti, ut et accentus et signa diacritica, et omnis omnino Masora; unde accentus et spiritus in Graeco Novi Testamenti Codice: — denique de antiquis etiam, ac recentioribus, *Interpretationibus* (*versionibus*); de *Editionibus*, tam iis, quae vulgo dicuntur *principes*, quam aliis, maxime quae *Criticae* vocari solent: — postremo de ocius serius repertis *Codicibus manu scriptis*, partim dudum collatis, vetustissimis illis magnam partem, majorem vero minus vetustis, at inventa tamen arte typographica satis longe prioribus; iisque *vel universi* Sacri Codicis, *vel utriusvis* Testamenti, *vel singulorum* librorum. In quibus omnibus *critice* perpendendis, uti plurimum tribuitur *historicae* antiquorum auctoritati Scriptorum, sic et argumentationi ex internis indiciis, ingeniosa diversarum rerum ad se invicem relatione (quam hodie *combinationem* plerique vocant) nixae, non parum: quin et aliquid subinde merae, nec tamen levi, conjecturae.

(1) Denominationis primus, quem cognoscamus, auctor fuisse videtur *Adrianus*, qui circa Sec. Vti finem *Εἰσαγωγὴν* scripsit *εἰς τὰς θείας γραφὰς*, quae *Davidis Hoeschelii* opera Augustae Vindeb. 1602. 4. edita est et *Criticis* quoque *Bibliis* (§. 57. a. 1. p. 259. memoratis) inserta. Alii tamen aliis nominibus postea uti maluerunt, v. c. *Clavis S. S.*, *Philologiae S.*, *Criticae S.*, *Enchiridii biblici*, *Prolegomenorum*, *Historiae Criticae*, caet. Sed pristinum nomen, a *Pritio*, *Tillio* aliisque postea revocatum, ut Scientiae, accuratius definitae et circumscriptae, in posterum adhaereret, fecit praesertim *Carpzovii* auctoritas. Dudum vero esse, ex vero observavit *Lückius*, vel quisquis Goettingensis *Schottianae Isagoges* Censor est (in *Goett. Gel. Anz.* a. 1822. F. 180. p. 1789—1797.); dudum esse observavit, ex quo intelligere coeperunt Viri D., nec valde propriam esse Scientiae denominationem, neque accuratissime definitum argumenti, in quo versetur tractando, ambitum. Nam aliis quidem plura eo, pauciora alios referre: nec deesse Scriptôres, qui tam parum curent peculiarem Scriptorum Sacrorum, tanquam *Sacrorum* et *divinorum*, characterem, ut haud aliter tractandos, neque alio, nedum insigniore, loco habendos eos esse, quam si nihil aliud essent, ac pars aliqua universae *Literaturae*, quam vocant, *Judaicae* et *Judaeo-Christianae*. Incommodis autem, ex vagae nimis et parum certae notionis ambiguitate ortis jam, et porro metuendis, nullum commodius remedium parari posse opinatur Vir D., quam, si prorsus repudietur in posterum *denominatio*, et omnia referantur ad doctrinam de *Canone* et *Canonica* Librorum *Sacrorum* auctoritate. De *illius* igitur *Idea*, exegetice informata, et *historia* atque fatorum vicissitudine, *priore* parte exponendum existimat, *posteriore* vero *practice*, de *hac*, an et quatenus Libris S., sive totis, sive ex parte, tribuenda sit, disquirendum. — Quae cujusmodi sint, nostrum non est, certe non hoc loco, data opera perpendere.

(2) Qualia sunt notissima *Calmeti*, *Saurinii*, *Collierii*, *Bergeri* similiaque opera, de quibus, ut brevis sim, jam non singulatim dicendum puto; sed conf. *Bertholdus*, mox citandus (in *Proleg.* §. 10. ann. 2. Tom. I. pag. 20 sq.).

(3) Pertinent huc, praeter *Augustinum* (*de Doctr. Christ.*) et *Cassiodorum* ex antiquis quidem Scriptoribus, ex serioris vero aevi *Sixtum Senensem* (in *Biblioth. Sancta*, *ex praecipuis Cathol. Eccl. auctt. collecta*, Venet. 1566. II. Voll. L. B. 1580. f. m.), *Michaëlem Walther* (in *Officina Biblica*, caet. Lips. 1636. 4. auct. et emend., Viteb. 1668. 4.), *Jo. Aug. Heideggerum* (in *Enchiridio Bibl. ἱερομνημονικῷ*, Tiguri 1681. 4. Jenae 1724. 8.); praeter hos igitur et similes, huc referendi praesertim *Andreas Rivetus* (§. 57. ann. 6. p. 240. laud.); *Brianus Walton* (in *Apparatu Biblico*, s. *Prolegg. ad Biblia polyglotta*, Lond. 1757. et ex ed. *Heideggeri*, Tig. 1673. f. m., ex ed. vero *Jo. Aug. Dathii* (quae tamen sedecim tantum ultima Capp., maximam partem *V. T.* respicientia, exhibet) Lips. 1777. 8.); *Jo. Henr. Dan. Moldenhauerus* (in *Introd. in omnes Libros Canonicos cum V. tum N. T., ut et eos, qui Apocryphi di-*

*dicuntur*, Regiom. 1736. 4. et 1744, 8.); ne *Salomonem van Til* (*Opus analyticum, compreh. Introd. in S. S.*, Traj. ad Rh. 1720. II. Voll. 4.), *Jo. Geo. Hagemannum* (*Histor. Nachricht v. d. kanon. u. apokr. Schr. d. A. u. N. T.* Brunsv. 1748. 8.), *Ch. A. Wahlium* (*Histor. Einleit. in die sämmtl. Bücher d. Bibel*, Lips. 1802. 8.), Ejusd. *Historisch-praktische Einl. in die bibl. Schriften*, Lips. 1820. II. Voll. 8., et plures excitemus. Cf. *Bertholdt*, l. c. §. 12. p. 23 sqq.

(4) *Historisch-kritische Einleitung in sämmtliche kanonische und apocryphische Schriften des alten und neuen Testaments*, VI. Voll. Erlangae, 1812—1819. 8. Quamquam hicce Scriptor nimius est in referendis et judicandis ineptis nonnullorum recentiorum conjecturis, quae maximam partem prorsus omitti sine damno potuissent (unde in tantam molem opus, invito licet pristino auctoris consilio et instituto, sensim excrevit), et praeterea non pauca profert, minus probanda, non possumus tamen, quin lectionem ejus usumque, sed prudentem illum et circumspectum, Criticae Sacrae studiosis commendemus. Add. *Thomas Hartwell Horne* (*An Introduction to the critical Study and Knowledge of the holy Scriptures*, IV. Voll. Lond. ex quinta ed. 1825. 8. Quod opus eo magis omnibus Theologiae Studiosis, Anglice scientibus, commendandum est, quod, raro sane exemplo, auctor, quaecunque a Germanis et Nostratibus bene praestita novisset, haud secus atque ea, quae populares praestiterant, et indicavit, et in suos usus laudabiliter convertit: tum vero etiam, quo plura, quoque luculentius exposita, opus contineat). *Guil. Martinus Leberecht de Wette* (*Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanonischen und apocryphischen Bücher des A. u. N. Testaments*, Berolini, Tom. I. 1817. 8. et iterum 1822. Tom. II. 1826. tertium 1829. quartum 1833. Ejusd. *Beiträge zur Einleit. in d. A. T.*, Halae 1806. II. Voll. 8.). *Wettio* nonnulla regessit *H. E. Ferd. Guericke* (*Beyträge zur hist. crit. Einl. i. d. N. T.* etc., Halae, 1828. 8. Hoc autem loco memorandum etiam est *Tentamen historico-dogmaticum Joannis Chr. Guil. Augustii* (*Versuch einer historisch-dogmatischen Einleitung in die Heilige Schrift*, Lips. 1832. 8.).

(5) Veluti *Jo. Henr. Hottingeri* (in *Thesauro philol. s. Clavi S. S. et Hebraeo-Graeco*, Tiguri ex tertia ed. 1696. 4.), *Jo. Leusdeni* (in *Philologo Hebr.*, Traj. ad Rh. ex quinta ed. 1696. 4., *Philol. Hebraeo-mixto* et *Hebraeo-graeco* ex quinta ed. Basileae 1739. 4.), *Rich. Simonis* (in *Hist. Crit. du V. T.*, — etiam Latine versa a *Nat. Alb. de Verse*, Paris. 1681. 4.), praesertim *Jo. Geo. Carpzovii* (in *Introd. ad libros Canon. Bibliorum V. T. omnes*, Lips. 1757, III. Voll. 4.), quo doctissimi Viri opere, ne nunc quidem, post *Eichhornii*, qui ipsum non semper recte intellexisse videtur, aliorumque labores, Theologus commode tutove carere potest.

(6) *Jo. Dav. Michaëlis*, *Einleitung in die Göttl. Schriften des Alten Bundes*, Hamburgi 1787. 4. (*Primum* modo Operis praestantissimi Volumen lucem adspexit: reliqua editurum Scriptorem eruditissimum mors occupa-

pavit. Belgice versus est hicce Tomus a Cl. *Isbr. Hamelsveldio* et Harlemi editus a. 1788. 8.) — *Jo. Gottfr. Eichhorn*, *Einleitung in das Alte Testament*, Lipsiae 1780. III. Voll. 8., iterum 1788. (ad quam ed. adornata est Belgica Versio, quae itidem *Hamelsveldio* debetur, ed. Traj. ad Rh. 1789. IV. Voll. 8.), tertium 1803. (de qua ed. consulatur censura doctissimi *Geo. Laur. Baueri*, in *Jen. Allg. Literaturz.* ad a. 1804. N°. 288. cumque hac conf. altera Anonymi [an *Gesenii?*] in *Hall. Allgem. Literaturz.* ad a. 1804. N°. 143 sq.) quartum 1823 et 1824. V. Voll. 8. cf. supra §. 29. a. 14.). — *Jo. Jahn*, *Einleitung in die Göttlichen Bücher des Alten Bundes*, Vindob. 1793., et emendatius ibid. 1802, II. Tomis (III. Voll.) 8. Ejusd. *Introductio in libros S. V. T. in compendium redacta*, ibid. 1805. 8. (quae paululum, sed non admodum liberaliter, mutata, denuo ibid. 1825. prodiit, edente *Fourerio Ackermann*). Praeterea multi alii, suis quisque laudibus, clarent; in his, *Jo. Sal. Semler* (in *Apparatu ad liberalem V. T. interpretationem*, Halae 1773. 8.), *Jo. Fr. Gütius* (*Entw. zur Einl. ins A. T.*, Halae 1787. 8.), *Jo. Babor* (*Allgem. Einl. in d. Schrift. d. A. T.*, Vindob. 1794. 8.), *Geo. Laur. Bauer* (in *Critica S. V. T.*, Lips. 1795. 8. — et in *Entwurf einer hist. krit. Einleit. in die Schr. d. A. T.*, ex tertia ed. Altdorfi, 1806. 8), *Jo. Chr. Guil. Augusti* (*Grundriss einer historisch-kritischer Einl. in das A. T.* Lips. 1806. iterumque emendatius, 1827. 8.). Add. *Jo. Car. Henr. von Zobel* (*Populäre Einl. in d. sämmtl. Schriften d. Bibel*, Lips. 1806. 8.), *Frid. Guil. Tilgenkamp* (*Einl. in die biblischen Schriften*, etiam sub titulo: *Bibl. Propädeutik* etc., Hammonae ex alt. ed. 1828. 8.) et *Jac. Chr. Weland* (*Einl. i. d. Bibel*, Hannov. 1812. 8.), quos, una cum aliis, quae praetermittimus, p. 11. citat anonymus Scriptor libri, cui titulus *Allgemeine hist. crit. Einleit. in die sämmtlichen kanonischen Bücher des A. T.*, Lips. 1821. 8. Laudatur quoque a Viris D., caetera valde a se invicem dissentientibus (cum ab *Ath. Coquerel*, in *Le Protestant*, Vol. III. (a. 1833.) p. 153—156, tum ab anonymo Censore in *Archives du Christianisme*, IIe Série, Tom. I. (a. XVI. i. e. 1833.) N°. 12.), *J. E. Cellerier* (*Introduction à la lecture des Livres Saints, à l'usage des hommes religieux et éclaires*, Paris. et Genevae, Vol. I. (de *Veteri Test.*), 1832. 8. Volumen IIum nondum, cum haec typis describuntur, in lucem emissum est). Huic vero add. *Ern. Guil. Hengstenberg* (*Beiträge zur Einl. ins A. T.*, quarum Symbolarum Vol. I. prodiit Berol. 1831. 8.)

(7) *Richardi Simon*, *Histoire critique du Texte du Nouveau Testament*, — *des Versions du N. T.* — *Nouvelles Observations sur le Texte et les Versions du N. T.* — *H. Cr. des principaux Commentateurs du N. T.*, Roterodami, 1689, 1690, 1793, et Paris. 1695. 4. (Germanice versum opus prodiit, *Semleri* sub auspiciis, Halae 1776 sqq. III. Voll. 8.). — *Introd. in lectionem N. T.* — *cujus primas lineas olim* [nempe a. 1704.] *duxit Jo. Geo. Pritius*, — *nunc autem* [post *Kappium*, a. 1725.] *uberius eam digessit* — *Car. Gottlob Hofmann*, Lips. 1764. 8. — *Jac. l'Enfant*

sunt, *Préface générale sur le N. T. pour servir d'Introduction à la lecture de ce livre sacré* (praemissa interpretationi Franco-Gallicae *Beausobrii et Enfantii*, Amst. 1741. II. Voll. 4. Germanice versa est haec praefatio ab *Jo. Frid. Christoph. Ernestio* [non ab *Jo. Aug. E.*, quod perperam in titulo *Belgicae* Versionis, L. B. 1777. 8., legitur. Conf. (*si tanti est*) ipsa praef. *Moshemii*, ibidem pag. XXI. et *E. F. C. Rosenmüller*, *Handb. für die Literat. der Bibl. Kritik. und Exeg.* (Goett. 1797 sqq. IV. Voll. 8.) Tom. I. p. 184.], et cum praef. *Moshemii* ed. Lipsiae 1730. et iterum 1745. 8.). — Add. *Justus Wesselus Rumpaeus* (in *Commentatione Critica ad libros N. T. in genere*, cum praef. *Jo. Gottlobi Carpzovii*, Lips. 1757. 4.), *J. R. Rus* (*Introductio in N. T. generatim spectatum*, Jenae 1733. 4.), *Jo. Millius* (mox indicandus §. 61. ann. 9.), *Jo. Alb. Bengelius* (ibid. indicandus ann. 11.), *Jo. Jac. Wetstenius* (ibid. ann. 11.), *Jo. Sal. Semlerus* (*Appar. ad liberalem N. T. interpret.* Halae, 1767. 8., et in Annott. ad *Wetstenii Prolegg.*, ibid. 1764. 8. et ad Ejusd. *Wetstenii Libellos ad crisin atque interpr. N. T. pertinentes*, ibid. 1766. 8.), alii. Conf *Bertholdus*, l. c. p. 29 sq ubi et *F. G. Ellenbergerus*, *I. G. K. Klotschius*, *K. J. Rupperthus*, *A. B. Feilmoserus* aliique citantur, nobis minus cogniti. Add. *Car. Aug. Credner*, *Beiträge zur Einl. in die bibl. Schriften*, Halae, Vol. I. 1832. 8.

(8) *J. D. Michaëlis*, *Einleitung in die göttl. Schriften des neuen Bundes*, Goett. 1750. 8. et postea saepius; *quartum* a. 1788. II. Voll. 4. Belgice ad *tertiam* ed. Hagae Com. 1781. IV. Voll. 8. Quae vero ad tertiam editionem in quarta accesserant, quaeque *Michaëlis* seorsum edenda curarat (*Zusätze und Veränderungen der vierten Ausgabe* etc.), admodum vitiose tamen typis descripta, ea Vir Rev. *Hulsbeekius* multo accuratius Batavis legenda praebuit in *Bijvoegsels en Verbeteringen* etc. Harlemi, 1791 et 1794. II. Voll. 8.). — Cum eximio *Michaëlis* opere jungenda sunt *Herberti Marsh*, cum maxime Episcopi Cantabrigiensis, Additamenta, Anglico sermone conscripta, atque a Viro Cl. *E. F. C. Rosenmüllero* Germanice versa et ed. c. inscriptione: *Anmerkungen und Zusätze zu J. D. M. Einl.* etc. Goett. 1795. II. Voll. 4. — *Jo. Gottfr. Eichhorn*, *Einleitung in das N. T.* Lipsiae, 1804. seqq. III. Tomis (IV. Voll. — nunc vero V. Voll.; Tom. I., ed. 2., 1820, Tom. II. 1810. Tom. III. P. I. 1812. P. II. 1814. Tom. IV. et V. 1827. 8.) — *Henric. Carol. Alex. Hänlein*, *Handbuch der Einleitung in die Schriften d. N. T.*, Erlangae 1794. II. Vol. 8. iterumque 1801. III. Voll. — *Jo. Leon. Hug*, *Einleitung in die Schriften des N. T.* II. Voll. Tubingae, 1808., iterum 1821., tertium 1826. 8. — Mitto *Griesingerum*, *Schmidtum*, alios, a *Wettio* (modo ann. 4. citato, Tom. I. §. 6.) laudatos. Addi ex Nostratibus unum potest *Jo. Antonii Lotze*, ad finem non perductum, scriptum, quod titulum praefert: *Oordeelkundige Inleiding tot de Schriften des Nieuwen Verbonds*, Amst. 1805 et 1816. 8. (Tomus I. et Tomi II. Pars I. editi sunt. Pars altera Tomi II. item-

que Tomus III., quae adhuc desiderabantur, fore ut in lucem aliquando emittantur, post docti auctoris obitum, nulla amplius spes superest.

(9) *J. Hencken*, *Introd. historico-philol. ad libros apocryphos V. T.* Halae 1718. 4. — *Henr. Benzelii Diss. de libris Vet. Test. apocryphis in genere — in specie*, a. 1733. 4. (rep. in *H. B. Syntagmate Dissertatt.* in Acad. Lundensi hab., c. praef. *Jo. Erhardi Kappii*, Francof. et Lips. 1745. II. Voll 4.) — *Jo. Gottfr. Eichhorn*, *Einleitung in die apocryphischen Schriften des A. T.* Lipsiae 1795. 8. — Praeter Libros pseudepigraphos V. T. (in *Codice pseudepigrapho V. T.* Hamb., ex secunda ed., 1722 sq. II. Voll. 8.), Apocryphos *Novi* Testamenti Libros, et *Pseudepigraphos*, diligentissime collegit et edidit *Jo. Alb. Fabricius* (in *Codice apocr. et pseudep. N. T.*, Hamb. 1703 et 1719. iterumque 1743. II. Voll. 8.). *Auctarium* vero ad eum dedit *Andr. Birchius* (Hafniae 1804.). Novissime vero omnes istiusmodi libros et libellos, cum introductione et annotationibus, denuo edere instituit *Joannes Carolus Thilo* (*Codex Apocryphus e libris editis et manuscriptis, maxime Gallicanis, Germanicis et Italicis, collectus, recensitus notisque et Prolegomenis illustratus*, Tom. I. Lips. 1832. 8.).

(10) Introductionem ejusmodi habemus, a *Joanne Dav. Michaëlis*, *Jacobo van Nuys Klinkenberg*, *Isbrando van Hamelsveld*, *Guilielmo Ant. van Vloten* conscriptam in omnes et singulos Libros S.; — a *Guil. Mart. Leber. De Wette* in Psalmos, ab *Hermanno Muntinghe* in eosdem et Proverbia etc.; — a *Geo. Carolo Storr* in Scripta *Joannis*, a *Joanne Benj. Koppe* in Epistolas ad Romanos, ad Galatas, Ephesios et Thessalonicenses, a *Davide Jul. Pott* in Epp. Catholicas, a *Joanne Henr. Heinrichs* in alias Epp. et Acta App. itemque in Apocalypsin, a *Christ. Theoph. Kuinoel* in singulos N. T. libros historicos et Ep. ad Hebraeos, caet.

## §. 60.

## *Critica Sacra humilior.*

Atque haec fere sunt, de quibus Critica Sacra exponit, cum de integris *libris* quaeritur. Quod vero spectat peculiaria eorum *loca*, in quibus variat testium lectio, vel alia de causa incerta aut minus sana videtur; hic quaeritur — de causa, si quae sit, dubitandi de vulgari lectione; — et de modo, quo lectio, si tamen germana sit habenda, optime vindicari possit et stabiliri, sin spuria, νοθείας indicia recte inveniri, in aprico collocari, et vera lectio restitui. Hinc *primum* in historiam textûs sacri antiquam, mediam et novam inquirit Critica Sacra; — de matura autographorum

rum amissione, deque interna et externa apographorum conditione agit; — ut et de vitiorum, quae notariis, ea describentibus, excidere potuerunt, causis variis, quae et *ipsae* variantium lectionum causae sunt; — item de variarum illarum lectionum collectionibus et collectoribus; — imprimis de earum indole, diversis generibus, pretioque, ex majore vel minore gravitate, bonitate, antiquitate, aestimando. *Dein* praesidia critica perlustrat, quae ad *Veteris* quidem Testamenti libros haud pauca sunt et minime spernenda (1), ad *Novum* vero Testamentum tot numero ad manus sunt, ut omnem paene fidem ea res superare videatur (2). In his primus, si *Ernestium* sequimur, locus cedit Codicibus, proximus ab eo Versionibus, tertius Editionibus, quartus denique citationibus locorum apud Scriptores, quorum aetas ad aetatem sacrorum Scriptorum proxime accedit. In aestimandis *Codicibus*, quorum, quo antiquiores sunt et melioris notae, eo major est auctoritas, ratio habetur argumenti, consilii, aetatis; et, hanc postremam quidem quod attinet, *cum* materiae, *tum* scripturae; porro prioris et secundae manus, fontis item, internae bonitatis, postremo familiae, ad quam pertineant (3). De *Versionibus* ita agitur, ut diversa earum genera, singularum aetas, merita, consensus inter se et cum Codicibus, denique usus in judicandis variis lectionibus investigetur. *Editiones* non tam Editorum fama, quam Codicum, ex quibus ductae sunt, praestantia censentur: illarum igitur fontes, genealogiam et diversa admodum merita indicare Criticae Sacrae incumbit. Quod vero ad *loca*, ab aliis, paulo serioribus, Scriptoribus *citata*, attinet; hîc accurate distinguenda ea, quae simpliciter aut memoriter tantum et negligenter laudantur, aut ad quae alludi tantummodo videtur, ab illis, quae plenius describuntur, diligentius illustrantur, aut adeo tanquam argumenta pro hac illave Doctrinae sacrae parte (*dogmate*) usurpantur ab antiquis Scriptoribus. De quorum insuper consensu, sive mutuo, sive cum reliquis testibus Criticis, ut et de eorum usu Critico, accuratius etiam est

videndum (4). His vero quatuor praesidiis quintum addi debet, *Conjectura* Critica, quam in Critica Sacra, non tantum Veteris Testamenti (qua de re, ob minorem praesidiorum criticorum copiam, vix cuiquam dubium esse potest), sed etiam in Novi Testamenti Crisi, admittendam esse, sed prudenter admodum et modeste, sine cupiditate aut mutandi textûs recepti pruritu, usurpandam, cuivis attendenti sponte patet (5). *Denique* Canones Critici constituendi ita, ut Librorum Sacrorum indolis et conditionis perpetua habeatur ratio, et lectionum antiquitas, bonitas atque veritas ad illos quam accuratissime possit exigi. Qua in re, perquam ea difficili, cum alias ob causas, tum praesertim quoniam alter canon saepissime ab altero limitatur; in hac igitur recte peragenda, uti diversi diversorum testium pretii, sic etiam argumenti, contextae orationis, styli, sermonis, multarumque rerum aliarum coadunata quasi consideratio, ut judicium sincerum sit, sola efficere poterit (6).

(1) Pertinent huc Codices, ingenti quidem numero, nec tamen pari cum utilitate collati, praesertim a *Kennicotto* et *Rossio*. Splendidum quidem *Benjamini Kennicotti* opus (*Vetus Testamentum hebraicum, cum variis lectionibus*), quo sexcentorum fere Codicum collatio continetur, duobus Tomis Oxonii editum est a. 1776. f. m. *Variae* vero *Lectiones Veteris Testamenti, ex immensa MSS. editorumque Codicum congerie haustae et ad Samar. textum, ad vetustissimas Versiones, ad accuratiores Sacrae Criticae fontes ac leges examinatae opera et studio Joannis Bernardi De-Rossi*, prodierunt IV. Voluminibus Parmae 1784 sqq. forma quarta. In his denuo sexcenti fere alii Codices collati sunt. Accessit a. 1798. quintum Volumen, *Supplementa*, sive *Scholia Critica in V. T. libros* complexum, ad cujus calcem *Summa collatorum Codicum sacri textus* haec exhibetur: » MSS. 1418, editi 374, universim 1793." Add. Ejusd. *MSS. Codices Hebraei Bibliothecae J. B. d. R., accurate ab eodem descripti et illustrati. Accedit Appendix, qua continentur MSS. Codices reliqui aliarum linguarum.* Parmae, 1803 sq. III. Voll. 8. Quamvis autem *Rossius* ex vero dixerit (*Prolegomenorum* Tomo primo *Varr. Lectt.* praemissorum P. I. §. 21. p. XXIII.): » ea est summa Codicum, quae in » nullius unquam textus, libri, auctoris vera lectione probanda colligendaque » lectionis varietate huc usque est adhibita, nec facile adhibebitur in poste- » rum;"

„rum;" tamen, quoniam tantum non omnes ad Masorethicam recensionem pertinent, huic quidem certius constituendae (quod sane magnum est, quoniam ex Samaritano textu, ut et eo, quem Alexandrini legerunt, plerumque praestat) egregie inserviunt, ad lectionem vero antiquissimam et unice veram ostendendam non sufficiunt. Add. qui nonnullos Codd. accuratius, etiam in punctis vocalibus et reliquis signis diacriticis, contulerunt, *Michaëlis*, *Lilienthalus*, *Köhlerus*, *Rückersfelderus*, al. — De quibus, uti et de reliquis praesidiis Criticis, v. c. Pentateucho Hebraeo-Samaritana, Versionibus Graecis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Latinis, aliis, Talmude, Masora, Scriptoribus antiquis, sive Judaeis sive aliis, Editionibus denique principibus, hujus loci non est de industria exponere. Legantur Scriptores, §. praec. ann. 4 et 6. laudati: et add. *Hermanni Muntinghe* opusculum utilissimum, a. 1827. 8. Groningae editum, cui titulus: *Brevis expositio Critices Veteris Foederis*, §. 57—28. p. 120—184.

(2) Quingentos et quod excurrit Novi Testamenti manu scriptos Codices, post *Erasmi* et *Complutensium* tempora, excussos esse, omnes illis adhuc incognitos, *Griesbachius*, idoneus, si quis alius, harum rerum arbiter, affirmavit; quibus *Matthaeiani* Codices plus quam centeni addendi. Neque tamen omnes, qui in Bibliothecis, tam privatis, quam publicis delitescunt, hucusque collati sunt. Ex his autem plus quam quadringentos Novi Testamenti Graecos, plurimos insuper Versionum, manu scriptos Codices, se excussisse affirmavit *Jo. Mart. Augustinus Scholz.* — De reliquis subsidiis ad N. T. criticis, veluti *Versionibus*, *Syriaca* triplice (*Simplice*, s. *Peschito*, *Philoxeniana* et *Hierosolymitana*), cui proxime adstat *Persica* utraque, *Ægyptiacis* tribus (*Coptica* s. Memphitica, *Sahidica* s. Thebaica et *Ammoniaca sive* Basmurica, omnibus illis satis antiquis), *Æthiopica*, *Armenica* duplice vel triplice, *Arabicis* plurimis (in his tribus praecipuis, Romana, Polyglottorum et Erpenii), *Gothica* Ulphilae, *Anglosaxonica*, *Latinis* tam antiquissimis ante-Hieronymianis, quam seriore Vulgata, *Slavonica* tandem; — de *Editionibus*, praesertim iis, quae *principes* dici solent, *Erasmianis* pluribus et *Complutensi*, quibus accedunt editiones *Bezae*, *Roberti* et *Henrici Stephani*, al.; — de locis citatis, *cum* a *Patribus*, qui vocantur, *Ecclesiae*, praesertim *Graecis*, in his *Origene* (ex quo solo *Griesbachius* totum fere Matthaei Euangelium, si fuisset deperditum, restitui posse, in *Symbolis Criticis* Vol. II. ostendit), *Chrysostomo*, *Isidoro* Pelusiota; *Theodoreto*, *Theophylacto*, *Oecumenio*, *Euthymio Zigabeno*, al., *tum* etiam ab *Haereticis*, e. g., *Marcione*, al., et religionis Christianae *hostibus*, *Celso*, v. gr., *Porphyrio*, *Luciano*; — de his igitur omnibus verbulo tantum hîc monuisse sufficiat, quando in uberiorem eorum explicationem excurrere vetat instituti ratio. (Conf. mox dicenda §. sqq.). — Quod vero de *Armenica* versione, duplice an triplice, dubitanter modo scripserimus, ejus timiditatis causa in eo sita est, quod nondum satis nobis liquet, utrum *Armenica* illa Versio, quam *Jo. Zohrabus*, ad viginti Codices exactam,

etiam, a. 1805. Venetiis edidit (de qua retulit *Angelus Majus*, in *Diss.* praemissa invento a se, et primum edito, *Philonis* opusculo περὶ ἀρετῆς καὶ τῶν ταύτης μορίων, Mediolani 1816. 8.), diversa sit, sive ab illa, quae eximie *Armenica* dici solet, Seculi V, jam edita a. 1666. et postea saepius, sive ab altera ista, quae *Georgiana* dicitur, Sec. VI, a. demum 1743. in lucem emissa, an vero cum alterautra eadem. (*Hugio* si fides est (l. c. T. I. p. 404, 3ae ed.), ex testimonio *Armeni* cujusdam, qui *Zohrabo* familiariter uti solebat, pendenti, critica editio est illa *Armenicae* Versionis κατ' ἐξοχὴν sic dictae).

(3) In Crisi V. T. exercenda jam operae pretium est attendere ad Codicum manu scriptorum tantum non omnium convenientiam inter se, et communem haud raro dissensum a Versionibus, sive Alexandrina, sive Syriaca, sive Arabica, item a Paraphrasibus et interpretationibus Chaldaicis aliisque, mire rursus inter se convenientibus, vel secum invicem pugnantibus. Qui consensus nonnullorum inter se ubi deprehenditur constans, tum praesertim, cum dissensus ab aliis aeque constans est, ducit ad agnoscendas diversas textûs veteris Hebraei *recensiones*, testiumque criticorum classes vel familias. In Crisi vero Novi Testamenti dudum est, cum *Bengelius* talem familiarum conjunctionem et diversitatem subodoraretur; eam *Semlerus* postea propugnavit quoque: nemo tamen *Griesbachio* accuratius hanc doctrinam exposuit et in usum Criticum convertit (quatuor nempe recensiones distinguente, *Alexandrinam* nimirum, *Occidentalem*, *Constantinopolitanam veterem* et *novam*, sive *mixtam*); a quo, verbis magis quam re, dissentit *Hugius* (cui praeplacet distinctio, 1) τῆς κοινῆς ἐκδόσεως, quae fuerit textûs conditio antequam ulla ei opera Critica fuisset adhibita, 2) editionis *Hesychianae*, 3) *Lucianeae* et 4) *Origenianae*): frustra obloquentibus nonnullis, *Matthaeio*, e. g., *Scholzio*, aliis.

(4) De singulis data opera exposuere, quotquot Criticae Sacrae vel conspectum, vel uberiores scripserunt Institutiones. Tironi etiamnum prae caeteris proderit usus *Ernestinae Institutionis* (§. 63. ann. 5. citandae) ubi Parte II. (*Amm.* III.) Cap. II, III, IV, V, VI et X. §. 12—25, praecipua jam eximie, pro tempore, tractata reperiet. Posteaquam vero hac diligenter usus fuerit Studiosus, accedat ad accuratam lectionem *Introductionis* in *V.* et *N. T.* (cf. §. praec.) et *Prolegomenorum* ad *Criticas* editiones *Kennicotti*, *Millii*, *Bengelii*, *Wetstenii*, aliorum, tum etiam *Opusculorum de Critica*, eaque *Sacra*, quae *Semlero*, *Griesbachio*, *Gablero*, *Muntinghio*, aliis debemus.

(5) Itaque laudari neque solent, neque recte possunt, qui vel in ipso Veteri Testamento, in quo tamen amplior, quam in Novo, locus Conjecturae Criticae conceditur, *temerariam* corrigendi, scalpello utendi, et, si Diis placet, emendandi rationem sunt secuti; quo nomine *Ludovicus Capellus*, et ab aliis, et a *Meibomio* reprehenditur: in quem postremum tamen illud Catonis valet:

*Tur-*

*Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.*

Nam et de hoc ipso *Guilielmus Abrahamus Tellerus*, „quam non sanctissima" inquit „Codicis Hebraei monumenta violavit, delendo, addendo, mutando, „transponendo, ubi nulla emendandi necessitas erat etc." (in *Praef.* ad Latine ab eo versam *Benj. Kennicotti Dissertationem super ratione textus Hebraici Veteris Testamenti in libris editis atque scriptis*, Lips. 1756. 8. Vol. I. p. 10.). Postea eodem vitio accusatus est *Car. Franc. Houbigantius* (*Biblia Hebr. c. notis criticis et versione Lat.*, *ad notas criticas facta*, etc. Paris. 1753. IV. Voll. 4. Separatim *Notae Criticae*, cum *Prolegomenis*, repetitae sunt, Francof. ad M., 1777. II. Voll. 4.). Contra quem egregias dissertationes scripsit senex venerabilis, celeberrimus tum apud Trajectinos LL. OO. Professor, *Sebaldus Ravius* (*Exercitatt. Philol. ad Car. Franc. Hubigantii Prolegomena in S. S.* Lugd. Bat. 1785. 4.). Superiore memoria inter nostrates paulo quoque liberius hac in re versatus esse *Egb. Jacobus Grevius*, nec dissimili de causa ejus, quae et *Meibomio* fraudi fuerat, multis, nec plane immerito, visus est.

(6) Conf. *Ernestius*, l. c. Cap. potissimum VI.

## §. 61.

### *Historia Artis.*

Eximiam artem Criticam, a Graecis olim, veluti *Eratosthene*, *Apollodoro* Cumaeo, *Aristarcho*, et a Romanis, e.g. *M. Varrone*, *Nigidio Figulo*, *Valerio Probo*, *Asconio*, *Aulo Gellio*, caet. laudabiliter excultam, neglexerunt fere *Patres*, qui vocari solent, *Ecclesiae*. Pauci tamen merentur reliquorum numero et censu excipi. *Origenes* quidem, non immerito sane *Adamantius* dictus, Presbyter Alexandrinus, et *Dionysius* Alexandrinus, quem *primum* Ecclesiae Christianae Criticum dixit *Heumannus* (1), et de cujus peritia ex iis, quae *Eusebius* de ipso retulit (2), judicari quodammodo potest; hi igitur Sec. III. duumviri instaurandae Criticae, ejusque libris quoque Sacris adhibendae, signum quasi sustulisse videntur. Quorum priorem in Critica tam Veteris, quam Novi Testamenti, haud infeliciter, pro temporum ratione, versatum (3) nonnulli, ejus exemplo ad similia tentanda excitati, imitari studuerunt;

runt; in his *Hesychius*, *Lucianus*, *Euthalius*, nec non *Athanasius*, *Gregorius* Nazianzenus, *Basilius* Magnus, *Joannes Chrysostomus*, *Theodoretus*, *Isidorus* Pelusiota; quos tamen omnes et singulos, plerumque a sua auctoritate pendentes, *Origenes* longissimo post se intervallo reliquit. Ex *Latinis* Patribus soli hîc memorandi *Hieronymus* et *Augustinus*, qui interpolationibus, ex Latina Versione textui Graeco illatis, strenue se opposuerunt; prior tamen altero Graece et Hebraice longe doctior, et ad Criticam Sacram adjuvandam proinde multo magis idoneus. Caeterum ad eorum laudem ne *Ambrosio* quidem, aut *Hilario* Pictaviensi, accedere licuit, et ingruentia de subtilioribus quaestionibus Theologicis dissidia jam pridem a Critices studio plerorumque hominum animos avocarunt. Itaque per integra decem secula de studio Textûs sacri critico altum fuit silentium, consopitis cum Philosophia Literis; donec tandem, ineunte et medio Sec. XV, ante et post quam Byzantium a Turcis captum esset, Graecis aliquot eruditis in Italiam fugientibus, nova lux Europae affulgere coepit, et Literae cum Philosophia renasci. Primus tunc inclaruit *Joannes Reuchlinus*, qui « obstrepen« te inertium Monachorum barbarie, turpem socordiae ve« ternum excutere, et obsoletum Philologiae Hebraicae stu« dium auderet instaurare (4)." Hunc secuti *Munsterus*, *Pagninus*, *Vatablus*, *Mercerus*, alii, praeclare de interpretatione Veteris Testamenti fuerunt meriti: quominus tamen plura praestarent et saniorem jam crisin quoque exercerent, impedivit Judaeorum, a quorum disciplina profecti fuerant, reverentia et imitatio. Horum enim exemplo in iis plane acquiescendum esse putarunt, quae *Masosorethae* Sec. V et VI. de contextu V. T. constituerant. Nam, quod pauci quidam ex ipsis Judaeis, veluti *Ben Asher*, *Ben Naphtali*, imprimis *Todrosius*, et postea *Jacobus Ben Chaiim* ac *Menachem de Lonzano*, aliquam saltem operam criticam Libris S. adhibuerant, haec, ut parum probabatur popularibus, ita Christianis nullo modo placuit,

cult, nedum eos ad similia tentanda commovit. Aliam vero viam postea ingredi tentarunt *Jo. Morinus*, *Is. Vossius*, *Richardus Simon*, *Brianius Walton* et *Ludovicus* praesertim *Cappellus*, a quo Critices V. T. patronis *Cappellianorum* nomen adhaesit; dum *Buxtorfiani* et *Anticritici* dicebantur, qui *Joannem Buxtorfium*, filium, haud secus ac pater fuerat, eruditissimum, ferreaeque diligentiae virum, secuti, omnem illam operam criticam et temerariam pronunciarent, et inutilem, et vero Sacris Literis injuriosam. Neque diffitendum videtur, et *Cappellum* ipsum, et ejus sectatores, gravissime interdum lapsos, coecoque impetu ad falsissimas opiniones propugnandas, et sacrum textum saepe citra ullam necessitatem sugillandum, abreptos fuisse. Quod ipsum *Carolo Francisco Houbigantio*, multisque aliis ad haec nostra usque tempora, quod omnino dolendum est, accidit. Meliora vero praestiterunt, post *Robertum Lowth*, *Benjaminus Kennicottus* et *Joannes Bernardus de Rossi*, praestiterunt alii (5). Quid? quod aliquatenus etiam in tractatae critice Sacrae Scripturae laudis societatem venerunt Judaeus Rabbinus *Salomo Norzi*, ejusque editor, *Raphaël Chaiim Basila* (6). Sed non minore diligentia, nec infeliciore successu, *Novi Foederis* Criticae, ab eodem inde, quo excoli coepit Veteris Testamenti Critica, tempore, Viri Docti manus admoverunt. Praeclarum in hoc genere nomen est *Desiderii Erasmi*, quintuplice N. T. editione, cum critica, tum principe, clari (7); cui tamen principatûs palmam dubiam reddidit *Franciscus Ximenes*, Cardinalitiae vir dignitatis, editione Bibliorum Complutensi, quae, ejus sub auspiciis, a Theologis nonnullis adornata est (8). Inclaruerunt porro nomina *Roberti* et *Henrici Stephanorum*, *Theodori Bezae*, *Hugonis Grotii*, *Stephani Curcellaei*, *Joannis Felli*, *Gerardi Mastrichtii*, *Erasmii Schmidii*, *Eduardi Harwoodi*, *Guilielmi Bowyeri* aliorumque, his etiam recentiorum, *Henrici Aug. Schott*, *Joannis Severini Vater*, *Caroli Lachmann* et *Adolphi Goeschen* (9). Mi-

nus suam operam peritis probarunt, qui *Elzevirianae* editioni praefecti fuerunt, quos vel *Interpretes Belgas*, vel *Danielem Heinsium Antoniumve Thysium* fuisse frustra quidam suspicati sunt: minus etiam *Jo. Leusdenus*, *Macius*, al. (10). Multo sane major laus tribuenda est Viris summis, *Joanni Millio*, quem frustra impugnare conatus est *Whitbyus* (11), *Joanni Alberto Bengelio* (12), *Joanni Jacobo Wetstenio* (13), *Joanni Jacobo Griesbachio* (14). Neque praetereundi *Christianus Fridericus Matthaeius* (15), *Georgius Christianus Knappius* (16), *Jo. Benj. Koppius* cum iis, qui opus ipsius continuarunt (17), *Franciscus Carolus Alter* (18), *Carolus Godofridus Woidius* (19), *Thomas Kiplingius* (20), *Andr. Birchius* (21), *Geo. Theoph. Pappelbaumius* (22). Denique *Thomam Hearne* (23), *Franciscum Antonium Knittel* (24), *Joannem Georgium Leonardum Reuss* (25), *Joannem Barret* (26), *Joannem Martin. Augustin. Scholz* (27), *Jacobum* denique *Dermout* (28) hic commemorari par est, Codicum manu scriptorum vel editione claros vel descriptione. Horum igitur Virorum, ut et eorum, quos §. praec. indicavimus (29), conjuncta opera effectum est, ut partim *Textûs Historia* melius sit illustrata, partim ingentes subsidiorum criticorum thesauri, olim delitescentes et spreti, innotuerint jam et usurpari diligenter inceperint, partim multo quam antea evidentiores regulae judicandarum lectionum scribi, atque ad usum commodius adhiberi et cautius, potuerint. Unde, quid de Textûs, tantorum Virorum, tantis instructorum copiis, ope constituti, nitore, deque hodierno Criseos N. T. statu, ejusque, quantumvis nondum omnibus numeris partibusque perfectissimi, singulari tamen et suspicienda prorsus praestantia, censendum sit, facile est ad intelligendum (30).

(1) In *Conspectu Reip. Literar.* p. m. 255.

(2) Lib. VII. *Hist. Eccl.* c. 25.

(3) Conf. *Jo. Aug. Ernestius*, cum in *Instit. Interpr. N. T.* P. III. cap. V. §. 6, 7, 9. et cap. VI. §. 23, tum in *Opuscc. Philol. et Crit.* p. 288

288 sqq. Qui tamen aliis visus est *Origenem* nimis effuse laudasse, v. c. *Ammono* ad l. *Inst. Int.* laud. et *Eichstadio* ad *Mori Acroases super Hermen.* Vol. II. p. 232. Certe non tam praeclare, quam *Ernestius*, de *Origenis* opera critica statuunt, v. c., *Zacagnius* (in *Praef. ad Monim. Vet. Eccl. Graecae* p. 65.), *Rich. Simonius* (in *Hist. Cr. du N. T.* c. 29. p. 337. *H. C. des princ. Commentat.* c. 3. p. 51 sq.), *Jo. Millius* (in *Proleg.* ad N. T. §. 673 sqq.), *Jo. Geo. Rosenmüllerus* (in Progr. XVI. *de fatis interpretationis S. Litt. in Eccl. Chr.* p. 15.), hic tamen ita, ut rem in medio relinquat, et ad *Griesbachium* (in *Diss. de Codd. Euangg. Origenianis*) provocet; atque, plures alios ut mittam, *Christianus Fridericus Matthaeius*, sexcentis locis in utraque *N. T.* editione, et ad *Euthymii Zigabeni* a se editum *Commentarium in quatuor Euangelia*, et alibi. Quicquid sit, nam ea de re disputandi hic non est locus, *Origeni* illa saltem laus denegari non poterit, quam ipsi *Wetstenius* tribuit, „illud „certum esse," dicens, „neminem Patrum Origene fuisse κριτικώτερον, „unde factum sit, ut ipsius N. T. ἔκδοσις tantum non sola pro authentico „Codice haberetur, ac passim omnium frequentissime describeretur." (Vid. *Prolegg* editioni *N. T.* praemissa, Tom. I. p. 67. sive prioris editionis (Amst. 1730. 4.) p. 66., aut editionis *Semlerianae* (Halae 1764. 8.) pag. 177.). Absque partium studio, sententiam quoque dixit de *Origenis* meritis *Gottl. Guilielmus Meyerus*: (in *Geschichte der Schrifterklärung seit der Wiederherstellung der Wissenschaften* (Goettingae 1802. V. Voll. 8.) Tom. *I.* p. 41 sq.), in qua omnino acquiescere nos posse videmur.

(4) Utor verbis optimi quondam praeceptoris mei, elegantissimae doctrinae viri, *Henrici Alberti Schultens*, in initio fere Censurae Editionis *V. T. Kennicotianae* (quam vide in *Bibliotheca Critica*, P. I. p. 79—113.), quamque ad universam hanc §. omnino conferri velim.

(5) Opus non esse videtur, ut fuse dicamus; — vel de opera *Theophili Christ. Lilienthali*; — vel de iis, quae debentur *Joanni Dav. Michaëlis*, *Jo. Gothofredo Eichhorn*, *Wernero Car. Lud. Ziegler*, aliisque Germanis (quos tamen gravissime lapsos esse nonnunquam, et alii data opportunitate modeste observarunt, et, dedita opera, eos exagitans, *Stangius*, cum in *Anticritica in Psalmos* (de qua conf. *Eichhornii Allgem. Biblioth.* T. V. p. 1013 sqq. et *Wachleri Theol. Annal.* ad a. 1793. p. 183 sqq. coll. p. 602 sqq.), tum in *Symmictis Theol.*, praesertim T. I. p. 66 et 156. T. II. pag. 284—295. et 400—416.): — vel de Nostratium in hoc genere meritis, v. c. *Hermanni Venemae*, *Nicolai Guil. Schroederi*, *Everardi Scheidii*, *Jo. Egberti Grevii*, aliorumque. Conferatur ad omnem hanc historiam *Herm. Muntinghius* in *Crit. S. V. T.* §. 3. pag. 3—17. Unum tamen verbum addendum videtur de *Bibliis polyglottis*, in quibus, etsi illa longe melius, quam quidem factum est, adornari potuissent et debuissent, non spernendum tamen, vel sic, inest subsidium Critices V. ac N. T. — Primum locum occupant *Polyglotta Complutensia*, sumtibus *Fran-*

*cisci Ximenes* edita Compluti a. 1522. VI. Voll. f. m. Quamquam a. 1516. Genevae jam prodierat *Psalterium Hebraice*, *Arabice*, *Chaldaice*, *Graece*, *una cum Verss. Latinis*, *Glossis et Scholiis* (vid. *Journ. d. Scav.* ad a. 1775. m. Apr. p. 630 sq.). — Secuta sunt *Polygl. Antverpiensia*, sumtibus *Philippi* II, opera *Ariae Montani*, Antv. 1569—1572, VIII. Voll. f. m. (Atqui praecesserat a. 1546, Constantinopoli edita, *Pentateuchus polyglotta*). Tum *P. Parisiensia*, sumtibus *Guidonis Mich. le Jay*, Paris. 1645. X. Voll. f. m. Denique *P. Anglicana*, s. *Londinensia*, cura *Briani Walton*, Lond. 1653 sqq. VI. Voll. (sive VII, si addas *Ed. Castelli Lex. Heptaglotton*), f. m. Quod quidem Opus, ingenti auro constans, in Compendium contrahere coepit suo tempore *Richardus Simon*, nec tamen suum illud opus, manu exaratum, in lucem emisit. Qua de re, ex *Fabricyi Titres primitifs de la Revelation*, referentem vide *Jo. Aug. Ernestium*, in *N. Bibl. Theol.* IV. 25 sq. Non ita pridem *Samuel Lee*, post plurium annorum laborem, uno volumine, edenda curavit: *Biblia Sacra polyglotta; textus archetypos versionesque praecipuas, ab Ecclesia antiquitus receptas, nec non versiones recentiores, Anglicanam, Germanicam, Gallicam, Italicam* et *Hispanicam* — [cur non et *Batavam*, praestantissimam illam, et publica auctoritate introductam?]. — *Accedunt Prolegomena in textuum archetyporum versionumque antiquarum crisin*, Lond. 1831. f. m. De hoc opere consul. *Le Protestant*, ann. II. N°. 12. p. 92 sq. — Caeterum de reliquis cf. *Gerardus Outhuys*, in *Geschiedkundig Verslag over de Biblia polygl.*, Franeq. 1822. 8.

(6) Conf. modo *Muntinghius*, l. c. p. 5.

(7) Longum sit, de singulis Editionibus, diversoque earum pretio dicere. Prima prodiit a. 1516, magisque hac editione praecipitatum fuisse, quam editum, N. T., ipse *Erasmus* fassus est (*Epist.* 324.); secunda a. 1519; tertia a. 1522; quarta a. 1527; quinta denique 1535. Vitia, in prima ed. commissa, in sequentibus emendare *Erasmus* studuit; in eo tamen vehementer offendens, quod locum 1 Jo. V: 7. fide Codicis Dublinensis vel Montfortensis, valde suspecti illius, in tertiam reciperet. Quod tamen non impedivit, quominus *Brianus Walton*, *Jo. Millius*, *Lud. Küsterus*, quin *Andreas Birchius*, hunc textum potissimum sequerentur. Ad quintam adornata est *Stephani* editio, quam *mirificam* vocare solent: dum *Erasmianum* textum certatim quasi repetierunt *Aldus Manutius* (Venet. 1518.), et (ut alios praetermittam minus claros, veluti *Gerbelium* (Hagenovae, 1521.), *Capitonem* (s. *Cephaleum*, Argent. 1524.), *Bebelium* (a. 1524, 1531, 1535.), *Platterum* (Basil. 1528.), *Bullingerum* (ibid. 1533.), caet.), *Sim. Colinaeus* (Paris. 1534.), *Jo. Bogardus* (vel potius *Jo. Tusanus*, ibid. 1543.), caet. Conf., praeter alios, *Meyeri Geschichte d. Schrifterklärung*, II. 55 sqq.

(8) Haec jam a. 1514. typis erat expressa, nec tamen ante a. 1522. in publicam lucem emissa est; tamdiu nempe edendi veniam Papa *Leo X.* negaverat. — Haec editio varia experta est Virorum doctorum judicia; aliis eam

eam vehementer improbantibus, veluti *Wetstenio*, *Ernestio*, *Semlero*: aliis Complutenses editores valde laudantibus et defendentibus, veluti *Rob. Stephano*, *Jo. Millio*, *Jo. Alb. Bengelio*, *Jo. Dav. Michaële*, *Goetzeno*, *Lüderwaldo*, aliis. Textum Complutensem repetiit *Arias Montanus* (in *Polyglottis Antverpiensibus*), item *Car. Plantinus*, et editores Genevenses a. 1609, 1619, 1620. (cui additae sunt *Scaligeri* notae), 1628. etc., alii. Conf. praeter alios *Meyerus*, l. c. II. 15 sqq.

(9) *Rob. Stephanus*, iteratis vicibus, et ratione multum diversa, N. T. Graece edidit. Primum a. 1546. 12.; tum 1549. 12. (quae ed., ab initio praefationis, *Mirifica* solet vocari); porro a. 1550; quintum a. 1551. cum distinctione in Commata: quartum denique cum gravioribus variantibus lectionibus, a. 1568. 12. Universe *Erasmianum* textum *Robertus St.* expressit: sed eum, qui *Theodoro Beza* probatus fuerat, *Henricus St.* a. 1576. c. praemissa Diss. de *Edd. N. T.* — Prima vero editio, a *Theod. Beza* procurata, est anni 1559.; altera a. 1565., repetita a. 1576.; tertia, in qua adornanda multum operae collocavit, a. 1582; minus in quarta, a. 1588, repet. 1589 et 1598. — *Hugo Grotius*, in *Annott. ad V.*, et imprimis *ad N. T.*, eximie partes Interpretis Critici est tuitus; nec tamen novam N. T. editionem procuravit. — *Steph. Curcellaeus*, a. 1658. (1675 et 1685.) jam varias lectiones (certe ex Codd. Alexandrino et Cantabrigiensi) exhibuit. Quem mox excepit *Jo. Fellus* a. 1676. sequente *J. Gregorio*, a. 1703. — *Gerh. v. Mastricht* nitidam curavit editionem N. T., Amst. 1711 et 1735. — Atqui et hic, et illi *Elzevirianum* textum (vid. ann. sq.) secuti sunt. *Erasmus* vero *Schmidius* textum *Bezae*, Norib. 1658. — Quod ad *Eduardum Harwood*; is Londini a. 1776 et 1784. edidit ita N. T., ut merito reprehenderetur, et ab aliis, et a *Carolo Boers*, Diss. ad *Harwoodi Versionem N. T.* (conformatam nempe ad istam ed. suam; Traj. ad Rh. 1768. 4.). — *Guil. Bowyer* Lond. 1763. edidit *N. T. Gr. ad fidem Graecorum solum Codd.* Alterum Volumen hujus operis *Emendatt. et Conjecturas Virorum D.* exhibet, Germanice versas, et multis aliis ejusmodi emendationibus (dummodo hoc nomine non indignae sint) auctas, a *Jo. Christoph. Frid. Schulzio*, Lips. 1774. II. Voll. 8. — *Bowyerum* ex parte imitatus est *Carolus Lachmann* (in ed. N. T. *stereotypa*, Berol. 1831. 8.), solis quippe libris Graecis usus. (Conf. *Lückii* Censura in *Goett. Gel. Anz.*, 1831. F. 67 sq.). — *Adolphus Goeschen N. T. Graece et Latine, ex recensione Knappiana, adjectis variis Griesbachii et Lachmanni lectionibus; praefante F. Lückio*, Lips. 1832. 8. — *Henr. Aug. Schott*, qui etiam scripsit *Isagogen historico-crit. in Libros N. F. sacros*, Jenae 1830. 8., atque edidit *N. T. Gr. e rec. Griesbachiana, c. Vers. Lat.*, caet., Lips. 1805., tum 1811., et tandem longe emendatius 1825. 8. — *Jo. Severini Vater* editio *N. T.*, cum brevi annotatione, Halis Saxonum a. 1824. prodiit.

(10) *Elzeviriana* ed. *prima*, cui debetur recensio Graeci textus, qualis vulgo legitur, prodiit L. B. 1624., *altera* 1626, *tertia* 1633, priore utraque accuratior et elegantior; cui tamen non cessit *quarta*, Amst. 1662., quae, in

in *praef.* dicitur *juxta optima exemplaria, non levibus expensis, cura vero, quanta quidem in talibus adhiberi potest, exactissima, summaque fide, expressa esse.* — *J. Leusdeni*, Elzevirianam secuti recensionem, *N. T.* saepissime est editum: primum Amst. 1675, deinceps 1688, 1701. Traj. ad Rh. 1698. Lips. 1724. L. B. 1751. etc. *Macius*, quidvis sibi licere ratus, splendide quidem, quoad formam externam, caeterum vero non laudabiliter, Graece et Anglice N. T. Lond. 1729. edidit. Vapulavit autem a *Leonardo Twells*, in *Examine critico*, Lond. 1732. Conf. *Wolfius*, in *Curis philol. ad N. T.* passim.

(11) *Joannes Millius*, *Novum Testamentum Graece cum Lectionibus variantibus MSS. exemplarium, Versionum, Editionum, S. S. Patrum et Scriptorum Ecclesiasticorum, et in easdem notis* etc. primum edidit, post triginta annorum laborem, Oxonii a. 1708. f. m. Duobus annis post, haud spernenda ejus operi facta est accessio, studio et opera *Ludolphi Küsteri*, Amstelodami 1710. Optima editio habetur Lipsiensis, a. 1723. *Prolegomena* ingentis quoque sunt pretii. — De *Whitbyo* jam supra monuimus §. 58. ann. 6.

(12) Ἡ καινὴ διαθήκη, *Novum Testamentum Graecum, ita adornatum, ut textus probatarum Editionum medullam, margo variantium lectionum in suas classes distributarum, locorumque parallelorum delectum, apparatus subjunctus Criseos Sacrae, Millianae praesertim, Compendium, limam, supplementum ac fructum exhibeat, inserviente Jo. Alberto Bengelio*, Tubingae, 1734. 4. — Nova editio prodiit a. 1763, procurante *Ph. D. Burckio* (de qua vid. *Ernestii Theol. Biblioth.* IV. 99—120.). — Majorem editionem minor subsecuta est, *ita adornata, ut in Textu medulla editionum probatarum retineatur, atque in margine ad discernendas Lectiones genuinas, ancipites, sequiores, ansa detur*, Ibidem a. 1734. 8. iterumque 1738, tertium vero post beati auctoris, dum sub praelo sudabat opus, humanis rebus erepti, obitum a. 1753 et 1763. et curante filio 1790. — Prudentissimi Viri et insigni praecellentis pietate *Apparatus Criticus* praecipue in laude est. Conf. de *Bengelio Ernestii N. Theol. Biblioth.* VI. 900 sqq. X. 110 sq.

(13) Ἡ κ. δ. *N. T. Gr. editionis receptae, cum Lectionibus variantibus Codicum MSS., Editionum aliarum, Versionum et Patrum, nec non Commentario pleniore ex Scriptoribus veteribus Hebraeis, Graecis et Latinis, historiam et vim verborum illustrante, opera et studio Jo. Jac. Wetstenii*, Amstelaed. 1751. II. Voll. f. m. — *Prolegomena* dudum praemiserat, ibid. 1730. 4. (repet. c. access. a *Semlero*, Halae 1764. 8.) Egregie profecto Scriptor, cum de crisi, tum de interpretatione Novi Test. meritus est; neque tamen ita, ut non summo jure quaedam in ipso carpantur. Quod posterius imprimis ostendere aggressus est *Jo. Aug. Ernestius* in *Specimine Castigationum*, quod repetitum est in Ejus *Opusculis Philologicis et Criticis*, p. 326 sqq. Conf. de *Wetstenio Bibliotheca Hagana*

*na*, a *Nicolao Barkey* instructa, Cl. III. p. 1 sqq. et 649 sqq. — Novam *Wetstenianae* recensionis, et universi operis *Wetsteniani*, editionem, satis, si externam speciem typographicam spectes, elegantem, parare Roterodami, a. 1831. 4., instituit *Jo. Ant. Lotzius.* Verum, neque votis Eruditorum satisfecisse videtur, et ultra primum Volumen opus non perduxit, inopina quippe morte praeventus. De hac editione et alii (in his *Lückius*, in *Goett. Gel. Anz.*, a. 1832. F. 196.), sententiam tulerunt, et luculentissime *Jod. Heringa E. F.*, in Censura, quam inseruit *Symbolis Theologicis* (*Godgeleerde Bijdragen*, ad a. 1832.), Tomo VI. Parte VI. p. 781—849. Conf. et *de Recensent ook der Recensenten*, Tom. XXV. p. 461—470. — De *Libellis Wetstenianis* jam dictum §. 59. ann. 7.

(14) *N. T. Graece. Textum ad fidem Codicum, Versionum et Patrum emendavit et lectionis varietatem adjecit Jo. Jac. Griesbach.* Halae, 1777, 1778. II. Voll. 8. iterumque ibidem et Londini 1796 et 1806. (Nova Griesbachianae recensionis editio, aucta illa et emendata a *Davide Schulz*, parari coepit Berolini; cujus Vol. I prodiit 1827. 8.). — Imprimis et hic *Prolegomena* praecipuam merentur legendi diligentiam. — Add. Ejusdem *Synopsis Evangeliorum Matthaei, Marci et Lucae, una cum iis Joannis pericopis, quae historiam passionis et resurrectionem Jesu Christi complectuntur*, ibid. 1774. 8. iterumque 1797, tertium 1809. quartum, post *Griesbachii* obitum, 1822; denuo tandem edente et emendante *Mauritio Roediger*, 1829. 8. Novam editionem jam antea pararant *Guil. Mart. Lebr. Wettius* et *Frid. Lückius*, Berol. et Lond. 1818. 8. — Add. et *Symbolae Criticae ad supplendas et corrigendas variarum N. T. lectionum collectiones* (*Accedit multorum N. T. Codicum Gr. descriptio et examen*), Halae, 1785 et 1793. II. Voll. 8. — Item, *Commentarius Criticus in textum N. T.* Jenae 1798 et 1811. II. Voll. 8. (Alteri Volumini accedunt *Meletemata de vetustis textûs recensionibus*, partim *Hugio* opposita). — Mitto alia ejusdem Viri, de Crisi N. T. immortaliter meriti, scripta, *Curas*, *Dissertationes*, alia: nec non *editiones* N. T. duas, alteram *splendidam*, forma maxima, alteram cum *selecta Lectt.* varietate, utramque Lipsiensem et elegantem. — Post auctoris obitum *Opuscula Griesbachii Academica* Jenae a. 1824. sq. II. Voll. accurate edidit, qui paulo post ad plures ipse abiit, *Jo. Philippus Gabler*, perite omnino et docte iis praefatus. (Quaedam eorum, in *Commentt. Theol. Velthusenii, Rupertii et Kuinoelii*, aut alibi, dudum repetita fuerant).

(15) Hujus Viri doctissimi et Criticae artis peritissimi, sed, quod dolendum, in *Griesbachium* (ut et *Bengelium* ac *Semlerum*) iniqui magis, quam par erat; hujus igitur duplex est N. T. editio, utraque ex *Codicibus maximam partem Mosquensibus.* Titulum praefert prior editio: *N. T. XII. Tomis distinctum Graece et Latine. Textum denuo recensuit, varias lectiones nunquam antea vulgatas ex centum Codicibus MSS. variarum Bibliothecarum, Mosquensium, olim Patriarchalis, nunc S. S.* *Syn-*

*Synodi, Typographei Synodalis et Tabularii Imperialis, Pultaviensis, Nicephori, Archiepiscopi, Dresdensis, Electoralis, Lipsiensis, Paullinae, Goettingensis, Universitatis et suae, summa diligentia et fide collegit et vulgavit, Lectionaria Ecclesiae Graecae primo accurate evolvit, singulasque lectiones sedulo indicavit, plerorumque Codicum specimina aere expressa exhibuit, priorum Editorum, clarissimorum virorum, nominatim Millii, Bengelii, Wetstenii, etiam Knittelii, diligentissimi Critici, apparatus retractavit, eorumque sententias examinavit, Editiones etiam alias, ut Complutensium, Erasmi, Bezae, Stephani, Mastrichtii, atque adeo Griesbachii Halensem, recensionis, ut vocat, Alexandrino-Occidentalis, inspexit, Scholia Graeca, maximam partem inedita, Commentarios Graecos, cum editos, tum ineditos, consuluit et notavit, Patrum Graecorum et Latinorum lectiones notabiliores memoravit, animadversiones criticas adjecit et edidit Chr. Fr. Matthaei*, Rigae 1788. XII. Voll. 8. Diversis autem temporibus haec Volumina prodierunt. Nam *Matthaei* Euangelium tandem a. 1788. editum est, ut et *Marci*; sed *Lucae* Euangelium jam lucem adspexerat a. 1786, eodemque *Joannis*; *Acta Apostolorum* a. 1782, eodemque *Pauli Epp.* ad *Romanos*, *Titum et Philemonem*; tum etiam *septem Epp. Catholicae*: porro a. 1783. *Epp. prior et altera* ad *Corinthios*; a. 1784. *Epp. ad Galatas*, *Ephesios et Philippenses*, eodemque *Epp. ad Hebraeos* et *Colossenses*: a. 1783. *Epp. duae ad Thessalonicenses et duae ad Timotheum*, eodemque a. *Apocalypsis* Joannea. — Altera editio, *tribus* Voluminibus comprehensa, prodire coepit Vitebergae, a. 1803: in qua editione nihil remisit ab acerbitate, qua in *Griesbachium* aliosque jam antea fuerat debacchatus. — Ut plane intelligatur, quo tetenderit iste furor, legi debet Scriptiuncula: *Ueber die sogenannten Recensionen, welche Herr Abt Bengel, Herr Dr. Semler und Herr Geh. Consistor. Rath Griesbach in dem Griechischen Texte des N. T. wollen entdeckt haben*, Lips. 1805. 8. — *Variae Lectiones in totum N. T. Graecum, cum Scholiis selectis Graecis ex Codicibus viginti quatuor*, ibid. eod. — Add. *Notitia Codd. Mosq.* Petropoli 1780, et Lipsiae 1805. II. Voll. 8. — Et praesertim editio *Codicis Epp. Pauli Boerneriani* (G.), vulgaribus literis, sed summa fide ab ipso adornata, Misenae 1791. 8.

(16) *N. T. Recognovit atque insigniores lectionum varietates et argumentorum notationes subjunxit Geo. Chr. Knapp*, Halae 1797. 8. iterumque 1813 et saepius. Laudatur haec editio maxime a prudenti probatissimarum lectionum delectu.

(17) Theologus hic Goettingensis consilium ceperat edendi octo Voluminibus totius Novi Test. graece, perpetua illustrati annotatione: ipse vero, immatura morte exstinctus, non edere potuit, nisi *sextum* Volumen, *Epistolas Pauli ad Galatas*, *Ephesios* et *Thessalonicenses* complectens, Goettingae a. 1778. (auctius et emendatius cura *Tychseni*, a. 1783.), et *quartum* Volumen, *Epistolam Pauli ad Romanos* continens, ibidem a. 1783

(au-

(auctius cura *Ammoni* a. 1806 et postea; an et emendatius, de eo dubitare jubet censura *Gableri* in *Journ. für auserlesenen Theol. Literatur*, IV. 1. 147—149. — Hic illic certe Correctoris oculos specimina typographica fefellisse videntur. Sic e. g. Rom. XI. 22. in cit. *Ammoni* ed. ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητι, ubi in ipsius *Koppii* ed. recte lectum fuerat: ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ.). Textum *Bengelianum* secutus fuerat *Koppius*, et, in annotatione, methodum, quam praeiverat *Heynius*. — Praeceptoris exemplo excitatus *Davides Julius Pott* simili, qua usus erat *Koppius*, ratione ibidem edidit a. 1786 et 1790., iterumque a. 1799., *Epistolam Jacobi* et *binas Petri*, II. Voll., quae ad N. T. *Koppiani* veluti *nonum* Volumen constituendum faciunt. — Idem a. 1826, Voluminis *quinti* primam particulam, *prioris ad Corinthios Epistolae* capita I—X. complexam, publici juris fecit. — Mox *octavum* Volumen, *Epistolam Pauli (?) ad Hebraeos* exhibens, *Schedis Koppianis* adjutus, edidit *Jo. Henricus Heinrichs*, ibid. a. 1792. Idem porro, a. 1798 et 1803. duabus particulis Volumen *septimum* vulgavit, in quo *Epp. Pauli ad Timotheum* duae, ad *Titum*, *ad Philemonem* et *ad Philippenses et Colossenses* comparent. Dein duabus item particulis *Acta Apostolorum*, sive Volumen N. T. Koppiani *tertium* a. 1809 et 1812. in lucem emisit. Denique ipsi debetur quoque Volumen *decimum*, *Apocalypsin* Joanneam complexum, quod duabus quoque particulis ibidem prodiit 1818 et 1821. — Rationem Koppianam alii, non tamen omnes aeque feliciter, imitati sunt; veluti *Fridericus Aug. Guil. Krause*, edenda *priore Pauli ad Corinthios Epistola*, Francof. ad Moenum 1792. 8., *Joh. Georgius Fridericus Leun*, edenda *altera ad Corinth. Epistola*, Lemgoviae 1804. 8.; *M. J. G. Am Ende*, edenda *Ep. Pauli ad Philippenses*, Vitembergae 1790. 8.; *Henricus Carolus Alexander Haenlein*, edenda *Ep. Judae*, Erlangae 1799. iterumque 1804. 8.; *Christianus Frid. Böhme*, edenda *Ep. ad Romanos*, Lipsiae 1816. 8., qui idem a. 1825. 8. perpetuum in *Epistolam ad Hebraeos* Commentarium edidit.

(18) *Novum T. ad Codicem Vindobonensem Graece expressum. Varietatem lectionis addidit Franciscus Carolus Alter.* Viennae 1787. II. Voll. 8. — Lectionum, quam inscriptio memorat, varietas pertinet ad alios Codices Vindobonenses. Laudatur valde *Alteri* diligentia.

(19) *N. T. Graecum ex Codice MS. Alexandrino, qui Londini in Bibliotheca Musei Britannici asservatur, descriptum a C. G. Woide, ex prelo J. Nichols, typis Jacksonianis*, Londini 1786. f. m. — Codex ita typis descriptus est, ut accuratissime literarum characteres, versus, columnas et reliqua in praestantissimo Codice repraesentet, atque adeo Codicis loco haberi queat. — *Woidius*, praemissa praefatione, de omnibus, ad hunc Codicem pertinentibus, eximie exposuit. Hanc vero praefationem *recudendam curavit notasque adjecit Theophilus Leberecht Spohn*, hoc titulo: *Caroli Godofr. Woidii Notitia Codicis Alexandrini cum variis ejus lectionibus omnibus*, Lipsiae 1788. 8. Add. *Appendix ad ed. N. T. gr. e Cod. Al. a*

*C. G. W. descripti, in qua fragmm. N. T. dial. Thebaid. vel Sahid. etc.* Oxon. 1799. f. m.

(20) *Codex Theodori Bezae Cantabrigiensis, Euangelia et Apostolorum Acta complectens, quadratis literis, Graeco-latinus, cura Thomae Kipling*, Cantabrigiae, 1793. II. Voll. f. m. — Splendidissimum opus Codicem ad vivum repraesentat. — De omnibus, ad ejus historiam spectantibus, praeclare *Kiplingius* in praefatione egit.

(21) *Quatuor Euangelia Graece, cum variantibus a textu lectionibus Codd. MSS. Bibliothecae Vaticanae, Barberinae, Laurentianae Vindobonensis, Escurialensis, Havniensis regiae, quibus accedunt lectiones Versionum Syrarum, veteris, Philoxenianae et Hierosolymitanae; jussu et sumtibus regiis edidit Andreas Birch.* Havniae, 1788. f. quarta. — Splendida profecto et regis auspiciis digna editio, sed cujus exemplaria, quae nondum distracta erant, flammis absumpta sunt incendio, quod a. 1795. Daniae metropolin misere devastavit. Perierunt tunc quoque typi elegantes, sumtu regio ex Italia advecti, chartae copia secundo volumini destinata, quin ipsa Birchii Bibliotheca, optimis S. Criseos adminiculis instructa; ita ut vix aut ne vix quidem Collectanea Critica flammarum furor eripere ipsi liceret. Mutato propterea consilio, textu sequentium N. T. librorum omisso, varias tantum lectiones vulgavit tenui et modesto prorsus volumine, quod *incultum* et *infelix*, ut ille ait, *habitum temporis hujus habet.* Ita vero opusculum inscribitur: *Variae lectiones ad textum Act. App. Epp. Catholicarum et Pauli, e Codd. Graecis MSS. Bibliothecae Vaticanae, Barberinae, Augustinianorum Eremitarum Romae, Borgianae Velitris, Neapolitanae regiae, Laurentianae, S. Marci Venetorum, Vindobonensis Caesareae et Havniensis regiae, collectae et editae ab Andrea Birch*, Havniae 1798. 8. Desunt in hoc volumine, quas urgente Bibliopola, absolvere Birchio non licebat, lectiones in *Apocalypsin*, ad cujus textum emendandum non mediocris ipsi erat supellex. Sed damnum resarcitum est, cum a. 1800. eadem forma Havniae in lucem prodirent *Variae Lectiones ad textum Apocalypseos ex Codd. Graeci MSS. Bibliothecae Vaticanae, Barberinae, Borgianae Velitris, Laurentianae atque S. Marci Venetorum collectae et editae.* — Tandem *Variae Lectt. ad textum Euangeliorum — ex ed. regia Havniensi Evv. iterum recognitae et quam plurimis accessionibus locupletatae*, Havniae 1801. 8. a *Birchio* editae sunt. — Uti vero Codicis Alexandrini accuratior cognitio Woidianae editioni, Cantabrigiensis Codicis Kiplingianae debetur ita de Vaticani Codicis, per excellentiam sic dicti, pretio post *Birchii* labores accuratius statui potuit. Conf. *J. D. Michaëlis, Neue Or. u. Exeg. Bibl.* Tom. VI. p. 104 sqq.

(22) *Codicem MS. Graecum, Apostolorum Acta et Epistolas continentem, Berolini in Bibliotheca Viri generosissimi, H. F. de Diez, asservatum, descripsit, contulit, animadversiones adjecit Georgius Theophilus Pappelbaum*, Berolini, 1815. — De septuagenarii Senis in hoc edendo

do Codice meritis conff. Eruditi Halenses (*A. L. Z.* 1816. N°. 31.) et Lipsienses (*L. L. Z.* 1815. N°. 45.).

(23) Huic Viro Docto debemus *Codicem Laudianum* 3. Graeco-Latinum, *Acta App.* continentem, quem excudi curavit Oxonii a. 1716. Vid. *J. D. Michaëlis*, *Einleit. in die göttl. Schr. d. N. T.* §. 95. Tom. I. p. (*ex Belg.* interpret.) 990—993.

(24) De *Codice*, qui *argenteus* dici solet, *Euangelia* complexo, supra (§. 20 ann. 14. p. 33.) diximus, ibique tetigimus opusculum, hoc loco accuratius indicandum, quod inscribitur: *Ulphilae Versionem Gothicam nonnullorum Capitum Epistolae Pauli ad Romanos, venerandum antiquitatis monumentum, pro amisso omnino atque adeo deperdito, per multa secula, ad hunc usque diem, habitum, e litura Codicis cujusdam manuscripti rescripti, qui in augusta apud Guelpherbytanos bibliotheca adservatur, una cum variis variae literaturae monumentis huc usque ineditis, edidit, commentatus est datque foras Franciscus Antonius Knittel*, 1762. (vid. *Jo. Christ. Zahn*, in *Introd. Historico-Crit. in Ulphilae Versionem*, p. 35. n.; aliis annus editionis habetur 1763.) 4. — (Cum Ulphilanae Versionis particula *Knittelius* simul *Guelpherbytanos Codd. A. et B.* (P. et Q. Euangg. ap. *Griesb.*) edidit, variantes etiam ex iis lectiones excerpens, et in Commentario Critico fragmentum ex *Otfriedi* Harmonia Euang. MS.). — Caeterum hic in memoriam quoque revocanda sunt opuscula, quorum mentionem l. c. fecimus; alterum inscriptum: *Ulphilae partium ineditarum, in Ambrosianis palimpsestis ab Angelo Mai repertarum, specimen, conjunctis curis Angeli Maji et Caroli Octavii Castilionaei editum*, Mediolani 1819. 4., alterum: *Ulphilae Gothica versio Epistolae Pauli ad Corinth. secundae, cum interpretatione, annott. et glossario. Ed. C. O. C.*, Ibid. 1829. 4.

(25) Hujus opera in lucem emissum est, typis descriptum, *Tubingense fragmentum* Jo. I, a. 1778.

(26) *Euangelium secundum Matthaeum, ex Cod. rescripto in Bibliotheca Dublinensi, descriptum opera et studio Jo. Barret*, Dublinii 1801. Accedit collatio *Codicis Montfortiani.*

(27) *Novum Testamentum Graece. Textum ad fidem testium criticorum recensuit; lectionum familias subjecit; e Graecis Codd. MSS., qui in Europae et Asiae Bibliothecis reperiuntur, fere omnibus, e Versionibus antiquis, Conciliis, sanctis Patribus et Scriptoribus Ecclesiasticis quibuscunque, vel primo, vel iterum collatis, copias criticas addidit; atque conditionem horum testium criticorum historiamque textûs Novi T. in Prolegomenis fusius exposuit; praeterea Synaxaria Codicum K. M. 262. 274. typis exscribenda curavit J. M. A. Sch.*, Vol. I, *Euangelia IV. complectens*, Lips. 1830. 4. — Porro *Biblisch-Kritische Reise in Frankreich, der Schweiz, Italien, Palästina und im Archipel*, in den Jahren 1818, 1819, 1820, 1821, *nebst einer Geschichte des Textes des N. T.* Lipsiae 1823. 8. — Ejusdem *Curae Criticae in historiam*

*riam textûs Euangeliorum, Commentationibus duabus, Bibliothecae regiae Parisiensis Codices N. T. complures, speciatim vero Cyprium, describentibus, exhibitae.* Heidelbergae, 1820. 4. (De *Scholzii* opera et meritis conff. *Joannis Schulthess Neueste theol. Annal.* ad a. 1826. pag. 481—530. *J. Dermout*, mox laudandus, pag. 19—21.).

(28) *Disp. Theol. inaug. exhibens Collectaneorum Criticorum in N. T. partem priorem*, Lugd. Bat. 1825. 4. et 8. — Altera pars, quae adhuc desideratur, fore ut aliquando in lucem publicam emittatur, sperare jubet diserta auctoris (p. 11.) promissio. Hac vero priore exhibuit varias lectiones *Codicis Msti Graeci*, qui est in Bibliotheca Lugduno-Batava, signati *Gron.* (*Gronovii*) 131, et alterius *Codicis*, qui e *Meermanniana Bibliotheca* itidem in Lugduno-Batavam transiit. — Porro contulit denuo *Codicem Patavii* 1. (58 et 44 *W.* et *Gr.*), qui nunc quoque Lugduno-Batavus est, et *Lectionarium Graeco-Arabicum*, vulgo *Codicem Scaligeri* dictum. — Denique et aliorum Codicum, *Cyprii* praesertim a *Scholzio* descripti, et *Dieziani* a *Pappelbaumio*, peculiarem habuit rationem.

(29) Scriptores intelligo *Introductionis* in N. T. libros *Historico-Criticae*, *Michaëlem*, *Eichhornium*, *Hänleinium*, *Hugium*, *Lotzium*, *Bertholdtum*, *Wettium*, alios; nec non eos, qui de hoc illove libro aut Scriptore N. T. singulatim egerunt, *Storrium* v. c., *Cromium*, *Paulum*, caet.

(30) Scilicet non ita statuendum, omnia jam ad usum adhibita, nedum exhausta, esse veteris aevi monimenta, quibus aut ipse Graecus N. T. Textus, aut diversae ejus Versiones, aut adeo Veterum Ecclesiae Doctorum et Scriptorum huc pertinentia dicta continentur. Neque, si universe certam, quin certissimam, dicimus Crisin N. T., hoc ita intelligendum, quasi nusquam prorsus de lectione, quae ex variis pluribus eligi debeat, cum ratione ambigi possit amplius; id quod profecto longe secus se habet. Quin ne eo quidem usque perventum est, ut historia Textûs perfecta et omnibus absoluta numeris conscribi possit. Verum id tamen omnino effectum est, ut nullius ex omni antiquitate Scriptoris authentia et integritas tam certo probari, atque vera manus et scriptura ab interpolatione quavis aut adulteratione discerni possit et ostendi, quam Euangelistarum et Apostolorum; ita quidem, ut in hac instituenda Crisi vix aut ne vix quidem amplius *Conjecturae* locus sit.

## §. 62.

### *Discendae artis ratio.*

Itaque generosae indolis Theologum decet, bonis, quae parta sunt, diligenter quidem uti fruique, nec tamen in labore aliorum et studiis prorsus acquiescere. Alienis enim oculis cernere et in aliena verba jurare, putidae est segnitiei, ad

ma-

magna quaeris et maxima conanda torpentis. Neque caret hoc insigni, ne gravissime subinde erretur, periculo, cum *nemo unus*, ex praestantissimis etiam Criticis, verum *ubivis et semper* viderit (1). Illorum tamen Virorum, quibus novam suam, eamque longe laetissimam, faciem debet Critica Sacra, vestigiis insistendum erit cuicunque, hac in re operae pretium facturo. Artis autem tiro *primum* quidem diligenter audiat praelectiones Criticae Sacrae Academicas, tam theoreticas quam practicas, Hermeneuticis, ut plurimum, et Exegeticis intermixtas. *Dein* ad legendos, *cum* Sacrae Scripturae Interpretes Criticos, *tum* Scriptores de Introductione in eam historico-critica et de Critice verbali, animum appellat. Familiaritate cum *Carpzoviis*, *Simoniis*, *Michaëlibus*, *Eichhorniis*, *Haenliniis*, *Hugiis*, cum *Semleris*, *Griesbachiis*, *Matthaeiis*, cum *Grotiis*, *Koppiis*, *Noesseltis*, *Knappiis* similibusque contracta viris doctis, pedetentim etiam ad alios, magnam partem supra jam indicatos, Criticos Criticesque Sacrae magistros legendos et conferendos transeat. *Porro* critice tractandis Scriptoribus antiquis exteris, Graecis et Romanis, ad exemplum Virorum, hac in arte omni memoria principum, *Casaubonorum*, e. g., *Marcklandorum*, *Hemsterhusiorum*, *Valckenariorum*, *Ruhnkeniorum*, *Wyttenbachiorum*, aliorum, assiduam navet operam, qua mens formetur quasi ad eorum imitationem. *Imprimis* vero ipse Sacer Codex legatur ab eo et relegatur, singulique, ex quibus constat, libelli, quantum ejus fieri potest, uno perlegantur tenore. Ita *sensim* acquiretur veluti sensus ejus, quid Sacris conveniat Scriptoribus, quid minus: qui sensus haud raro vice fungitur argumenti, ejusque adeo, quod apodicticum vocant. Illum autem sensum qui apud se ipsum experiundo cognoscere incepit, hic poterit *nunc* et ipse aliquid, parce tamen et modeste, in Sacris tentare Libris. *Quamdiu* vero quis hoc sensu prorsus caret, omnino praestabit ab opere tam gravi et difficili manus abstinere. Sed haec de Critice Sacra pro instituto dicta sufficiant.

(n) Plerisque eorum, qui meditandi et inquirendi laborem fugiunt, in more est, *Griesbachianae* recensioni ita per omnia, et tanta cum securitate, adhaerere, ut dictator videatur *Griesbachius*, et inerrabilis lectionum variarum judex, ab illis haberi. Quos tamen, nisi ea, quae *Matthaeius*, iniquius quidem passim, nec tamen semper absque idonea ratione, *Griesbachio* regessit, aliorum saltem, non ita partium studio ad contemnendam praeclaram magni viri operam abreptorum, aut adeo extra partes positorum, Virorum Criticorum observationes meliora docere debebant. Nam, ut omittam Germanos, veluti *Christoph. Gotthelfium Gersdorf* (in eruditissimo opere, inscripto: *Beyträge zur Sprach-Characteristik der Schriftsteller des Neuen Testaments*, T. I. Lipsiae 1816. 8., cujus continuationem *dudum* ab eruditissimo Scriptore efflagitat orbis literatus), *Carolum Fridericum Augustum Fritzsche*, *Joannem Schulthess*, alios, qui vel ipsam criticam *Griesbachii* rationem, quae in numerandis recensionum et singulorum testium, ad diversas recensiones sive familias referendorum, votis maxime versatur, vel ejus de singulis locis judicium improbarunt, vel adeo impugnarunt; — ut igitur hos aliosque omittam, et reliquos laudatissimos Criticos, ipsumque *Griesbachium*, homines esse quoque, et cujusvis hominis esse errare, quin summum virum, caeteroquin suspiciendum, interdum ipsum earum, quas scripserat, regularum oblitum, eas certe minus accurate secutum esse, ex iis abunde patet, quae Clarissimus *Jodocus Heringa E. F.*, unus instar omnium, in *Diss.*, a Societate Hagana praemio orn. et ed., ad a. 1790. *de recto et perverso usu Critices in Libris Sacris*, p. 266 sqq. perite et subtiliter monuit.

## §. 65.

### *Hermeneutice Sacra.*

*Hermeneutice Sacra* est Hermeneutica ars, Sacris Libris adhibita. *Hermeneutice* vi nominis generatim ars est interpretandi. Non igitur differt ab *Exegetice*. *Interpretari* autem nihil aliud est, ac sensum, qui alicujus verbis et orationi subest, enarrare, sive declarare. Itaque versari potest *interpretatio* in sermonibus, a loquente quodam, sed peregrina aliisque incognita lingua utente, prolatis; unde proprie ἑρμηνευταί olim dicti sunt. Peculiariter vero usurpatur vox de illustrandis *scriptis* auctorum, cum *recentiorum* (1), tum maxime *veterum*, praecipue peregrina quadam lingua consignatis (2). Scriptoris igitur sententiam ita exponere, ut auditor vel lector idem

co

cogitet cum ipso Scriptore, hoc demum *Interpreti*, κατ' ἐξοχὴν *dicto*, propositum est. Quod praestare non poterit, *nisi ipse* Scriptoris mentem recte fuerit assecutus. Itaque *sententiam*, verbis subjectam, rite ut teneat, aut, si non*dum tenet*, ex arte inveniat, omnis ei opera danda est, inventam tum demum rite aliis declaraturo. *Inveniendi* autem facultas toto coelo differt a *fingendi* libidine et temeritate. Itaque omnis interpretationis rectae summa lex est: sensum in orationem Scriptorum non inferendum (importandum) esse, sed ex ea efferendum (exportandum (3)). Quam legem qui migrant, eos non tam Scriptorum *interpretes* vocandos esse, quam *adversarios*, ex vero dixit *Hieronymus* (4). — Duplex propterea in Interprete requiritur subtilitas, altera intelligendi, altera explicandi. *Prior* iterum duabus rebus constat, non tam obviis, quam plerique vulgo putant; quarum *una* est, videre quid intelligas, quid non intelligas, difficultatisque intelligendi causas ex arte animadvertere; *altera*, sensum eorum, quae difficilia sunt, rite indagando invenire (5). *Posterior* cernitur potissimum *et* in *perspicuitate*, ad quam et *puritas* sermonis, quo interpres utatur, et *brevitas* faciunt, *et* in retinendo Scriptoris illustrandi proprio *charactere* (9). — Omne autem in interpretando certum fundatur in necessaria sensûs cum verbis copulatione, quae ex ipso, quo loquimur et scribimus, consilio consequitur. Itaque *usus loquendi*, ut interpretatio recte se habeat, bene tenendus est, atque *vel* quotidiano usu, in linguis nempe vivis, *vel* ex testimoniis de eo, directis illis et indirectis, in linguis nempe emortuis, cognoscitur. Quae testimonia ut rite consulere possit, haud mediocri linguarum et historiae aliarumque doctrinarum peritia opus est interpreti. Cujus praeterea est, et *peculiarem* Scriptoris, quem illustraturus sit, *loquendi usum* observare, *sive* privum ipsi (nam solet quisque, vel in delectu verborum, vel in usu, vel in syntaxi, aliquid habere proprii et characteristici), *sive* ex sectae, cui addictus sit, disciplinae, religionis, caet. placitis et consuetu-

tudine repetendum. Ne quid addamus de necessaria rerum, ad quas alluditur, cognitione, tropicae orationis agnitione et judicio, emphasium discretione, universae compagis justa analysi, pugnantium ad speciem dictorum compositione, caeteris (7). Quae omnia ejusmodi sunt, ut facile appareat, Hermeneuticam artem ad *Logicam*, tanquam speciem vel formam, pertinere (8): et universe eadem esse praecepta, necessaria illa, aeterna et immutabilia, in ipsa ratione fundata, quae omnem quorumcunque (9), sive exterorum (*profanorum*), e. g. Juridicorum (10) Scriptorum, interpretationem regant, et quae Sacrorum (11). Quo ipso tamen non excluduntur peculiares observationes et regulae, ex peculiari horum librorum indole, conditione et consilio oriundae, quae ad generales accedentes, una cum reliquis Hermeneuticen *Sacram* constituant (12).

(1) Sic, uno ut exemplo, tironum in gratiam, rem illustrem; Illustris *Montesquievii* Opus *de vera Legum ratione* (*de l'Esprit des Loix*) Belgice interpretati sunt duo Viri docti, alter Theologus, alter Juris Consultus. Nam *Albertus Stolker*, Pastor Coetûs Remonstrantium Schoonhoviensis, postea Roterodamensis, in Belgicum sermonem opus eximium *vertendo* transtulit: Consultissimus autem *Didericus Hoola van Nooten* eruditis illud *Annotationibus*, quae *Commentarii* fere vice funguntur, declaravit.

(2) *Praecipue*, nec tamen unice. *Euthalius* e. g. et reliqui Scholiastae Graeco idiomate scriptos libros Graeco sermone interpretati sunt. *Servius Virgilium* Latine. *Æmilium Stokium*, scriptorem Belgicum, Belgice Belga, *Balthasarus Huydecoper*, luculentis animadversionibus grammaticis, historicis, criticis illustravit. caet.

(3) Sunt fere verba *Jo. Sal. Semleri*, in *Apparatu ad liberalem N. T. interpr.* p. 179.

(4) Quem citat *Jo. Albertius*, V. C., in Oratione *de Poësi Theologiae utili*, p. 15. (ex ed. *Ev. Scheidii*, in *Opuscc. de ratione studii*, T. III. p. 399.).

(5) Usus ferme sum verbis *Jo. Aug. Ernestii*, in aureo, etiamnum, post aliorum labores, summo in honore habendo et plerisque aliis longe praeferendo, opusculo, quod *Institutionem interpretis N. T.* inscripsit, Proleg. §. 5, 6. Conf. *Sam. Frid. Nath. Mori Acroases super Hermen. S. N. T.* (Vol. I. p. 8 sqq.) editae ab *Eichstadio*. Observat autem *Ernestius*, hic mul-

multum pendere ab εὐφυΐᾳ naturali: *Morus* vero *diligentiam* et *consuetudinem* plurimum etiam valere, graviter monet et urget (l. l. p. 11.).

(6) Vid. *Ernestius* l. c. §. 9. Conf. P. II. (ex *Ammoni* edd.) — *Semlerus*, l. c. p. 207 sqq. — *Huëtius de Int.* Lib. III. — *P. Burmannus*, in Praef. ad *Aristoph. Comoed.* — *Jo. Jac. Hottingerus*, in *Opuscc. Philol. Crit. et Hermen.* p. 315 sqq.

(7) De his, pluribusque huc pertinentibus, vid., qui omnium instar sit, *Ernestius*, l. c. P. I. S. I. Cap. I et II. S. II. Cap. I et II. IV. V. IV. et ad ipsum *Morus* et *Eichstadius* in *Acroasibus*.

(8) Vid. e. g. *Baumeisteri* Log. §. 122 sqq. et §. 450 sqq. *Hollmanni Log.* §. 55 sqq. §. 213 sqq. §. 221. §. 377 sqq. *Wynperssii Log.* §. 129 sqq. et §. 677 sqq. *Hennerti Aphor. philos.* §. 56—62. §. 137 sq. coll. §. 13—15. *Snell, Lehrbuch für d. ersten Unterr. in d. Philos.* §. 179. caet.

(9) Legi possit *Geo. Friderici Meyeri Versuch einer allgemeinen Auslegungskunst*, Halae 1757. 8. Laudatur etiam *Thibautus*, tanquam qui in *Theorie der logischen Auslegung*, multas praegressorum Hermeneutices Compendiorum lacunas ostenderit et expleverit. Vid. *Hall. A. L. Z.* 1806. N°. 6.

(10) Post *Hugonem* nostrum *Grotium*, Lib. II. *de Jure Belli ac Pacis* cap. 16, plures alii Viri D. Juridicae Hermeneutices praecepta tradere instituerunt; in his *Jo. vom Felde* (*Tract. de scientia interpretandi, cum in genere alias omnes orationes, tum in specie leges Romanas*, Hamb. 1737. 4.), *C. H. Eckhardus* (*Hermeneutica Juris*, Jenae 1750, et cum ann. *C. F. Walchii*, Lips. 1779. 8.), *J. Averranius* (*Interpretatt. Juris*, L. B. 1753. II. Voll.) *Car. Sal. Zachariae* (*Versuch einer allgemeinen Hermeneutik des Rechts*, Misenae, 1805. 8. Qui liber etiam Theologis commendari meretur, quod priore et potiore parte de universa Hermeneutice philosopha exponit). Add., alios ut mittam, *G. T. B. Croiset* (*Diss. inaug. de interpretatione Legum doctrinali*, L. B. 1807. qua agitur de interpretatione declarativa, extensiva et restrictiva).

(11) Legendae sunt, ad hunc locum pertinentes, Commentationes Goettingenses ad a. 1791, auctoribus *Jo. Asbotho* et *Guil. Nicolao Freudentheil*, *de interpretatione Sacri Codicis ad communia omnes libros interpretandi principia revocata* (Conf. *Eichhornii Allgem. Biblioth.* Vol. IV. pag. 350 sqq. et *L. Wachleri Theol. Annal.* ad a. 1792. pag. 97 sqq.). Add. *Herderus* et *Gelbrichtus*, cum illis una laudati *Eichstadio* ad *Mori Acroases*, Vol. I. p. 70. et ipse *Morus* (in eximiis illis *Diss. Theol. ac Philol.* Vol. I. pag. 96 sqq.), ut et *Noesseltus* (in *Anweis. zur bildung angehender Theologen*, Parte II. Sect. II. §. 42 sqq. et 56 sqq. Tom. II. pag. 55 sqq. 72 sqq.) et *Planckius* (in *Einleit. in die Th. Wissensch.* Vol. II. pag. 110 sqq.), itemque *Winterbergus* (in Comment. *de interpretatione*, *unica et certae persuasionis de Doctrinae Christianae veritate, et amicae*

*eas consensionis, causa*, repet. in *Commentt. Theol. Velthuisenii, Ruspertii et Kuinoelii*, Vol. IV. pag. 425 sqq.), alios ut mittam.

(12) Quod cum perpenderent *Societatis Haganae pro defendenda Religione Christiana Praesides*, a. 1818. oblato praemio Quaestionem proposuerunt in hanc sententiam: *An in interpretanda S. S. eodem universe modo, quo in aliis Scriptoribus, versandum sit, et an non, vel sic tamen, peculiares etiam regulae in ea sint observandae?* Sed, quae ad eos perlatae erant, responsiones Viris illis Doctis non satisfecerunt. Quaestio autem non fuit denuo proposita. (Vid. *Progr.* ad a. 1818 et 1819.).

## §. 64.

### *Artis σκιαγραφία.*

Itaque Hermeneutices, ut omnis, ita et Sacrae, duae sunt partes vel Sectiones praecipuae. *Prior* ad sensum Scriptorum *eruendum*, *altera* ad erutum sensum *declarandum* pertinet. *Haec* de *erudita* interpretatione exponit, distincta illa a *populari*, qualis Doctoribus publicis convenit pro concione dicentibus (1). Quid igitur, cum in *Versionibus*, quae vocantur, conficiendis observandum sit, tum in scribendis *Paraphrasibus*, aut uberioribus *Commentariis*, aut brevioribus *Scholiis*, hac Sectione docendum est (2). *Illa* vero in *duo* denuo Segmenta commode distinguitur; quorum *prius* generalia, specialia praecepta *alterum* explicat. Nimirum horum *quaedam* sunt ejusmodi, ut *omnibus* promiscue et singulis Libris Sacris exponendis adhiberi et possint et debeant; *alia* vero interpretationem *nonnullorum*, id est, eorum, qui ad certum quoddam genus referendi sunt, regunt. Nam *universe* quidem *difficultatis* intelligendi, cui, interpretatione ex arte instituta, occurrendum est, *triplex* fons vel causa esse solet; prouti *vel* in *verbis*, eorumque usu haud vulgari, *vel* in *rebus* minus cognitis, *vel* tandem in *struendae* orationis, instituendaeve *argumentationis* modo ac ratione, aliquid inest, quod vel attentum moretur lectorem. Hermeneutices igitur theoreticae *generalis primum* Caput *grammaticum* est, et, post ea, quae de *verbis*, eorumque *usu* et *generibus*, atque de *sensu*, ejusque in-

inveniendi rationibus aliisque id genus generatim dicenda sunt (3), ordine exponere debet, quomodo *usus loquendi*, in Libris Sacris, et *directis* testimoniis consulendis, et *indirectis*, ex arte adhibendis, accurate cognoscatur et evidenter commonstretur. In *directis* autem censentur, *principe* quidem loco, *definitiones*, quibus sua ipsi verba subinde illustrant Scriptores, *res et exempla*, atque *loca* praesertim *parallela*. Quorum postremorum *triplex* genus est; nam distingui solet parallelismus *verborum*, *rerum* et *membrorum*. Ad quae loca parallela, cum invenienda, tum accurate judicanda, magna sollertia requiritur et judicium, crebra et attenta ipsorum Scriptorum, uno quasi halitu et tenore, sed saepius, percursorum, lectione subactum. Sed praeterea usum non contemnendum praestant alia, *secundi* ordinis, testimonia *directa*, quae sive de industria, sive aliud agendo, exhibuerunt *Scholiastae*, et *Glossariorum* Scriptores, tum *Interpretes* quoque, et *Scriptores*, qui alio quidem sermone usi fuerunt vernaculo, sed linguae, qua Auctor explicandus scripsit, consuetudinem satis calluerunt. In his vero testibus audiendis quaenam sint cautiones observandae, diligenter ostendendum est Hermeneutae (4). Cujus porro est, de testimoniis etiam *indirectis*, eorumque usu, sive de sensûs inveniendi rationibus subsidiariis vel vicariis, distincte et sigillatim monere. Ergo hîc ostendi debet, quid ad sensum subtiliter constituendum conferat, accurate indagatum, Scriptoris *consilium*, ut et *contexta oratio*; tum comparatio *subjectorum* et *attributorum* atque *conjunctorum* et *disjunctorum*; porro *analogia linguarum*, sive *omnium*, sive *similium*, sive *singularium*; ac tandem vel *communis rerum natura*, vel ipsius, quae eximie dicitur, *fidei*, sive doctrinae Christianae, *analogia* (5). In his igitur enucleandis Caput *primum* versatur. *Secundum*, quod *historici* potissimum generis est, difficultati intelligendi, ex ipsis, quae ab interpretando Scriptore, vel data opera tractantur, vel obiter tanguntur, *rebus* oriundae, occurrit. Ubi,

quid hac in parte valeat ipsius *Scriptoris*, ejusque indolis et ingenii, doctrinae, fatorum, caet. cognitio; quid omnis *Historiae*, doctrinarumque, cum ea conjunctarum, *Geographiae*, puta, *Chronologiae*, *Antiquitatis* scientia, quin et aliarum, veluti Physices, Mineralogiae, Zoölogiae, Astronomiae, caet., imprimis vero *Historiae Humanitatis*, de industria monstrandum est (6). *Tertium* denique Caput, quod *logicum* dici, vel *dialecticum* possit, eam intelligendi difficultatem tollere docet, quam pariunt, v. c., *compages* universae orationis *implicita* vel turbata, nec, nisi diligenti studio, in suas veluti partes solvenda; tum insolentius, nobis certe minus familiare, *argumentandi genus*; porro dicta *emphatica*, vel in quibus *euphemismus* latet, aut μείωσις aut λιτότης, quae *extensivam* postulant interpretationem, haud secus atque alia, quae non κατὰ τὸ ῥηθὲν sed πρός τι intelligenda, *restrictiva* interpretatione sunt juvanda; adhaec *troporum* usus *audacior*, aut *durior*, aut *exquisitior*, aut *continuatus* et in *allegoriam* extensus, vel in *parabolam* conversus; postremo ἐναντιοφανῆ, sive dicta, quae ad speciem sibi invicem contradicunt (7). — Atque haec ad *generalem* interpretationis theoriam pertinent, accommodandam illam ad peculiare sermonis, quo usi sunt explicandi Scriptores, genus, quod in *Novo* Testamento *Hebraeo-graecum* est (8), et idoneis exemplis identidem illustrandam. *Specialis* vero, quae dici solet, vel *peculiaris* Hermeneutice, peculiarem habet rationem eorum, quae in *diversi generis* Scriptoribus diversa sunt, illisve adeo singulis priva (9). Itaque hujus partis Caput aliquod destinandum est illustrandis Scriptoribus *historicis* (*Mosi*, v. gr., *Samuëli*, *Esrae*, *Matthaeo*, *Lucae*); atque inter alia plura, quae hîc brevitatis ergo mittimus, in rariorum illarum rerum in facto positarum, quas *miracula* recte vocat recentior usus, vel quae miraculi speciem praeferunt, recte interpretandarum praeceptis singularis prorsus collocanda est industria (10). Aliud vero Caput tribuatur regundae *Epistolarum* (*Pauli*, puta, *Petri*, *Joannis*, *Jacobi*, *Judae*), in-

interpretationi; atque ostendatur, *cum*, quaenam huic potissimum scribendi generi sint propria, *tum*, quid inde lucis ad illustrandas Sacras Epistolas universas, praecipue in locis difficilioribus, redundet (11). Peculiare insuper Caput sibi vindicabunt *Poëtae* (*Jobus*, *Davides*, *Asaphus* uterque, *Salomo*, reliqui). Ubi non tantum *generatim* est ostendendum, quid in *quocunque carmine* interpretando observandum sit, verum etiam, quid *singulatim*, si minus in Carmine *epico*, *didactico*, *dramatico* (qualia carmina, num sint in Sacra Scriptura, dubitatur), at certe in *lyrico*, *gnomico*, *elegiaco*, *idyllico*: nec obliviscendum eorum, quae vel *Orientalium* Poësi propria sunt, vel *Hebraïcae* priva; v. c. *parallelismi membrorum*, caet. (12). Postremo, quoniam in Poëtis Biblicis non ultimum sibi locum vindicant *Vates* divini, sive *Prophetae*, horumque interpretatio haud levibus premi solet difficultatibus, quae non alibi occurrunt, et negotium legenti facessunt; ideo regundae Prophetarum interpretationi peculiare etiam Caput dicandum est. Atque hic praesertim ea, quae de *duplice* sensu, *literali* altero, altero *mystico*, nonnulli praeceperunt, ad justam examinis lancem revocanda sunt. Praecipua vero opera collocanda in *Vaticiniis*, quae *Messiana* vel sunt, vel esse censentur, uti et in *Typis*: atque utrorumque, firmo fundamento superstruenda, interpretatione (13). Quae omnia, si jam *peculiarem* (*specialem*) Hermeneutices theoriam constituunt, vix tamen eam, vel sic adhuc, absolvisse censenda erunt, nisi insuper addatur singularis Locus de *singulorum* in quoque genere *Scriptorum* differentia, tam quoad cogitandi, quam quoad cogitata enunciandi, modum. Quam observare, *et* ad rectam eorum intelligentiam, *et* praecipue ad religionis Christianae et Sacri Codicis auctoritatem vindicandam, plerumque utilissimum est, interdum plane necessarium (14). Atque ne in his quidem omnibus adhuc consistit Hermeneutice Sacra: sed, quoniam *alia* non pauca sunt in *Novi Testamenti* interpretatione observanda, *alia* in *Veteris*, laudanda est illorum Hermeneu-

neutarum diligentia, qui de *Novi*, et de *Veteris*, *Foederis Hermeneutice* seorsum exposuerunt (15). Nam, ut his modo utar, quae ad *Novum* Testamentum de linguae Graecae dialecto Macedonica, Alexandrina, Hellenistica, de usu Scholiastarum et Glossariorum, de Epistolico scribendi genere, et pluribus aliis, monenda sunt, ea minime pertinent ad *Veteris* Foederis interpretem formandum. Qui sua vice carere nequit praeceptis, v. c., de usu *Dialectorum Orientalium*, praesertim Aramaeae utriusque et Arabicae, de *Parallelismo poëtico*, aliisque bene multis, ad Novi Instrumenti interpretationem minus directe facientibus. In his igitur omnibus et singulis discendis et cognoscendis diligenter se exerceat futurus Sacrarum Literarum interpres.

(1) De *hac* in Institutionibus *Homileticis* dicendum est: non item in *Hermeneuticis*. Quod tamen fecit *Joannes Jacobus Rambachius*, in (inferius, §. 67. ann. 27., laudandis) *Institt. Hermen. S.* Libri IVti Cap. I. *de sensus inventi communicatione*. Cujus Viri, eruditione non minus quam pietate clari, praecepta, *cum* reliqua plura, *tum* l. c. proposita, futuro Theologo minime sunt spernenda. Eximie istum locum tractavit conjunctissimus Collega noster, *Jo. Henr. van der Palm*, V. C., in *Oratione inaug. de Oratore Sacro, Literarum divinarum interprete*, L. B. 1806. 4.

(2) Leg. (ut unum tantum, sed qui omnium instar est, excitemus) *Jo. Aug. Ernestius*, in *Inst. Int. N. T.* Parte I. Sect. II. Cap. VII. (ex *Ammonii* edd. Parte II.); ad quem locum caremus adhuc Commentario *Mori*. Desiderium, quod dudum omnibus harum rerum studiosis molestissimum accidit, quodammodo tamen lenivit magni nominis Philologus Turicensis, *Jo. Jac. Hottingerus*, qui, in *Opuscc. Philologicis*, *Criticis atque Hermeneuticis* (Lipsiae, 1817. 8.), Caput illud *Ernestianae Institutionis* praeclare omnino illustravit pag. 316 — 394. Pauca quaedam tradit *Bauerus* (mox ann. 15. citandus), §. 79, 80. pag. 306 sqq.

(3) *Ernestius*, l. c. P. I. S. I. C. 1 et 2, atque *Morus* et *Eichstadius* ad h. l. (*Acroas.* Vol. I. p. 27 sqq.). Add. *Bauerus* (P. I. S. I. §. 5—10 p. 13 sqq.). Agendum h. l. est, e. g., de *usu* verborum proprio et tropico eoque diversi admodum generis; — de *sensu* uno literali; — de *significationis* et *sensûs* differentia; — de sensu historico et *interpretatione historica* ex mente *Semleri*, *Keilii*, al.; — de interpretatione *allegorica* et *typica* et similibus, in his etiam de *morali* interpretatione, a *Kantio* commendata.

(4) *Ern.* l. c. P. I. S. II. cap. 1 et 3. §. 19 — 32. ibique *Morus* et *Eichst.* (Vol. I. pag 74 sqq. 193.). Add. *Bauer.* P. I. S. II. cap. 1. §. 19 — 3[illegible]

19—86. pag. 95. (Qui paulo quidem aliter rem tractavit, nec tamen, quantum equidem video, melius).

(5) *Ern.* l. c. P. I. S. II. cap. 2. et 3. §. 33—36. ibique Intt. Add. *Bauer.* P. I. S. II. cap. 2. §. 37—48. pag. 190 sqq. Et, de ultimo loco memorata *doctrinae analogia*, *Gerardi Ruitenschild* Comment. pec., praemio orn. et inserta *Annalibus Acad. Lugd. Bat.* ad a. 1822—1823.

(6) Hunc locum, ab *Ernestio* in Partis IIae (vel IIIae) Caput ultimum, (i. e. Xum, §. 36 sqq.) rejectum, *Semlerus* primus diligentius tractare docuit in *Apparatu ad liberalem*, cum *Veteris*, tum *Novi*, *Testamenti interpretationem* (Halae Sax. 1773 et 1767, 8.). Lacunam in *Mori*, praeceptorem *Ernestium* in his ducem presse sequentis, sed Caput illud Xum, quod est *de usu disciplinarum*, sine Commentario dimittentis, *Acroasibus editor* explere conatus est *Eichstadius*, in *Prolegomenis*, Voll. I. pag. 13 sqq. Conf. quoque *Bauer.* P. I. S. III. §. 66—77. p. 256 sqq.

(7) De hisce haud uno loco egit *Ern.* Vid. igitur P. I. S. I. cap. 2. §. 15—20 S. II. cap. 2. §. 15—17. cap. 3. §. 37 sq. cap. 4, 5 et 6. et P. II. (III.) cap. 10. §. 26—35. Cf. *Morus* et *Eichst.*, *Acroas.*, Vol. I. pag. 260 sqq. 321 sqq. Vol. II. pag. 1 sqq. Addatur *Hottingerus*, l. c. pag. 206—314. *Bauer.* P. I. S. II. cap. 3, 4 et 5. §. 49—64. pag. 205 sqq. Add. *Beckius* in *Monogrammatibus*, postea laudandis, Sectione IV. P. I. cap. 4 et 5. pag. 141 sqq.

(8) *Ern.*, l. c. P. I. S. II. cap. 3. *Morus* et *Eichst.*, l. c. Vol. I. pag. 195—259.

(9) Subodoratus hoc jam erat suo tempore *Jo. Alph. Turrettinus*; quippe in *Tract. de S. S. interpr.*, suo deinceps loco memorando, postquam Capite 2. Partis II. de *generalibus S. Scripturae tractandae regulis* egisset, peculiaribus quatuor Capitibus regulas exposuit, quae ipsi observandae videbantur in rebus *historicis*, — *propheticis*, — *moralibus* et — *dogmaticis*. Nonnihil etiam, huc pertinens, jam offenditur apud *Jo. Jac. Rambachium*, hodie a multis immerito spretum, in *Institt. Hermen. Sacrae*, Lib. II. cap. 6. §. 4—10. (Conf. hujus §i ann. 1.).

(10) *Bauer.* P. II. S. I. (quae sectio haudquaquam nobis probatur, uti nec Theologis Halensibus probanda visa fuit) et S. II. §. 81—89. pag. 351 sqq. Add. *Seileri Hermeneutice*, §. 128 sqq. 219 sqq. 293 sqq.: sed consulantur simul, quae ad Belgicam hujus libri interpretationem hic illic (v. c., pag. 118. 418. etc.) annotavit Cl. *Heringa*. Diversimode, qui veri nominis *miracula* in Sacris Libris non agnoscunt, solent suam causam agere: diversa inde suae agendi rationis nomina excogitarunt. Sic alia eorum, si Diis placet, interpretatio hodie vulgo dicitur *physica* sive *naturalis* mirabilium rerum explicatio, alia *psychologica*, alia *genetica*, alia *poëtica*, alia *mythica*. Singularum addamus unum alterumque exemplum. *Physicae* specimina vid. in *Henkii Neues Magaz.* III. 1. 29 sqq. IV. 2. 321 sqq. VI. 2. 310 sqq. (Sed conf. *Flatt* et *Süskind*, *Magaz. für Chr. Dogm. und Mor.* XIII. p. 1 sqq. etc. Add., si videtur, Diss. n., ab *Hagana Soc.* pro

*pro vind. Rel. Chr.* ed., ad a. 1800, de *argumento pro Rel. Chr. veritate ex miraculis desumto*, §. 18 sqq. pag. 85 sqq.). — *Psychologicae* interpretationis fautor est *Paulus*, in *Comm. Hist. Crit. Euangg.* Vid. etiam *Henkii Museum*, I. 4. 620 sqq. III. 2. 226 sqq. etc. (Sed conf. *Flatt*, *Mag.* IX. 130 sqq. X. 199 sqq. XI. 41 sqq. etc. Add. *Joannes Henricus Regenbogen*, V. C., cum in *Verstrooide Gedachten*, Franeq. 1802. Fasc. IV, tum in *Verdediging van den geopenb. Godsd.* (Amst. 1802. II. Voll. 8.), passim). — *Genetica* quae vocetur vid. ap. *Henkium*, in *Mus.* I. 3. 595 sqq. — *Poëticam*, Veteri Foederi adhibitam, vid. e. g. in *Henkii Magaz.* IV. 3. 595 sqq. sed cf. *Flatt*, *Mag.* X. 92 sqq. Novo quoque Testamento eamdem applicuit *Horstius* in *Henkii Mus.* I. 3. 446 sqq. et 4. 685 sqq. — *Mythicam* denique, plurimis adamatam, quam supra (§. 32. ann. 4.) jam verbulo tetigimus, imprimis commendavit *G. L. Bauerus*, et loco, ad hujus initium ann. excitato, et aliis scriptis pluribus, praesertim eo, quod inscripsit: *Hebraïsche Mythologie des Alten und Neuen Testaments* (Lips. 1802. II. Voll. 8.). Aliis commemorandis supersedemus, indicatis illis, ut plurimum, a *Beckio* in *Monogrr.* Sect. V. §. 8. pag. 196 sq.; illud unum monuisse contenti, quod plerique hujus generis Interpretes et Hermeneutae mythos quidem agnoscunt in *Veteri*, minime vero in *Novo T.* (quibuscum ex parte facit, e. g., *Seilerus*, l. c., §. 130. coll. cum §. 301.): at de industria *Gablerus* (in *Journ. für auserles. theol. Litteratur*, II. 1. 47—53.) id egit, ut et *Novo T.* adhibendam esse mythicam interpretationem, lectoribus persuaderet. Parum profecto subtiliter.

(11) *Seiler*, l. c. §. 310—316.

(12) *Bauer.* l. c. P. II. S. III. §. 90—93. pag. 381 sqq. *Seiler*, l. c. §. 157 sqq. Hic praesertim *Roberti Lowth Praelectiones de Sacra Poesi Hebr.*, et *Herderi* Opus *vom Geist der Hebr. Poësie*, sunt consulenda. Cf quae occupavimus §. 31. ann. 6 et 7.

(13) *Bauer.* P. II. S. IV. §. 94—97. pag. 397 sqq. *Seiler*, §. 107 sqq.

(14) Pertinent huc ita dictae *Introductiones* in Libros Sacros (de quibus supra §. 59. dictum), ut et scripta de *charactere* singulorum Scriptorum Sacrorum, qualia debemus *Gersdorfio* (§. 62. ann. 1. laudato), *Jo Dan. Schulzio* (*Der schriftstellerische Charakter und Werth des Johannes — des Petrus, Judas und Jakobus, — zum Behuf der Special Hermeneutik seiner — ihrer — Schriften untersucht und bestimmt* Leips. 1802. et seq. 8.), *Carolo Guilielmo Stronck* (*Diss. de doctrina et dictione Joannis Apostoli* etc. Traj. ad Rhen. 1797. 8.; uti et *C. L. Bauero* (in *Rhetorica Paulina* Lips. 1782., 8.), al. Conf. et *Ant. Blackwallus* (supra laud. §. 57. ann. 2.), Tom. I. P. II. cap. 8. pag. 522 sq. caet. Nonnulla quoque huc pertinent eorum, quae dixit Cl. *W. A. van Hengel*, in *Comm. de efficacitate, quam indoles diversa et sentiendi ratio Euangg. et App. in eorum scripta exseruit* (*Comm. Soc. Teyl. theol.* Tom. XXVII.)

(15) Praecipue huc referendi (praeter alios quam plurimos, qui, p *W*

*Wollium*, de recta interpretatione *Novi* Foederis seorsum egerunt, inferius, suo loco, recensendus) pauciores illi, qui Hermeneuticam Sacram *Veteris* Testamenti tradiderunt. In his est *Geo. Laur. Bauerus*, qui, *Dathianam Glassianae Philologiae* editionem continuaturus, primum *Criticam Sacram V. T.* Lips. 1795. 8., dein etiam, posteriore Tomi secundi Glassiani operis Sectione, *Hermeneuticam Sacram Veteris T.* edidit ibid. 1797. 8. Quamquam hic rectam ipse viam postea reliquit edendo libro, quo *Veteris* Foederis Hermeneutice denuo cum *Novi* Foederis Hermeneutice conjungeretur (*Entwurf einer Hermeneutik des Alten und Neuen Testaments*, Lips. 1799. 8.) — Porro laudandum est *Gottl. Guil. Meyeri* Tentamen (*Versuch einer Hermeneutik des Alten Testaments*, Lipsiae, 1812. II. Voll. 8.). — Denique *Joanni Henrico Pareau* debemus *Institutionem Interpretis Veteris Testamenti*, Traj. ad Rhen. 1822. 8. — Immerito sane hanc rationem reliquit *Jahnius* (in *Enchiridio Hermeneutices generalis tabularum Veteris et Novi Testamenti*, Vindob. 1812. 8.). Alia omnino ipsum docere debebant, quae *Eichstadius* ea de re monuerat, quin in *Ernestio* et *Zacharia* notanda censuerat (in Praef. ad *Mori Acroas.* Vol. I. pag. XXXIV.); item quae observarat *Gottl. Guil. Meyerus*, in *Geschichte der Schrifterklärung*, Tom. V. p. 491. 493. 504 sq. 515 sq. 522 etc.: denique id ipsum, quod jam dudum antea verbulo monuerat *Semlerus*, in *Appar. ad liberal. N. T. interpr.* §. 2. pag. 4. Conf. etiam *Vlotenus*, in Introd. ad *Biblia S.* (supra, §. 52. ann. 7. pag. 81. laud.) §. 8. pag. 55. et ad *V. T.* singulatim §. 13. pag. 56.

## §. 65.

### *Studii utilitas.*

„Interpretationem Librorum Sacrorum esse summum, „idemque difficillimum, Theologi munus," ex vero dixit *Ernestius* (1). Uti enim ad eos qui Theologiam profitentur, nec item ad quemvis hominem Christianum, Sacri Codicis ex arte interpretandi officium pertinet (2); ita, quin valde arduum illud sit et molestiae plenum, at utilissimum tamen et prorsus necessarium, dubitari cum ratione nequit. Unde de Sacrae Hermeneutices, cum exponendae, tum fideliter discendae, utilitate pronum est et solutum statuere. Difficultatis autem, qua laborat Sacrarum interpretatio Literarum, aliae sunt causae generales, quae omnem *quorumcunque* scriptorum enarrationem, subtilem nempe illam et eruditam, premunt, aliae vero peculiares, in *Sacris* potissimum *Libris* explicandis vim suam exse-

 ren-

rentes. Nam in *quovis* interprete requiritur, praeter sincerum veri amorem (3), non mediocris ingenii felicitas, insigne judicii acumen, eximia in omnibus, iis etiam quae prima specie leviora videantur, expendendis diligentia, nobilis denique cogitandi profitendique, quae sentiat, libertas, prudentiae semper modestiaeque adjuncta. Insuper, ut triplici obscuritatis in Veterum scriptis fonti obstruendo sufficiat, et ab accurata linguarum scientia, et a variae doctrinae, praesertim historicae, studio, et a dialectica facultate paratissimus sit, oportet. Sed ad generales illas difficultatis caussas accedunt novae quaedam, *Sacrae Exegesi propriae;* eaeque *duplicis* fere generis. Nam, ex *una* parte ipsi, in quibus illustrandis versatur, *Scriptores* interpreti negotium facessunt propter summam, qua a plerisque aliis distinguuntur, antiquitatem, peculiarem indolem, atque ipsarum, de quibus agunt, *rerum* naturam; nam, partim incognitae hae sunt, partim etiam a communi omnium sensu et experientia remotissimae. Ex *altera* vero parte haud levis Sacrarum interpretationi Literarum illata est difficultas ab ipsis *Interpretibus*, sive indoctis illis, sive minus prudentibus. Nam *alii*, per inscitiam linguarum loquendique consuetudinis, mirabiles interdum procuderunt locorum Sacri Codicis (si Diis placet) explicationes; easque vel ecclesiasticae formulae serviliter adstrictas, a quibus discedere minus tutum videri poterat (4), vel e contrario excogitatas ad evertendam orthodoxam sententiam, quin tollenda ex ipsis Scriptis Sacris, praecipua, sed quae iis displicerent, fidei capita. *Alii* vero allegoricae, (anagogicae, tropologicae) interpretationis auctores exstiterunt; quales denuo nostra hac, qua vivimus, tempestate veluti reviviscunt. *Alii*, vel ad sententiae utilitatem aut jucunditatem Scriptorum verba accommodarunt, quin torserunt (5), vel luxurianti ingenio indulgendo, vel ostentandae exquisitioris eruditionis pruritu, vel denique captanda ex inveniendi facultate gloriola, in avia et devia abrepti sunt. Quorum omnium aliorumque pravum exemplum nova objicit

eit futuro Exegetae impedimenta (6). Quae cum ita sint, vel inde jam evidenter apparet utilitas, quin necessitas studii, *quo* ars addiscitur Hermeneuticae sacrae, ejusque, tam *Veteris*, quam Novi Foederis (7). Quodsi enim in confesso *est*, utriusque Testamenti libris authentice contineri divinam rerum, ad religionem pertinentium et ad veram salutem scitu necessariarum, institutionem (8); quodsi porro constat, certum esse et definitum, nec vagum aut varium, eodem in loco ac modo loquendi, dictorum Sacri Codicis sensum (9); *omnium* profecto, quotquot sunt, hominum maximi interest, hanc Dei, suos homines edocentis, mentem recte intelligere. *Theologi* vero, cujus est, alios hanc Dei mentem edocere, et Sacrorum Pandectarum praeire interpretationem, insuper refert, quam accuratissime et certissime, singulis in locis, dictorum sensum cognoscere et definire, tum vero et demonstrare posse. et adversus dissentientes defendere (10). Quod quomodo fieri possit, nisi tali adhibita Scripturae interpretatione, de qua, quin recte se habeat, nullum supersit dubium? Quomodo autem de eo, rectane sit interpretatio, an παρερμηνεία, constabit, nisi exigatur ad *regulas*, quarum complexus Hermeneuticen Sacram constituit? Has qui negligat, interpres, vel omnino non, vel casu tantum fortuito (11), verum Scripturae sensum eruat, necesse est; errabit facillime et saepissime (12); et, si vel forte fortuna verum viderit, non tamen aliis de veritate interpretationis persuadere poterit, neque obloquentibus os obturare (13). Quodsi qui exstiterint omni aevo, qui, benigniore natura usi, Exegeseos theoriam parum curarint, probabiles vel sic tamen Sacrorum Librorum interpretes; hos *et* praecepta artis, non quidem diligenti meditatione, sed veluti obscuro sensu quodam et ingenii sollertia, intellexisse atque vel inscientes secutos esse, dubio caret, *et*, si diligentius ea perpendissent sibique scripsissent, facilius etiam, et accuratius, et certius, in interpretando versaturos fuisse. Mediocribus certe ingeniis, quod

*Ernestius* jam monuit (14), neque tamen his solis, verum et felicioribus. quod recte *Morus* observavit (15), tanto magis artis studium commendandum est, quo plus in ea praesidii est adversus errores, in quos tot alii, in his magni nominis, interpretes quovis aevo prolapsi sunt; quoque magis normam ea suppeditat communem judicandi in controversiis. Solo hermeneuticae theoriae studio nemo, quod fatemur, idoneus fiet interpres: accedere profecto debebit exercitatio (16), quae auditione, lectione et imitatione bonorum interpretum (17), tum et faciendo saepius interpretandi periculo, potissimum constat. Verum quid illud demum sit, quod in optimis istis ducibus admirationem maxime mereatur et imitationem, quid e contrario in his ipsis nonnunquam sit vituperandum, ergo et fugiendum, quomodo denique, cum faciendum est interpretandi periculum, sit instituendum et non instituendum, id neque facilius neque certius aliunde, quam ex Hermeneutices Sacrae studio, cognosci poterit (18). In hoc igitur studium quin Theologo futuro diligentissime, et ita incumbendum sit, ut theoriae praxin, praxi theoriam adjungat, minime dubitandum. Quod qui fecerunt, omni memoria inter principes Theologos numerati sunt: qui omiserunt, in causa fuerunt, cur doctrinae ecclesiasticae puritas identidem erroribus, iisque haud raro foedissimis, contaminaretur, non ante restituta denuo, quam ad Literas Sacras ex arte, et uti par est, interpretandas Theologi reverterentur (19). Verum ista ex artis Historia melius intelligentur.

(1) In ipso aurei libelli, *Instit. interpr. N. T.*, initio, Prol. §. 1. Conf. *Broërii Broes* Or. supra (§. 56. ann. 5.) laud.

(2) Conf. *Jo. Sal. Semler*, in *Appar. ad liberal. N. T. interpr.* pag. 2 sqq., quaeque habent *Heumannus*, in *Dissertt. nova Sylloge*, Tom. I. pag. 53. in ann., et *Jacobus Hinlópen*, in *Vervolg der Overdenkingen*, pag. 15 sqq. Quicum jung. *Petrus Heman*, in *Comment. Hagana*, ad a. 1792. Obscuritas locorum nonnullorum in Libris Sacris non ma-

gis

gis impedit, quo minus quivis non stultissimus, adhibita attentione, doctrinam religionis ex iis distincte certoque discat, quam difficilia apud Platonem aut *Thucydidem* loca, in quibus laudabiliter versari interpretum industriam nemo *paulo* humanior negat, aditu nos intercludunt ad Philosophi dogmata *intelligenda* aut Historici de rebus gestis expositionem. Quis tamen non plane *ineptus* propterea contendat, horum Scriptorum interpretibus facile carere nos posse? aut parum interesse, difficilia intellectu loca utrum illustrentur, nec ne?

(3) Qui, uti in Sacrarum Literarum interprete tanto magis requiritur, quo sanctius est et momenti majoris earum argumentum, ita profecto omnem ab eo arcebit levitatem et protervíam, comitemque habebit debitam Patefactioni divinae, his scriptis contentae, reverentiam. Hanc » primam esse animi virtutem, bono interpreti utilissimam, imo necessariam," cum *Joanne Henrico Pareau*, V. C., lubentissimi fatemur (in *Inst. Int. V. T.* P. I. S. II. Cap. II. §. 2. pag. 146 sqq.). Conf. *Jo. Jac. Rambachius*, l. c. Lib. I. Cap. I. §. 14—22. pag. 16 sqq., et *C. A. Heumannus*, l. c. T. I. p. 5. et 175. Plures alios, in similem sententiam disputantes, mitto. Hoc autem ipsum si sibi velint Viri docti, qui, cum *Car. Fr. Staüdlino*, (in Progr. *de interpr. librorum N. F. historica non unice vera*, et in *Abhandl. über die bloss histor. Ausleg. der Bücher d. N. T.*, in *Ammoni* et *Bertholdi Krit. Journ. d. Theol. Literat.* T. I. P. 4. et T. II. P. 1 et 2.), praeter facultatem grammatice et historice Sacram Scripturam interpretandi, aliud quid et augustius etiam ab interprete sacro postulant, veluti *J. C. F. Steudel* (*Ueber die Behandlung der Sprache der H. S. als eine Sprache des Geistes*, Tubingae, 1822. 8.), et *Rudolphus Stier* (*Andeutungen für gläubiges Schriftverständniss in Ganzen u. Einzeln*, Regiom. Tom. I. 1824. Lipsiae Tom. II. 1826. Tom. III. 1829. Tom. IV. 1830. 8.), non magnopere iis refragabimur. Sin aliam longe rem agant, et, sub verborum veluti involucris, in Sacro Codice, nescio quae mysteria quaerant, sibi per instinctum quemdam divinum, supra id, quod ex verbis divinis effici potest et luculenter ostendi, revelata, veremur profecto, ne, si mystico huic sensui aliquid tribueremus, et in reverentiam peccaturi essemus, Revelationi, divinitus factae, debitam, et in Fanaticismum, qui sobrium sanumque rectae Rationis usum respuit, prolapsuri. Cavendum omnino, ne, unum extremum fugiendo (quod eorum est, qui Sacros Libros vix a profanis, quoad argumentum et scribendi consilium, distinguunt), in alterum curramus, non minus perniciosum, in quod saepenumero inciderunt, qui, non satis curantes quid reapse dixerint Sacri Scriptores, suis opinionibus, sive veris, sed aliunde demonstrandis, sive falsis omnino, e verbis Sacrae Scripturae, alio pertinentibus, firmamenti quod et stabilimenti quaerere satagerunt, aut adeo ludicra et putida aegrae mentis somnia iis affingere. Conff. scriptiunculae, tam *Caroli Guil. Stein* (*Ueber den Begriff und obersten Grundsatz der historischen Interpretation*, Lips. 1815. 8.), quam *Guil. Starck* (*Beyträge zur Vervolkommnung der Hermeneutik*, Jenae 1827. 8.).

r

8.). Quod si accuratius attenderent aliqui, facilius possent redargui, erroris convinci et meliora doceri imperiti illi, licet interdum vere pii, homines, qui verborum sono, praesertim si hunc urgeat doctor, cui plus caeteris tribuunt et confidunt, decipi se patiuntur. Caeterum Viris etiam doctis, et interpretandae S. S. peritissimis, subinde haec in memoriam revocanda esse, ostendit dissidium, quod *Stäudlino* fuit cum *Keilio* (in Progr. *de histor. interpr.*, repet. in *Opuscc.* T. I. pag. 84 sqq. et *Analecten für das Studium der Exeget. und System. Theologie*, I. 47 sqq. et 191 sqq. Conff., qui quaestionis historiam et plura huc pertinentia scripta memorarunt; *Fuhrmannus*, in *Handb. d. Th. Lit.* II. 1. p. 248 sqq., *Frankius* in *Th. Encykl.* p. 239 sqq. et [*van Hengel?*] in *Bijdragen tot de geschied. en beoef. d. Godgel. Wetensch.* Vol. I.). Idem secum reputent, qui legant *Hermanni Olshausen* Opusculum: *Ueber tiefern Schriftsinn* (Regiom. 1824. 8.).

(4) „Vix sine periculo hunc vel illum Sacrae Scripturae locum, ad probandam thesin hactenus adferri solitum, aliter interpretari licet, quam eo sensu, quem Systematum conditores definiverunt; clamantibus alioquin zelotis, te in castra hostium transiisse, vel a beatorum majorum explicationibus recessisse." Sunt verba *Jacobi Joannis Zimmermann*, de *Simpl. Theol.* P. IV. S. 2. *Operum* T. II. P. I. p. 504. Qui idem pag. sequente observat, „plerosque rectas quidem et verissimas interpretandi regulas admisisse, quamdiu extra partes essent positi, at, ubi deventum esset ad hujus vel illius libri aut loci expositionem, quasi ilico omnium suorum praeceptorum obliti essent, a se ipsos dissensisse, ut rari profecto sint interpretes, qui sectae studio abripi se non patiantur."

(5) De quibus lepide pariter ac graviter loquentem audi, sis, *Samuëlem Werenfels*, *de scopo interpretis*, *Opp.* T. I. pag. 346 sqq.

(6) Conf. *Ernestius*, in *Opuscc. philol. et crit.* pag 198 sqq. 252 sqq. Add. *Ammonus* ad *Ernestii Inst. Int.* §. 2. et *Eichstadius* ad *Mori Acroas.* I. 1 sqq.

(7) Conf. *Ammon.* ad *Ernest.* l. c. §. 1. *Eichst.* ad *Mori Acroas.* I. 1 sq. *Bauer.* l. c. §. 4. al.

(8) Conf. supra dicta §. 56.

(9) *Ernest.* l. c. P. I. cap. I. §. 4. *Morus* et *Eichst.* l. c. I. 35 sqq. *Bauer.* l. c. §. 7.

(10) Conf. 2 Tim. II. 16, 23, 25. III. 16, 17. IV. 2.

(11) *Ern.* Prol. §. 6.

(12) Ex nullo alio fonte plerosque errores gravissimos, quam ex perversa locorum S. S. acceptione, eâque praecepta hermeneutica migrante, promanasse, satis inter omnes constat. Conf. *Tittmannus*, *de noxis ex inscitia linguar. doctrinae Christianae illatis*, rep. in *Opuscc. Theol.* p. 593—677. Exemplo uno alteroque afferendo defungamur. Nonne Pseudomystici et Fanatici stultissimo suo dogmati praesidium quaesiverunt in loco Ps. CXIX. 18? (Sed vide *Jo. Calvinum* in *Comment.* in eum l. pag. 442. et add. *Herm. Venema*, in *Comment. in Psalmos*, VI. 180.). Nonne illudendi Sacris libris an-

ansam *Voltarius* arripuit ex l. Ezech. IV. 12? (Sed inepte. Conf. *Jo. Kneppelhouti* Diss., praeside *S. Ravio*, Traj. 1768. defensa, *de re cibaria Vett. Hebr.* §. 14 sqq. pag. 37, sqq. Add. *Sam. Bochartus*, *Hierozoïci* P. I. *Lib.* II. cap. 33. in f. Abb. *Guenée*, *Epp. Jud. adv. Voltar.*, e Belg. interpr. I. 387 sqq. *R. Findlay*, in *Vindic. Bibl. adv. Voltar.* P. I. S. 5. T. I. pag. vers. Belg. 92 sqq. *Isbr. Hamelsveldius*, in Diss., praes. *S. Ravio*, Traj. 1764 defensa, *de aedibus Hebr.* cap. V. S. 2. §. 2. pag 80. et in *Vindiciis Bibl.* III. 207, et qui ab his citantur, *Taylorus*, *Clericus*, *Kuipersius*, al.). Nonne *Sociniani* raptum Christi in coelum, monstrosum figmentum, procuderunt ex male intellecto loco Jo. III. 13? (Sed conf. *Jo. Laur. Moshemius*, in *Syntagm. Dissertt.* pag. 341 sqq.). Nonne purgatorium Romano-Catholici ex loco 1 Cor. III. 13—16, limbum patrum veteris oeconomiae ex l. Zach. IX. 11, missae sacrificium ex l. Mal. I. 11, invita Hermeneutice, derivare sategerunt? Nonne Orthodoxi, qui dicerentur, ad veras caeteroqui theses stabiliendas interdum longe aliud significantia loca adhibuerunt? Quis, sana secutus praecepta exegetica, cum *Dachselio*, Trinitatis mysterium in l. Deut. VI. 4. inveniat; aut cum aliis ex Ps. XXXIII. 6. ei praesidium quaerat? Quis fidei, quae salvifica dici solet, necessitatem probet ex l. Rom. XV. 23? — Conf. ad haec omnia *S. Werenfelsius*, *de scopo interpr.*, in *Opuscc.* I. 348. — Non mirum, si vir ille doctus et ingeniosus de Bibliis Sacris dixerit:

*Hic liber est, in quo quaerit sua dogmata quisque:*
*Invenit et in quo dogmata quisque sua.*

(13) *Ern.* Prol. §. 1. Conf. *Jo. Laur. Moshemius*, in *Praefat.* ad *Jacobi l'Enfant Introd.* ad Germ. Versionem Franco-Gallicae *Beausobrii* interpretationis *N. T.*, pag. Belg. vers. XIII sqq.

(14) Ibid. §. 6.

(15) *Acroas.* l. 18.

(16) Sine hac caetera parum profutura dixit l. c. *Ernestius.* Conf. *Morus* l. c. pag. 19

(17) *Ernestius*, §. 7.

(18) *Morus*, l. c. pag. 16—18.

(19) *Ernestius*, Prol. §. 1. *Eichst.* ad *Mori Acroas.* I. 4. *Broes*, Or. c.

## §. 66.

## *Interpretationis Sacrarum Literarum et Hermeneuticae Sacrae historia.*

*Artis* historia diversa quidem illa est ab ipsius historia *Interpretationis* (1): at perpetua tamen *hujus* ratione ha-

habita tractanda (2). Primas *illius* lineas duxerunt, vel et uberiore illam Commentario illustrarunt, Viri Docti, veluti *Pfeifferus*, *Toellnerus*, *Zacharia*, *Semlerus* (3), *Buddeus*, *Rosenmüllerus* Pater, *Planckius* Pater (4), et, alios ut mittamus, *Gottlobus Guiliëlmus Meyer* (5). *Hujus* vero fata concinne descripsit, post alios, in his (ne de *Weissmanno* (6) aliisve Historiae Ecclesiasticae Scriptoribus dicam) post *Richardum Simonium* (7), *Ernestius* (8): qui vero in eum commentatus est, *Morus* (9) paulo uberius.

Omnis autem utriusque, tam *Interpretationis*, quam *Hermeneuticae*, historia in *quatuor* (10) periodos haud incommode describi posse videtur; nempe in *Judaico-Christianam*, sive allegoricae et mystico-dogmaticae interpretationis, quae locum obtinuit a Sec. I. ad III. fere medium; tum *Origenianam*, sive Grammaticae interpretationis, a Sec. III. medio ad Sec. usque VI; porro *Barbaram*, sive neglectae prorsus interpretationis a Sec. VI ad XVI: denique *recentiorem*, sive instauratae interpretationis, ad nostra usque tempora. In ultima vero hac diversae rursus periodi observandae sunt. De singulis verbo monendum (11).

*Primis* rei Christianae temporibus ea ratio, quam *Judaei* in interpretando Sacro Veteris Testamenti Codice fere sequebantur, quaeque Philosophis *Graecis*, in Poëtarum lectione, non displicebat, apud Christianos, quippe origine *Judaeos*, vel *Graecos*, *Judaeis* se adjungentes, universe valuit (12). Cujus rei indicia apud ita dictos Patres Apostolicos et antiquiores, cum Graecos, tum Latinos, Scriptores Ecclesiasticos ubivis prostant (13). Quod eo minus mirandum, cum omni fere tempore, ad nostram usque memoriam, non pauci fuerint, quibus ea se probaret (14).

Horum autem partibus licet ipse *Origenes*, Graecae Ecclesiae Presbyter, deficiente quippe omni adhuc hermeneutica Scientia, faveret quoque, altius tamen animum erigens,

gens, Grammaticae interpretationis inter Christianos primus auctor fuisse censetur (15). Cujus disciplinam ita tuiti sunt discipuli, *Theognostus*, ὁ ἐξηγήτης dictus, *Pierius* et *Eusebius* Emesenus, ut allegoricam rationem nondum plane spernerent. Hoc vero factum a *Diodoro* Tarsensi, qui ψιλῷ τῷ γράμματι inhaerens, omnes τὰς θεωρίας plane evitavit; sequentibus ipsum discipulis, *Theodoro* Mopsuesteno et *Joanne Chrysostomo*, *Isidori* Pelusiotae, elegantis doctrinae viri, praeceptore. Cujus aequalis *Theodoretus*, hac in parte, *Cyrillo* Alexandrino longe praeferendus est. Verum in laudis societatem, ex *Syris Ephremus*, ex *Latinis Hieronymus* Stridonensis, admittendi sunt; nec plane repudianda opera, quam in Exegesi Sacrarum Literarum collocarunt *Hilarius* Pictaviensis, *Hilarius* Diaconus (*Semlero* aliisque *Ambrosiaster* dictus), *Pelagius*, doctissimusque hujus adversarius, *Augustinus* Hipponensis. Qui postremus, quamvis, Graece et Hebraice minus ipse peritus, atque ab *Hieronymo* pendens in S. S. interpretatione, *et* Latinae adhaereret versioni, *nec* plane alienus esset a mysticis allegoricisque somniis, tamen operae pretium fecisse censendus est adjuvanda *Hermeneutica* arte (16); exemplum nimirum secutus, quod aequales, *Hieronymus* (17) et *Tychonius* Afer (18) dederant. Post ipsum *Adrianus*, *Cassiodorus* (19) aliique, a *Flacio* Illyrico memorati (20), nonnihil quoque hac in re praestiterunt (21).

Secundam hanc periodum excepit *Barbara* aetas (22); qua eo usque neglecta fuit et paene amissa vera interpretandi Sacri Codicis ratio, ut « Exegeseos, toto hoc tem-« pore, vix tenue vestigium, hermeneuticae disciplinae ne « umbra quidem compareat (23)." Sordebant enim Literae et Historia; animis dominabatur superstitio tetra et hierarchia; exstincta sentiendi libertate, in scholae umbris de tricis subtiliter disputandi libido unice placebat. At vel sic *Theophylactus* Bulgarus et *Oecumenius* Tri-

censis, Sec. XI., post *Joannem* Damascenum, Seculi VIII. scriptorem, quamquam ex *Origene* et *Chrysostomo* unice sapientes, nonnihil tamen, hac in parte, quod etiamnum utile sit, praestiterunt. Quos secutus est *Euthymius* Zigabenus. Praeluserant dudum (Sec. V. et VI.) *Cassiodorus*, *Primasius* et *Procopius*, quorum diversa fuere merita. At postmodum ex *Graecis*, qui quidem hic memorari mereatur, vix quisquam exortus est; certe si obscuros; ut plurimum, *Catenarum*, quae vocantur, consarcinatores excipias. *Latini* vero, quos inter eminuerunt *Beda* et *Alcuinus* Sec. VIII. et, alios ut mittam (24), *Claudius* Taurinensis, *Angelomus* Burgundus et, prae caeteris, *Christianus Druthmarus* ex Aquitania; Latini igitur, *Augustinum* imprimis admirati et Scholasticis nugis Mysticisque inhaerentes, *Glossas* compilabant, tam *ordinariam* (cujus auctor erat *Walafridus Strabo* Sec. IX, *Rabanum Maurum* magistrum secutus, quaeque κατ' ἐξοχὴν *auctoritas* dicta est), quam breviorem, *interlinearem*, quae *Anselmo* Laudunensi Sec. XI. debebatur. Quibus, praeter ea, quae *Haymon*, *Sedulius* et *Paschasius Radbertus* praestiterunt, accessit Glossa *Thomae* Aquinatis *continua*, Sec. XIII. ex octoginta Scriptoribus corrasa. Postremo memorandi repurgatorum Sacrorum veluti praecursores, *Nicolaus Lyranus* (25), *Postillarum* auctor, et *Paulus* Burgensis, *Notarum* in illas Postillas: ambo multis nominibus laudandi, quamquam hermeneuticam artem, Sacris adhibendam libris, non magis, quam reliqui, adjuverunt.

Atque sic tandem, ut horum partim, ita praecipue eorum, qui eximie *Reformatores* dicuntur, opera superatae sunt ferrei aevi tenebrae, et inde a Sec. XVI. sanior interpretandi Sacri Codicis invaluit ratio (26). Nec tamen omnes eodem prorsus modo hanc rem egerunt. Alii *grammaticum* genus *purum* sectati sunt (27); alii *mixtum* genus; ita quidem, ut nonnulli rerum quam verborum (28), alii

alii verborum quam rerum, magis rationem haberent (29): nec deëssent, qui observationibus suis loca difficiliora, verba, formulas, sententias illustrare conarentur (30). Atque nunc Hermeneutice Sacra tandem quoque caput efferre, et diligentius, quam antea, atque intelligentius excoli coepit (31). Signum quasi sustulit *Matthias Flacius*, homo Illyricus; quocum jungendus est *Martinus Lutherus*, ex Reformatis *Hyperius* (32), atque ex Romano-Catholicis *Xantes Pagninus*. Postea quidem ars denuo jacuit aliquamdiu et sorduit plerisque Theologis; qui vel Philosophiae capti studio, vel intestinis distracti litibus, vel in allegoriis fingendis toti, a meliore interpretandi ratione, suo quisque modo, deflectebant. Magna tamen fuere hacce tempestate in istam disciplinam merita *Sixtini Amama*, *Joannis Alphonsi Turrettini*, *Samuëlis Werenfelsii*, qui *Reformatis* adscripti erant; *Joannis* item *Clerici*, qui *Remonstrantium* familiae; nec minora *Georgii Calixti*, *Augusti Pfeifferi*, *Danhaueri*, *Salomonis Glassii*, ex *Lutheranis*; quin ex Romano-Catholicis *Richardi Simon*, *Morini*, *Du Pinii*, *Calmeti*. Ex *Pietistarum*, perversa sanioribus admiscentium, Schola prodiit eximius vir, *Joannes Jacobus Rambach*, qui vel *Wolliis*, *Blackwallis*, *Crusiis*, palmam, aut praeripuisse videtur, aut certe dubiam reddidisse. Caeterum sua laude non defraudandi sunt *Deylingius*, *Baumgartenus*, *Wyttenbachius*, alii. Praesertim tamen eminuerunt *Joannes Salomo Semler*, et optimus, post *Hugonem Grotium*, dux et magister interpretum, *Joannes Augustus Ernestius*. Cujus merita adeo non ab iis, qui serius eamdem rem aggressi sunt, *Pfeiffero*, *Toellnero*, *Zacharia*, aliis, obscurari potuerunt, ut potius discipulorum, imprimis praestantissimi *Mori*, studiis in clariore etiam luce collocata sint; idem lubentissime fatentibus recentioribus Hermeneutis, *Seilero*, *Beckio*, *Keilio*, *Meyero*, *Paravio*, *Lückio*, aliis; nec diffitentibus ipsis Romano-Catholicis, *Monspergero*, *Ariglero*, similibusque.

(1) Recte monente *Ammono* ad *Ernestii Inst. Int.* §. 10.

(2) *Eichstadio* auctore, ad *Mori Acroas.* praef. pag. IX. Tom. I.

(3) Quos laudat *Ammonus* l. c.

(4) Citati ab *Eichstadio*, l. c. hanc rem agente pag. IX—XLI.

(5) In Opere utilissimo, inscripto: *Geschichte der Schrifterklärung seit der Wiederherstellung der Wissenschaften*, Goettingae, 1802—1809. V. Voll. 8. Tomus primus historiam antiquam, ad Sacrorum usque repurgationem, Sec. XVIto factam, breviter perstringit: quatuor reliqui in recentiore historia fusius enarranda versantur.

(6) In *Historia Eccl. Novi T.*, infra suo loco indicanda. — Add. *Venema*, *Moshemius*, *Schroeckhius*, *Hamelsveldius*, alii.

(7) *Histoire Critique des principaux Commentateurs du Nouveau Testament, depuis le commencement du Christianisme jusques à nôtre tems.* Roterodami 1693. 4. Quaedam huc pertinentia idem etiam habet in *Hist. Critique du Vieux Test.* Amstelod. 1685. 4.; quod opus, Latine versum a *Natali Alberto de Versé*, prodiit Parisiis 1681. 4.

(8) *Inst. Int. N. T.* P. III. c. IX.

(9) *Acroass.* Vol. II. pag. 205—340.

(10) Aliis alia placet divisio. *Planckius* e. g. *septem* adeo periodos distinguit. Vid. *Einleit. in die Th. Wissensch.* II. 127—146.

(11) Neque enim in Encyclopaedica institutione plane omittenda videtur fatorum, quae Ars experta est, vicissitudinis expositio: nec tamen in ejus brevitatem cadere accuratissima omnium, quae huc pertinent, enarratio. Itaque hic defungimur generali veluti indicio ingenii hermeneutici, quod, quaque periodo, omnium maxime invaluit et veluti regnavit.

(12) Conf. *Ern.* l. c. §. 2—13. *Mor. Acr.* II. 205 sqq. *Bauer.* §. 9. pag. 29—44. *Mey.* I. 34 sqq. et quos citat, *R. Simon*, *D. Whitby*, *J. G. Rosenmüller* et *Chr. Guil. Flügge.* Add. *C. Vitringa*, de *Synag. Vet.* Lib. III. P. I. cap. 5. pag. 763 sqq. *P. D. Huëtius*, *Demonstr. Euang.* Prop. IX. c. 171. §. 7—9. *J. Spencerus*, *de Legg. Hebr.* Lib. I. cap. 2. *J. A. Ern.*, *Exerc. Flav.* in *Opp. Phil. Crit.* pag. 408. Add. *Jo. Muntendam* Disq. *de ortu, progressu et noxis interpr. allegor.*, in *Annalibus Acad. Groninganae* a. 1816 ad 1817. pag. 215—309.

(13) Conf. tantummodo *J. G. Rosenmülleri Programmata*, supra (§. 61. a. 3.) laudata. Ejusd. *Hist. interpr. Libror. S. in Eccl. Chr.* Hildb. 1795. V. Voll. 8.

(14) Non opus est, hanc rem fuse persequi, nam nemini non cognita sunt, quae, et ante Reformationem Romano-Catholici tantum non omnes, et post eam, ex Lutheranis et Reformatis non pauci, in his *Joannes Coccejus*, Vir summus, et multo etiam magis nonnulli, ex ejus disciplina profecti, Theologi nostrates aliique scripserunt: quid autem, vel novissimis hisce temporibus, Germanorum aliquibus exciderit, quem tandem fugiat Ephemeridum literariarum lectorem?

(15) Conf. quae ad §. 61. ann. 5. supra dicta sunt. Praesertim *Ernestii*

atii ibidem citata *Commentatio* ad universum hunc locum conferenda est. Leg. quoque *E. L. Du Pin*, *Bibl. N. Eccl. Auctt.* I. 109 sqq. *Roessler*, *Biblioth. der Kirchenväter*, T. I. P. II. Add. *G. Cave*, *Scriptt. Eccl. Hist. Literaria*, pag. 70 sqq.

(16) Libris IV. *de Doctrina Christiana* (ed. *J. C. B. Teegii*, Lips. 1769. 8. — et in *Opp.* T. II. pag. 1—91.), in quibus multa probabiliter disputavit de Literarum Graecarum Hebraicarumque studio, de Versionibus, Commentariis aliisque huc pertinentibus rebus. Conf. *Eichst.* ad *Mori Acroases* II, 267. *Mey.* I. 50.

(17) *Ad Pammachium*, *de optimo genere interpretandi*, (*Opp.* ed. *Vallarsii*, T. I. pag. 305—318.).

(18) In *septem regulis interpretandi.* (Conf. *Eichst.* ad *Mor. Acr.* Praef. pag. XIV. et II. 265. *Mey.* I. 59.).

(19) *De instit. div. Litt.* (*Opp.* T. II.)

(20) In *Clavi Sacrae Scripturae*, *h. e. de Sermone S. Literarum recte cognoscendo*, a. 1567, et postea saepius, evulgata, e. g. Basileae 1629.; optime vero Jenae c. praef. *Jo. Musaei* 1675. f. max. (Vid. *Mey.* I. 60.).

(21) De his omnibus cf. *Ern.* l. c. §. 14—29. et ad illum l. *Morus* et *Eichst.* II. 230 sqq. item *Mey.* I. 41. sqq.

(22) Conf. *Ern.* l. c. §. 20—25 et 30. *Mor. et Eichst.* l. c. pag. 245 sqq. *Mey* I. 57 sq.

(23) Verba sunt *Eichstadii*, in *Praef.* l. pag. 15.

(24) Veluti *Udardum* Cameracensem et *Sigebertum* Gemblacensem, *Placidum* Veronensem et *Attonem* Vercellensem Sec. X; *Lanfrancum*, *Brunones* ambos et *Rupertum* Abbatem, Sec. XI.; *Hugonem a Sancto Victore* et *Joannem* Salisburiensem Sec. XII.

(25) De quo notum est illud:

*Si Lyra non lyrasset,*
*Lutherus non saltasset.*

(26) *Ern.* l. c. §. 32 sqq. *Mor.* et *Eichst.* pag. 280 sqq.

(27) V. c. post *Laurentium Vallam* (de quo nunc praecipue consulendus *Jes. Wildschut*, in Diss. pec., praemio orn. et inserta *Annalib. Acad. Lugduno-Batavae* anni 1830. ad 1831.), *Joachimus Camerarius*, *Matthias Flacius* Illyricus, *Sebastianus Castalio*, alii; quos deinceps secuti sunt *Pricaeus*, *Schmidius*, *Heinsius*, *de Dieu*, *Millius*, *Bengelius*, *Wetstenius*, *Michaëlis*, *Ernestius*, *Semlerus*, *Koppius*, *Zachariae*, *Morus*, *Noesseltus*, *Pottus*, *Storrius*, *Heinrichsius*, *Kuinoelius*, *Fritzschius*, alii.

(28) V. c. *Lutherus*, *Melanchthon*, *Hunnius*, *Calvinus*, *Piscator*, *Petrus Martyr*, alii. Quorum vestigiis institerunt *Rivetus*, *Coccejus*, *Altingius*, *Lampius*, *Jo. Alph. Turrettinus*, alii.

(29) Horum dux fuit *Desiderius Erasmus*, et cum eo jungendi *Victori-*

*rinus Strigelius*, *Theodorus Beza*, et prae caeteris *Hugo Grotius*. De quo immortali viro, palmam plerisqve in Exegesi quoque Sacra praeripiente, velim nostri alumni attente legant relegantque binas Orationes, alteram *Caroli Segaar*, *V. C.*, *de Hugone Grotio*, *illustri humanorum et divinorum N. T. scriptorum interprete*, Traj ad Rhen. 1785. 4., alteram Collegae nuper conjunctissimi, *Joannis van Voorst*, *de Jo. Aug. Ernestio*, *optimo post Hugonem Grotium duce et magistro interpretum N. T.* Lugd. Bat. 1804. 8. — *Grotium* autem imitandum sibi proposuerunt *Hammondus*, *Clarkius*, *Beausobrius* et *l'Enfantus*; — *Calmetus*, *Masius*, *Pineda*, alii; — *Vorstius*, *Launaeus*, *Braixius*, *Peircius*, *Bensonus*, alii.

(30) In his, quos omnes, pro singulorum meritis, laudare longum sit et paene infinitum, eminent *Bosius*, *Elsnerus*, *Albertius*, *Raphelius*, *Keuchenius*, *Krebsius*, *Kypkius*, *Segarius*, *Schachtius*; — porro *Lightfootus*, *Schoettgenius*, *Meuschenius*; — adhuc *Tarnovius*, *Hackspannus*, *Spanhemius*, *Werenfelsius*, *Deylingius*, *Oederus*, *Altmannus*, *Frommannus*, alii. — Huc vero praeprimis referendae sunt *Bibliothecae*, *Bremensis*, *Vetus* et *Nova*, *Hagana*, *Lubecensis* etc.; *Sylloge Muntinghii*; *Commentt. Theol.* ed. a *Velthuseno*, *Kuinoelio et Rupertio*; et illae, quae a *Rosenmüllero*, *Fuldnero* et *Maurero*; *Sylloge Pottii*, caet.; item *Catenae*, v. c. *Walaei*, *Theologorum Anglorum* (*Patricii*, *Poli*, *Welsii*, *Doddridgii*, *Whitbyi*, *Gilsii*, aliorumque), *Criticorum Anglorum* (*Biblia Critica* vulgo dictae); *Poli Synopsis*; *Curae Wolfii* et *Koecheri*, *Scholia Jo. Geo. Rosenmülleri*, sim.

(31) Conf. de sequentibus *Eichst.* in *Praef. ad Mori Acr.* p. XVII. sq.

(32) Lib. II. *de Theologo.*

## §. 62.

### *Discendae artis ratio. Subsidia.*

Interpretatio Librorum Sacrorum, re universe spectata, iisdem causis nititur, quibus reliquorum quorumcunque (1); sed, non uno nomine difficilior est (2), nec, propter insigne argumenti momentum, sine graviore periculo, male institui potest. Inde apparet, omni ea, quae in interpretandis aliis Scriptoribus, maxime antiquioribus, tam Graecis et Latinis, quam Arabicis aut Theotiscis, aut aliis quibuslibet, collocetur, opera, nec ulla alia, viam sterni ad subtilem Sacri Codicis, et ex Artis praeceptis institutam, tractationem. Igitur in illorum interpretatione egregiam esse praeparationem et veluti προπαίδευσιν, qua futurus Theologus ad Sacri Hermeneutae munus rite obeundum informetur,

tur, in propatulo est. *Hinc* igitur incipiendum est. — *Mox* autem, *partim* quidem discenda sunt, quae a praeclaris Hermeneutis, sive Exegetices Praeceptoribus, de ipsa Artis natura et regulis fuerunt exposita; *partim* vero theoretico huicce studio ipsa est exercitatio adjungenda. Itaque *primum* audiendae sunt Theologiae Studioso praelectiones Theologorum Academicorum in hoc genere theoretico-practicae, et diligenter attendendum ad ea, quae illi de praeceptorum, in difficilioribus praesertim locis explicandis, usu tradant. *Dein* legendi sunt accurate optimi quidam *Interpretes*, nec obiter tantummodo, quod plerumque fit, ad hanc illamve Sacrae Scripturae particulam inspiciendi. Expediet, identidem ex praestantissimis Commentariis certum aliquem deligere et uno tenore perlegere; quo mens sensim tantorum Virorum assuefiat rationi. Hîc autem sedulo observandum, quasnam sibimet ipsi regulas scripserint, et num in illis sequendis ubique sibimet constent; quomodo hujus illiusve nominatim generis scripta tractent; quomodo in obscuris, impeditis, vexatis locis illustrandis, expediendis, declarandis versentur, quidque hîc sectari, quid fugere deprehendantur. Quodsi illi observentur aliquando caespitasse, attendendum est ad hujus rei causas; alii enim dogmaticis opinionibus abrepti, praecipites ruunt in errores; alii ingenio luxurianti nimis indulgent; alii prae admiratione ejus, quod aliquo loco invenisse et clare vidisse sibi videntur, id ubivis jam quaerunt et adhibent; alii in sectanda simplicitate nimii sunt. Mitto alia sciens. *Porro*, non in *Commentariis* tantum, iisque spissioribus (interdum autem, quo spissiores, eo magis rerum utilium vacui sunt), verum etiam in *Observationibus ad selecta Sacri Codicis enunciata* excutiendis versetur futuri Interpretis diligentia: atque summo studio, sive illarum auctores ex Graecis Scriptoribus (3), sive ex Judaicis (4), sive ex Antiquitate (5), sive ex Historia (6), verbo, unde demum cunque lucem, Sacris Literis affundendam, petierint, ex omni scri-

scriptorum genere excerpat, quicquid, *vel* ad certiorem hermeneuticarum regularum usum, *vel* ad ipsas has regulas subtilius constituendas, *vel* ad singulorum locorum intelligentiam certius adjuvandam, facere posse videatur. *Postremo* ipse aliquid suo marte tentet; primum quidem in facilioribus scriptis Sacris, et Veteris maxime Foederis, virium periculum faciens; mox etiam in difficilioribus, Novi etiam Testamenti, dogmaticis illis et propheticis. Quo in exercitio semper pergendum est et perpetuo proficiendum: neque enim periculum est, ne exhauriatur aliquando haec veluti aurifodina: et, si quae occurrant intellectu difficiliora, et plura quidem illa, quam antea suspicatus fuerat Exegeseos Sacrae tiro, eo pertinacius instandum est operi, egregiis utilitatis fructibus suo tempore minime carituro. Dies enim hîc quoque diem docet, nec pauca, quae olim Cimmeriis involuta tenebris et prorsus *ἄλυτα* videbantur, nunc perspicua cernimus reddita et soluta. Quodsi tamen sint, in quibus omnis labor, studium omne frustra impendi videatur, ea in praesentia suo loco relinquantur, olim, cum major comparata fuerit dexteritas, retractanda, vel feliciori aliorum, qui nos excipient, ingenio et industriae permittenda. Praestat quippe judicium suspendere et ignorantiam, sed doctam, fateri, quam vel temere definire, vel intelligendi difficultatem, nonnullorum more rituque, tacendo et transeundo dissimulare. Quae omnia non minus valent de ipsa *grammatica*, aut *historico-grammatica* interpretatione, quae dici solet, et *verborum* sensu eruendo constat, quam de *reali*, quae uberiore ipsarum *rerum*, a Viris Sanctis traditarum, meditatione et expositione.

Ut autem in studio hermeneutico feliciter procedat futurus Theologus, optimis etiam *subsidiis* diligenter utatur. In quibus *princeps* locus assignandus est diligenti attentaeque ipsius *Sacrae Scripturae lectioni*, quotidianae illi nec unquam intermittendae. Nihil est enim, quo facultas interpretandi magis vel comparetur vel perficiatur,

quam

quam crebra et repetita lectione cum explicando Scriptore contracta familiaritas. *Tum* comparanda est, et continuo studio in dies augenda et emendanda, varia Eruditio. Nam quicquid ad Philologiam et Rhetoricam, ad Historiam, Geographiam, Chronologiam, Antiquitatem, denique, ne plura cumulemus, ad Philosophiam, praesertim Logicam, pertinet, id usibus inservit Interpretis (7). Cujus *porro* est, praestantissimos, qui ante ipsum in eodem studio se exercuerunt, viros consulere. Quorum in notitiam ut veniat, partim *Bibliothecarum* usus *exegeticarum* (8), partim quarumdam *Introductionum* in Libros Sacros (9) lectio, partim efficiet indicium eorum, qui de *Hermeneutice Sacra* scripserunt (10), partim etiam uberior dictorum de Artis *Historia* meditatio (11). Quodsi vero de singulorum meritis, jam antequam ipse eos consulat, universe cognoscere cupiat, ei prudens operis, quo *Richardus Simon* suam de ipsis sententiam dixit, similiumque lectio commendanda est (12). In illis autem *primo* quidem loco memorandi, qui *totum* fere *Sacrum Codicem*, sive *vertendo*, sive concinnando *uberiore* Commentario, illustrarunt (13); ad quos accedunt, qui *contracto* magis scribendi genere sunt usi (14); itemque illi, qui, aut in *Veteris*, aut in *Novi T.* interpretatione desudarunt (15); denique Commentariorum in *singulos* libros Sacros auctores (16). — Neque tamen *Commentariorum* Scriptoribus solis hicce honos habendus est: nam et ex *Versionibus* (17), ex *Glossematibus* (18), ex *Scholiastarum* (19) notulis, quin imo ex *Variis Lectionibus*, caeterum non in textum sacrum admittendis (20), ex locis Scriptorum aliorum, etiam *Apocryphorum* (21), quin eorum, qui a Christianis Sacris alieno fuerunt animo (22), discere potest et ad interpretandi dexteritatem proficere, quisquis recte iis uti novit. — Neque adeo in *antiquioribus* interpretibus solis haerendum, sed et *recentiorum* opera evolvenda sunt et versanda; impri-

mis *Erasmi*, *Grotii* et similium, ad quorum praestantiam ex hodiernis pauci accesserunt. Neque negligendae sunt breviores, in quaedam Scripturae Sacrae dicta vel particulas, *Dissertationes*, *Parerga*, *Observationes*, vulgo *Sacrae* dictae (23); quamquam in multis earum, bonae frugis parum inveniatur. Eminent et in hoc genere, qui vel *parabolas* Christi (24), vel *passionem* (25) et, una cum hac, *resurrectionem* Ejus (26) explicuerunt. Denique verbo tangendi quoque sunt, qui vel *Concordantias*, quas vocant, scripserunt, vel *Lexica*, sive uberiora, sive magis contracta, in *Vetus*, aut *Novum* Testamentum (27).

Et haec quidem subsidia fortasse non immerito *practica* vocaveris, ipsam quippe praxin exegeticam directe adjuvantia: alia vero etiam sunt *theoretica*, sive ad artis regulas recte discendas magis facientia. Quorsum referenda sunt scripta, sive uberiora et magis prolixa (28), sive compendiaria, de Hermeneutice Sacra, eaque *vel* omni generatim (29), vel singulatim, sive *Veteris* (30) sive *Novi* Testamenti (31).

(1) Conf. dicta §. 63. ibique ann. 9—11.

(2) Conf. §. 65. ann. 1.; cui add. *Ernestii Diss. de difficultatibus N. T. recte interpretandi*, Lips. 1748. et *de difficultt. interpretationis grammaticae N. T.* ibid. 1755. repetitae in *Opuscc. Philol. et Crit.* (L. B. 1776.) pag. 189 sqq. et 252 sqq.

(3) Uti *Lambertus Bos*, *Jac. Elsnerus*, *Jo. Albertius*, *G. D. Kypkius*, *G. Raphelius*, alii, in his *Palairetus*, reliquis minus probandus. Add. *Krebsius*, *Ottius*, qui ex *Josepho*, *Carpzovius*, *Loesnerus*, *Kühnius*, qui ex *Philone*, N. T. illustrare studuerunt. Quorsum et referendi, qui *Versionem Alexandrinam* huic rei adhibuerunt, *Jo. H. Michaëlis*, *J. C. Schwarzius*, *Chr. Frid. Schmidius*, alii. (Conf. infra ann. 17.). Quibus adjungendi, qui *Patres* Eccl., qui vocantur, *Graecos* potissimum, in auxilium advocarunt, ut *E. A. Frommannus* (in *Obss. e Clem. Rom.* Coburgi 1786.), *P. Abreschius* (in *Ann. ad Paraphr. Ep. ad Hebr.*), *Jod. Heringa* (in *Diss. de formula Baptismi*, p. 31 sq.). Conf. *Ern. Inst. Int.* III. 5. 14 sqq.

(4) Uti *H. Grotius*, *Jo. Drusius*, *Th. Cartwright*, *B. Scheidius*, *Jo. Leusdenus*, *Theod. Hackspannus*, *Jac.* et *Lud. Capelli*, *Jo. Camero*; praesertim vero *Jo. Vorstius*, *Jo. Lightfootus*, *Christ. Bened. Schoettge-*

*genius*, *J. A. Danzius*, *Petr. Keuchenius* aliique, quos in unum Volumen *Gerh. Meuschenius* collectos repetiit; et, qui ex his sua irrigarunt arva, *Jo. Jac. Wetstenius* et, delectum ex ipso faciens, *J. B. Koppius*, plurimique recentissimorum (*Eichhornius*, *Boltenus*, *Paulus*, *Ammonus*, caet.).

(5) Veluti *Kneppelhoutus*, *Hamelsveldus*, *Bosveltus* aliique, qui praeside *Sebaldo Ravio*, V. C., publice in Trajectina Academia de talibus rebus docte disputarunt: quorum Commentationes utinam aliquando uno volumine conjunctae repetantur!

(6) Ut *Krebsius*, caet.

(7) Conf. *Ern. Inst. Int.* P. III. cap. X.; cui add. *Eichst.* praef. ad *Mori Acroases*.

(8) Quales sunt *Jo. Frid. Mayeri* et *Car. Arndii*, *Geo Jac. Schwindelii*, *I. H.* et *G. B. Michaëlis*, *Lilienthali* (*Biblisch-exeget. Biblioth.* — *Bibl. Archivarius der H. S. d. A.* — und — *d. N. T.*), *Jac. Frid. Wildeshauseni* et *Christ. Henr. Scheteligii* (qui duo posteriores Catalogum *Disputationum* composuerunt Hamb. 1702 et 1736. 4.): item *Jacobi le Long* (Tomo II. *Bibliothecae Sacrae*) et *Jo. Geo. Walchii* (Tomo IV. *Biblioth. Selectae Theol.*). — Universe autem de omnibus id genus scriptis idem fere valere solet, quod de suis Carminibus dixit *Martialis*:

*Sunt bona quaedam, sunt mediocria, sunt mala plura.*

Haud paucos igitur hujusmodi libros consulto omittentes, memorandum tamen existimamus Opus, Amstelaedami a. 1816 sqq. IV. Voll. editum, quod inscribitur: *Aanwijzing van Uitlegkundige Schriften, zoo over den geheelen Bijbel, als over bijzondere gedeelten van denzelven.* Cujus operis novam cum maxime L. B. parari editionem a Viro Venerabili et eruditionis laude florentissimo, laeti comperimus. De qua quoniam auspicata quaevis cum speramus, tum auguramur, malumus Theologiae Studiosos, cognoscendorum Interpretum, ut par est, cupidos, ad illud Opus ablegare, quam complures nostri hujus opusculi paginas, describendis minus utiliter librorum exegeticorum titulis, onerare magis quam ornare. Sufficiat, praecipuos aliquot interpretes, intento veluti digito monstrasse.

(9) Sive *universos*, ut *Michaëlis*, *Eichhornius*, *Bertholdtus*, al. (cf. §. 59. ann. 4, 6, 8.) sive *singulos*; quorum ingens est copia. Imprimis merentur hoc loco indicari optimorum, qui praecesserant, Interpretum censurae, a serioribus interpretibus ad calcem Introductionis singularis adjectae; quales sunt, quas *E. F. C. Rosenmullerus*, ad singulos, in quos *Scholia* (*Commentariorum* nomine saepius insignienda) scripsit, Libros Sacros exhibuit; *Guil. Ant. Vlotenius* ad singulos, quos *Versione* et *Paraphrasi* illustrare studuit, utriusque Testamenti Libros (*Bijbel vertaald en omschreven*, Amst. 1789—1796. XIII. Voll. 8.); *Guil.* vero *Gesenius*, in Introductione utra-

que ad Pentateuchum et Jesaïam; *Kuinoelius* in singulis ad Libros N. T. historicos, et sic porro.

(10) Sic *Ernestii*, P. II. (III.) c. IX., et *Mori* atque *Eichstadii*, §. praec. citatorum, aliosque plures ut mittam, *G. F. Seileri* (*Bibl. Hermeneutik*, — Belgice *Bijbelsche Uitlegkunde*, et, ad hanc versionem, *Jodoci Heringa E. F.*, passim; v. c. in *Seileri* ipsius Append ad P. II. C. II. Sect. 3. pag. 185. et Cap. IV. pag. 405—495. et imprimis in *Interpretis* Mantissa, pag. 496—520, cujus opera, quod ad *N. T.* libros, vix quicquam amplius desiderandum reliquit).

(11) Conf. dicta §. praec.

(12) *R. Simon* jam laudabatur §. 59. ann. 7. Addantur vero ipsi *Morus* et *Eichst.*, saepius laud., ad *Ern. Inst.* II. (III.) C. IX. et plures, infra indicandi ann. 28—31.

(13) *Versiones*, caeteris celebriores, sunt *Latinae*, *Santis Pagnini*, *Seb. Munsteri*, *Ariae Montani*, *Seb. Castellionis*, *Imm. Tremellii* et *Franc. Junii*, *Th. Bezae* (item *Thalemanni*, *Jaspis*, *Schottii*, caet.); *Germanicae*, *Mart. Lutheri* et *Jo. Dav. Michaëlis;* itemque illa, quam adornarunt, e Romano-Catholicis, Viri praeclari, *Brentano*, *Dereser*, *Leon. van Ess*, al.; tum *Anglica* Regia (Lond. 1611. f. m. et postea saepissime ed.); *Belgicae*, cum *publica* (de qua vid. *Jo. Leusden*, in *Philol. hebr. mixt.* Diss. 10 et 11., *Is. Lelong*, *Boekzaal der Nederd. Bijbels*, Amst. 1732. 4., *Nic. Hinlopen*, *Hist. v. d. Nederd. Overz. d. Bijbels*, L. B. 1777. 8. et *Jod. Heringa*, in *Royaardsii* et *Kistii Archief v. Kerkel. Gesch.* T. V. p. 57—202.), tum et Verss. *Isbrandi van Hamelsveld*, *Guilielmi Antonii van Vloten* et praecipue nostri Collegae conjunctissimi, *Joannis Henrici van der Palm*; *Gallicae*, cum *Genevensis* illa, cujus auctor est *Robertus Olivetanus*, verss. item *Davidis Martinii* (Amst. 1707. f. m. et saepiss.) atque *Caroli Le Cene* (ibid. 1741. f. m.), tum *Parisiensis Sacyi* (ut et *Ostervaldi*, *Leonis* al.); denique, ne *Hispanicas*, *Rossicas*, alias, memoremus, *Italicae*, ut *Joannis Diodati* (1607.), *A. Martinii*, Abb. *di Giacomo* (1776.). Conf. *Ernestii Neue Th. Bibl.* VII. 226 sqq. — Integros vero *Commentarios* in S. S. scribere, post nonnullos Patres, *Origenem*, v. c., *Hieronymum*, *Cyrillum* Alexandrinum, *Theodoretum*, instituerunt *Jo. Calvinus*, *Hugo Grotius*, *Abr. Calovius*, *Jo. Coccejus*, *Lud.* et *Jac. Capelli*, *Jo. Clericus* et versus ab ipso *Hammondus*, *Aug. Calmetus*, *Henryus et Stackhousius*, alii.

(14) Ad quos pertinent *Jo. Piscator*, *Paulus Tossanus*, *Marcus Polus*, *Martinus Lutherus*, *Marloratus*, *Ostervaldus*, *Koernerus*, *Hartmannus*, *Nahusius* et *Klinkenbergus* etc. Praesertim memoranda hic sunt *Scholia in V. T.* auctore *Ern. Frid. Car. Rosenmullero*, Lipsiae 1788. etc. Tomis IX. Voll. XIX. 8 (Quaedam Volumina bis vel ter recusa sunt: ed tertia Tomi I. a. 1821. adeo emendata est et aucta, ut novus liber videatur: necdum tamen universum Opus absolutum est. Tironibus commendanda videtur Operis Epitome (*Scholia*, *in compend. redacta*), cujus a. 1828. adornari coeptae, plures jam Tomi prodierunt.

(15)

(15) Huc referendi, quod ad *Vetus Testamentum*, clari in *Judaeis* interpretes, *Jarchius*, *Kimchii*, alii, e *Christianis* vero hominibus, etiam nonnulli, in his *Chaisius*. Quod vero ad *Novum* T. attinet, praeter Patres, *Chrysostomum*, v. gr., *Oecumeniumque* et *Theophylactum*, praecipue adhibendi videntur interpretationis rectae studio, *Desiderius Erasmus*, *Philippus Melanchthon*, *Theodorus Beza*, *Pricaeus*, *Dan. Heinsius*, *Dan. Whitbyus*, *Henr. Hammondus*, *Sam. Clarkius*, *Jo. Christoph. Wolfius* et *Jo. Christoph. Koecherus*, *Beausobrius* et *l'Enfantus*, *Jo. Jac. Wetstenius*, *Philippus Doddridge*, *Christoph. Aug. Heumannus*, *Jo. Benj. Koppius*, alii. Peritia provectioribus, non item tironibus, in nonnullis, proderunt quoque *Paulus*, *Thiessius*, et similes.

(16) Ex infinitis paene istorum nominibus sufficiat pauca tantum excitasse (cf. mox dicta ann. 8.). In *Veteris* igitur Foederis libros aliquot scripserunt *Henr. Ainsworthus*, *Franciscus Burmannus*, *Dav. Pareus*, *Andr. Rivetus*, *Jac. Altingius*, *Alb. Schultensius*, *Mart. Geierus*, *Moses Amyraldus*, *Sam. Chandlerus*, *Moses Mendelides*, *Geo. Chr. Knappius*, *Herm. Muntinghius*, *Guil. Mart. Leber. Wettius*; porro *Campegius Vitringa*, *Herm. Venema*, *Robertus Lowth*, *Jo. Christophorus Doederlein*, *Guil. Gesenius*, *Jo. Baptista Villalpandus*, *Guil. Greenhil*, *Jo. Albertus Vos*, *Hieronymus van Alphen*, *Jo. Gottl. Kalinskyus*, *Theod. Hackspannus*, *J. A. Kromayer*, *Car. Fridericus Bahrdt*, caet. — In *Novi* vero *Sal. Tillius*, *Frid. Adr. Lampius*, *Sig. Jac. Baumgartenus*, *Zach. Peircius*, *Thomas Pylius*, *Petrus Curtenius*, *Philippus à Limborch*, *Stephanus de Brais*, *Joannes Taylor*, *de Launay*, *Jo. Laur. Moshemius*, *Jo. Dav. Michaëlis*, *Georgius Benson*, *Jo. Sal. Semlerus*, *Jo. Andraeas Cramer*, *Jo. Christianus Harenbergius*, *Emmerlingius*, *Fritzschius*, *Lückius*, *Winerus*, *Paulus Bosveld*, *Borgerus*, *Böhmius*, *Grätzius* caet. Add. qui *harmonice* vitam Jesu Christi exposuerunt, *Lyserus*, *Chemnitius*, alii, et recentius *Macknightius*, *Bergenus*, *Priestleyus*, *Hessus*, *Van Willes*, alii.

(17) Huc ea e. g. pertinent, quae docuit *Joh. Frid. Fischerus*, *in Prolusionibus de Versionibus Graecis Librorum V. T.*, *Literarum Hebraicarum magistris* (Lips. 1772. 8.); quibus addantur Ejusdem *Proluss. quinque*, *in quibus varii loci Librorum divinorum utriusque T. eorumque Versionum vett., maxime Graecarum, explicantur atque illustrantur* (ibid. 1778. 8.). Caeterum cf. *Ern. Inst. Int.* P. III. Cap. IV. §. 21—27. itque Cap. VII. et ad hoc *Morus et Eichst. Acroas.* Vol. II. pag. 50 sqq.

(18) Conf. *Jo. Albertii Glossarium N. T. Accedunt Misce. crit. in Glossas nomicas*, *Suidam*, *Hesychium*, caet. L. B. 1735. 8. *Jo. Chr. Gottl. Ernestii*, *Suidae et Phavorini Glossae Sacrae*, Lips. 1786. 8. *Joh. Frid. Fischerus*, in *Proluss. de vitiis Lexicorum N. T.* (conjunctim et emendate editis Lips. 1791. 8), Proll. XXII et XXIII. pag. 504 sqq. et Proll. XXVII—XXIX. pag. 601 sqq. Add. *Ern. Inst.* P. I. S. II. cap.

cap. I. §. 12 et 13. Cap. III. §. 29 sqq. et P. III. cap. 6. §. 6 sqq. et *Opusc.* *var. argum.* pag. 61 sqq. *Mor.* et *Eichst. Acroas.* Vol. I. pag. 115 sqq.

(19) Id quod optime intelligetur perpensis iis, quae *Matthaeius* utrique suae N. T. editioni, ex hoc fonte petita, addidit. Conf. *Ern. Inst.* P. I. S. III. Cap. I. §. 11. et ad h. l. *Morus* et *Eichst. Acr.* I. 110 sqq. coll. *Ern.* P. III. cap. IX. §. 13. *Mor.* II. 281.

(20) Conf. impr. *J. F. Fischerus*, in *Proll. de vitiis Lexicorum* XXIV — XXVI. pag. 544 sqq. Add. *Ern. Inst.* P. III. cap. VI. §. 32.

(21) Conf. e. g. *Jo. Sal. Semlerus*, in *Appar. ad liberal. N. T. interpr.* pag. 104. Add. Ejusd. *Annott.* ad omnes fere, quas edidit, N. T. librorum paraphrases; e. g. Epistolae *Jacobi* etc. Vid. et *Eichst.* ad *Mori Acr.* Vol. I. p. 242 sqq. Alii autem *verba* inde et *loquendi formulas* (ut *Jo. Wallenius*, *Chr. Th. Kuinoelius*, *G. C. Bretschneiderus*), alii *opiniones* potissimum (ut *S. G. Frischius* (in *Eichhornii Biblioth.* IV. 653 sqq.), *C. W. Fluggius*, *C. F. Stäudlinus*, *H. P. C. Henkius*), alii denique *mores* et *instituta*, (ut *J. D. Michaëlis*, *J. G. Hassius*, *J. Guil. Lindius Andr. Jo. Onymus*, *Jo. Melch. Faber*, *Jo. Frid. Kleuker*) illustrare, pro suo quisque ingenio, illustrare conati sunt. — De *utilitate* ejus interpretandi rationis scripserunt *Geo. Joh. Henkius*, in Commentatione *de usu Libror. apocr. V. T. in N. T.*, quae repetita est in *Novo Thesauro Diss. Hasaei et Ikenii*, Vol. II. p. 15 sqq. et *Jo. Godofr. Jenichen*, Diss. pec. Viteb. 1787. 4. — Addatur Conjunctiss. nuper Collega, *Lucas Suringar*, in Diss. Hagana ad a. 1804. de *Judicio extremo*. — Nec omittendi libri, *Novi* etiam *T.*, *apocryphi* (cf. supra §. 59. ann. 3.), ex quibus non spernenda petierunt aliqui, e. g. *Jo. Sal. Semler*, ex *Euang. Hebr.* (*Programm. collect.* p. 3-5.), *Guil. Lud. Brunnius*, ex *Euang. Nicod.* (*Disq. de indole*, *aetate et usu* hujus libri, Berol. 1794. 8.), et, alios ut mittam, *Petrus Abresch*, in *Annott.* ad *Paraphr. Ep. ad Hebraeos*, passim.

(22) Ut Criticum, ita et Exegeticum, usum praestant interdum *Julianus*, *Libanius*, *Porphyrius*, *Lucianus*, caet.

(23) Verbi causa *Aug. Pfeifferi*, *Dav. Millii*, *Cameronis*, *Hombergii*, *Ikenii*, *Marckii*, *Witsii*, *Buxtorfiorum*, *Vitringarum*, *Venemae*, *Scheidii*, *Verschuirii*, *Starckii*, *Vriemoetii*, *Rhenferdi*, *Spanhemii*, *Deylingii*, *Hottingeri*, *Adami*, *Waeyenii*, *Benzelii*, *Altmanni*, *Alex. Mori*, *Jo. Ellysii*, *Küttneri*, *Köhleri*, *Oederi*, *Harenbergii*, *Segarii*, *Winckleri*, *Rückersfeldii*, *Dathii*, *Aurivillii*, *Schnürreri*, *S. F. N. Mori*, *Noesselti*, *Knappii*, *Keilii*, *Schotti*, et quorum non? — Add. *Thesauri*, *Vetus* et *Novus Hasaei* et *Ikenii*, *Sylloge Leidensis Dissertt.*, quae sub praesidio *Schultensiorum* defensae sunt, aliaeque his similes, quas mitto: nam — ohe! jam satis est citationum. (Conf. dicta ann. 8.).

(24) Exempli gr. *Campegius Vitringa*, *Sam. Bourn*, *Guil. Saldenus*, *Jo. Marckius*, *Jo. Teelmannus*, *Andraeas Gray*, *Jo. Ludovicus Ewald*, Con-

*Conzius*, *Storrius*, *Bauerus*, *Gittermannus*, *Schreiterus*, caet., nuperrimique *Rettbergus*, *Schulzius*, *Ungerus*, *Guilielmus van Limburg Brouwer*, et *Wesselius Scholten*.

(25) *Hermannus Versteeg*, *Frid. Adolphus Lampe*, *Ant. Bynaeus*, *Guil. Leonardus Krieger*, caet. Quorsum et pertinent Conciones Sacrae *Jacobi Saurinii*, *Georgii Jac. Pauli*, *Sebaldi Fulconis Jo. Ravii*, *Gabr. Chr. Benj. Moschii*, aliorum.

(26) *Jo. Jac. Rambachius*, *Sigeb. Jac. Baumgartenus*, alii. Imprimis *Conradus Ikenius* et *Jo. Hermannus Schacht*, in *Harmon. hist. perpess. Sanctiss. Servatoris J. C.* — et — *resurrectionis J. C. ejusque sequelarum*, Traj. ad Rhen. 1758. 4.

(27) *Concordantias* hujusmodi debemus, quod ad *V. T.*, diligentiae *Jo. Buxtorfii* (Basil. 1632. f. m.) et *Joanni Taylor*, qui vernacule scripsit (Lond. 1754. II. Voll. f. m.): — *Versionis* autem *V. F. Alexandrinae* et aliarum Concordantias dederunt *Conradus Kircherus* (Francof. 1607. II. Voll. 4.) et *Abrahamus Trommius* (Amst. et Traj. ad Rh. 1718. II. Voll. f. m.); ad quos referendi quoque sunt *Jo. Christ. Biel* et *Jo. Fr. Schleusnerus*, (in *Novo Thesauro philol.*, *sive Lexico in LXX et alios Intt.* etc. *primum* ex relictis a *Bielio* schedis ed. ab *E. H. Mutzenbechero*, Hagae Com. 1779. III. Voll. 8., *dein*, post Supplementorum specimina, edita a *Jo. Fr. Schleusnero*, Lips. 1784 et 1786, a *Fr. Benj. Gautzschio*, Francof. et Lips. 1786, a *Car. G. Brettschneidero*, Lips. 1805, aliisque, valde auctum et emendatum a *Jo. Fr. Schleusnero*, Lips. 1820. V. Voll. 8. — Quod vero *N. T.* attinet; praestantiores *Concordantiae* illae sunt quae auctores habent *Henr. Stephanum* (Genev. 1624. f. m.) et *Erasmum Schmidium* (e recens. *E. S. Cypriani*, Gothae et Lips. 1717. f. m.). — De *Lexicis* in *Vet. Test.* jam dictum (§. 28. ann. 21 sqq.): in *N. T.* magna est Lexicorum copia; praestantiores autem Lexicographi (ne *Petrum Mintertum*, *Jo. C. Hagenbuchium* (Tig. 1733.), *C. Stockium* (Jen. 1743. Lips. 1752.) *Geo. Pasorem* (Lips. 1735. 8. et saepius) *Jo. Gust. Hermannum* (Francof. ad Viadr. 1781. 8.), *Gerh. Dan. Kypkium* (Regiom. 1759. et denuo 1783.), pluresve excitemus; praestantiores, igitur in hoc genere sunt: *Christ. Schoettgenius* (Lips. 1746, [L. B. 1755.] locupletatus a *Jo. Tob. Krebsio*, 1765. et a *Gottl. Leber. Spohnio* (1790.) et *Jo. Frid. Schleusnerus* (primum ibid. 1792, tertium, emendatius 1800. II. Voll. 8.). — His vero duumviris addendi nunc sunt duumviri alii, nempe *G. C. Bretschneiderus* (*Lex. in N. T.* Lips. 1824, iterumque 1829. II. Voll. 8.) et *Christ. Abr. Wahl* (*Clavis N. T. philol.* ibid. 1822. 8.). — Denique huc etiam referendi, qui vernaculo sermone ejusmodi Lexica concinnarunt; ut *Guil. Abrah.* et *Jo. Fr. Teller*; quorum *prior* illustratus, sed et correctus, est a *Geo. Henr. Lang* (*zur Beförd. des nützl. Gebrauches des Teller. Wörterb.* Ansbaci, 1778, iterumque 1790. V. Voll. 8., et imitatorem habuit Nostratem, *Gerhardum Hesselink* (Amst. 1790. 8. et emendatius iterum, 1803. 8.). Tandem

Car.

*Car. Frid. Bahrdt* (Berol. 1786. 8.) omitti hoc loco non potest, sed prudentissime omnino legendus est homo, non indoctus ille quidem, sed levis et temerarius.

(28) Et longum sit, et, post dicta ad Artis historiam, quodammodo supervacaneum, plerosque, nedum omnes, vel excitare, vel adeo *indigitare*, Scriptores, qui Hermeneuticen Sacram, aut insigniora aliquot ejus Capita, tractarunt. Cum tamen hunc locum plane intactum relinquere vetet instituti ratio, hac et sequentibus tribus annotationibus paucos eorum aliquot indicabimus. Itaque post *Martinum Flacium*, hominem Illyricum, quem supra memoravimus (§. praec. ann. 20.), primus lectioni Studiosorum commendandus videtur *Salomo Glassius*, auctor utilissimi etiamnum operis, inscripti: *Philologiae Sacrae, qua totius Sacro-Sanctae V. et N. T. Scripturae, tum Stylus et Literatura, tum sensus et genuinae interpretationis ratio expenditur, Libri quinque; quorum I et II. generalia de Sacrae Scripturae stylo et sensu, III et IV. Grammatica Sacra, V. Rhetorica Sacra comprehenduntur.* Saepius editum est Opus, non pessime Amstelodami 1711. 4.; optime vero, duobus annis post, Lipsiae sub auspiciis et cum praefatione *Joannis Franc. Buddei.* Nostris *his temporibus accommodatam* Philologiam illam *Glassii* Sacram editurus *Joannes Aug. Dathius*, non nisi *Grammaticam et Rhetoricam S.* Tomo I. (Voll. duobus) complexus est (Lips. 1776. 8.): Tomum vero alterum (duabus item Sectionibus postea (a. 1795 et 1797.) ibidem ita priori addidit *Geo. Lud. Bauerus*, ut, ipso fatente, *in novi plane operis formam redacta* sit Glassianae Philologiae pars illa, quae Hermeneuticen et Criticen Veteris F. spectat. Quod ipsum (ne de *Baueri* opinionibus aliquot minus probandis dicamus) in causa quoque est, cur pristinarum operis editionum aliqua ne nunc quidem tuto careant Theologi. Porro non pauca bonae frugis complectitur, supra jam (§. 57. ann. 2.) citatum opus *Antonii Blackwall*, Anglice conscriptum, Latine redditum a *Christophoro Wollio*, quod pertinet, partim ad varias lectiones judicandas, partim ad Anglicam versionem emendandam, partim vero et maxime ad stylum Scriptorum Sacrorum, ejusque dotes et virtutes recte aestimandas. Quam vero *Chr. Wollius* operi adlevit, *Hermeneutica Novi Foederis Acroamatico-dogmatica, certissimis defecatae philosophiae principiis corroborata eximiisque omnium Theologiae Christianae partium usibus inserviens*, ea quoque in nonnullis partibus haud sine insigni utilitatis fructu legetur. — *Jo. Jac. Rambachii Institt. Hermeneuticae Sacrae, variis observationibus copiosissimisque exemplis Biblicis illustratae*, c. praef. *Jo. Franc. Buddei*, (Jenae 1723. 8. et saepius. *Quarta* ed., denuo recognita, prodiit a. 1732. Et *nova* insuper 1752. 8.). Cui vero operi adjungendae sunt Ejusd. *Exercitatt. Hermeneuticae — junctim recusae multisque novis Obss. auctae* (Jenae 1728. 8.). — Egregia plurima exhibet etiam *Sixtini Amamae Antibarbarus biblicus*, qui, *quarto libro auctus* et variis accessionibus, prodiit

diit Franequerae 1656. Nam de *sensu* Sacri Codicis uno et certo, de *Versionum*, imprimis Alexandrinae et Vulgatae, uti recentiorum, vitiis, de barbariei, quae libros Sacros diu foedavit, causis, aliisque rebus admodum probabiliter disputat. — De *stylo* autem Novi Testamenti, purene Graeco an Hebraismis referto, etsi hodie satis inter omnes constat, si quis tamen cum recta causae cognitione judicare cupiat, legenda ipsi sunt duo *Syntagmata* Dissertationum, alterum a *Tacone Hajone van den Honert* (Amst. 1702. 4.), alterum a *Jacobo Rhenferdo* (Leovardiae eod. a. eademque forma) editum. Priori insunt *Henrici Stephani*, *Theodori Bezae* et *Georgii Pasoris* Commentationes, ut et *Jo. Geo. Straubii Disp. de Emphasi Gr. L. N. F.*, atque ipsius *Honerti Epistola ad Abrahamum Boddens* de *Stylo N. T. Graeco*, quacum conferenda est *Eliae Benoist adversus Epistolam* Honerti *amica expostulatio* (Delphis 1703. 4.). Posterius *Jo. Olearii*, *Jo. Henr. Boecleri*, *Seb. Pfochenii*, *Jo. Cocceji*, *Balth. Bebelii*, *Mosis Solani*, *Mart. Petri Cheitomei*, *Jo. Henr. Hottingeri*, *Jo. Leusdeni*, *Jo. Vorstii*, *Andr. Kesleri*, *Jo. Jungii* in hoc genere libellos exhibet. Quibus quidni additum est eximium illud Opusculum *Thomae Gatakeri*, qua *Pfochenii*, puritatem sermonis N. F. defendentis, *Diatriben ad examen revocavit* (Lond. 1648. 4.)? Cujus eruditissimi Theologi scripta, in his *Adversariorum Miscellaneorum Libros sex* (imo duos, Lond. 1651. 4.; quibus postea accesserunt *Adv. Misc. posthuma*, non in *Libros*, sed in *Capita* tantum, ab Editore (Viri filio, *Carolo Thoma G.*) digesta, et una cum prioribus, sub *Hermanni Witsii* auspiciis, repetita in *Th. G. Opp. Criticis*, Traj. ad Rhen. 1698. f. m. — haec igitur) raro legi ab iis, qui Scriptores antiquos interpretentur, conqueritur *Lud. Casp. Valckenarius* (in Luc. XIX: 21; vid. *Select. ex Scholis ed. ab Everwino Wassenbergh* (Amstelod. 1815 et 1817. II. Voll. 8.), Tom. I. pag. 249 sq.). Plures vero alios consulto praetermittimus, unum adhuc memorasse contenti *Guil. Surenhusium*, cujus ספר המשוה sive *Βίβλος καταλλαγῆς*, pertinens ad *concilianda*, *secundum veterum Theologorum Hebraeorum formulas allegandi et modos interpretandi*, *loca ex V. in N. T. allegata*, etiamnum in honore habetur, editus Amst. 1713. 4.

(29) Huc pertinent: *Jo. Alphonsi Turrettini de Sacrae Scripturae interpretandae methodo tractatus bipartitus* (Trajecti-Thuriorum 1728. 8.), rep. in magni Viri *Opp. omn.* (Leov. III. Voll. 1775. 4.) Tomo II, et (uti indicat titulus) *restitutus varieque auctus per Guil. Abrah. Tellerum*, Francof. ad Viadr. 1776. 8. (de quo conf. §. 64. ann. 9.); *Jo. Leon. Reckenbergeri Tractatus de studio sacrae Hermeneuticae* (Jenae 1732. 8.); *Jo. Theophili Töllner Grundriss einer erwiesenen Hermeneutik der Heiligen Schrift* (Zullichaviae 1765. 8., de quo cf. *Jo. Aug. Ernestii Neue theol. Biblioth.* Tom. VI. pag. 272 sqq. et *Gottl. Guil. Meyer*, *Gesch. der Schrifterklär. seit der Wiederherstell. der Wissensch.* Tom. V. pag. 513; qui posterior etiam de *Joach. Ehrenfr. Pfeiffero*, *Gotth. Traug.*

*Zachariae* et *Jo. Bened. Carpzovio*, quos jam omittimus, refert); *Geo. Frid. Seiler*, *Biblische Hermeneutik, oder Grundsätze und Regeln zur Erklär. der H. Schrift des A. u. N. T.* Erlangae 1800. 8.; cujus libri belgica versio, animadversionibus et supplementis aucta a Viro Cl. *Jodoco Heringa*, prodiit Lugd. Bat. 1804. 8.: de eo cf. post *Eichhornium* (*Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* Tom. X. pag. 494 sqq.), qui hunc citat, *Meyerus* l. c. pag. 558, sed et ipse auctor in *Beylage zu den gemeinnützigen Betrachtungen der neuesten Schriften* (Erlangae 1800. 8. p. 145—151.): — *Geo. Laur. Bauer*, *Entwurf* etc. (jam cit. §. 64. ann. 15.). — Quibus add., ex Romano-Catholicis, *Altmanni Arigler Hermeneutica Biblica generalis, usibus Academicis accommodata*, Viennae 1813. 8. — Tandem vero hoc loco non plane silendum videtur de Medici Amstelaedamensis, *Ludovici Meyer* scriptione, minus licet probanda et quae turbas cievit, inscripta: *Philosophia S. Scripturae interpres; Exercitatio paradoxa, in qua veram Philosophiam infallibilem S. Literas interpretandi normam esse apodictice demonstratur* etc. (Eleutheropoli (Amst.) 1665. 4.); cujus mox ibid. a. 1667. prodiit Belgica interpretatio hoc titulo: *De Philosophie d'Uitlegster der H. Schriftuur:* quamque, post alteram editionem, forma octava adornatam, eàdem denuo forma *tertium* edendam curavit, *appendice Joachimi Camerarii auctam*, et *cum* suis *notis variis et praefatione*, *Jo. Salomo Semler* (Halae Magd. 1776. 8.). De ea qui plura cupiat, adire poterit *Placcii Theatrum Anonymorum*, N°. 830. *Trinii Freydenkers-lexicon*, pag. 360. *Benthemium*, *Clericum*, *Baylium* et *Wolfium* (sed qui sua *Crenio* se debere fatetur), citati a *Walchio* (in *Biblioth. Theol. Sel.* Tom. I. pag. 784 sq., ubi eos recenset, qui calamum in *Meyerum* strinxerunt), et *Annaeum Ypey*, in *Kerkel. Gesch. der XVIII. Eeuw*, Tom. VII. pag. 240.

(30) Veluti *Semlerus*, *Bauerus*, *Meyerus*, *Paravius*, quos citavimus ad §. 64. ann. 6 et 15. Quibus add., ex Romano-Catholicis, *Josephi Juliani Monsperger Institut. Hermeneuticae V. T.*, quarum Pars *prior interna V. T. Hermeneuticae subsidia complectitur*, *altera externa exhibet* (Vindobonae, ex *altera*, *emendata* et *aucta* ed., 1784. 8.). Insunt huic etiam libro, quae ad *Criticam V. T.* et ad *Introductionem in V. T.* rectius, quam ad *Hermeneuticen*, referuntur.

(31) Hic primo loco memorandus aureus *Joannis Augusti Ernestii* libellus, *Institutio Interpretis Novi Testamenti* inscriptus, qui primum Lipsiae prodiit a. 1761, dein 1765. (nam, quae praecesserat, Leidensis, inscio auctore et, postquam rescivisset, improbante facta est), tertium 1775. 8.; quartam et quintam editionem debemus *Christophoro Friderico Ammon*, a. 1792 et 1805 8., quam utramque *suis observationibus* auxit, quas tamen non omnibus probavit. (Vid. e. g. *Jodocus Heringa E. F.* ad *Seileri Hermeneuticen*, belgice versam, p. 15.). — Post *Ernestium* mox memorandus, qui eum interpretatus est, *Sam. Frid. Nathan. Morus*, eximius, si quis alius,

No-

Novi Testamenti interpres et interpretandi artis magister, cujus subtilitatem exegeticam diligenter observet futurus Theologus et imitari studeat, elucentem maxime in Ejus *Dissertationibus Theologicis et Philologicis*, Lipsiae II. Tomis ed. 1787 et 1794, atque iterum 1798. 8. — Quibus (ut hoc jam, tanquam in transcursu, alieno licet loco, utilitatis tamen ergo, hic adspergam; quibus) igitur *Mori Dissertationibus*, omnium in hoc genere, me quidem judice, optimis, adjungant Theologi futuri *Joannis Augusti Noesselt Opuscula ad interpretationem Sacrarum Literarum*, Halae, II. Fasciculis, a. 1785 et 1787, 8., quibus adjectae sunt a. 1803. *Exercitationes ad Sacrarum Scriptt. interpr.* — Item *Gottl. Christiani Storr Opusc. Academica ad interpretationem Librorum Sacrorum pertinentia*, Tubingae, III. Voll. 1797 sqq. 8. — *Geo. Christiani Knapp Scripta varii argumenti, maximam partem exegetici et historici*, Halis Sax. 1805 et iterum 1823. II. Tomis, uno Vol. 8. — Plurima quoque, ad interpretandi artificium rite discendum facientia, offendent in *Opusculis Jo. Chr. Doederleinii*, utriusque *Tittmanni*, Patris nim., *Car. Chr.*, et Filii, *Jo. Aug Herm.*; item in *Opusc. Flattii*, *Schottii*, *Reinhardi*, *Krausii*, *Keilii*, *Griesbachii* aliorumque; quos cum longum sit omnes atque singulos recensere, tum alibi jam data opportunitate plerosque memoravimus. — Verum ad praestantissimum *Morum*, a quo jam satis diu deflexit oratio, redeamus. — Hic igitur cum subinde, dum viveret, Scholas in *Ernestii Institutionem* habuisset, post obitum, ex discipulorum ejus schedulis, omnino ipsi *Ernestinae Institutioni* adjungendas, *Mori, Super Hermeneutica Novi Testamenti, Acroases Hermeneuticas editioni aptavit et praefatione et additamentis instruxit*, atque omnino ornavit, *Henricus Carol. Abrah. Eichstädt* (Lips. II. Voll. 1797 et 1802. — *Tertium* Volumen adhuc desideratur, et, ut unquam a Viro Eruditissimo, sed edendis Ienensibus Ephemeridibus aliisque rebus occupatissimo, edatur, vehementer veremur. Utinam tamen vel ipse aliquando, vel, si hoc per rerum suarum rationes aut nolit, aut omnino non possit, praestantiori cuidam ex discipulis hanc telam, suis sub auspiciis, pertexendam committat! (Conf. dicta ad §. 63. ann. 5. et ad §. 64. ann. 2.). — Porro *Christiani Daniëlis Beckii Monogrammata Hermeneutices Librorum N. T.*, quorum tamen non nisi *prima* Pars Lipsiae, 1803. 8. prodiit, reliquas frustra dudum praestolati sumus, nunc a venerabili Sene vix flagitando extorquere audemus. Libellum studiis adhibenti Theologiae alumno proderit potissimum Scriptorum de praecipuis rerum capitibus accuratum indicium et locuples. — Addi etiam poterunt: *Car. Theoph.* (*Gottlieb*) *Bretschneider, Die historisch-dogmatische Auslegung des N. T.; nach ihren Principien, Quellen und Hülfsmitteln* (Lips. 1806. 8.); — *Caroli Aug. Theoph. Keil Lehrbuch der Hermeneutik des neuen Testamentes nach Grundsätzen der grammatisch-historischen Interpretation* (Lipsiae 1810. 8.), cujus Latinam interpretationem, inscriptam: *Elementa Hermeneutices N. T.*, adornatam a *Christiano Aug. Godofr. Emmerling* (ibid. 1811. 8.) *Keilius*

*lius* celeberrimo *Voorstii* nostratis, Viri Cl., nomini inscripsit; — *Jo. Jacobi Griesbach Vorlesungen über die Hermeneutik des N. T.*, quas post auctoris obitum edidit *Jo. Carolus Sam. Steiner*, Noribergae 1815. 8.; — *Friderici Lücke Grundriss der neutestamentlichen Hermeneutik und ihrer Geschichte*, Goett. 1817. 8.; — *Theophili Philippi Christiani Kaiser Grundriss eines Systems der neutestamentlichen Hermeneutik*, Erlangae 1817. — Neque hic prorsus praetermittendus videtur *Gerardi Benthem Reddingii* liber, populariter conscriptus et Groningae a. 1807. 8. editus, cui titulum fecit: *Uitlegkundig Handboek des Nieuwen Testaments, voor Ongeleerden.* Huic vero accesserunt: *Opheldingen van sommige plaatsen van het Uitlegk. Handboek*; caet., ibid. 1808. 8.

Atque haec quidem ea de re pro nostro instituto sufficiant. Plura vero qui cupiat, adeat, praeter *Buddeum* in *Isagoge*, *Walchium* in *Bibliotheca Selecta*, *Noesseltium* et *Simonem*; *Erschium* et *Böckelum*, *Bertholdum* item, *Stäudlinum*, et *Franckium* in *Encyclopaedia*, similesque Scriptores, — quos inter commendamus denuo, indicatum jam ann. 8. venerabilem Sacrorum Antistitem Leidensem; — praeter istos igitur, adeat, cui volupe est, *D. G. Niemeyerum*, in *Predigerbibliothek* (§. 14. ann. 5. laud.), Tom. I. (ex ed. Halensi 1782. 8.) pag. 157 sqq., *Ern. Frid. Car. Rosenmullerum*, in *Handbuch für die Literatur der Biblischen Kritik und Exegese* (Goett. 1797. IV. Voll. 8.), Tomo IV. pag. 1—166; et *G. W. Meyer*, *Gesch. der Schrifterkl.* Tomo V. (de quo cf. §. 66. ann. 5.).



CA-

# CAPUT TERTIUM,

## DE THEOLOGIA HISTORICA.

### §. 68.

*Conspectus.*

Ut *Exegeticae* (1), ita et *Historicae*, *Theologiae* minus commoda quidem, nec tamen spernenda prorsus, denominatio est. Sicuti illa primo προπαιδεύσεως capiti respondet, ita haec secundo. Vocatur enim hoc nomine ea *Studii Theologici* pars, quae proprie et prae caeteris *historici* generis est. Posset quidem eo nomine ipsa etiam *Dogmatica*, quae dici solet, imo et *Moralis*, Theologia insigniri, quatenus positiva utraque est, et effatis Jesu et reliquorum Virorum divinorum, adeoque causis historicis et in facto positis, nititur. Verum, quoniam non nuda dictorum Jesu Apostolorumque et Prophetarum recensione absolvitur, sed subtilis est eorum digestio et expositio, *Philosophiae* praesertim ope facta, et ad Scholae severitatem et Systematis formam instituta, non immerito ab *historica*, quae κατ' ἐξοχὴν dicitur, parte disjungitur et distinguitur. Est vero haec ipsa vel sic jam satis ampli ambitûs; complexa quippe non tantum ipsam *Ecclesiasticam Historiam*, sive fatorum, quae Ecclesia quovis aevo experta est, prosperorum et adversorum enarrationem, sed insuper doctrinas complures arctissime cum ea connexas (2). Ipsa vero, de qua hic agitur, Historia, vel *Biblica* est (sive *Sacra*), vel *Ecclesiastica* strictiore sensu. Atque *haec* iterum est, vel *generalis*, universe omnia, quae alicubi et aliquando Ecclesiae acciderunt, aut in ea gesta sunt, exponens, vel *peculiaris* (*specia-*

*cialis*); prouti, sive ad quasdam tantummodo regiones, ad quaedam tempora, restringitur, sive in ea vel *dogmatum*, vel *rituum*, vel *regiminis ecclesiastici*, vel aliarum rerum, peculiaris habetur, aut certe praecipua, ratio. Quid? quod in ipsa *generali* Ecclesiae Historia ingens est copia factorum et varietas observanda; eorumque, aliorum *primis* rei Christianae seculis gestorum, aliorum aetate *media*, aliorum *novissimis* temporibus, repurgata Sec. XVI. Sacra secutis. Quae cum ita sint, ut de singulis aliquid saltem, pro instituti ratione, in medium proferri queat, hîc imprimis brevitati opera nobis erit danda.

(1) Cf. §. 56. ann. 2.
(2) Cf. Sect. I. c. 3. §. 35 sqq.

## §. 69.

### *Doctrinae notio et partes.*

*Historia Ecclesiastica* vel *Ecclesiae* quid sit, vix opus videtur de industria exponere. Interdum patet quidem hoc nomen latissime, ut omnem quarumvis religionum et superstitionum historiam comprehendat. Verum raro vox *Ecclesiae* sumitur tanta significatûs amplitudine, ut omnes omnino, religiosos homines, quam demum cunque Deum colendi rationem tenuerint, una cum verae religionis professoribus, includat. Vulgo usurpatur de hominum, Deum verum colentium, societate (1). Qualem cum inde ab initio humani generis jam exstitisse constet, dum tamen antiqua ejus conditio, quasque olim, ante, et haud ita diu post, Jesu Christi e terris discessum, subierit, vicissitudines, aliunde, quam ex *Libris* utriusque Foederis *Sacris*, recte disci nequeunt, intelligitur, quam ob causam *Sacrae* etiam (i. e. *Biblicae*) Historiae suus hîc concedi soleat locus (2). Ad eam nimirum *duo* referuntur. *Priore* quidem loco ea omnia veniunt, quae ante natum Christum Ecclesiae, sive *ante* latam Legem *Mosaicam*, sive *post*, acciderunt, communi nomine *Historia Sacra* (vel *Ec-*

*Ecclesiastica*) *Veteris Testamenti* dici solita; quorum generalem expositionem, Philologiae et Antiquitatis omnis (*profanae* praesertim) subsidio factam, debemus et aliis (3) et *Joanni Francisco Buddeo* (4). *Alter* vero locus cedit illis eventibus, quos Euangelistae in suis de vita Jesu Commentariis, et Lucas in Actis Apostolicis, memoriae prodiderunt, vel et Apostoli, in suis, ad Coetus Christianos datis, tetigerunt Epistolis. Reliqua vero, quae per octodecim retro secula acciderunt, omnia ad Historiam *Ecclesiasticam*, magis proprie et stricte dictam, referuntur. Haec autem, siquidem initium ab ipso nato Servatore ducitur, quod plerumque fit, audit *Historia Ecclesiastica* simpliciter, vel, addita determinatione, *H. E. Novi Testamenti* (vel *Foederis*), vel adeo, *Historia Ecclesiae Christianae*. Hujus autem denuo *duae* sunt, sive Partes, sive Sectiones praecipuae. Altera ad *externa* fata spectat, ad *interna* altera. *Externa* ea sunt, quae arctissime junguntur cum illis eventibus, de quibus exponit *Historia Civilis;* verbi causa, cum omnibus illis conversionibus politicis, factis et *περιστάσεσι*, quibus adjuta fuit interdum et promota, vel e contrario impedita et repulsa, Religionis Christianae per orbem terrarum propagatio. In posterioribus hisce, quod facile intelligitur, non ultimum locum occupant facinora, vel *Judaeorum*, vel *Ethnicorum*, praesertim *Imperatorum* Romanorum, qui homines Christianos misere vexarunt, et ferro flammisque, ad repudiatam superstitionem denuo amplectendam, compellere conati sunt. *Interna* vero fata dici possunt ea, quae vel *res* Christianas, vel *personas*, ita spectant, ut, sine respectu etiam ad Historiam Civilem, non prorsus incommode per se possint considerari. Huc referas *doctrinae* Ecclesiasticae *expositionem* primam, *propagationem*, *vicissitudines*. Primo scilicet tempore simplex illa fuit, et pauca numero dogmata complectebatur; dein aliis aucta est insigniter, potissimum occasione serpentium errorum (*Haeresium*), contra quorum auctores (*Haeresiarchas*) et professores (*Haereticos*) defendebatur sanior

nior doctrina a Doctoribus (*Orthodoxis* nempe dictis, et *Catholicis*). Saepius praeterea mutata est Ecclesiastica doctrina, diuque valde corrupta, tandem vero ad pristinam simplicitatem identidem revocata. — *Porro* hic in censum veniunt *ritus*, religiosum cultum constituentes, initio quoque paucissimi numero et admodum simplices, mox sensim sensimque aucti et majore cum pompa et splendore celebrati. — Adhaec *disciplina ecclesiastica*, initio mira se simplicitate et lenitate commendans, postmodum majore cum strepitu et severitate, sed a qua rursus valde remittebatur interdum, exercitata et in systematis quasi formam redacta. — Insuper diversa admodum diversis temporibus locisque *cogitandi* et *vivendi* ratio. — Postremo *regimen* Ecclesiae, quod primo tempore penes omnes Presbyteros fuit, dein ad Episcopos, eximie sic dictos, praecipue devolutum, itemque ad Archiepiscopos, Metropolitas, Patriarchas, tum et ad illorum Synodos aut Concilia, denique ad Papam, sive Pontificem Romanum, tamquam universalem Christi in terris, ut putabatur, vicarium.

(1) De voce *'Εκκλησία* ejusque apud Graecos usu, tum et de vario ejus et peculiari significatu, tam Biblico quam Ecclesiastico, ab Institutionum Theologiae Dogmaticae Scriptoribus de industria agi solet; ad quos igitur brevitatis ergo lectores sunt ablegandi. — Nunc autem, hoc loco, prae caeteris commemoranda est Collegae conjunctissimi, *Nicolai Chr. Kistii*, *Dissertatio Teyleriana*, de qua vid. infra §. 102. ann. 24.

(2) V. c. a. *Frid. Spanhemio*, *Hermanno Venema*, aliisque.

(3) E. gr. *Jac. Cappello*, *Jo. Andr. Schmidio*, *Isbr. Hamelsveldio*, aliis. Solebant olim aliqui Theologiae in nostris Academiis Professores, ex illis praesertim, quibus Historiae Ecclesiasticae tradendae munus diserte demandatum erat, in hanc Historiae Ecclesiasticae partem Biblicam peculiares subinde Scholas habere. Nonnulli vero alternis, cum altera Historiae parte, vicibus eam paulo uberius declarare. In *illo* quidem *genere* prae caeteris plerisque medio Sec. XVIII. eminuit Clarissimus apud Rheno-Trajectinos Theologus et Philosophus, *Guilielmus ab Irhoven*: ad *hoc* vero referendus erat, quem ipsi nos, in eadem Universitate literaria Trajectina, a. 1791. de *antiquissima* Historia (ab *Adamo* ad *Noachum*) fuse exponentem audivimus, Vir. Cl., *Guilielmus Laur. Brown*.

(4) *J. F. B*, *Historia Ecclesiastica Veteris Testamenti ab orbe condi-*

*dito ad Christum natum, variis observationibus illustrata*, conscripta a. 1715, cujusque *quarta* editio prodiit Halae 1744. II. Tomis 4. De eximio opere vid. quomodo ipse referat Auctor in *Isagoge Historico-theol.* p. 776b.

## §. 70.

### *Fontes Historiae Ecclesiasticae.*

Historiae, de qua hic agitur, *fontes* permulti sunt, et varii admodum generis, maxime pro diversis illius partibus. Quod ad *Sacram Veteris Testamenti* Historiam, limpidissimi omnium et prope unici sunt ipsi Libri *V. F.* sacri, imprimis historici, de quorum ἀξιοπιστίᾳ, universe spectata, nullum esse potest dubium (1). Mox vero, praesertim quod ad tempora, ultimos Prophetas Hebraeos secuta, ad eos accedunt *Libri Maccabaeorum*, non singuli quidem illi ejusdem auctoritatis (2), sed quorum qui vulgo *primus* audit (3), historiam enarrans Hasmonaeorum, quos inter Judas, dictus Maccabaeus, eminuit, Scriptorem habuit et veri studiosum et valde accuratum. Huic jure merito proximus adjungitur *Flavius Josephus*, homo Judaeus, sed Graecarum literarum haud imperitus, qui et illustrat Virorum Sanctorum narrationem, et ubi illi desinunt, filum historicum amplius pertexit ad alterum usque Hierosolymorum excidium, quod per Romanos effectum est. Cui quamvis per omnia prorsus confidere nequaquam possimus, universe tamen, ex sententia summorum Virorum, *Scaligeri*, puta, *Vossii*, *Casauboni* similiumque, Scriptor diligentissimus habendus est et φιλαληθέστατος (4). Atque hi quidem in hoc genere sunt praecipui: minoris vero momenti, nec tamen plane spernendi, alii. Quorsum referendi, ex *Judaeis*, Rabbi *Abraham Ben* R. *Samuel Zacutja*, R. *Gedalja Ben* R. *Joseph Jachin*, et, qui illis dudum praecesserat, auctor Libri, inscripti *Seder Olam Rabba* et *Suta* (5); ne de *Josepho Gorionide*, aut *Hegesippo*, homine ex Judaeo Christiano facto (6), dicamus (7): tum ex *Veteris Ecclesiae Christianae Doctoribus* (Patribus), aliisque *Scri-*

*ptoribus Ecclesiasticis* aut *Chronographis*, *Julius Africanus*, *Eusebius*, *Georgius Syncellus*, et praecipue *Sulpitius Severus* (8). Atque his etiam *profanorum*, quos vocant, nonnulli addendi sunt; sive *Orientales* illi, ut *Georgius Elmacinus*, *Gregorius Abulpharagius*, *Abrahamus Echellensis* (9); sive *Graeci* et *Latini*, qui, *vel ex instituto* tractarunt res *Judaeorum*, veluti *Alexander Polyhistor*, *Antonius Julianus*, *Apion Plistonices*, *Apollonius Molo*, *Aristaeus*, *Artabanus*, *Cleodemus Malchus*, *Eupolemus*, *Hecataeus*, *Theodotus*, alii, quorum fragmenta quaedam vel indicia saltem, apud *Josephum*, *Eusebium* (10) aliosque supersunt (11): *vel* qui istas Israëliticas res *data opportunitate* attigerunt, uti *Strabo*, *Plutarchus*, *Tacitus*, *Justinus*, alii (12). Praedictis autem fontibus diligentissime usi sunt *Samuel Shukford* (13), *Casparus Gottl. Langen* (14) et, his etiam praestantior, *Humphredus Prideaux* (15); ne de aliis (16) dicamus.

Sed Historiae *Novi Testamenti* Ecclesiasticae, si ipsas Jesu Christi Apostolorumque res gestas spectes, quas *Sacra* etiam Historia comprehendit, non alii *fontes* limpidi *sunt*, quam ipsi Libri *Novi Foederis* Sacri. Nam, quae his addi solent, *apocrypha* et *pseudepigrapha* (de quibus cf. §. 59. ann. 9.), nisi sublestae omnia, dubiae certe sunt fidei. — At vero *Ecclesiasticae*, quae stricte dici solet, N. T. Historiae praecipui *fontes* duplicis sunt generis. *Unum* complectitur *publica monimenta*; qualia sunt Imperatorum Romanorum et Regum Decreta (17), Acta Conciliorum (18), Leges Ecclesiasticae (19), Bullae Paparum (20), Fidei confessionis formulae (21), Liturgiae (22), Inscriptiones (23), Imagines, Monetae, caet. (24). *Alterum* genus continetur *Scriptoribus Ecclesiasticis*, praesertim *historicis*; quales sunt, e *Graecis*, *Eusebius Pamphili*, *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, *Philostorgius*, *Evagrius Scholasticus*, *Theodorus Lector*; ad quos accedunt *Latini* aliquot, veluti *Ruffinus*, *Sulpitius*, *Epiphanius Scholasticus*, *Cassiodorus* et *Gregorius Turonensis* (25). *Patres* autem *Ecclesiae*, qui vocari solent,

quem

quem hic praestent usum, disputatur. Nam, *et* eorum sub nomine haud raro edita sunt et circumlata scripta, quae minime gentium ab iis profecta sunt; *et* germana eorum opera non paucis in locis sunt depravata, mutilata, interpolata: *et* ipsi deprehenduntur interdum, *vel* neque rebus interfuisse neque idoneis nixi esse testimoniis, *vel* praejudicatis opinionibus offuscati fuisse, aut adeo superstitiosi et creduli. Unde mirum non est, si quaedam sint in Historia Ecclesiastica non prorsus certa: neque Viris Doctis, si quidem de *Patribus*, eorumque, quod ad res in facto positas enarrandas, *fide*, minus benigne interdum judicasse comperiantur, vehementius succensendum (26). — Ad istos vero omnes Scriptores *Ecclesiasticos* accedunt etiam alii, sive *Epistolographi*, sive *Peregrinatores*, sive *Historici*; et in his, quod quidem *priora* rei Christianae secula attinet, potissimum *Graeci* et *Latini*, superstitioni *Ethnicorum* addicti, veluti *Ammianus Marcellinus*, alii; quod ad *insecuta* ferrea medii aevi tempora, *Arabes* quoque, in his auctor *vitae Saladini* (27), *Geo. Elmacinus* (28) et *Abulfeda* (29). De quibus omnibus *cum* consuli meretur *Christ. Frid. Guil. Walchius* (30), *tum* hoc imprimus observandum est, utriusque fontium generis nullum certum usum esse, nisi *Criticum*, quo nimirum primum in eorum authentiam, dein in verum sensum, denique in fidem, quam mereantur, historicam, ex arte inquiratur (31).

(1) Cf. §. 56. Caeterum conf. *J. F. Buddeus*, in *H. E. V. T.* Proleg. §. 8. Tom. I. pag. 7.

(2) Leg. prae aliis *Gottl. Wernsdorffii Comment. de fide historica librorum Maccabaeorum*, Vratislaviae 1747. 4. De *Froelichio*, quem *Wernsdorffius* refutavit, cf. *Bertholdi Introd.* in *LL. SS.* Tom. III pag. 1080.

(3) Leg. imprimis *Jo. Dav. Michaëlis*, ad Lib. I. Macc. vernacule ab eo versum, quem belgicum fecit *Isbrandus van Hamelsveld*, Amst. 1787. 8.

(4) De *Josephi* Opp. eorumque editione optima conf. dicta §. 51. ann. 12. pag. 213. — De *Josephi* auctoritate et meritis, prae aliis multis, hic leg. *Buddeus*, l. c. Prol. §. 9. pag. 8 sqq.

(5) De his cf. *Budd.* §. 11. pag. 16 sq.

(6) *Budd.* §. 10. pag. 12 sq.

(7) *Budd.* ib. pag. 13 sqq.

(8) *Budd.* §. 14. pag. 29 sqq.

(9) *Budd.* §. 11. pag. 18 sq.

(10) Praecipue Libro IX. *Praeparationis Euangelicae.* — Caeterum de *Eusebio*, primario sane rerum Christianarum enarratore, ut multa, si id nunc agendum videretur, dicenda haberemus, ita, quominus de industria hoc agamus, facit opera, quam in *Eusebio* judicando nonnulli recentiorum collocarunt. Vid. *Jo. Fr. Lebr. Danz* (*De Eusebio Caesar. Hist. Eccl. Scriptore, ejusque fide hist. recte aestimanda* (Jenae 1815. 8.), p. 3, 8 sqq. et alibi passim, ut et, quos excitat, Viri D.

(11) *Budd.* §. 12. pag. 19 sqq.

(12) Ex quibus solis *Joannes Jacobus Schudt* excerpsit *Compendium Historiae Judaicae*, Francof. ad Moen. 1700. 8. cf. *Budd.* l. c. §. 12. pag. 21.

(13) *The sacred and profane history of the World connected*, Lond. 1743. IV. Voll. 8. (Germanice, Berolini 1731. III. Voll. 4. Franco-Gallice, L. B. et Parisiis, III. Voll. 12.).

(14) *Versuch einer Harmonie der heiligen und profan-Scribenten in den Geschichten der Welt*, Bareuthi, 1775. III. Voll. 4.

(15) In opere eximio, quo „Theologiae Studiosus,'' uti quidem putavit *Gesnerus* (*Isag.* I. 456.) „sine incommodo aliquo suo non potest carere," et de quo cf. dicta ad §. 51. annot. 12., quibus addatur, quod Gallica versio, mutata inscriptione: *Histoire des Juifs et des Peuples voisins*, Amstelodami prodiit 1722. V. Voll. 12.

(16) Citant eos *Buddeus*, cum in *Isagoge*, tum in *Prolegomenis* ad *Hist. Eccl. V. T.*; — *Baumgartenus*, ad Tom. II. *Historiae Univ.* ab Anglis adornatae, Germanice versae, pag. 7—27.; — *Walchius*, in *Bibl. Th. Sel.* III. 45—109.; — et *Noesseltus*, in *Anw. z. Kenntn. d. b. Büch.* §. 88. alii.

(17) E. g. *Codex Theodosianus*; — *Baluzii Collectio Capitularium Regum Francorum*, etc.

(18) Collecta ab aliis (e. g. *Labbeo*, *Baluzio*, *Harduino* etc.) et *Joanne Dominico Mansi*, Florentiae et postea Venetiis 1759. XXXI. Voll. f. m. — Add. *Richerii Hist. Concilior. general.* III. Voll. 8. — Conciliorum *Anglicorum*, *Gallicorum* etc. Collectiones. — *Geo. Dan. Fuchsii Biblioth. d. Kirchenversammlungen des 4. und 5. Jahrh.* Lips. 1780. IV. Voll. 8. caet.

(19) Vid. *Biblioth. Juris Canonici Voellii et Justelli*; — *Beveregii Συνοδικόν*; — *Corpus Jur. Can.* caet.

(20) *Bullarum* — *amplissima collectio Car. Cocquelines*; — *Constant* et *Schoenemann*, caet. — Add. *L. M. Eisenschmid*, *Römisches Bullarium, oder Auszüge der merkwürdigsten päpstlichen Bullen, aus authentischen Quellen, durch alle Jahrhunderte, bis auf die neueste Zeit; übersetzt, u. mit fortlaufenden historischen, archäologischen u.*

und

*und. nöthigen Bemerkungen versehen*, Neostadii ad Orlam, II. Voll. (I. ab a. 453 ad 1535, II. ab a. 1535 ad 1830) 1831. 8.

(21) Collectae sunt antiquissimae in *G. C. F. Walchii Biblioth. Symbb. vet.* Lemgoviae 1780. 8. Alibi hac de re data opera agendum erit §. 90. ann. 3 sqq.

(22) Quas collegerunt *Renaudotus*, *Assemannus*, *Ludovicus Ant. Muratorius*, *Geo. Frid. Seilerus*, alio loco rursus memorandi (§. 100. ann. 6, 7.).

(23) Quales occurrunt in Collectionibus *Grüteri*, *Muratorii*, aliis, mixtae cum inscriptionibus exteris. (Conf. supra §. 35. ann. 23.). Add. *Roma subterranea Kircheri.*

(24) De his omnibus, quae verbulo tantum tetigisse nunc quidem suffecerit, conferendi sunt paulo inferius laudandi Historiae Eccl. Scriptores; in his, quem hic quidem potissimum secuti sumus, *Guil. Münscherus*, in Compendii utilissimi, postea suo loco (§. 74. ann. 5.) indicandi, §. 4.

(25) De Scriptoribus Ecclesiasticis legendi sunt, v. gr., *Guilielmus Cave*, in *Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria*, Oxoniae 1740. et Basileae 1741. II. Voll. f. m.; — *Ludovicus Ellies Du Pin*, *Bibliothèque des Auteurs Ecclésiastiques*, Parisiis 1686. XLVII. Voll. 8. (Amst. 1693. XIX Voll. 4.); de quo opere conferendum est judicium *Richardi Simon*, in *Critique de la B. d. A. E.*, Parisiis 1730. IV. Voll. 8. — *Fabricium*, *Oudinum*, *Ceillerium*, alios, hic mittendos putamus, infra commodiore loco excitandos.

(26) In his est *Joannes Dallaeus*, cujus *Traité de l'emploi des Saints Pères pour le jugement des différens de la Religion* prodiit Genevae, 1632. 8., Latine, cum auctoris additamentis et emendatione, a *J. Mettayero* versa ibid. 1665 et 1686. 4., Anglice vero 1651. Ejus *Epitome* edita est Tubingae 1692. 12. a M. D. C. E. M. — Virum Doctum vehementer reprehenderunt, ex Romano-Catholicis quidem, *Jacobus Boileau*, *Dionysius Samarthanus*, *Richardus Simon*, *Nicolaus de Nourry*, *Natalis Alexander*, *Jo. Bapt. Cotelerius*, *Jo. Mabillonius*, ex Protestantibus vero Episcopalibus *Hammondus*, *Beveregius*, *Pearsonus*, *Bullus*, *Boylius*, *Montacutius*, *Doddwellus*, *Scriverenus*, quibus hac parte adjungendus est *Petrus Zornius*. Eumdem vero defenderunt et laudarunt *Lud. Molinaeus*, *Jo. Eduardus*, *Gisbertus Voetius*, *Jo. Henr. Hottingerus*, *Alexander Morus*; praecipue *Thomas Ittigius*, *Jo. Clericus*, *Daniel Whitby*. Media autem via, ut plerumque, ita et hic incedendum esse videtur, cum negari nequeat, *Dallaeum* haud raro severiorem esse in S. Patres, ne dicam, iniquum. Qua de re *Niceronus*, *Fabricius*, *Crenius* et *Engelschallius*, ut de universa *Dallaei* causa *Jo. Geo. Walchius* (in *Bibliotheca patristica*, *literariis annott. instructa* (Jenae 1770. 8.) Cap. XV. §. 9. pag. 569 sq. et §. 11. pag. 573—579), consulendi sunt. Caeterum, legi hac opportunitate utiliter poterit *Chemnitius*, in Oratione *de lectione Patrum*, quam *Rechenbergius* suo *Historiae Eccl.* Sum-

*Summario* adjecit; ut et *Frid. Spanhemius*, in *Canonibus*, observandis in H. E. V. T., *Operum* Tom. I.

(27) Ab *Alb. Schultensio*, L. B. 1732. f. m. editae.

(28) In *Historia Saracenica*, a *Thoma Erpenio* curata et post ejus obitum, L. B. 1625. f. m., evulgata.

(29) In *Annalibus Moslemicis*, (de quibus cf. §. 52. ann. 1. p. 215.).

(30) *Kritische Nachricht von den Quellen der Kirchenhistorie*, Lips. 1770. 8.

(31) In *prima* disquisitione, (sive, de *authentia*) Studioso usum praestabunt opera de *Diplomatica arte*, supra a nobis (§. 38. ann. 10, 11 et 12.) indicata, ut et alia similia; — in *secunda* vero (sive, de *sensu*), *Glossaria*, peculiarem Scriptorum Ecclesiasticorum in loquendo consuetudinem indicantia; veluti *Jo. Casp. Suiceri Thesaurus Ecclesiasticus, ex Patribus Graecis collectus*, saepius editus, e. g. Traj. ad Rhen., 1746. II. Voll. f. m.; *Christ. Godofr. Schützii* et *Windorfii Index Latinitatis Tertullianeae*, (Vol. VI. Operum Tertull. ex ed. *Jo. Sal. Semleri*, Halae 1770. 8.); *Caroli Du Fresne*, *Petri Carpentier*, *Joannis Chr. Adelung*, *Jo. Geo. Scherzii* et *Jac. Oberlini Glossaria medii aevi*, et *mediae atque infimae Latinitatis*; ne de aliis dicamus: — denique in *ultima*, (sive, de *fide*) ipsi proderunt, quaecunque Logici, e. g. *Dion. Wynperssius* (*Log.* §. 622 sqq.), *de fide historica recte aestimanda* praecipiunt, optime ab *Jo. Aug. Ernestio* in notissimo *Programmate* exposita. Vid. *Opuscc. philol. et crit.* pag. 64 sqq. — Conf. de his omnibus denuo *Münscherus*, l. c. §. 5 et 6.

## §. 71.

### *Studii utilitas.*

Est autem diligens Historiae Ecclesiasticae studium futuro Theologo praeprimis commendandum propter insignes utilitatis fructus, qui inde, vel in Theologum peculiariter redundant, vel ipsi cum aliis sunt communes.

Ad *hanc* quidem classem referas — *primo* loco, insignem hujus Historiae vim in animo ad pietatem et virtutem informando; *cum* propter insignia praesentis providique Numinis documenta, nusquam magis, quam in Ecclesiae conservatione, propagatione, vicissitudinibus, observanda; — *tum* ob eximia probitatis et constantiae exempla, quae Viri sancti praebuerunt, omnibus imitanda; nec minus ob errorum, vitiorumque indicia, quae ipsis, quas religioni pepererunt, noxis, iisque perniciosissimis, peccati horrorem animo incutiunt. — *Praeterea* cujusvis hominis, certe homi-

mis

minis Christiani, praesertim bene nati, et cui ingenium est ad *quaeris* praeclara fictum, interest plurimum, nosse quaenam *fuerint* Religionis, quam amplexus est, Societatisque, *cui adscriptus*, religiosae origo et fata; qua ratione Christi institutio propagata sit et ad se pervenerit; quaenam de rebus, quam illa tradit, divinis antiquiores Christiani statuerint; quomodo in hunc, quo nunc conspicitur, statum Ecclesia ipsa, ejusque doctrina, ritus, regimen, caetera, pervenerint; quid denique ex his omnibus consequatur, si de sectanda *ecclesiastica*, cum hoc illove peculiari Christianorum coetu, communione, admittendaque doctrinae, quae apud eum in honore sit, formula, quaeratur. — *Juris* quidem Studiosis et Consultis quantopere prosit, Ecclesiae Historiam satis bene nosse, vel ex eo apparet, quod, judice *Gesnero* (1), « sine ejus praesidio neque Codicem utrumque (Theodosianum, puta, et Justinianeum) neque majorem Juris Canonici, neque bonam Juris Publici partem recte tractare possint." — Sed ne *Civilis* quidem Historiae pars magna, *ea praecipue*, quae a Sec. IIItio decurrit, sine accuratiore *Historiae* Ecclesiasticae notitia, satis intelligi potest (2). Quod omnino valet quoque de nonnullis, quae crebro audiuntur, verbis, *Interdicti*, v. c., *Gravaminis*, *Concordati*, caet. (3). Hinc ad rerum Ecclesiasticarum Scriptores, sive antiquos, sive mediae aetatis, sive adeo seriores (4), conferre se oportet quemque, rerum civilium accurate cognoscendarum cupidum.

Et haec fere sunt, quae ad *hanc* classem referenda videntur, praecipua, Theologo cum quovis alio homine, erudito praesertim et Christiano, communia commoda. Verum sunt et alia, ad *illam* pertinentia classem, quae *Theologo priva* est et peculiaris. Nimirum, uti pars quaedam doctrinae Christianae plane nititur, imo vero constat, rebus in facto positis, non nisi ex illa Historiae Ecclesiasticae sectione, quae eximie *sacra* dicitur, intelligendis; — ita, *primum* quidem vix poterunt doctrinae illius capita feliciter exponi et demonstrari, nisi ea tradenti satis cogni-

gnita sint et perspecta, quae meliores Ecclesiae veteris et recentioris Doctores de iis dudum tradiderunt, et praestantissima, quibus hanc in rem usi sunt, argumenta. — *Deinde* vero, ad confirmandam ipsius Theologi, eorumque qui ipsi in disciplinam traduntur, persuasionem de Religionis Christianae veritate et divina praestantia, haud parum faciet, si et ipse, et hi cum ipso, ex Historia Ecclesiae cognoscant, *cum* salutares illius effectus, tam in exstirpanda nefaria plurimarum gentium superstitione, quam in emendandis, consolandis, et, vel in dirissimis cruciatibus, confirmandis atque in veri professione constantibus reddendis, hominibus; — *tum* vero etiam singularem illam Dei curam, qua Religionem et Ecclesiam, non obstantibus tot callidissimorum potentissimorumque hostium moliminibus, omni aevo conservavit et tutatus est. — *Porro*, cum sint cujusvis fere formulae Ecclesiasticae Theologi, qui doctrinam, quae *κατ' ἐξοχὴν* orthodoxa vocatur, in nonnullis magnopere deflexisse a pristina Euangelii simplicitate, nec sine aliqua veri specie, asseverent; Theologo, ut recte sciat, quo tandem modo in hunc, quo cum maxime cernitur, statum doctrina cujuslibet, quae vocari solet, Ecclesiae, id est, Sectionis Ecclesiasticae (Graecae, Romano-catholicae, Lutheranae, Reformatae, aliarum), redacta sit, Historiae Ecclesiasticae cognitione haud tralatitia prae caeteris opus est. Nam de majore minoreve hodiernae Ecclesiae, cum antiquiore et antiquissima convenientia, ex ipsis Conciliorum aut Ecclesiae Doctorum uberioribus, quarum ansam dissensus ita dictorum haereticorum dedit, explicationibus demum judicare Theologiae cultor poterit. — *Tum* haud leve censendum, quod opinionum theologicarum origine, causisque, propter quas vel introductae sunt, vel tantis animis defensae, procul dubio non semper laudabilibus dicendis, Historiae Ecclesiasticae studio detectis, Theologus ad moderationem et tolerantiam multo magis inclinetur, quam ad pervicaciam et intemperantiam. Quot enim sententias, olim manibus pedibusque defensas, sub anathematis commi-

minatione praescriptas et inculcatas, postea loco cessisse docebitur aliis, sua denuo vice, ocius serius, oblivioni traditis! *Unde* major profecto in expendendis iis et trutinandis, antequam vel ad defendendum, vel ad impugnandum procedatur, diligentia exspectanda est (5). — *At* vero, si ad refellendos adversarios tamen pergendum est Theologo, ex Historiae Ecclesiasticae cognitione hauriet, quaecunque faciant ad profligandorum errorum originem et causas detegendas, et πρῶτα, quae dici solent, ψευδῆ indicanda; et omnino, quomodo errores aucti sint et propagati, et quinam, tanquam recocta crambe, serioribus temporibus denuo, etsi plerumque aliquantulum mutati, tanquam novi quid, et ad illum usque diem inauditi, in medium fuerint allati, aut certe ex veterioribus prognati. — *Praeterea* quoniam *et* in his defendendis, *et* in ritibus, solenne est multis, ad Veteris consensum Ecclesiae provocare (6); unde, quaeso, quam ex hujus doctrinae interiore notitia, petet Theologus, quae de talibus regant judicium, sua et aliorum de causa identidem interponendum? — *Postremo* Ecclesiastica Historia, ipsis exemplis proponendis, ipsis narrandis rerum eventibus, quaenam omni aevo Ecclesiae profuerint, quaenam nocuerint, ad oculum ostendit, neque, cur et quomodo vel utilem istam, vel noxiam, vim et efficaciam ea exseruerint, reticet. Quid igitur melius Theologum edoceat prudentiam, qua ipsi opus est, pastoralem: aut cujus demum rei ope, hac neglecta doctrina, ea, unde commoda Ecclesiae sperari queant, amplecti et sectari, alia, quae nocitura videantur, fugere, aut imminentia Ecclesiae pericula dextre avertere, aut certe sapientia eam in rem et bona consilia dare possit? Caeterum, de universo hoc argumento praecipue *Jo. Frid. Hahnius* (7), tum etiam *Jo. Clericus* (8), *Jo. Alph. Turrettinus* (9) aliique (10) consuli merentur.

(1) *Isag.* §. 586 sqq. Tom. I. pag. 478 sqq. Provocat autem ad *Balduinum*, *Gothofredos*, *Ritterum* et plures alios.

(2) Sic, ut his utar, quae Constantinus M., quae Theodosius, quae Justi-

stinianus, quae Carolus M., quae Leo Isauricus, quae Otto, quae Carolus V, quae Henricus VIII. instituerunt; — sic Pax religiosa, Pax Westphalica, et quae non? aeque pertinent ad Ecclesiasticam Historiam, atque ad Civilem. Revera ab eo inde tempore, quo Imperatores ad Christiana sacra accesserunt, pleraque, quae in republica et ecclesia acciderunt, tam arcte deprehenduntur conjuncta fuisse, ut saepissime dubius haereas de eo, quid huic, quid illi, potissimum sit tribuendum. Cf. *Gesn.* l. c. §. 570 sqq. Tom. I. pag. 460 sqq.

(3) *Reservati ecclesiastici*, *Simultanei*, *Anni decretorii*, caet. Cf. modo *Gesn.* l. c. §. 574. I. 464 sqq.

(4) *Antiquos*, modo, (§. 70. ann. 8 sqq. ad 12am usque et 25. pag. 316, 318 sq.) indicatos; — *medii* aevi, e. g. *Nicephorum*, *Bedam*, *Haymonem*, *Anastasium* Bibliothecarium, *Adamum* Bremensem, *Ordericum Vitalem*, *Albertum Krantzium*: — *seriores*, veluti *Baronium*, *Pagium*, *Raynaldum*, *Basnagium*, alios.

(5) De his aliisque conf. e. g. *Schroeckhius*, in *Christl. Kirchengesch.* Tom. I. p. 55—130. praesertim p. 79, 99. et alibi.

(6) Verbi causa, in controversiis cum *Socinianorum* et *Pseudomysticorum* familiis. — *Pontificios* praesertim et characteristica dogmata sua, et ritus sacros, et hierarchicam regiminis Ecclesiastici formam, pro antiquissimis venditare atque cum ipsa Ecclesia Christiana natis, quis nesciat? Quorum tamen omnium aetatem quis recta trutina pensitet, qui in Historia Eccl. non probe versatus sit? *Danielis Chamierii*, *Martini Chemnitii*, *Joannis Dallaei* aliorumque similium Virorum DD. scripta hoc abunde testantur. Conferri, praeter illos, utiliter poterit, qui de doctrina et ritibus Ecclesiae Romano-Catholicae praecipue egit, *Petrus Molinaeus* pater (in libro: *De novitate Papismi*, ex Franco-Gallico sermone in Latinum verso, Vesaliae 1632. 4.), et, qui de hierarchica ejus forma, *Philippus Mornaeus*, Plessiaci Dominus (in libro: *De mysterio iniquitatis*, Salmurii 1611. et saepius.). Quae vero hac in causa valent, valent ea plerumque in istis quoque litibus, quae Britannorum, hinc *Episcopalium*, illinc *Presbyterianorum*, animos dissociant, dirimendis.

(7) In *Schediasmate de insigni utilitate, quam quis ex lectione Historiae Ecclesiasticae capere potest*, Kilon. 1729. 4. Qui argumentum paene exhausit.

(8) *Orat. de praestantia et utilitate H. E.* Amst. 1712. 4. repetita in *Jo. Henr. Kappii Clarissimorum Virorum Oratt. selectis*, p. 344 sqq.

(9) *Orat. de Sacrarum Antiqq. usu multiplici atque praestantia*, repet. in *Opuscc.* Tom. III. p. 131 sqq.

(10) Huc pertinent plerique *Compendiorum* H. E., vel et *majorum Operum*, Scriptores, plerumque in *Prolegomenis* disciplinam Studiosis commendantes. Praecipuos indicabimus §. 74. Interim consuli poterit, e. g., *Car. Frid. Stäudlinus*, in: *Geschichte und Literatur der Kirchengeschichte — nach dessen Tode herausgegeben von J. T. Hemsen*, Hannov. 1827. 8.

§. 72.

## §. 72.

### *Historiae Ecclesiasticae discendae ratio.*

Itaque futuro Theologo, ut in Ecclesiasticae Historiae studium rite incumbere queat, quis modus tenendus, quae via sequenda sit, nunc, age, videamus. Qua in re id ante omnia observandum videtur, non nisi a diligente, ut linguarum, cum Graecae, tum Latinae (1), ita praesertim *Historiae Universalis*, utroque Chronologiae et Geographiae lumine collustratae, studio paratum, Theologiae cultorem ad Ecclesiasticam Historiam accedere oportere. Id quod non tantum valet de *veteri* Historia, sed de *media* quoque et *recentiore*. Sed, praemissa ista προπαιδεύσει, jam *primum* tradat se erudito *Praeceptori* in disciplinam, ejusque sub auspiciis initium studii ducat a *Compendio*, non nimis brevi illo quidem et exili, sed Compendio tamen; ut praecipui rerum eventus, et ordo, quo se exceperunt, jam quodammodo universe percipiantur, priusquam ad accuratiorem singularum rerum gestarum contemplationem descendatur. Sic enim et totum et partes insigniores facilius cum intelligentur, tum memoriae mandabuntur, eique diutius infixae haerebunt. Compendium vero excipiat uberior, licet adhuc contracta quasi, enarratio. Hanc *Opus* aliquod *majus*; primum de omni Historia Ecclesiastica, dein de eminentiore aliqua illius parte. In his vero rivulis non ita haereatur, quin ad ipsos *Fontes* Studiosus, ut primum satis a linguarum et rerum peritia paratus sit, accedat, et inde potissimum hauriat. Verum ad fontium et cognitionem et probabilem usum viam sensim pandant ista, quae diximus, Opera majora, minora. Ultimo redeatur ad *Compendium*, sed brevissimum, quod jam *Indicis* potissimum vice fungatur, atque recordationi rerum perceptarum adjuvandae et quadantenus dirigendae inserviat. Quoniam vero a facilioribus, iisque, quae tanquam fundamento sunt reliquis, in-

incipiendum et sensim progrediendum est ad difficiliora intellectu, quaeque sine illis non recte percipi possunt; apparet, quare, *porro*, Historiae *Sacrae*, quae strictius dicitur, cui privata Sacri Codicis lectione et domestica institutione (sperandum est enim) jam dudum assuevit Studiosus, primas hic partes deferendas putemus, eique adjungendum esse, non praemittendum, quicquid ad *Ecclesiasticam*, stricte dictam, pertinet. Rerum enim earum, quae mediis et ultimis seculis acciderunt vel gestae sunt, origo et causae in Sacra *Novi* Foederis Historia quaerendae sunt, hujus vero in *Veteris. Praeterea* Historia omnis in Sectiones aliquot primarias et periodos distinguenda est, neque nimis multas illas, ne confundant potius discentem, quam sublevent et adjuvent, neque nimis paucas, vix alicui usui futuras. Non enim sufficit, in tres tantummodo partes majores, *antiquam*, *mediam* et *recentiorem* sive *novam*, Historiam describere: nam *media* (ne de *antiquiore* dicam) tot complectitur, tamque insignes, vicissitudines rerumque conversiones, ut omnes simul disci et intelligi nequeant, nedum memoria retineri. Haec igitur periodus denuo in particulas veluti dissecanda est; ut *prima* complectatur illud tempus, quod a *Constantino M.* effluxit ad *Gregorii I*, cui *Magni* cognomen est, obitum; *secunda* ea statuatur, quae inde, ad *Gregorium VII* usque, decurrit, Hierarchiae papalis statorem vindicemque unum omnium acerrimum: *tertia* reliqua tempora, usque ad repurgata Sec. XVI. ineunte Sacra, complectatur. Quid? quod ipsa *nova* Historia Ecclesiastica vix commode uno tenore perlegi aut addisci potest. Quare praestat, ad pacem Westphalicam a. 1648., *priorem* novae Historiae periodum claudere, dein *alteram* addere, ab eo inde tempore ad nostra usque tempora decurrentem. Hac enim ratione multo melius haberi poterit eorum, ex quibus maximarum rerum momenta pendeant, conspectus; et quomodo earum quaeque cum antegressis et subsecutis eventibus cohaeserint, longe facilius perspicietur. Quod-

Quodsi vero per singula *Secula*, uti dudum moris erat, curratur, magna molestia creatur discenti, tam, abrumpendo decies octies filo narrationis, et saepius discerpendo, quae, *cum* agerentur vel contingerent, arctissime juncta fuerunt, et, cum narrantur, jungenda erant; quam vicissim conjungendis rebus alienissimis, quae eodem quidem seculo acciderunt, nihil vero praeterea inter se commune habuerunt. Itaque *porro* in singula quaque periodo observanda, enotanda et memoriae mandanda sunt praecipua et veluti exstantiora *facta*; quippe quae, semel bene intellecta, semper in posterum fili Ariadnei instar sunt in vasto et tortuoso Historiae labyrintho; dum simul scitu omnium utilissima sunt, et insuper egregium praebent subsidium ad alia minoris momenti, quippe cum gravioribus haud una ratione cohaerentia, in memoriam, ubi opus est, facilius revocanda. Eoque praestantius hoc subsidium deprehendetur, quo magis, ex *una* parte, omnia, quae ad se mutuo referenda sunt, quantum fieri potest, una cogitantur et cogitando conjunguntur; id quod magnopere adjuvatur *Tabularum synchronisticarum* usu, quales sunt, quas edidit *Jo. Severinus Vaterus* (2): quoque major, ex *altera* parte, praebetur attentio iis, quae cuique periodo propria sunt et peculiaria, plusque datur operae inveniendo cujusque epochae ingenio universo, intelligendaeque diversae cultûs et humanitatis, ejusque progressuum, in singula quaque, conditioni (3). Quod ipsum vero vicissim adjuvabitur distinguendis capitibus quibusdam, sive, ut vocant, *rubricis*, sub quae revocentur ea, quae, in eodem rerum genere, ad diversa tempora pertinent. Sic per omnes, paulo ante propositas, temporum periodos seorsum deduci poterunt, e. g. historia dogmatum, historia morum, historia disciplinae, rituum, fatorum externorum, tam prosperorum quam adversorum, historia Doctorum ecclesiae, Paparum, Scriptorum ecclesiasticorum, caet. (4).

(1)

(1) Neque illius purae tantummodo antiquae, sed et serioris medioque aevo admodum corruptae; cui cognoscendae *Du-Cangii Glossarium* viam prae caeteris pandit (cf. §. 26, ann. 12. p. 47.). — Multum quoque praesidii inesse in Orientalium Linguarum (Arabicae, Syriacae, caet.) studio ad rite discendam Historiam Ecclesiasticam, vix attinet verbulo monuisse.

(2) *Synchronistische Tafeln der Kirchengeschichte vom Ursprunge des Christenthums bis auf die gegenwärtige Zeit*, etc. primum Halae 1803, dein 1809, mox 1819, quartum 1825. f. m. ed. Alias mittimus, in his *Seilerianas* (*G. F. S.*, *Kurzes Innbegrif der Kirchengesch. des. N. T. in Tabellen*, Erlangae 1777. 4., ed. *J. G. Rosenmulleri*, ibid. 1796.), laudatas ab *Jo. Aug. Noesselto* (in *Anweis. zur Bild. angeh. Theol.* §. 102. Tom. II. p. 135. ed. secundae, aut p. 119. ed. *Niem.*) et a *G. J. Planckio* (in *Einleit. in die Theol. Wissensch.* Sect. III. cap. VIII. Tom. II. p. 374.). Posterior etiam memorat eas, quae inveniuntur in *Supplemento* ad editionem Venetam *Natalis Alexandri*, 1777. f. m.: at valde suadet, ut suas quisque ejusmodi Tabellas sibi ipse, suoque marte, concinnet; rei bene instituendae modum simul ostendens. Atque haec cum iis, quae paulo ante a nobis dicta sunt, oppido conveniunt. Verum praeterea non spernendus est usus Tabularum, quas *topographico-synchronisticas* vocare liceat; quales, paucis abhinc annis, edere instituit *H. W. Moellerus* (inscriptas: *Hierographie, oder topographisch-synchronistische Darstellungen der Geschichte der Christlichen Kirche in Landcharten*), Elberfeldi 1822. f. m. obliqua.

(3) *Antiquissima* rei Christianae tempora distinguuntur aurea et amabili puritate atque simplicitate, cum in doctrina et institutione Ecclesiastica, tum in morum integritate, conspicua, tum vero in Ecclesiae regimine et cultu publico. Nam etsi fuerint, qui, *Hegesippum* secuti, rem in majus augerent, nimis praeclare de pristino Ecclesiae statu sentientes; e quibus est e. g. *Guil. Caveus*; quos vel solum illud, lippis, quod ajunt, et tonsoribus notum, *Polycarpi*, Joanne Apostolo praeceptore usi, non sine gemitu et suspiriis, alta voce prolatum, dictum redarguere poterat: Ὦ καλὲ Θεέ! εἰς οἵους με καίρους τετήρηκας; — tamen, in universum, hicce veluti character primae periodo ex rei veritate tribui potest. (Conf. inter alios *Jac. Borsius*, in *Diss. inaug. de prim. hominum Christianorum vita privata*, L. B. 1825. 4. et 8. Cui adjunge *Joach. Guil. Suringar*, *Diss. de precibus primor. Chr. publ.*, ibid. 1833. 8.). — Successit *altera* Periodus, sive *media*, pristinae valde dissimilis. Nam postquam Constantinus Magnus, rerum, per universum, qua late patebat, imperium Romanum, potitus, Christianis, qui adhuc continuis vexationibus erant exerciti, pacem fecisset, ipsa eos quies in transversum egit. Nam a doctrinae simplicitate ad nimiam spinosarum quaestionum subtilitatem putidosque subinde errores, atque ab animi pietate et vitae integritate ad lites et jurgia, ad luxum quoque et mollitiem, pax eos et vitae tranquillitas abduxit. Regimen etiam Ecclesiasticum, ad ipsius Imperii gubernandi modum ac-

accommodari coeptum, Hierarchiae favit et e Pastoribus Principes et Reges effinxit. Denique auctus est numerus rituum, caerimoniarum, dierum festorum, caet.; exstructa sunt templa magnifica; cultus divinus pompa celebrari coepit et *splendore*, qualem antea Christi grex non noverat. Mitto plura. *In hac* autem ipsa media periodo initia corruptelae, progressus, culmen, *praeparatio* ad emendationem, hujusque veluti praeludia, ita distincte possunt debentque observari, ut accurate definiatur, quid crescens Monachorum numerus, horumque sive austeritas, sive depravatio et perversitas, quid in dies aucta Clericorum superbia, insolentia, avaritia moresque, in omnem libidinem et nequitiam effusi, quid Conciliorum, alia et alia indidem decernentium, inconstantia, quid Regum et Imperatorum inepta erga Romanum Pontificem indulgentia, aut ipsi resistendi conatus haud raro irriti, quid Mohammedis et successorum in opprimenda, per Asiam, Africam et insignem *ipsius* Europae partem, Christiana religione, quid expeditiones cruce signatorum, quid Antipaparum, Papis oppositorum, et discidii Graecam inter et Latinam Ecclesiam vis et efficacitas, quid Scholasticorum doctorum subtiliores quidem, nec tamen per omnia spernendae, disputationes, quid Mysticorum, sinceram pietatem et fidem Euangelicam populo commendantium, studia, quid denique inventio novi orbis, artisque Typographicae, et reviviscentes in Europa, per Graecos, qui eo aufugerant, Literae et bonae artes; quid igitur ista omnia, et plura alia, diversis temporibus, contulerint ad humanitatem cultumque vel retardandos et fere exstinguendos, vel adjuvandos et promovendos; adeoque quis propterea diversis mediae periodi epochis character universe assignandus sit. — In *tertia* autem, sive *nova*, alia denuo omnia observantur. Nam a repurgatis inde Sacris ea, quae tractu temporis fuerant depravata et corrupta, emendari coeperunt, et ad pristinae puritatem Ecclesiae simplicitatemque revocari; at non semper eodem modo eademque diligentia et constantia. Nam *prima* hujus periodi aetas potissimum pugnando, primum cum Romano-Catholicis, tum inter se ipsos, transacta est a Protestantibus. *Altera* fere securos habuit homines, patrum proavorumque decreta, sine ulteriore disquisitione, sequentes et mordicus propugnantes. *Tertia*, a medio fere Seculo XVIII, liberioris inquirendi rationis, in Scepticismum haud raro vergentis, omniaque, in his certissima quoque, vel convellentis vel certe sugillantis, aetas dici potest. Quae tamen concussio quasi et agitatio ingeniorum, tandem aliquando, quin imo magis in dies magisque, ad majorem doctrinae evidentiam animorumque, etiam in dissensu, conjunctionem, ut Deo moderante tendat, sperandum est.

Tali igitur, vel alia non prorsus dissimili, ratione distincte observari possunt praecipua, quae singulae cuique majori minorive epochae sunt propria. Pro consilio tamen, quod quisque sibi proponat, peculiari, diversa iniri poterit ratio. Sic, v. c., *Guilielmus Cave*, *Scriptorum Ecclesiasticorum Historiam Literariam* editurus (Oxon. 1688, [1740—1743.] II. Voll. f. m.), singula *Secula* diverso charactere distinxit; *Apostolicum* vocans primum, secundum *Gnosticum*, *Novatianum* tertium, quartum *Arianum*, *Nestoria-*

*num*

*num* quintum, sextum *Eutychianum*, septimum *Monotheleticum*, *Iconoclasticum* octavum, *Photianum* nonum, decimum *Obscurum*, *Hildebrandinum* undecimum, *Waldense* duodecimum, decimum et tertium *Scholasticum*, decimum quartum *Wicklefianum*, decimum quintum *Synodale*, *Reformatum* denique seculum decimum et sextum. In qua ratione *Caviana* etsi non desunt, quae merito reprehendas, inest tamen illud omnino commodi, quod praecipua, et veluti exstantiora, eaque, e quibus reliqua pleraque pendent, sic facile enotentur et ad sua tempora referantur. Melius tamen profecto et diligentius alii instituerunt, qui, spreto exiliore Seculorum distinctione, varias Epochas constituerunt; veluti, ut hunc unum hic citem, *Joannes Christianus Guilielmus Augusti* (*Lehrbuch der Christlichen Dogmengeschichte*, Lipsiae, 1805. [de qua conff. Eruditi, cum *Halenses*, tum *Jenenses* (*A. L. Z.*) ad a. 1806, illi quidem ad m. Aprilem, p. 157 sqq., hi vero ad m. Martium, pag. 401—408.], iterumque 1811, et denuo emendatius, 1820. 8.), quique ipsum presso pede sequitur, discipulus magistro dignus, *Moellerus* (modo ann. 2. cit.). Ille enim Vir doctissimus, et de historia, cum dogmatum, tum etiam rituum, perquam egregie meritus, in novem praecipuas periodos omnem dogmatum Ecclesiasticorum historiam descripsit; quarum primam, (a. 60. ad 125.) *Apostolicam* vocat, secundam (a. 105—260.) *suborientis* et serpentis studii *contemplativi* aetatem, tertiam (a. 260—325.) *generalis fermentationis theologicae*, sive animorum agitationis, quartam (a. 325—604.) *formularum doctrinae symbolicarum*, quintam (604—1073.) *Hierarchiae Papalis* ejusque in hominum animis efficacitatis, sextam (a. 1073—1517.) *oppositorum*, hinc *despotismi papalis*, illinc *systematicae rationis Scholasticorum*, sive *libertatis* et *servitutis*, septimam (a. 1517—1580.) *conversionis generalis* cum *politicae*, tum *theologicae*, octavam (a. 1580—1760.) *efficaciae Symbolicorum librorum* apud Christianos, diversis formulis doctrinae addictos, nonam denique (a. 1760. ad nostra tempora) *Philosophiae et Criticae.* — Sic igitur illi fere, pro sui quisque consilii ratione: aliam vero viam hac in re ineunt, qui aliud sibi habent propositum. Ita *Planckius* (in *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-verfassung*, Hannov., 1803. V. Tomis (VI. Voll.) 8.) longe aliter procedit. *Incipit* enim ab ipso Ecclesiae auctore et conditore Jesu, primamque ortae et efformatae *in Romano Imperio Societatis Christianae* periodum (a. 30—60.) constituit eam, qua *Christiana Societas orta est et constituta primum;* secundam (a. 60—300.), qua ejus *constitutio*, medias inter vexationes, ab summo Imperante politico institutas, magis *confirmata* fuit et *emendatior* accuratiorque *reddita;* tertiam (a. 300—600.) eam, qua, mutata Ecclesiae cum Civitate necessitudine, *illius externa conditio*, uti et *Clericorum*, plane fuit *innovata* et in aliam transformata (Vol. I.). *Mox* eam describit Ecclesiae conditionem, quae in novis Civitatibus Christianis in Occidente, inde ab harum ortu (a. 450.) ad medium usque seculum nonum, locum obtinuit (Vol. II.). *Tum* ad historiam *Papatûs* in Ecclesiae Occidentali conversus, hanc triplici Sectio-

ctione complectitur; prima epocham describente, quae decurrit a medio Sec. nono, usque ad Sec. undecimum mediam (Vol. III.); altera, quae a Sec. XI. medio, ad Sec. XIII. extremum (Vol. IV. et V. Tomis duobus): tertia denique eam, quae est a Sec. XIV. ineunte, ad Sec. XVI, sive repurgatorum sacrorum *tempora* (Vol. VI.). — Alii denuo aliter. Sed haec speciminis ergo sufficiant.

(4) Vix de singulis commode dici a nobis, in ea, quam postulant hae institutiones, brevitate, poterit. Praecipua tamen cursim et summis veluti digitis tangenda videntur.

I. Primum igitur operae pretium est accurate observare, quo modo et qua fortuna, variis temporibus, *Euangelium* inter omnes gentes *propagari* coeperit et perrexerit. Quae huc pertinent, prae caeteris notatu digna, singulari libro complexus est *Jo. Alb. Fabricius* (inscripto: *Salutaris Lux Euangelii toti orbi per divinam gratiam exoriens* etc. Hamburgi 1731. 4.); brevius idem argumentum tractante *Bened. Picteto* (in *Orat. de Christi tropaeis, Euangelii progressibus et populorum conversionibus* (Genevae 1712.); quibuscum imprimis conjungendus est *Robertus Millar* (in opere eximio, Anglice conscripto, Belgice sub auspiciis praefantis ei *Jo. Herm. Schachtii*, Amstelodami et Traj. ad Rhen. a. 1764. II. Tomis forma quarta edito, *Historie van de voortplanting van den Chr. Godsdienst en van den Ondergang des Heidendoms*). Add. *Tzschirnerus* (supra, §. 55. ann. 3. pag. 228. l.). — De iis, qui argumentum pro Christianae religionis veritate et divina origine inde desumtum, vel ornarunt, ut v. c. *Jo. Alph. Turrettinus*, *Jo. Wagenarius*, *Petrus Conradi*, al., vel impugnarunt, ut post alios *Gibbonus*, quique ipsum secuti sunt *Kotzebuïus*, *Kretschmarus*, alii, vel denique defenderunt, ut *Rob. Watsonus*, *Schoenbergius*, *Seltenreichius* (in *Comm. Soc. Hag.* ad a. 1816.), *Donkerus Curtius* (in *Bijdrag. ter Bevordering van Waarh. en Godsvr.* Tom. II. P. III. pag. 1—62. et Tom. III. P. I. pag. 1—14.), al., hic non data dicimus opera. — Sed hoc loco praetermittenda non videtur quaestio de *Miraculis*, quae in Ecclesia Christiana, post obitum Apostolorum, nonnunquam edita creduntur a plurimis, reclamantibus tamen aliis, in his praesertim *Conyerso Middleton* (in: *A free inquiry into the miraculous powers, which are supposed to have subsisted in the Christian Church, from the earliest ages, through several successive Centuries* etc. Londini, ex tertia ed. 1749. 4.; Germanice autem a *Windheimio* redditum opus prodiit Hannoverae, 1751. 4.). Hunc vero quaestionem nondum ad liquidum perduxisse, et alii existimant, et *Jo. Jac. Hessus* (*Bibliothek der heiligen Geschichte*, Tom. I. pag. 276.). Quamquam enim, quo seriore tempore patrata dicuntur, eo minorem universe fidem mereri videntur, vix tamen omnia, quae *Minucius Felix* (*Octav.* cap. 16.), *Tertullianus* (*Apol.* cap. 23, *deCorona milit.* cap. 11., *de praescript. c. haeret.* cap. 15.), *Justinus M.* (*Dial. cum Tryph.* et *Apol.* I.), *Irenaeus* (Lib. II. *adv. Haeres.* cap. 31 sq.) *Origenes* (*c. Cels.* pag. 321. ed. Ruaei), *Cyprianus*, *Lactantius* (cit. ab *Hugone Gro-*

*tio* ad Marc. XVI. 17, 18.), *Socrates* (Lib. IV. *Hist. Eccl.* cap. 27. (pag. ed. Vales. 200.) de *Gregorio Thaumaturgo*), *Augustinus* (cum alibi, tum praesertim Lib. XXII. *de Civ. Dei* cap. 8., ad quod conf. Ann. *Jo. Ludov. Vivis* et *Leonh. Coquii*, Tom. II. pag. 1045—1060.) aliique de iis narrant; vix ea igitur cuncta continuo fabulis accensenda videntur. Conf. adhuc, ex *una* parte, *Jo. Laur. Moshemius* (*De rebus Christianor. ante Constantinum*, pag. 220 sqq.) et *Cramerus* (*Fortsetz. von Bossuëts Weltgesch.* Tom. I. pag. 432.), ex *altera* vero, *Gibbonus* (*History of the decline and fall of the Rom. Empire*, Vol. II. pag. 254.) et *Schroeckhius* (*Chr. Kirchengesch.* Tom. IV. p. 381 sqq.). — In illis miraculis praesertim censentur, quae ad *Daemoniacorum* sanationem pertinent, relatam a Sec. inde III, nisi forte jam maturius, ad peculiare *Exorcistarum* munus; de quibus cf. *Antonius van Dalen* (*De orig. et progr. Idololatriae et superstitionum*, pag. 550 sqq.) et *Cotelerius* (ad *Patres Apost.* pag. 414.). — Ad ea referuntur quoque, quae de *Legione fulminatrice*, sub Marco Aurelio Antonino, narrantur, de quibus cff. *Herm. Witsius* (in pec. *Diss.*, subjuncta eruditissimo operi, *Aegyptiaca* inscripto, pag. 429 sqq.) et *Jablonskius* (in *Diss.*, *spicilegium Obss.* hac de re exhibente, inserta *Miscellaneis novis Lipsiensibus*, Tom. VIII. pag. 417.); ne *Petrum King* et *Gualth. Moylium* (cit. a *Jo. Alb. Fabricio*, in Opere inscripto: *Lux Salut. Euang.* caet. pag. 138. coll. 228.), aut alios excitem (a *Martino Stuart*, in *Romeinsche Geschiedenissen* Tom. XXVII. pag. 151., laudatos). — Ea item, quae de *Cruce*, a Constantino M., proelium committente, in nubibus visa referuntur; de quibus, post alios et prae aliis, *Jo. Alb. Fabricius* (in pec. *Exercit.* inserta *Bibliothecae Gr.* Vol. VI. p. 8—29.) legi meretur. — Insuper, quae *terrae motum* spectant, quo instaurandi templi Hierosolymitani sub Juliano Imp. conatum Providentia divina frustrata est, memoriae proditum ab *Ammiano Marcellino* (Lib. XXIII. *Hist.* cap. 1.), quem veri nominis miraculis ipse adhuc *Warburtonus* accensuit (in *Diss. Julianea*, *or a Discourse concern. the Earthquake* etc. Lond. 1750. 8.). — Sed haec sufficiant; nam de *fictis* postea *miraculis* et *fraudibus*, quae *piae* audire solent, longum sit referre, et ab hoc loco alienum. — Multo potius hic adhuc observamus, legendos esse prae reliquis illos Scriptores, qui introductae in has illasve regiones singulas Christianae religionis historiam exposuerunt; veluti, ut ex recentioribus unum, qui omnium instar est, eruditissimum Virum, honoris causa, nominatim excitem, *Fridericum Münterum*, Seelandiae, dum vivebat, Episcopum (in *Geschichte der Einführung des Christenthums in Dänemark und Norwegen*, Lipsiae, 1825. 8.). — Denique ad hunc locum referendae quoque sunt relationes *Missionariorum*, tam Romano-Catholicorum, quam Protestantium (Danorum, Anglorum, Germanorum, Batavorum, caet.). Illarum quidem plurimae inveniuntur in *Lettres édifiantes* (Rev. Pp. *Du Halde*, al.), harum vero, in scriptis e. g. *G. C. Knappii* et *A. H. Niemeyeri*, praesertim *Christiani Theophili Blumhardt* (*Missions-gesch. der Kirche Christi*, Basileae Tom. I. 1828. 8.), *Guil. Brownii* (*History of*

*of the propagation of Christianity among the Heathens, since the Reformation*, Lond. 1814. II. Voll. 8.), *Car. Gutzlaff* (*Geschiedenis der uitbreiding van Christus Koningrijk op aarde* caet. Roterod. 1826. II. Voll. 8.), *Petri Hofstede* (*O. I. Kerkzaken*, Roterod. 1780. II. Voll. 8.); ut plurima taceam alia, qualia sunt annuae *Proceedings of the Church Missionary-society for Africa and the East*, — *Magazin für die neuesten Geschichte der protestantischen Missions-und Bibel-gesellschaften*, — *Gedenkschriften van het Nederlandsch Zendelinggenootschap*, caet.

II. *Dein* cum prosperis rebus jungendae sunt adversae. Itaque attendendum ad historiam *vexationum* (vulgo *persecutionum*), quas Christiani homines, quovis aevo et ubivis terrarum, praesertim vero primis seculis, ante Constantini Magni ad Christiana Sacra conversionem, in qualibet Imperii Romani parte, experti sunt. (Conf. e. g. *P. H. Hugenholtz*, Comm. praemio ornata, *de vexatt. quas passi sunt Christiani* caet. in *Annal. Rheno-Traj.* ad a. 1817—1818.) Proxime huc spectant *Martyrologia*, praesertim antiquiora (*Eusebii*, *Hieronymi*, al. de quibus aliisque cf. *Buddei Isag.* p. 802 sqq.): in quibus plurima quidem merito fraudis suspecta sunt, neque tamen omnia prorsus et ἁπλῶς repudiari merentur. (Cf. *Henricus Doddwell* in *Diss. Cyprianica XI. de paucitate martyrum* caet.; qui de universo hoc argumento consulendus est.) Praeterea vero adhibebuntur utiliter Opera recentiora, qualia sunt *Theodorici Ruinart* (*Acta primorum martyrum sincera et selecta*, cum ejus *notis* et *observationibus*, Paris. 1689. 4., iterumque et emendatius Amst. 1713. f. m., tertium denique ex ed. *Galurae*, Augustae Vindel. 1802. III. Voll 8. — Versio Germanica, debetur *Frid. Guil. Frantzio*, Klagenfurthi, II. Voll. 1805. 8.); *Caspari* porro *Sagittarii* (*De Martyrum natalitiis* — et *de MM. cruciatibus* — *in primitiva Eccl.*, Francof. et Lips., ex emendata altera ed., 1696. 4.); denique *Antonii Galonis* (*De MM. cruciatt.*, aliquoties, optime vero Romae ed. 1688. 8. min.), aliorum.

III. Sed, cum hoc argumento arcte cohaeret aliud. Nimirum variis temporibus, vario consilio et a variis Scriptoribus, exaratae sunt *Vitae Sanctorum* hominum, quae vulgo *Legendae* vocantur. In his denuo permulta inveniuntur ficta et falsa; nec tamen propterea omnia prorsus in hoc genere scripta repudianda sunt. Praesertim vero laudem merentur *Acta Sanctorum* (quae, auctore primum et suasore *Heriberto Rosweyd*, e Soc. Jesu, a. 1629. mortuo, ab a. 1643 ad 1794., a *Bollando* et ita dictis *Bollandistis*, LIII. Voll. Antverpiae sunt edita), ideo potissimum, quod piis fraudibus adeo non favent, ut vel, in Hispania, inter libros prohibitos numerentur. Ita certe Doctiss. *Ebertus* refert (in *Allgem. Encyclop. der Wissenschaften, von Ersch und Grüber*, ad v. *Bollandisten*). Nec tamen vel sic fidem per omnia mereri haec *Acta*, dubio caret. Quis e. g. *Daniëli Papenbroeck*, uni ex Bollandistis, credat, ad unum mensis Junii diem primum, septemdecim vel octodecim millia Sanctorum referenti? Conf. *Jo. Mabillonius* (in *Diss. sur le* cul-

*culte des Saints inconnus*, Paris. 1702.): et leg. *S. de Wind* (*Bibliotheek der Nederlandsche Geschiedschrijvers*, Tom. I. p. 492.). Addantur vero istis *Acta Sanctorum Belgii selecta*, *auctore Jos. Ghesquière*, Bruxellis 1783. VI. Voll. 4. Prae aliis operam emendandis *Legendis* dederunt *Adrianus Baillet* (*Vie des Saints* etc. Paris. 1724. IV. Voll. f. m. et *Discours sur l'histoire de la vie des Saints* (antea seorsum editus ibid. a. 1690, postea majori operi insertus, Tom. I. pag. 1—118, et cujus versio Germ. prodiit Rostochiae a. 1753.), utque *Giryum*, *Croisetum* aliosque mittam, *Gothofr. Ulich* (*Lebensgeschichte der Heiligen*, Pragae et Vindob. 1782. IV. Voll. 8.) et *Lud. Th. Kosegarten* (*Legenden*, Berol. 1804. II. Voll. 8.; de quo tamen cf. *Jen. A. L. Z.* 1806. ad m. Febr. p. 395 sqq.). Emendationem autem suaserant dudum viri cordatiores, uti *Melchior Canus*: parum tamen profecturos esse, quotquot vires hac in re periclitari sustineant, *Walchius* haud sine veri specie contendit. (De istis cf. *Buddeus*, *Isag.* pag. 548.). Nostra memoria in suos usus *Legendas* egregie convertit facundissimus scriptor, Comes *de Chateaubriant* (in: *Les Martyrs* [Belgice redd. L. B. 1823. II. Voll. 8.] et aliis scriptis).

IV. Quoniam autem plerique eorum, qui inter *Sanctos* relati sunt, ad hanc illamve *religionis* (quo nomine a Sec. inde VI°. *vita monastica* insigniri coepit, cf. e. g. *Hermanni Venema Hist. Eccl.* Tom. IV. p. 726.), formam, sive ordinem, pertinuerunt, de Sanctorum vitis vix agi potest, nisi simul de *Monachis* agatur. Cum vero in *Coenobia*, sive *Monasteria* coierint tandem, quibus dudum antea vita *anachoretica* et eremitica prae sociali et civili placuerat, omnino quoque de *Anachoretis*, vitaque contemplativa, et origine ejus antiquissima atque varia forma, anquirendum est. Itaque jam a *Pythagoreis* initium ducendum videtur, neque praetermittendi *Therapeutae* Ægyptiaci, neque *Essaei* ex Judaeis (de quibus, post *Luderwaldum*, *Bengelium* et alios, qui consulatur dignus est *Jo. Jac. Bellermannus*, in *Geschichtliche Nachrichten aus dem Alterthume über Essäer und Therapeuten*, Berolini 1822. 8.). — De ipsius autem *vitae solitariae* causis, varia conditione et noxis egregie, alios ut sileam, scripsit *Jo. Geo. Zimmermannus* (*Ueber die Einsamkeit*, Troppaviae 1785. IV. Voll. 8.). — *Monasticae* vero rei initia et progressus descripserunt *Rud. Hospinianus* (*de Monachis* Libris VI. Genev. 1669. f. m.), *Antonius Dadinus Alteserra*, *Aubertus Miraeus*, *Claudius Delle* (citati *Buddeo*, *Isag.* pag. 818.). — De Monachorum *Ordinibus* universe egerunt *Philippus Bonani*, *Hermantius*, *Joach. Hildebrandus* (eidem *Buddeo* laudati), *Hippolytus* porro *Helyot* (*Histoire des ordres monastiques*, Paris. 1714. VIII. Voll. 4. Germanice, totidem Tomis, Lipsiae 1753. 4.); praesertim, ut *Schwanni* Icones (*Abbildung aller geistl. u. weltl. Orden* caet. Manh. 1779. 4.) mittam, *L. G. Crome* et *A. C. Bartels*, qui *Mussoni* opus (*Pragmat. Geschichte der vornehmsten Mönchsorden*, Lips. 1774. X. Voll. 8.) elaborarunt, et *Anonymus*, libro, cui titulum fecit: *Die Möncherey*, *oder geschichtl. Darstell. der Klosterwelt*, Stuttg. 1819. IV. Voll. 8. (Belgice, *J. C. A. Sander*, *Geschiedk. Beschouw. der*

*Mon-*

*Monnikorden en Kloosters, vert. en omgew.* etc. Harlemi 1828. II. Voll. 8. ). — Praeterea de peculiari aliquo Religiosorum vel Religiosarum ordine scripserunt plurimi, quos longum sit omnes enumerare. Sic v. c. *Mabillonius Annales Ordinis S. Benedicti* scripsit (Paris. 1703. V. Voll. f. m., VItum *Edm. Martene* absolvit; auct. Luc. 1739—1745.); *Benjaminus Tromby* Italice historiam conscripsit Carthusianorum, *Touronus* Dominicanorum, *Waddingius* Franciscanorum (*Annales minorum* etc. ex ed. secunda, eaque aucta *Jos. M. Fonsecae* Eborensis, Romae 1741. cum Ind. et Supplem. XIX. Voll.), *Boverius* Capucinorum; Jesuitarum vero *Orlandinus*, continuantibus *Sacchino*, *Possino*, *Juvencio*, *et Julio Cordara* (Antv. et Romae 1620—1750. f. m. VI. Partib., plurimis Tomis). Mitto quam plurimos, qui de horum Ordinum sive meritis, sive vitiis, egerunt: verum de *Jesuitarum* (quos inter tamen fuisse permultos Viros praeclaros, et in omni doctrinarum genere versatissimos, negari nullo pacto potest; id quod nuper, post alios, denuo ostensum ivit *Guilielmus Smets* (in libro, quem inscripsit: *Was that der Jesuiten-Orden für die Wissenschaft? Beantw. in einem Verzeichnisse der vorzüglichsten Schriftsteller dieses Ordens u. ihre Schriften; mit hinzufügung biographischer und bibliologischer Notizen*, Aquisgrani et Lips. 1834. 8.); de Jesuitarum igitur moliminibus noxiis et perversa doctrina morali (quibus factum est, ut dudum, vulgari adagio, diceretur: *si cum Jesuitis, non cum Jesu itis: si cum Jesu itis, non cum Jesuitis*); de his igitur non possum, quin legendos commendem, e. g. subtilissimum *Blas. Pascalium* (in: *Les provinciales*, Paris 1662. et saepissime, ultimum 1815. II. Voll. 12.; ex quibus sua habet pleraque nuperus Scriptor, *Franciscus Gebhardt*, in libello, cui titulum fecit: *das Evangelium der Jesuiten*, Lips. 1822. 8., Belgice etiam, si bene memini, reddito); Abbatem *De Pradt*, Episcopum antea Mechlaniensem (in scriptione: *Sur les Jesuites*, Par. 1825. 8.); *R. C. Dallas* (in Opusc., quod, ex Anglico sermone, primum Germanice, dein Belgice, versum et multis auctum annotationibus, edi coepit Daventriae 1829. 8., inscriptum: *Over de Orde der Jesuiten*); porro pseudonymum *Ernestum Friedmann* (in libro, omni attentione digno, inscripto: *Die Jesuiten, und ihr Benehmen gegen Geistliche und Weltliche Regenten*, etc. *grösstentheils aus ihren eigenen Schriften u. and. glaubwürdigen Schriftstellern dargestellt*, Grimmae 1825. 8. Belgice, Amst. 1826. 8.); denique anonymum, latentem sub literis: *A. J. B.* (in *Précis de l'histoire générale des Jesuites, depuis la fondation de leur ordre le 7 Sept. 1549., jusqu'en* 1826., Paris. 1826. II. Voll. 8.). Mitto plures; in his eos potissimum, qui aliquam tantum rei particulam tractarunt; quales sunt, v. c., *Eugenius de Monglave* et *Prosper Chalas* (auctores libri, qui inscribitur: *Histoire des Conspirations des Jésuites contre la maison de Bourbon en France*, Par. 1826. 8.). — De Ordinis, a P. M. *Clemente* XIV. fulmine icti, instauratione per *Pium* VII., P. M., siquis, quomodo ipsos inter Romano-Catholicos judicent cordatiores, scire cupiat, *Ephemerides* praecipue consulat *Rottwelia-*

*lianas* (*Freymüthige Blätter üb. Theologie u, Kirchthum*, Vol. I. 1830. 8. P. III. p. 279 sqq.).

V. Verum non praetereunda hoc loco est historia *Doctorum*, qui diversis temporibus locisque in Ecclesia floruerunt, multis nominibus digna illa, quae praecedentibus continuo adjungatur. Nam ex propagationis doctrinae historia arctissime nexum est, quicquid ad ipsos propagatores spectat, quos inter primus sane locus Doctoribus cedit. In his autem memorabiles imprimis illi sunt, qui, ob gravitatem venerabilem et auctoritatem, *Patres* appellari consueverunt. De quibus qui scripserunt, praecipuos, *Hieronymum*, *Gennadium* Massiliensem, *Isidorum* Hispalensem et *Ildefonsum* Toletanum, *Honorium* item Augustodunensem, *Sigebertum* Gemblacensem, *Henricum* Gandavensem, Anonymum *Mellicensem*, *Petrum* Casinensem, *Joannem Trithemium* et *Aubertum Miraeum*, qui *Fabricio* praecesserat, una denuo edidit *Jo. Alb. Fabricius* (in *Bibliotheca Ecclesiastica*, Hamb. 1718. f. m.). Illis autem ex serioribus adjungendi sunt *Robertus Bellarminus* (*De Scriptt. Ecclesiasticis*, Romae 1613. 4., continuatus ab *Andrea du Saussay*, Coloniae 1684. 4.; ad quem pertinet *Philippi Labbei Diss. philol.* Paris. 1660. 8. et *Casimiri Oudini Supplementum*, Paris. 1686. 8.; Ejusdemque *Commentarius de Scriptt. eccl. antiquis*, Lipsiae 1723. III. Voll. f. m.); *Jo. Gerhardus* (in *Patrologia*, Jenae 1653. 4.); *Jo. Gottfridus Olearius* (in *Abaco patrologico*, postea auctius edito c. inscriptione: *Biblioth. Scriptt. Eccles.*, Lips. 1710. et iterum 1711. 4.); *Severinus Waltherus Sluter* (in *Prophylaeo H. E.* Luneb. 1694. 4.); *Casp. Sagittarius* (in *Introd. in H. E.* c. supplem. et contin. *Jo. Andr. Schmidii*; Jenae 1718. II. Voll. 4.); *Ludovicus Ellies Du Pin* (in *Nouv. Biblioth. des Aut. Eccles.* jam laud. §. 70. ann. 25: quocum conferendi *Remy Cellier*, qui *Dupinium* emendare conatus est edenda *Histoire générale des Auteurs Sacrés et Eccles.*, Paris. 1729. XIV. Tomis, 4. et *Richardus Simon*, in Censura, supra quoque laudata, in qua esse, quibus doctior fias, censet *Chr. Aug. Heumannus*, in *Nova Diss. Sylloge*, Tom. II. pag. 160. in ann.); porro *Guilielmus Cave* (in *Hist. Literar.*, ibidem quoque citata, cujus edd. priores, ante Londinensem a. 1698. minoris pretii habendae, quoniam sexcenti fere Scriptores in illis omissi fuerant); *Jo. Andr. Bosius* (in *Introd. in notitiam Scriptt. H. E.*, recusa una cum Ejus *Opuscc.*, Jenae 1723. 8., non omnino praetereundus); *Gothofredus Lumper* (in *Hist. Theologico-Critica de vita, scriptis et doctrina S. S. Patrum*, caet. Augustae 1783. XIII. Tomis, 8.); *Carolus Franc. Theoph. Schoenemann* (in *Bibl. Hist. Lit. Patrum Latin.*, Lips. 1792. II. Voll. 8.); *Jo. Geo. Arnoldus Oelrichs* (*Comment. de Scriptt. Eccl. Lat. prior. sex Secc. cur. A. H. L. Heeren*, Lips. 1791. 8.); *Jo. Sim. Assemannus* (§. 29. ann. 15. pag. 61. c.): et, *Jo. Geo. Walchius* (§. 70. ann. 26. laud.); ne plures citemus ejusmodi alios, e. g. *Gothofredum Arnold*, *Theophilum Stoll*, *Georgium Majorem*, *Joannem Clericum*, *Andream Rivetum*, caet., aut eos, qui, recentissima praesertim memoria, de uno alterove scriptore ve-

te-

teri seorsum egerunt, uti de *Chrysostomo*, *Tertulliano* et *Bernardo Neander*, de *Isidoro Pelusiota*, *Niemeyerus* filius, de *Gregorio* Nazianzeno *Ullmannus*, de *Gregorio* Nysseno *Julius Rüpp* et *S. P. Heynsius*, de *Athanasio Möhlerus*, et, ex nostratibus, de *Athenagora*, dilectus, praematura morte humanis rebus ereptus, noster filius, *Theod. Adrianus Clarisse*, de *Lactantio Spykerus*, de *Basilio* Magno *Feisserus*, de *Origene*, Oratore Sacro, *Karstenus*, de *Tertulliano Coenenus*, de *Clemente* Alexandrino *Hofstedius de Groot*, al.

Illorum vero Scriptorum ecclesiasticorum, qui eximie *Patres* audiunt, lectioni adjuvandae inserviunt varia scripta; quae inter non infimum locum occupare merentur: *Jo. Casp. Suiceri Thesaurus Eccles.* (§. 70. ann. 31. l.); *Nicolai de Nourry Apparatus ad Biblioth. max. Patrum et antiq. Scriptt. Eccl.* caet. (Paris. 1703 et 1725. II. Voll. f. m.); *Christiani Friderici Rössler Bibliothek der Kirchenväter in übersetzungen und auszüge* etc. (Lips. 1776. X. Voll. 8. Utilissimi operis interpretatio Belgica a Rev. *Hermanno Volkers*, Amstelodami a. 1789. 8., edi coepit, sed non ultra Tomum primum processit); *Danielis Schramm* (*Analysis Opp. S. S. P. P.* caet. Augustae 1780. XV. Tomis, 8.) et, ut mittam *Sprengeri Thesaurum* (Wirceb. 1784. III. Voll. 4.), et *Abrahami Sculteti Medullae theol. P. P. Syntagma* (Francof. 1634. 4.), atque *Friderici Rous*, *Mella Patrum, nempe omnium, quorum per tria nascentis et patientis Ecclesiae secula Scripta prodierunt*, (Lond. 1650. 4.), itemque *Jo. Sal. Semleri* Praefationes ad *Baumgarteni Unters. der theologischen Streitigkeiten*, Halae 1762. III. Voll. 4.), *Jo. Chr. Guil. Augustii Chrestomathia patristica* (Lipsiae 1813. II. Voll. 8.) — (*Glossarium Du-Cangii*, — *Index Latinitatis Tertullianeae Schützii*, al. cit. §. 70. ann. 31.).

Jam, longum sit de iis dicere, qui Patrum aliorumve Scriptorum Ecclesiasticorum editiones procurarunt, quos inter principe loco *Monachi Benedictini* memorandi sunt. (Cf. e. g. quae ex *Herbstii* Commentatione, in *Theol. Quartalschr.*, Tübing. 1833. P. III, habentur in *Reinwaldi Allgem. Repertorio* (1834, N°. 17., IV. 263.). Optimas edd. *Walchius* aliique indicabunt. Omnia vero, vel pleraque saltem, eorum Opera collegerunt, qui *Bibliothecam magnam* (a *Marg. de la Bigne* compositam, postea a Theologis Coloniensibus auctam, Parisiis 1654. XVII. Voll. f. m.), aut adeo *maximam* (Lugd. 1677. XXVII. Tomis, et ex nova *Andreae Gallandii* ed. Venetensi a. 1766 sqq. XII. Tomis f. m.) edere instituerunt; in summa tamen diligentia spicilegium aliis post messem relinquentes. (*Vett. P. P. — analecta nova*, Venet. 1781. f. m. — *Graeco-Lat. P. P. Bibliothecae novum auctarium op. et studio Franc. Combefisii*, Paris 1684. II. Voll. f. m. — *auct. novissimum rec. Fr. C.* ibid. 1672. II. Voll. f m.). Add. *Jo. Bapt. Cotelerii Patres Apostt.* caet. (ed. *Jo. Clerici* Amst. 1698, posteaque 1724. II. Voll. f. m. et c. notis varr. cura *Richardi Russel*, Lond. 1746. IV. Tomis, 8.); *J. E. Grabii Spicilegium Patrum* etc. (Oxon. 1698. II. Voll. 8.); *Josuae Routh Reliquiae Sacrae* (Oxon. 1814. IV. Tomis 8.); *Fr. Oberthür Opp.*

*omn.*

*omn. S. S. Patrum — Graec. polem.* (Gr. et Lat. Wirceb. 1777. XV. Voll. 8.), — *Latinorum* (ibid. 1780. XIII. Voll. 8.), qui *Justini* Mart., *Clementis* Alex., *Origenis*, ex Graecis, *Tertulliani* vero, *Cypriani*, *Arnobii*, *Julii Firmici*, *Lactantii*, *Hilarii* et *Optati* Mil. ex Latinis, scripta exhibet. Postremo memorari quoque possint hac occasione editiones singulorum Scriptorum, vel et quorumdam ex eorum opusculis, veluti *Clementis Romani* editio *Wottoniana*, *Arnobii* editio *Orelliana*, opusculi *Clementis* Alex., *quis dives salvari queat*, editio *Segariana*, *Justini* M. *Thirlbiana*, *Tertulliani Semleriana*, caet. Verum hîc quidem nobis subsistendum videtur; eoque magis, quod *J. G. V. Engelhardt* opusculo, quod inscripsit: *Literarischer Leitfaden zu Vorlesungen über die Patristik* (Erlangae 1823. 8.), harum rerum studiosis commodam et parvo aere parandam manuductionem largitus est. Igitur pergamus.

VI. Nam Doctorum historiam excipit ipsius historia *Doctrinae*. Haec vero est *vel* generalis, *vel* peculiaris (specialis); atque *vel* ad theoreticam partem, *vel* ad practicam, seorsum, vel ad utramque simul sumtam, pertinet. *Generalis* ea est, quae singulas rei Christianae periodos percurrit, enarrans, quae in quaque earum publice tradiderunt Doctores, in Symbola receperunt Antistites, professus fuit Grex ecclesiasticus. Talem fere concinnavit, quem modo (ann. 3. p. 330.) laudavimus, *Augustius*, priore Operis sui parte (p. 16—148.). Quocum conferri potest, qui illud commentaturum se pollicebatur, *Leonhardus Bertholdt* (in *Handbuch der Dogmengeschichte*, Erlangae, 1822. II. Voll. 8., quamquam liber, vix, ut in publicum aliquando produceretur, a Viro docto conscriptus videtur). — Sed *practicae* partis, sive *Ethices* Christianae, *historiam* plures scribere instituerunt; quales sunt, ex una parte, uberioris Historiae Ecclesiae enarrationis auctores (v. c. *Venema*, *Moshemius*, *Schroeckhius*, *Hamelsveldius*, *Ypeyus*, caet.) ex altera, Compendiorum Theologiae Moralis, vel et majorum Operum, Scriptores (veluti *Lessius*, *Morus*, *Reinhardus*, *Schmidtus*, *Langius*, al.), prae caeteris vero illi, qui data opera hanc rem tractarunt. Hos inter principe loco nominandus est *Carolus Fridericus Stäudlin* (in *Geschichte der Sittenlehre Jesu*, Goett. 1799. IV. Voll. 8. et *Gesch. der Chr. Moral seit dem Wideraufleben der Wissenschaften*, ibid. 1808. 8.; in quibus scriptis etsi sunt, quae jure merito Viris doctis et piis minus placuerunt, ipsique auctori procul dubio postea displicuerunt, merito tamen, in universum *classica* in hoc genere opera habentur); cui indefesso, dum spiritum duceret, scriptori debentur quoque nonnulla magis peculiaria opuscula, ad morum doctrinae historiam pertinentia, veluti de *Theatri moralitate*, de *Jurejurando*, de *Conscientia*, de *Precibus*, de *Amicitia*, de *Conjugio* (*Geschichte der Vorstellungen von der Sittlichkeit des Schauspiels*, Goett. 1823. 8. — *G. der V. und Lehren vom Eide*, ibid. 1824. — *G. der Lehre von dem Gewissen*, Halae eod. a. — *G. d. V. u. L. v. dem Gebete*, Goett. eod. — *G. d. V. u. L. v. der Freundschaft*, Hannov. 1826. — *G. d. V. u. L. v. der Ehe*, Goett. eod.). Memorari quoque merentur *Berndsius* (*Einleit. in die*

*die Chr. Sittenlehre*), *Millerus* (*Einleit. in die Theol. Moral.*), aliique plures: ne de iis dicamus, qui de *Historia* Theologiae Moralis *Literaria* egerunt, suo loco indicandis. Sed e diverticulo in viam redeamus. *Peculiaris* (*specialis*) igitur doctrinae religionis historia est *vel* Dogmatum, *vel* Dogmatices. Ad concinnandam *Dogmatum* historiam, sive ortûs, progressûs et fatorum, quae singula doctrinae Christianae Capita experta sunt, enarrationem, cujus utilitatem, post alios, singulari libello ostendere conatus est *Christianus Fridericus Illgen* (*Der Werth der Christlichen Dogmengeschichte*, Lipsiae 1817. 8.), symbolas dudum contulerunt Viri ex quavis fere Ecclesiastica familia eruditi, v. c. *Dionysius Petavius* (*Dogmata theol.* Parisiis 1644. V. Voll. f. m. auctius — et c. *notulis Theophili Alethini* (i. e. *Jo. Clerici*) Antverpiae (i. e. Amstelodami) 1700. VI. Voll. f. m.); *Jo Forbesius a Corse* (*Instructiones historico-theol.* Amst. 1645. et in *Opp. omn.* Amst. 1703. II. Voll. f. m. — Cf. *Arn. Montani Forbesius contractus*, 1663. 8.); *Henricus Alting* (*Theologia historica*, Amst. 1664. 4.); *Ludovicus Thomassini* (*Dogmata theol.* Paris. 1684. III. Voll. f. m.); *Jo. Guil. Baierus*, *Jac. Usserius*, *Joannes Dallaeus*, *Morinus*, *Blondellus*, *Flacius*, alii (de quibus, post *Walchium*, (*Gedanken von der Gesch. der Glaubenslehre*, Goett. 1764. 8. coll. *Jo. Geo. Walchii Bibl. Theol. Sel.* III. 643 sqq.) et *Ernestium* (in *Prolus. de Theol. hist. et dogmat. conjungendae necessitate*; rep. in *Opuscc. Theol.* Ed. 2. p. 512 sqq. et *N. Theol. Bibl.* III. 691 sqq. coll. II. 879.), consul. *Noesseltus*, *Anw. der besten Bücher* §. 302., *Münscherus*, mox laudandus, Tom. I. pag. 71 sqq. et *Augustius* l. c. §. 7. pag. 6. sq.). — Atqui a medio fere Sec. XVIII. Theologi, in Germania potissimum, hanc disciplinam et accuratius ab aliis distinguere et diligentius excolere coeperunt. Primum quidem hoc aliqui eorum fecerunt in ipsis, de quibus dein suo loco monendum erit, Theologiae Dogmaticae Compendiis; veluti *Seilerus*, *Doederleinius*, *Stäudlinus*, et, ex nostratibus, *Muntinghius*. Postea vero, cum intelligerent, in nimiam molem hoc pacto excrescere ista Compendia, et ne sic quidem omnia satis distincte tractari posse, data opera singulorum dogmatum historiam ita enarrare coeperunt, ut haec per se novam veluti disciplinam constitueret. Itaque insistentes vestigiis eorum, quos modo indicavimus, aliorumque, ut *Basnagii* (in *Histoire de l'Eglise depuis Jesus-Christ*), *Pearsoni* (in libro *On the Creed*), *Chamierii* (in *Panstratia Catholica*), *Kingii* (in *Historia Symboli Apostolici*), *Rambachii*, *Sarpii*, *Natalis Alexandri*, caet., omnem illam historiam exponere aggressi sunt *Christianus Daniel Beck* (cum in *Institutione historiae Rel. Chr. et formulae nostrae dogmatum*, Lips. 1795. 8., tum in *Commentariis hist. decretorum Rel. Chr. et formulae Luth.* ibid. 1801. 8.); *Samuel Theophilus Lange* (in *Ausführl. Geschichte der Dogmen, oder der Glaubenslehre der Chr. Kirche nach den Kirchenvätern ausgearb.* Tom. I. (reliqui adhuc desiderantur) Lips. 1796. 8.); *Guilielmus Münscher* (in *Handbuch der Chr. Dogmengeschichte*, T. I—IV.

praestantissimo operi, quod Cl. *Schmidt* continuavit, auctor immortuus est); Marburgi 1802. 8. Tom. I et II. ex ed. tertia, 1817 sq. — et in Ejusd. *Lehrbuch der Chr. Dogmengesch.* ibid. 1819. 8.); *Wundemannus*, *Wittichius*, *Münterus*, et, qui de iis refert, prae aliis plerisque *Augustius*. Accesserunt autem ad ipsos *F. A. Ruperti* (edenda *Geschichte der Dogmen, oder Darstellung der Glaubens-lehren des Christenthums von seiner Stiftung bis auf die neueren Zeiten*, Berol. 1831. 8.) et *C. G. H. Lentz* (*Gesch. d. chr. Dogmen in pragmatischer Entwickelung*, Helmst. T. I. 1834. 8.). Illis autem omnibus proxime et imprimis facem praetulerant *Jo. Salomo Semler* (in *Historische Einleit. in die dogmat. Gottesgelehrsamk.*, praemissa *Baumgartenii Evang. Glaubenslehre*, T. I—III. Halae, 1759. 4. et in *Fortgesetzte Geschichte der Chr. Glaubenslehre* [ad Sec. VII. usque], praemissa Ejusdem *Untersuch. der theol. Streitigkeiten* Tom. I—III. Ibid. 1762. 4.), *Joannes Frid. Cotta* (in Excursibus ad *Joannis Gerhardi Loca Theologica*, ed. Tübing., a. 1762 sqq. 4.), nostras *Martinus Vitringa* (ad *Campegii Vitringa Aphorismos*, s. *Doctr. Chr. Relig.*, Arenaci et L. B. 1761 sqq. 4.) et *Christianus Frid. Rössler* (in *Lehrbegriff der Christl. Kirche in den drei ersten Jahrhunderten*, Francof. ad M. 1774. 8.). Neque praetermittendi, qui, vel unius alteriusve dogmatis ortum et vicissitudines describere dudum erant aggressi, vel postea descripserunt, aut se huic illive temporis periodo alligarunt. Ex *isto* genere sunt, e. g., *Morinus* (in classico opere *De Poenitentia*), *Blondellus* (*Sur l'Eucharistie*), *Jo. Fr. Cotta* (in *Historia dogm. redemtionis per Jesum Christum*, — *Historia doctrinae de cultu adorationis*, *Jesu Christo Servatori debito*); — ex *illo*, *Guilielmus Carolus Wernerus Ziegler* (in *Hist. dogm. de redemtione*, Goett. 1791, rep. in *Comm. Theol. Velthusenii, Kuinoelii et Rupertii*, Vol. V. pag. 227 sqq. — *Geschichts-entwickelung des Dogma vom Heiligen Geiste*, in Ejus *Theol. Abhandlungen*, Tom. I. pag. 78 sqq.): — ex *hoc* vero *Guilielmus Abr. Teller* (*Fides dogmatis de resurrectione carnis per quatuor priora secula*, Halae 1766. 8.), *Laurentius Frid. Leutwein* (*Entwurf einer vollständigen Geschichte der Religions-meinungen des ersten Jahrhunderts*, Lipsiae 1783. IV. Voll. 8., etiam Belgice, L. B. 1784. 8.). Memorari quoque hoc loco debet *Josephi Priestley History of the corruptions of Christianity* (Lond. 1782. II. Voll. 8., etiam Germanice Berolini 1785. et Belgice Dordraci 1784 et 1787.). Primariae operis parti gravia reposuerunt *Abdias Velingius*, *Carolus Segaar* et *Corn. Gavel*, in *Prijsverhandelingen ter wederlegg.* etc. Hagae 1787. 8. *Segario* vero quaedam regessit *Paulus van Hemert*, latens sub nomine *Pauli Samosateni*, eod. a., sed cui denuo Pseudonymus respondit, nomine *Malchionis* assumto 1788; at hunc refutare *Hemertus* conatus est Literis, quas fingit a *Presbyteris Cappad.* ad *Malchionem* datas et a *Sam. Curasco* Belgice redditas, Traj. ad Rh. 1789. 8.). Aliquatenus huc referri quoque possunt *Gottfridus Less* (in Operis *Ueber die Religion* priore Tomo, *die Geschichte der Religion* continente, Goett. 1796. 8.), *Zieglerus* (in *Kurze Geschichts-entwickelung der*

der Vorstellungen der Hebräer von Fortdauer, Leben und Vergeltungszustand nach dem Tode, bis auf Christum, in Ejus *Th. Abh.* II. 167 sqq.), *Städlinus* (in *Doctrinae de futura corporum exanimatorum instauratione ante Christum historia*, Goett. 1792., repetita in *Comm. Th. Velthuseni* caet. I. 268 sqq.), pluresque alii, quos mittimus. — Neque jam de industria dicendum nobis videtur, de nova *Doctrinae* Euangelicae, distinguendae illius a *Dogmatibus*, historiam tractandi via et ratione, quam, conscribenda Commentatione, cui titulum fecit: *De Geschiedenis van de Leer des Christendoms, in betrekking tot Kerkelijke Geschiedenis en Geschiedenis der Leerstellingen, voorgesteld als afzonderlijk vak der Godgeleerde Historische Wetenschap*), ostendit Collega conjunctissimus, *Nic. C. Kist*, in *Archief voor Kerkel. Gesch.* Tomo IV). — Caeterum *Dogmatices* ipsius historiae pro instituto tractandae commodior sequente Capite recurret locus; quam propterea sufficiat quoque verbulo hic tantum tetigisse.

VII. Atqui *Haeresium* et *Haeresiarcharum* historia ita cum *Dogmatum* historia connexa est, ut aegerrime altera ab altera divelli possit. In illa haud parum incerti est ideo praecipue, quod neque mentem suam semper, qui a vulgari Ecclesiae sententia discedebant, satis perspicue declarabant, et adversarii eam saepe inique interpretabantur. Itaque circumspecte et prudenter legendi, ex antiquis, *Irenaeus* (*Adversus Haereses*, Libr. V, quos post alios Gr. et Lat. cum notis varr. et propr. edidit *Jo. Ern. Grabius*, Oxon. et Lond. 1702. f. m. — *Irenaei fragmenta* quaedam *anecdota Christoph. Matthaeus Pfaffius*, aucta duabus Dissertationibus *de praejudiciis Theol.*, edidit Hagae Com. 1715., repetita c. *Liturgia* Gr. *Grabii* et *Diss.* duabus, de *Oblatione* et de *Consecratione Eucharistiae*, in *Primitiis Eccl.*, II. Tomis, uno Vol. contentis, L. B. 1743. 8.); *Philastrius* (*De haeresibus*, libro, cum *emend.* et *annot.* ed. a *Jo. Alb. Fabricio*, Hamb. 1721. 8. et c. Ejusdem *notis posthum.*, *varr. lect.* e Cod. MS. Corbej. et *Pauli Galeardi Spicilegio* ad notas *Fabricii*, in *Aug. Mar. Quirini Collect. Vett. P. P. Brixiensi*, P. I. f. m.); *Epiphanius* (*Contra* LXXX. *haereses*, Libr. III. Gr. (editore *Jo. Oporino*) Basileae (1544.) f. m. et alibi saepius, ut et in *Opp.* ed. a *Dion. Petavio*, Paris. 1622. II. Voll. f. m., repet. Coloniae (Lipsiae) 1682. f. m.); *Augustinus* (*De haeresibus*, ed. *Lamb. Danaeo*, Genevae, 1595. 8. et cum *Vincentii* Lirini *Commonitorio*, Cantabrigiae 1687. 12., item in *Opp.* Tom. VIII. p. 1 sqq.); item *Tertullianus* (*Contra Marcionem; — Praescript. c. haeret.* etc) aliique. — Verum non minor prudentia requiritur in legendis recentioribus, in accusandos interdum vel excusandos haereticos nimis pronis. Horum praecipui, qui *universam* historiam haeresium describere conati sunt, censentur *Godofredus Arnold* (in *Kirchen-und-Ketzer-historie*, Lips. 1696. II. Voll. f. m., Heterodoxorum fere patronus), *Paulus Stockmann* (in *Elucidario haeresium*, Lips. 1697. 8.), *Joachimus Hildebrand* (libello *de haeresib. a nato Chr. ad Sec. XVI.*), *Jo. Vogtius* (in *Biblioth. hist. haeresiologicae*, etc. Hamb. 1725. II. Tomis

mis f. m. et *Fascic.* 1. f. 8.), *Elias Frickius* (*Schediasm. de Cura Veti circa haereses*, Ulmae 1755. 8.), *Jo. Mich. Mehlig* (in *Histor. Kirchen- und Ketzer-lexico*, Chemn. 1758. II. Voll. 8.), *Jo. Laur. Moshemius* (*Versuch einer unpartheyischen und gründlichen Ketzergeschichte*, Helmst. 1746. II. Voll. 4.); sed praeprimis *Christianus Guil. Franc. Walch*, (in *Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereyen, Spaltungen und Religions-Streitigkeiten, bis auf die Zeiten der Reformation*, Lipsiae 1763. XI. Voll. 8., quod opus eximium dolendum omnino est non ulterius, quam ad lites usque de *imaginum* cultu, elaboratum esse); *Sigebertus* item *Jacobus Baumgarten* (in *Gesch. der Religionsparteyen* etc. Halae 1766. 4.). — Verum plus interdum emolumenti percipitur ex scriptis eorum, qui *vel* certam aliquam temporis periodum hoc respectu elaborandam sumserunt, *vel* certae alicujus sectae aut familiae haereticae fata. Ad *illos* pertinet v. c. *Jo. Car. Füssli* (in *Kirchen-und Ketzerhistorie der mittlern Zeiten* (Sec. XI—XIII.) Francof. et Lips. 1770. III. Tom. 8.): ad *hos* multo plures. Sic v. c. *Manichaeismi historiam criticam* debemus *Beausobrio* (Gallice scriptam, Amst. 1734. II. Voll. 4. editam). Manichaeorum *Indulgentias* e fontibus descripsit *Aug. Frid. Vict. de Wegnern* (Lips. 1827. 8.): add. *Bauer*, *Das manich. Religionssystem* (Tubing. 1831. 8.). — De *Ebionitis* egerunt *Ch. Alb. Doederleinius* (Butzoviae et Vinariae, 1769. 8.), et, alios plures ut mittamus, *Lobeg. Lange* (*Die Ebioniten und Nicolaïten der apost. Zeit.*, Lips. 1828. 8.). — *Gnosticorum* doctrinam, praeter *Fridericum Münterum* (in *Versuch über die kirchl. Alterthümer der Gnostiken*, Ansbachiae 1790. 8.), eodem fere tempore duo Viri D., *Augustus Neander* (in: *Genetische Entwickelung der vornehmsten Gnostischen Systemen*, Berolini, 1818. 8. Ejusd. *Antignostikus Geist des Tertullianus*, caet. ibid. 1825. 8.), et *Ernestus Antonius Lewald* (in *Comment. de doctrina gnostica*, Heidelb. 1818. 8.) historice declararunt: quibus add. *M. J. Matter* (*Histoire critique du Gnosticisme et de son influence* etc., Paris. 1828. II. Voll. 8. Germanice a *Ch. H. Dörner*, Hailbronnae 1833. II Voll. 8.) et *J. A. Möhler* (*Versuch über den Ursprung des Gnosticismus*, Tubing. 1830. 8.): et, de *Ophitis*, *Jo. Henr. Schumacher* (*Erläuterung d. alter Ophiter*, Guelpherb. 1755 4.). — *Arianismi* historiam satis fuse contexuit *ἀνωνύμως*, dubiae famae Vir, D. *Jo. Aug. Starck* (*Versuch einer Geschichte des Arianismus*, Berolini 1783. II Voll. 8. Belgice pars prior versa est a *Paulo van Hemert*). — De *Pelagianismi* historia egerunt *Jo. Latius* (Harderov. 1618 4.) et *Gerardus Jo. Vossius* (L. B. 1618. 4.); add. *G. F. Wiggers* (*Versuch einer pragmatischen Darstellung des Augustinismus und Pelagianismus*, Berolini, Vol. I. 1821. Vol. II. 1833. 8.). — Idem scripsit de *Semipelagianis*: de quibus etiam cf. *Jo. Geffken* (in *Hist. Semipelagianismi antiquissimi*, Goett. 1816. 4.). — *Eutychianismi ante Eutychen historia* a *Chr A. Salig* (Brunsvici 1734. 4.) exposita est. — *Socinianismi* historiam partim *Christiano Frid. Illgen* (Lipsiae 1814. 8.) debemus, partim *Ernesto Theophilo Bengel* (in *Jo. Frid. Flattii* Promptuario

rio (*Magazin für Chr. Dogmatik u. Moral*) a *F. G. Süskindo* continuato, Fasc. XIV. pag. 130 sqq. XV. 104 sqq. et XVI. 90 sqq.). His vero, quibus plerorumque consensu haereseos nota inusta est, addi possunt alii, qui — *vel falso Haeretici* dicti sunt, partim ne *Schismatici* quidem dicendi, quales v. c. *Donatistae* fuerunt et *Novatiani*, — *vel* quos Haereticorum censu exemit serior aetas. Ita de *Bogomilis* dudum scripsit *Joannes Ludov. Oeder* (cujus *Prodomum Historiae Bogomilorum Criticae Chr. Aug. Heumannus Novae* suae *Dissertationum Syllogae*, P. II. p. 592 sqq. inseruit). — De eodem fere tempore scripserunt *Carolus Ullmann* (Heidelb. 1823. 8.) et *Hypsistariis Guil. Boehmerus* (Berolini 1824. 8.). De utraque Commentatione retulit *Ullmannus* in *Annall. Heidelb.* (*Heidelb. Jahrbücher*, ad a. 1824. N°. 47., ad quos ipse lectores ablegavit in opere: *Gregorius von Nazianzus, der Theologe*, p. 558, Belgicae interpretationis II. 245 sqq. et 347 sq. Conf. et *Gieselerus*, *K. Gesch.* ed. 3. Tom. I. pag. 350.). — De *Adoptianorum* historia dudum meritus est *Christianus Guil. Franc. Walch* (Goett. 1755. 8.). — Quodsi vero ad recentiora tempora veniamus, universi *Protestantismi* historiam accuratissime descripsit *Theophilus* (*Gottlieb*) *Jacobus Planck* (*Geschichte der Entstehung, der Veränderungen und der Bildung unseres protestantischen Lehrbegriffs* etc. Lipsiae 1781. iterumque 1791. VIII. Voll. 8.). — Peculiariter vero *Mennonitarum*, ut vulgo vocantur, vel, uti dici amant, *Teleiobaptistarum* (cum *Anabaptistis* inique a multis se confundi, ut plurimum, conquerentium aegreque ferentium) historiam, post alios multos, e. g. *Gustium*, *Gerbilium*, *Mischovium*, *Modium*, *Ottium*, *Gensium*, *Bragtium*, *Hyzenum*, al.) enarravit *Hermannus Schyn* (*Geschiedenis der Christenen, welke onder de Protestanten Mennoniten genaamd worden*, ex ed. 2. a *Gerardo Maatschoen* procurata, Amst. 1743. III. Voll. 8.); quicum novissimus scriptor, *Fridericus Wadzeck* (*Glaubensbekenntniss der Mennoniten* etc. Berol. 1824. 8.) conferri potest. — *Arminianorum*, sive *Remonstrantium* historiam, post *Gerardum Brandt* et alios, potissimum scripsit *Jacobus Regenboog* (*Historie der Remonstranten* etc. Amst. 1774. III. Voll. 8.): *Arminianismi* autem ipsius multo serius *Georgius Sam. Francke* (Kiloniae 1813. 8.). — De *Pietistis* legi potest *Geo. Guil. Krause* (in *Historische u. psychol. Bemerkungen über Pietisten und Pietismus*, Crefeldiae 1804. 8.); cui adjungatur *M. C. Fr. Duttenhofer* (in *Freymüthige Untersuch. über Pietismus und Orthodoxie*, Halae 1787. 8.): quae vero *Car. Frid. Aug. Fritzschius*, in Opusculo: *Ueber Mysticismus und Pietismus*, Ibid. 1832. 8.) scripsit, minime profecto per omnia probanda; Belgice reddidit *D. Ysenbeek*, Alcm. 1834. 8. et additamentis *Donkerus Curtius* instruxit in Symbolis Th. (*Godgel. Bijdragen* Tom. VII. pag. 477—515.). Add. *Car. Theoph.* (*Gottl.*) *Bretschneider* (*Die Grundlage des evangelischen Pietismus*, caet. Lips. 1833. 8.). — De *Methodistis*, ut in his tandem aliquando desinamus, *Josephus Nightingale* (*A Portraiture of Methodism*,

etc.

etc. Londini 1807. 8.): — et de *Fanaticis Jo. Conr. Fueslin*, Bernae 1761. 4.

VIII. Quoniam autem Haereses plerumque in *Conciliis* sunt damnatae (unde quaedam eorum merito dici possunt *anathematica*), horum historia historiae illarum adjungi commode potest. Eorum alia, majore vel minore jure, *Oecumenica* vocantur, alia *Nationalia*, *Provincialia* alia; prouti, qui illis interfuerunt, Patres evocati censentur, vel ex universo orbe Christiano, vel ex aliquo regno, republica imperiove, aut provincia. Talem vero Conciliorum historiam conscribere plures aggressi sunt; in his *Edmundus Richerius* (in *Historia Concilior. general.* Colon. 1680. V. Voll. 4.), *Joachimus Hildebrandt* (*Hist. Concc. a N. C. usque ad Sec. XVII. annum 45. in Eccl. habitorum*, Helmst. 1715. 4.), et imprimis *Franciscus Salmon* (in *Traité de l'étude des Conciles et de leurs Collections — avec un Catalogue des principaux auteurs qui en ont traité* etc. Paris. et Lips. 1726. 8.), et *Hermantus* (in *Histoire des Conciles depuis la naissance de l'Eglise jusqu'à présent*, Rotomagi 1750. IV. Voll. 4.): quibus add. *Chr. Guil. Franc. Walchius* (in *Entwurf einer vollständ. Historie der Kirchenversammlungen*, Lips. 1759. 8.; de quo *Ernestii Novam Bibliothecam Theologicam*, Tom I. pag. 394 sqq. consuluisse neminem poenitebit). — Nonnulli non universam quidem omnium, sed peculiarem tamen exstantioris alicujus Synodi vel Concilii, historiam adornarunt; veluti *Constantiensis*, *Hermanus van der Hardt* (*Magnum Oecum. Const. Concilium*, *opera et labore H. v. d. H.*, Francof. et Lipsiae 1700. VII. Voll. f. m.), *Casparus Royko* (*Gesch. der grossen allgem. Kirchenversamml. zu Costnitz*, Pragae 1782. IV. Voll. 8.) et *Jacobus l'Enfant* (*Histoire du Concile de Constance*, ex nova ed. emend. et aucta, Amst. 1727. II. Voll. 4.), cui debetur quoque, cum *Basileënsis*, tum *Pisani* Concilii historia (*Hist. du Concile de Pise*, Amst. 1724. II. Tom. 4. — *Hist. de la guerre des Hussites et du Conc. de Basle*, ibid. 1731. II. Tom. 4.). Celeberrimum *Tridentinum* Concilium historiographum nactum est celeberrimum, *Paulum Sarpium* (pseudonymice *Petrum Suavem Polanum*. — *Sarpiani* autem, Italice conscripti, operis Latina interpretatio saepius, quintum vero Gorinchemi 1658. 4. prodiit; Gallica altera, eaque praestantissima, utilissimis quippe annotationibus ditata, debetur *Petro Francisco le Courrayer*, *Hist. du Conc. de Trente*, Amst. 1736. II. Voll. 4. et Basileae 1738. II. Voll. 4. cui posteriori editioni insertae sunt emendationes quaedam, a *Courrayero* prius communicatae cum editore Ephemeridum, quibus *Bibliothèque raisonnée* inscriptio erat (vid. ibid. Tom. XIX. P. I.); Germanicam, adscitis etiam *Courrayerianis* annotationibus, dedit *Fridericus Eberh. Rambach*, de qua vid. *Ernestii N. Th. Bibl.* II. 717 sqq.). Caeterum adeo non refutatus est *Sarpius* a *Sfortia Pallavicino* (quamvis, in *Vera Concilii Trid. historia contra falsam Petri Suavis Polani narrationem scripta et asserta*, *Latine* redd. a *Jo. Bapt. Giattino*, Antverpiae 1673. III. Part. f. m.

et

et saepius, e. g. Mediol. 1717. III. Voll. 4., id agente), ut in gravioribus ille *Pallavicinum* adversarium potius habuerit confitentem et ὁμόψηφον. — Alios jam mittimus, et in his memoratu perquam dignos, qualis e. g. est *Jo. Brill (Diss de Synodo Ephesina* (ληστρικῇ), Gron. 1763. 4.); verbulum tantum de Conciliorum *Collectionibus* addituri. Praecipuae vero tam generalium, quam provincialium, sunt illae quae debentur *Severino Binio* (Paris. 1744. XXXVII. Tomis f. m. et saepius, tandemque Coloniae 1656.); *Philippo Labbeo et Gabrieli Cossartio*, sub auspiciis Card. *Richelii* (Parisiis 1672. XVIII. Voll. f. m.); *Stephano Baluzio* (ibid. 1683. f. m.); *Joanni Harduino* (ibid. 1715. XII. Voll.); *Nicolao Coleto* (Venetiis 1728. XXV. Voll. f. m.): imprimis vero, quae omnium instar est, *Dominico Mansi* (de qua cf. supra §. 70. ann. 18. pag. 318., et leg. *Ernestius*, *N. Th. Bibl.* II. 483 sqq. et *Neueste Th. B.* I. 265 sqq.). Praeter has vero exstant Conciliorum *Nationalium*, e. g. *Franco-Gallorum*, *Britannicorum*, *Hispanorum*, caeterorum, Collectiones, quas longum sit omnes et singulas commemorare. Quoniam vero non cuivis contingit, talia opera possidere, aut ad Bibliothecas, quibus continentur, accedere, aut adeo, si vel suppetant, iis commode uti, laudanda omnino eorum est opera, qui vel *Canones* collegerunt, a Conciliis maxime celebribus constitutos, vel alia quacunque ratione usum praedictarum Collectionum adjuverunt. — Ad *illud* quidem genus pertinent *Christophorus Justellus* (in *Codice Canonum Eccl. universae*, Paris. 1610. f. m.), et, qui eo praestat, *Guil. Beveregius* (in *Synodica*, Oxon. 1622. II. Voll. f. m.). Ex aliis etiam memorandus est *Jo. Cabassutius* (in *Notitia Conciliorum Sanctae Ecclesiae*, Lugd. 1668. 8. et auctius ibid. 1685. f. m.); cujus in locum substitui possit *Barthol. Caranzae Epitome Concilior. et Pontiff*, cujus ed. optima debetur *Jacobo Sirmondo*; Lugd. 1675. 8.). — Ad *hoc* vero, *Walchius* modo laud. pag. 342. praec.); *Geo. Dan. Fuchsius* (in *Bibliothek der Kirchenversamml. des IV u. V. Säc.*, Lips. 1777. IV. Voll. 8., quibus fere continuatur opus *Roessleri*, paulo ante citatum): ac praeterea *Benjaminus de Carranza* (in *Summa Concilior. et Pontific. rom. dudum collector. cum additt. Fr. Sylvii in novum ordinem chronol. redacta etc. a Dom. Schramm*, Augustae 1778. IV. Voll. 8.), *Christoph. Lupus* (in *Synodor. général. et provinc. decretis et canonib.*, *scholiis* etc. *illustratis a Thoma Philippino*, Venet. 1724. VI. Voll. f. m.), *Josephus Catalani* (in *S. S. Concil. Oecum.*, *Prolegomenis et Commentar. illustr.* Rom. 1736. VI. Voll. f. m.), *Car. Leo. Richardus* (*Analyse des Conciles géneraux et particul.* etc. Paris. 1772. V. Voll. 4. et Latine ab *Jo. Ant. Dalmaso*, Augustae 1778. VI. Voll. 8.) et *Benedictus Oberhausen* (in *Manuali Selector. Concilior. et Canon.* etc. Saltzburgi 1776. 4.), alii. Desinimus in indicando Scriptore novitio, in aliis minime laudando, hac tamen in causa lectu digno, *De Potter*, cujus *Considérations sur l'Histoire des principaux Conciles, depuis les Apôtres jusqu'au grand Schisme d'Occident sous l'empire de Charlemagne*, Bruxellis a. 1816. II. Voll. 8. prodierunt.

IX.

IX. *Conciliorum* historia manu quasi ducit ad universae *Hierarchiae* Ecclesiasticae, speciatim vero ad *Pontificatûs*, sive *Papatûs* Romani, ipsorumque *Paparum*, historiam. Potestas enim Ecclesiastica, quae sensim crevit, confirmata potissimum est et aucta legibus, quae a Conciliis, praesertim Oecumenicis, scribebantur. Itaque quaecunque faciunt ad *Jus Canonicum* (de quo deinceps suo loco) declarandum, hic utiliter possunt conferri. Jam, praetermitti vix poterit quaestio de *Canonibus* et *Constitutionibus*, dictis *Apostolicis* (a *Cotelerio* Tomo I. *P. P. Apost.* insertis). *Illos* quidem *Franc. Turrianus* ab Apostolis constitutos esse et a *Clemente* Rom. literis mandatos, pec. libro demonstrare conatus est; qui tamen se refutaret, invenit *Jo. Dallaeum*, ad haereticum aliquem Sec. V. illos referentem: media interim via incedente *Guil. Beveregio* (in *Codice Canon. Eccl. primit. vindicato et illustr.* (ex nova ed. Amst. 1697. 4.). Conf. *Henr. Benzelius*, in *Syntagm. Diss.* I. 129 sqq.). — *Has* autem multo etiam minus *Apostolis* Jesu esse tribuendas, non uno argumento evicere Viri DD. Conf. *Joannes Jortin* (in *Obss. ad H. E.* I. 226—274.). Add. *Jo. Gotthofr. Lakemacherus* (in *Obss. Philol.* III. 301. n.). De utrisque scripsit *Krabbius* (cum in libro inscripto: *Ursprung und Inhalt der apostolischen Constitutionen des Clemens Romanus*, Hamb. 1829. 8., tum in *Diss. de Codice Canonum, qui Apostolorum nomine circumferuntur*, Goett. eod. a. 4.): praecipue *J. S. v. Drey* (*Neue Untersuch. üb. d. Constit. u. Can. d. Ap.* Tübing. 1832. 8.). Atqui ad rem praesentem potissimum illi Scriptores faciunt, qui de aliorum, inde ab Hierosolymitano primo, Conciliorum Canonibus exposuerunt. Praesertim vero laudantur, a parte quidem Romano-Catholicorum, *Dion. Petavius* (Tomo IV. *Dogmm. Th.*, supra laud.) et *Ludov. Ellies Du Pin* (in *Dissertt. hist. de antiq. Eccl. disciplina*, Colon. 1691. 4.); quibus addatur Anonymus (*Kürze Gesch. vom Ursprung und Fortsetzung des Ansehens, des Reichthums* etc. *der Geistlichkeit* etc. Vratislaviae 1799. 8.); a parte vero Protestantium, praeter *Gisb. Voetium* (in *Politica Eccl.* praesertim Tom. I, pag. 295—542., sed et passim alibi), *Gerhardus van Mastricht* (in *Historia Juris Eccl. et Pontificii*, Amst. 1686., Halae 1705 et 1719. 8.); *Christophorus Matthias Pfaff* (in *Origg. Juris Eccl.*, Ulmae 1759. 4.); *Pertschius* (in *Kurze Hist. des Kanon. u. Kirchenrechtes*, Lips. 1753. 8.); *Ludovicus Tim. Spittler* (in *Gesch. des Kanon. Rechtes bis auf die Zeiten des falschen Isidors*, Halae 1778. 8.); *Leonardus Meister* (*Kurzgefasste Gesch. der römischen Hierarchie und ihrer heiligen Kriege bis zur Vertilgung der Tempelherrn*, Tiguriae 1788. 8.). — Ubi vero de Hierarchia sermo est, statim se meditanti offert *Papatus*. Nam Pontificum Romanorum, ut adhuc insignis est in Ecclesia Romano-Catholica auctoritas, ita, per satis longum tempus, solo eorum arbitrio omnia fere in Ecclesia fuere acta. Quorum monarchiâ negat se scire *Gesnerus* (*Isag.* §. 578. Tom. I. pag. 471 sq.) „an regnum aliud sit memorabilius, historiane „alia, propter varietatem rerum atque exemplorum, ad prudentiam formandam aptior." Jam ipsius *Papatûs* historia a *Paparum* historia distingui po-

potest et debet, quamquam haud satis a plerisque distincta est. Plures singulorum Paparum *vitas*, pauciores ipsius *Papatûs* originem, progressus et fata diversa descripserunt: quamvis neque *hi* illorum indicio carere potuerint, neque *illi* plane nihil, ad hanc rem faciens, memoriae prodiderint. Itaque legi, *ex una parte*, debent *Anastasius* Bibliothecarius (*de vitis Rom. Pontiff.* ed. *Franc. Blanchini*, Romae 1718. IV. Voll. f. m., vel *Jo. Vignolii*, ibid. 1724. 4., vel *J. A. Muratorii*, nempe in *Rerum Ital.* Tomo III.); *Rud. Barth. Saccus*, cognomine *Platina* (*de vitis R. R. P. P.* Norimb. 1481. f. m. (quae ed. non, ut aliae, est castrata), et saepe alias, e. g. Colon. 1610. f. m. Editio, indicio loci carens, ann. 1645. 12., ad literam exprimere in titulo dicitur textum editionum annor. 1479 et 1529: ejus tamen non meminerunt *Walchius* (*Bibl. Th. Sel.* III. 527 sqq.) *Buddeusque* (*Isag.* pag. 748 et 860.), de *Platinae* variis editionibus referentes); *Jacobus Revius* (*Hist. Pontiff. Rom. contracta — ad a.* 1632. Amst. 1632. 8.), *Steph. Baluzius* (Paris. 1693. II. Voll. 4.); *Franciscus de Brueys* (in *Histoire des Papes — jusqu'à Bénoit XIII.*, Hagae Com. 1732. V. Voll. 4.); *Archibaldus Bower* (in *History of the Popes*, Germanice a *Rambachio* versa et ed. Magdeb. 1751. X. Voll. 4. Belgice a *Jano Brak*, Amstelod. 1768. VII. Voll. 4.; quibus VIIIum accessit, quo se Scriptor adversus gravissimas multorum accusationes tuetur); *Josephus* (*Giuseppe*) *Piatti* (*Storia critico-cronologica de Romani Pontifice* etc. Neapoli 1765. XII. Voll. 4.); *C. G. F. Walch* (in *Entwurf einer vollständigen Hist. der Römischen Päbste*, Goettingae 1756. 8.). — Verum, *ex altera parte*, non minus lectu digna sunt scripta, qualia concinnarunt pseudonymus *Joach. Ursinus* (*Speculum Jesuiticum Pontificum Rom. erga Imperatores Germans* Ambergae 1609. 8.); *Philippus Mornaeus*, Plessiaci Dominus (in *Mysterio Iniquitatis*, *seu Historia Papatûs*, Gorinchemiae 1662. 4.); *Joannes Henr. Heideggerus*, (in *Hist. Papatûs* — cui acced. *Francisci Guicciardini Hist. Papatûs*, Amst. 1684 et 1698. 8.); *Jo. Phil. Baraterius*, (in *Disq. chron. de success. antiqua Episcc. Rom.*, Traj. ad Rhen. 1740. 4.); Docti quidam Angli (in *Impartial History of Papism*, Germanice redd. a *Friderico Everardo Rambach*, Magdeb. 1766. II. Voll. 4. Belgice Amst. 1772. III. Voll. 4. Cui add. Diss. *Jo. Jac. Rambachii*, *de modo*, *quo Papismus post Reformationem se tueri et Protestantes opprimere conatur*); *Julius Aug. Remers* (*Gesch. des Ursprungs und Wachsthums des Papstthums* etc. Francof. et Lips. 1770. 8.); *A. Sandinus* (in *Dispp. Hist. ad vitas Pontiff. Rom.* Ferrariae 1771. 8.); *Jo. Febronius* (*de statu Eccl. et legitima potestate Rom. Pontificis*, ibid. 1763, etiam Germanice, quem l. modo c. laudat *Rambachius* pag. II.; *Cyprianus* (*Ueberzeugende Lehre vom Ursprung und Wachsth. d. Papstth.*, Hofiae e sexta ed. 1769. 8.); *Josephus Milbiller* (*Pragmat. Gesch. des Hildebrandismus aus ächten und zuverlässigen Quellen gezogen*, Lips. 1787. II. Voll. 8.); Anonymus (in *Gesch. der Entstehung*, *des Wachsthums und der Abnahme der päpstlichen Uni-*

*versalmonarchie*, ex Italico idiom. c. ann. hist., Francof. 1795. 8.); *Nehrus* (*Geschichte des Papstthums*, Lips. 1801. II. Voll. 8.); *Ludovicus Timoth. Spittler* (*Geschichte des Papstthums*, cum ann. *J. Gurlitti* et additamentis *Henrici Eberhardi Gottl. Paulus*, Heidelb. 1826. 8.): et praecipue *G. J. Planckius*, in Operis supra laudati (*Gesch. der Chr. Kirchl. Gesellschafts-Verfassung*) Tomis III ad V. Add. *Jo. Ant. Llorente*, in libro, qui Belgice redditus inscribitur: *De Pausen, als tijdelijke Vorsten en Opperhoofden der Kerk beschouwd, sedert de vestiging van den Heiligen Stoel te Rome tot het jaar* 1822, Amst., ex nova ed. 1828. II. Voll. 8. — Permulta autem, ad hanc materiem pertinentia, inveniuntur quoque in *Claudii Salmasii* Libris *de Primatu Papae*, ad quos *Nili* et *Barlaämi* de eodem scripta accesserunt (L. B. 1645. 4.); in quibus, etsi perdoctis, sunt tamen nonnulla, quae et alios offenderunt Eruditos, et *Hugonem Grotium* (in *Epistolis*, Amst. 1687. f. m. ed. Vid. P. II. Ep. 533. pag. 913, et alibi saepius). — Caeterum possit, per hanc occasionem, etiam dici, v. c., de *Antipapis*, de quibus inter alios scripsit *Petrus Collutius*, latens sub *Petri Corbariensis* nomine; — et de fabula, dudum a *Protestantibus*, in his a *Davide Blondello*, explosa, qua *Joanna* quaedam fertur anno 854, sub nomine *Joannis Anglici*, solium Papale occupasse, media inter Leonem IV. et Benedictum III; de qua *Papissae* fabula, post *Schroeckhium* (*K. G.* Tom. XXIII. pag. 75 sqq.) aliosque leg. *Gableri Journal für auserles. Theol. Literatur* (Tomo III. P. III. et Tom. IV. P. I, ubi plerique, qui hac de re scripserunt, citantur); — quacum conferatur fabulosa traditio — *cum* de Papa *Cyriaco* (de quo v. *Launoius*, Lib. IV. Ep. 8. cit. ab *Heumanno*, in *Diss. de Joanna Papissa* §. 5, rep. in *Syll. Diss.* pag. 366.), — *tum* de *Judaeo* quodam Papa (de quo *Schoettgenius* refert in *Lectt. Rabbin.* cap. 17. §. 2. citante eodem *Heumanno*, l. c. pag. 996.). — Memorandae quoque hic sunt *Bullae* Paparum et *Bullaria* (conf. §. 70. ann. 20.), et add. praeter Historiae Eccles. ejusque fontium descriptores, *Jo. Aug. Ernestius*, in *Nov. Bibl. Theol.* I. 397 sqq.

Jam vero, cum ad augendam omnium universe *Clericorum*, imprimis vero *Pontificum* Romanorum, auctoritatem haud parum valuerint *Coelibatus*, Ecclesiasticis Viris impositus, *Cruciatae*, quae vocari solent, *expeditiones*, introducta *haereticae*, ut vocabatur, *impietatis* vel *pravitatis Inquisitio*, et, ne plura addamus, postea quoque *Jesuitarum* studia et machinationes, ad haec et similia attendere Ecclesiasticae Historiae studiosum imprimis etiam oportet. De *Jesuitis* autem supra dictum (pag. 335.). — De *Inquisitione*, praeter *Marsolerium* (in *Histoire de l'inquisition et son origine*), *Philippum Limborchium* (in *Hist. Inquisitionis* etc. Amst. 1692. f. m.) multosque alios, nunc praecipue legendus est, qui a. 1789 sqq. Hispanicis Inquisitoribus ab actis fuerat, *Jo. Ant. Llorente* (in *Hist. Critique de l'Inquisition d'Espagne* etc., *trad. sur le MS. par Alexis Pellier*, Paris. 1817. iterumque 1818. IV. Tomis 8., Belgice Amst. 1821.; ubi etiam a. 1828. no-

nova editio prodiit libri: *Verkorte Gesch. der Spaansche Inquisitie, sedert derzelver vestiging door Ferdinand V, tot aan de regeering van Ferdinand VII; naar het oorspronkelijke bewerkt door Leon. Gallois. Met een Aanhangsel, behelzende geschiedkundige berigten omtrent het leven en de Schriften — v. d. Schrijver.* — Add. *D. Lippoldi* Opusc., quod, Belgice redditum, inscribitur: *Jammertoonelen uit de Geschiedenis van het Pausdom*, Amst. 1833. 8.). — De *Expeditionibus Cruce signatorum*, sive *Bello Sacro*, prae caeteris consulendi sunt Scriptores junctim editi a *Jacobo Bongarsio* (in Opere inscripto: *Gesta Dei per Francos*, Hanov. 1611. II. Voll. f. m.); Scriptores *Historiae Byzantinae* (conf. §. 34. ann. 10. pag. 94.), in his *Anna Comnena* (cujus *Supplementa*, *H. E. Graecorum Sec. XI et XII. spectantia*, ex manuscripto nondum editi *Nicetae Choniatis* operis (*Panoplia*, *sive Thesaurus orthodoxae fidei*, Libris XXVII.), Codice Parisiensi, Tubingae a. 1833. edidit *Theoph. Luc. Fred. Tafel*); et, ex Arabibus, *Boheddinus* (in *Vita et rebus gestis Saladini*, edente *Alb. Schultensio*, L. B. 1732. f. m.). — Ex recentioribus etiam nonnulli hanc historiae partem de industria tractarunt; verbi causa, *Ludovicus Maimbourg* (in *Histoire des Croisades pour la délivrance de la terre Sainte*, Paris. ex tertia ed. 1685. IV. Tomis 12.); verum recentissima memoria longe melius *Fridericus Wilken*, usus quippe, et per complures annos usus, veris historiae fontibus, eam rem egit variis scriptis (*Commentatio de Bello Cruciatorum*, Goett. 1798. 4. — *Geschichte der Kreuzzüge, nach morgenländischen und abendländischen Berichten*, Lips. 1807—1830. VI. Voll. 8. — *Rerum ab Alexio I., Joanne, Manuele et Alexio II. Comnenis gestarum Libri IV.* Heidelb. 1811. 8.); atque *Maximilianus de Choiseul-d'Aillecourt* (*De l'influence des Croisades sur l'état des peuples de l'Europe*, Par. 1809. 8.); item *Carolus Mills*, *Gibboni* rationem secutus philosopham (*History of the Crusades for the recovery and possession of the holy Land*, Lond. 1820. II. Voll. 8.): et, utroque elegantior, *Michaud* (*Histoire des Croisades*, Paris. 1825—1830. VI. Voll. 8.: quocum jung. *Bibliothèque des Croisades*, ibid. 1830. IV. Voll. 8.). Add. *A. H. L. Heeren* (in *Kleine histor. Schriften*, Goett. 1808. 8. T. III.); *Jo. Henricus Regenbogen*, *Comment. de fructibus, quos humanitas etc. perceperint e bello S.* Amst. 1809. 8.); *K. W. F. Von Funck* (*Gemälde aus d. Zeitalt. d. Kreuzzüge*, Lips. 1824. IV. Voll. 8.); *Nicolaus Gothofr. van Kampen* (*Gesch. der Kruistogten*, Harlemi 1823. IV. Voll. 8.): *C. A. W. Spalding* (*Geschichte des Chr. Königreichs Jerusalem*, Berolini 1803. II. Voll. 8.). Nec prorsus spernenda Introductio, quam Ornatissima Matrona *Cottin* praemisit suae: *Mathilde*, *Mémoires du temps des Croisades* (Par. 1809. II. Voll 12. Belgice, L. B. 1810. II. Voll. 8.). — Denique de *Coelibatu* Clericorum legendus prae caeteris est *Georgii Calixti de Conjugio Clericorum liber* (quem emendatius edidit *H. P. C. Henke*, Helm. 1783. 4.). Cui add. *Joannes Gothofredus Körner* (*Vom Cölibat der Geistlichen*,

*chen*, Lips. 1784. 8.). Nostra memoria plures, cum in Gallia, tum in Germania, de hac materia scripserunt, quos omnes indicare non est hujus loci. Praecipue tamen attentionem meretur *D J. A.*, et *A. Theiner* opus, cui titulus: *Die Einführung der erzwungene Ehelosigkeit bei den Christlichen Geistlichen in ihren Folgen*, Altenb. 1828. III. Voll. 8. — Mittimus autem, brevitatis ergo, historiam *morum*, ex praecedentibus facile intelligendam; — item historiam *rituum* et caerimoniarum, paulo post (§. 74.) proprium locum inventuram: at vero properamus ad

X. Historiam *Reformationis*, sive repurgatorum Sec. XVI. Sacrorum; ad quam facillimus est ab Hierarchiae papalis contemplatione transitus. Meretur autem diligentissimam Theologi meditationem, *cum* propter ipsius reformationis gravitatem insignem et utilitatem, *tum* propter calumnias, quibus, nostra adhuc aetate, a nonnullis petitur. Ut autem *et* illa reformationis utilitas recte intelligatur, *et* hae calumniae vero, id est, nullo pretio, aestimentur, opus est praevia meditatione rationis multifariae, qua Christiana Ecclesia, ante plura jam Secula, a sinceritate et simplicitate Euangelicae doctrinae ad putidissimos errores deducta fuerat, atque aliam prorsus a pristina faciem induerat. Qua de re, ut universum Historiae Ecclesiasticae studium certiores facere poterit doceri cupientes, ita qui consulatur dignus imprimis est praestantissimus olim noster praeceptor, *Gisbertus Bonnet*, in *Diss. de causis Superstitionis inter Christianos*, Traj. ad Rh. 1755. 4. Est autem haec historiae pars vel *generalis*, vel *particularis* (*specialis*): pronti vel universe Sacrorum emendatio spectatur; vel praecipua hujus illiusve regni, reipublicae, regionis habetur ratio. — Ad accuratam *illius* cognitionem viam Studioso parabunt *Joannes Sleidanus* (in *Commentariis de statu religionis et reipublicae Germanorum sub Carolo V.*, Libris XXV. Argentorati 1555. f. m. Accessit liber XXVI. in ed. 1558., quam plurimae deinceps secutae sunt. Laudatur merito Gallica interpretatio *Petri Franc. le Courrayer*, qui et annotationes operi adlevit, minime spernendas, Hagae Com. 1767. III. Voll. 4. ad quam ed. idcirco expressa est Germanica, Halae 1770. IV. Voll. 8.); *Abrahamus Scultetus* (in *Annalibus Euangelii Sec. XVI. renovati*, ab a. 1516. ad 1536. Decas I et II., Heidelb. 1618 et 1640. II. Voll. 8. et in *Historia Literaria Reformationis*, *cum introductione Hermanni van der Hardt*, Francof. et Lips. 1717. f. m.); *Vitus Ludov. a Seckendorff* (*Hist. Lutheranismi*, Lips. 1694. Belgice ab *Elia Frickio* versa, Delphis 1728. III. Voll. f. m.); *Ludovicus Maimbourg* (*Histoire du Lutheranisme*, Paris. 1687. II. Voll. 12. Ejusd. *Histoire du Calvinisme*, ibid. 1682. 12., et contra eum (*Petrus Bayle*) *Critique générale de l'H. d. C. de M.*, in *Oeuvres diverses*, Tom. II.); *Jacobus Basnage* (*Histoire de la religion des Eglises reformées*, Roterod. 1725. II. Voll. 4.), *Jac. Perizonius* (*Rerum per Europam maxime gestarum ab ineunte Sec. XVI. usque ad Caroli V. mortem Comment. Hist.* L. B. 1710. 8.); *Daniel Gerdesius* (in *Introductione in Historiam Euang. Sec. XVI.* pas-

*passim per Europam renovati*, Gron. 1744. IV. Voll. 4. — Add. Ejusd. *Scrinium antiquarium, s. Miscellanea Groningana ad Historiam Reformationis spectantia*, ibid. 1749. VIII. Voll. 4.); *Guilielmus Eberh. Tenzel* (*Hist. vom Anfang und Fortgang der Reformation Lutheri*, cum praef. *C. S. Cypriani*, Lipsiae 1718. III. Voll. 8.); *Valentinus Ern. Loescher* (*Vollständige Reformations-Acta und Documenta*, Lips. 1720. III. Voll. 4.); *Joannes Erh. Kappe* (*Kleine Nachlese nützlicher Urkunden zur Reformations-Geschichte*, Lips. 1727. IV. Voll. 8.): et praecipue *Planckius* (*Geschichte der Entstehung etc. unseres protestantischen Lehrbegriffs*, supra (pag. 343.) laud.): quibus addendus *Guilielmus Robertson* (jam §. 34. ann. 9. pag. 92. laud.). — Neque obliviscendi, qui de *commodis* egerunt, quae Reformatio Europae, omnique Orbi terrarum, ne exceptis quidem iis, qui eam repudiarunt et impugnarunt, attulit; — *sive* calumnias repellerent, ut *Claudius* (in *Défense de la Reformation*, ex nova ed. Leov. 1745. II. Voll. f. m. adversus *Nicolii Préjugez légitimes contre les Calvinistes*, Paris. 1671. 12.), — *Carolus Leon. Reinhold*, (*Ehrenrettung der Lutherischen Reformation gegen M. J. Schmidt's Geschichte der Deutschen*, Goett. 1803. 8.), caet; — *sive*, argumentis in medium allatis, late patentem Reformationis utilitatem evincerent. In his, post multos alios, locum suum tuetur *Car. Herm. Leop. Stöker*, propter docte conscriptam et *Friedrichi* operi: *Der Protestant*, ad a. 1828., insertam Commentationem, quam Viri modestia *Specimen historicum* vocavit, *Ueber den wolthätigen Einfluss der Reformation auf die Katholische Kirche.* Sed hoc loco, prae caeteris, ex ipsis *Romano-Catholicis* memorandus est *Carolus Villers*, in Commentatione, praemio ornata ab Instituto, ut vocabatur, Nationali in Gallia, inscripta: *Essai sur l'Esprit et l'Influence de la Reformation de Luther*, Paris. 1804. (et saepius, tertium jam 1808.) 8.; cujus in Germania duae versiones prodierunt, altera *Stampeelii*, cum praefatione *Rosenmülleri*, Lipsiae 1805. 8., altera *Crameri*, cum praef. et ann. *Henkii*, Hamburgi eod. a., quae ipsius auctoris emendatricibus observationibus ditata est; Belgica vero debetur *H. Ewykio*, Harlemi 1805. 8.). Huic adjungendi sunt *Villersii* aemulus, *Leuliettius* (cujus Commentationem idem *Ewykius* Amstelodami 1806. 8. Belgice versam edidit), et *Heerenus* (cujus *Tentamen de politicis Reformationis effectibus* (*Entwickelung der politischen Folgen der Reformation für Europa*, — in *A. H. L. H. Kleine Schriften*, Goett. 1803. 8. Tomo I.), e Germanico sermone Belgice redditum, *Joannes Melchior Kemper* inserendum curavit Ephemeridibus Literariis, quibus *Censoris, etiam Censorum*, nomen est (*Recensent, ook der Recensenten*), Tom. I. pag. 242 sqq. 440 sqq. 629 sqq. Tom. II. pag. 216 sqq.). Plurima alia, etiam Nostratium, scripta legi merentur, ut *Annaei Ypeij* (*Beknopte Gesch. van de Hervorming der Christ. Kerk in de XVI. Eeuw*, Gron. 1817. 8.), *Guilielmi Ant. Ockerse* (*Gedenkschrift van de groote Hervorming in de XVI. Eeuw*, Amst. 1817. 8.), *Gui-*

*Guilielmi Nic. Munting* (*Bijzonderheden uit de tijden der Hervorming*, Traj. ad Rh. 1815. II. Voll. 8.), caet.

Eorum autem, quos jam indicavimus, haud pauci ita universe omnem, sive *generalem*, Reformationis historiam tractarunt, ut tamen praecipuam operam in ea collocarent, quae *Lutheri* potissimum molimina et repurgata per *Germaniam* Sacra spectat. Sic igitur jam ad *peculiarem* (*specialem*) fere descendimus. In hac, ut primae partes *Germaniae* cedant, tamen et aliis Europae regionibus suae sunt vindicandae. Itaque, quod ad *Germaniam* ipsam, *Sleidano*, *Seckendorfio* caeterisque addendi sunt *Ph. F. Hanius* (*Historia Sacrorum a Luthero emendatorum*, Lips. 1729. 4.); *C. L. Woltmannus* (*Geschichte der Reformation in Deutschland*, Altonae 1801. III. Voll. 8.); *Jo. Geo. Müller* (*Denkwürdigkeiten aus der Geschichte der Reform.* Lips. 1806. II. Voll. 8., Belgice cum additamentis interpretis (Rev. *Wunder*), Traj. ad Rh. 1809. II. Voll. 8.); *Ph. Marheineckius* (*Geschichte der Teutsche Reformation*, Berolini 1816. III. Voll. 8.) et *C. G. Spiekerus* (*Geschichte Dr. Luthers und der durch ihn bewirkte Kirchenverbesserung in Deutschland*, ibid. 1818. I. Vol. 8. reliqua an lucem adspexerint, nos praeterit). Atque his etiam Scriptoribus addi possunt alii plures, qui de *vita Lutheri* ejusque meritis (ut *Philippus Melanchthon*, *Jo. Cochlaeus*, *Joannes Matthesius*, *Fridericus Siegm. Keil*, *Jo. Matthias Schroeckh*, *Ukertus*, *Wielandus*, *Pfaffius*, *Bretschneiderus*, alii), aut de praecipuis ipsius adjutoribus, imprimis *Philippo Melanchthone* (ut *Joachimus Camerarius*), aut de *Augustana Confessione* (veluti *Dav. Chytraeus*, *Geo. Coelestinus*, *Ernestus Sal. Cyprianus*, *Wernsdorfius*, *Schelhornius*, *Saligius*, *Weberus*, *Riedererus*, *Liebius*, *Strobelus*, alii, ex quibus *Henricus Guil. Rotermund* compilasse videtur suam *Geschichte des, auf dem Reichstage zu Augsburg in dem Jahre 1530. übergegebenen, Glaubensbekenntnisses der Protestanten*, Hannov. 1829. 8.; conf. *Tholückii Anzeiger*, ad a. 1830. m. Julio, ad a. 1831. m. Aprili), aut de *bello*, a *Protestantibus* gesto, *pace* religiosa et caeteris, huc pertinentibus, exposuerunt. — Quaedam utiliter peti possunt ex *Guil. Wachsmuth* (*Historische Darstellungen aus der Geschichte der neuern Zeit*, Tom. I. (qui totus ad *Reformationis* historiam refertur), Lips. 1831. 8. Insuper, consuli merentur scripta, quale est illud *Jo. Chr. Guil. Augustii*, quod inscripsit: *Erinnerungen aus der Deutschen Reformationsgeschichte*, *zur beherzigung für unsere Tage*, Vratisl. 1814. II. Partib. 8.

Sed Germaniae, et hac parte, vicina est *Helvetia*, cujus reformatae historiam vulgo minus cognitam esse quam Germaniae, merito et alii doluerunt, et *Joannes Tobler* (in *H. C. P. Henkii Neues Magazin für Religionsphilosophie*, *Exegese und Kirchengesch.* Tom. IV. P. III. pag. 486. De ea meriti sunt *Joannes Jac. Hottingerus* (in *Helvet. Kirchengesch.* Tiguri 1708. IV. Voll. 4.); *Abrahamus Ruchat* (*Histoire de la Reform. de la Suisse*, Genev. 1727. VI. Voll. 12.); *J. J. Simlerus* (*Sammlung* *al-*

*alter und neuer Urkunden zur beleuchtung der Kirchengeschichte, vornehml. des Schweizerlandes*, Tiguri 1760. II. Voll. 8.); *Joannes Conr. Füsslin* (*Beyträge zur Erläuterung der Kirchenreformationsgeschichte des Schweizerlandes*, ibid. 1741. V. Voll. 8.; cui add. Ejusd. *Epp. ab Eccles. Helveticae Reformatorib. scriptae*, ibid. 1742. 8.). Quibus adjungendi, qui de primo Helvetiae Reformatore, *Ulrico Zwinglio* (ut *Felix Nüscheler*, *Jo. Casp.* et *Salomo Hess*, *J. A. Eckschlagerus*, *Henricus Guilielmus Rotermund* (Bremae 1818. 8.), *Joannes Melchior Schuler* (Tiguri 1818. 8.), *Henricus Müller*, alii), vel de ejus *adjutoribus* et successoribus (*Joanne Oecolampadio*, *Leone Juda*, *Henrico Bullingero*, *Pellicano*, *Hallero*, praesertim *Joanne Calvino*, ne de *Petro Martyre*, *Theodoro Beza*, aliisque dicamus), scripserunt: uti etiam, qui de *singulis* nonnullis egerunt Helvetiae *partibus*, ubi emendata sunt Sacra, v. c. *Kühnius*, *Kirchoferus*, alii; denique qui *universam* Historiam Ecclesiasticam Helvetiae enarrantes, peculiariter quoque hujus reformationis retulerunt historiam; veluti *Ludovicus Wirz* (et *Melchior Kirchhofer*) in *Helvetische Kirchengesch.* Tomo V. (Tiguri, 1819. 8). — Affinis autem Helveticae historiae est *Historia Reformationis Ecclesiarum Rhaeticarum*, quam conscribere aggressus est *Petrus Dominicus Rossius de Porta* (Curiae 1774. II. Voll. 8.).

De *Italiae*, quae Helvetiae vicina est, reformatione, praeter alios (*Bernardinum Ochinum*, *Petrum Paulum Vergerium*, *Giannonium*, caet.) legi meretur Nostras *Daniel Gerdesius* (in *Specim. Italiae reformatae*, quod, post auctoris obitum, edi curavit ejus gener *Ewaldus Hollebeek*, L. B. 1765. 4.): sed nunc praecipue *Thomas Mac-Crie* (qui pridem inclaruerat conscripta *Joannis Knoxii* vita), in opere, vernacule hoc titulo edito: *History of the progress and suppression of the Reformation in Italy in the sixteenth Century; including a Sketch of the Hist. of the Reform. in the Grisons*, Edinae, 1827. 8. Germanice a *G. Friederichio* redd. et praefatione atque annotationibus ditato, Lips. 1829. 8., Gallice, Paris. 1831. 8. Belgice a *Guil. N. Munting*, qui et quasdam animadversiones addidit, L. B. 1832. 8. — Priori vero huic *Mac-Criei* operi successit alterum Ejusd., inscriptum: *History of the progress and suppression of the Reformation in Spain in the Sixteenth Century*, Lond. 1829. 8.

De *Galliae* reformationis, variis vexationibus, iisque crudelissimis, saepe, quin ad nostram usque aetatem (conf. opusculum *Helenae Mariae Williams*, *On the late persecution of the Protestants in the South of France a. 1815.*), exagitatae, historia multi scripserunt; veluti *Theodorus Beza* (in *Histoire Ecclésiastique des Eglises réformées au Royaume de France, depuis l'an 1521. jusques en l'année 1563.* caet. Antverpiae 1580. III. Tomis 8.; *Joannes Serranus* (in *Commentariis de statu religionis et reip. in regno Galliae*, Genev. 1577. V. Voll. 8. (de utroque conf. *Joannes Vogt*, in *Catal. hist. crit. libror. rarior.* pag. 346 sq.); *Jac. Thuanus* (*Hi-*

(*Historiarum sui temp. Libris* CXXXVIII, Paris. 1604. 8. 1609. XI. Voll. 12. Francof. 1625. IV. Voll. f. m. Lond. 1733. VII. Voll. f. m. etc.); *Petrus Placaeus* (in *Commentaire de l'Etat, de la Religion et de la République sous Henry II. Francois II. et Charles IX.* a. 1665. 8.); *Sullyus*, *d'Aubignéus*, *Elias Benedictus* (Benoist), *Mezerayus*, *Baylius*, *Vellyus*, *Garnerius*, alii. Quibus addendi, qui de *Bello* Gallorum *civili*, de *Edicto Nannetensi*, (Vid. e. g. *B. M. A. D.*, *Histoire de l'Edit de Nantes*, Delphis, 1693. III. Tomis V. Voll. 4.), aliisque huc pertinentibus rebus, scripserunt.

*Anglia*, *Scotia* et *Hibernia* prae multis aliis terrae tractibus, etiam reformationis habita ratione, Theologi attentionem merentur. Itaque cum *Nicolai Sanderi* opere (*De origine et progressu schismatis Anglici*, Colon. 1628. 8.), jungendum notissimum illud, quo *Sanderus* in praecipuis refutatur, *Gilberti Burnet* (*History of the Reformation of the Church of England*, Lond. 1679. et saepius, f. m.; Franco-Gallice versum ab *Joanne Baptista De Rosemond*, prodiit Amst. iterum et emendatius, 1687. IV. Voll. 12., Belgice ibid. 1686. II. Voll. 4., Latine Genevae 1686. f. m. Germanice vero Compendium ejus editum est Brunsv. 1760. II. Voll. 8.), tum et *Joannis Strype* (*Annals of Reformation in the Church of England*, Lond. 1709. IV. Voll. f. m. — *Ecclesiastical Memorials, relating chiefly to the Religion and the Reformation of it*, caet. Lond. 1721. III. Voll. f. m.). — Add., ex Anglis, *Daniel Neal* (in *History of Puritans*, ex nova ed. *Josuae Toulmin*, Lond. 1793. V. Voll. 8., Belgice Roterodami 1752. III. Voll. 4.); porro *Fullerus*, *Heylinus* et *Collyerus*, minus, ut videtur, laudandi; et ex Germanis, *Antonius Guil. Böhme* (*Von der Reform. der Kirche in Engl.* Altonae 1734. 8.), et qui de hoc opere *Obss. historicas et theologicas* evulgavit (Hamb. et Chiloniae 1735. 8.), *Philippus Fridericus Hane*; tum vero etiam *C. F. Stäudlinus* (in *Allgem. Kirchengesch. von Gross Britannien*, Goett. 1819. II. Voll. 8.). Add. ex Nostratibus *Guilielmus Broes* (*De Engelsche Hervormde Kerk, benevens haren invloed op onze Nederlandsche, van den tijd der Hervorming aan*, Delph. 1825. II. Voll. 8.). Neque hic praetermittendi sunt *Davides Humius* et reliqui rerum Anglicarum, politicarum pariter atque ecclesiasticarum, Scriptores; quos inter nunc maxime attentionem meretur *Sharon Turner*, dudum cognitus scripta *Historia Angliae aevo medio* (*The History of England during the middle ages, comprising the reigns of William the Conqueror, to the accession of Henry* VIII.), quam excepit, quae hic maxime in censum venit, ejusdem Scriptoris *Recentior Angliae Historia* (*The modern History of England*). Hujus Operis Tomus I (qui et seorsim editur, hac inscriptione insignitus: *The History of the Reign of Henry VIII, comprising the political History of the commencement of the English Reformation*, Lond. ex altera ed. 1827. 8.), multa continet hac de re, antea minus bene intellecta. Id quod et de reliquis Voluminibus

bus valet, praesertim de II°. et III°. (Lond., iterum, 1829.), quibus res narrantur, *Eduardo* VI° rege, et *Maria* atque *Elisabetha* reginis, in Anglia gestae. — Caeterum ad hunc locum quoque pertinet *Joannis Lingard*, hominis Pontificii, *History of England from the first invasion by the Romans*, Paris. 1826. X. Voll. 8.: cujus operis mox versio Germanica Francofurti ad Moenum a. 1827. in lucem emitti coepit, adornata a *C. L.* Libero Barone *Von Salis*. *Humio* saepe obloquitur *Lingardus*; in nonnullis peculiarem tuetur sibique privam opinionem, eamque in multis (v. c., in loco de famosa S. Bartholomaei nocte) indicia haud dubia animi a partium studio minime alieni prodentem, in nonnullis tamen omnino, quae curatius perpendatur, dignam. — Valde quoque laudatur *Guizoti Histoire de la révolution d'Angleterre, depuis l'avénement de Charles I, jusqu'à la chûte de Jacques II*, Paris. 1826. II. Voll. 8.; cujus operis, in quo de memorabili Anglicae historiae parte accuratius exponitur, quam ab *Humio* et *Clarendono* (quos *Broderius*, in *History of the British Empire*, 1822. 4. et 8., contendit non semper fidos esse rerum gestarum narratores) factum erat; cujus igitur operis interpretatio Germanica mox adornari et edi coepit, Parisiis et Argentorati, 1827. 8. Ei vero etiam addendus est *Pepyus* (*Memoirs*, 1825. II. Voll. 4.). Vix autem ullius momenti esse dicuntur: *Mazurii Histoire de la revolution de* 1688. et *Godwini History of the common wealth of England*, 1824. Verum denique consulendi sunt, qui de vita et rebus gestis *Wolseyi*, *Cranmeri*, *Thomae Mori*, aliorumque (*Petri Martyris* e. g., *Pauli Fagii*, *Matthaei Parker*, caet.) exposuerunt. — Uti vero plerique, quos indicavimus, non Angliae tantum historiam narrarunt, sed et res Scotiae et Hiberniae attigerunt; — ita de *Hibernicis* adhuc conferenda, quae *Daniel Gerdesius* de iis habet in *Scrinio antiq.* Tomo VII, et de *Scoticis* praesertim *Gilbertus Stuart* (*The History of the establishment of the Reformation of religion in Scotland*, Lond. 1780. 4., Germanice Altenburgi 1786. 8.): quocum jung. *Davides Calderwood* (*The History of the Church of Scotland from the beginning of the reformation*, caet. Lond. 1678. f. m.). Mitto alios, *Buchananum*, *Melvillum*, *Spotswoodum*, *G. Cookium* (*The History of the Church of Scotl., from the establishment of the reformation, to the revolution*, III. Voll.), *A. Fr. Leop. Gembergium* (*Die Schottische Nationalkirche, nach ihren gegenwärtigen inneren und äusseren Verfassung*, Hamb. 1828. 8.), alios. Verum minime nobis omittendus est, supra memoratus (§. 34. ann. 9.), *Guilielmus Robertson* (in *the History of Scotland during the reigns of Queen Mary and of King James VI*, cujus nova ed. prodiit Londini a. 1776. II. Voll. 8.). Plurima quoque peti possunt ex *Thomae Mac-Crie Vita Knoxii*, vernacule conscripta, Belgice a *Cramero von Baumgarten* ex parte versa et ed. (Gron. 1817. II. Voll. 8.), ne de *Melchiore Adamo*, *Petro Baylio*, aliisve moneamus.

Jam longum sit, et a nostro instituto alienum, eadem ratione de omnibus re-

reliquis dicere Europae regionibus. Ablegare plura cupientes nobis liceat ad *Schroekhium*, in *Hist. Reform.* Tom. I. §. 280. Sch. 6. Itaque mittere poterimus *Sueciam* (de qua *Dalinus*, *Celsius*, *Vertotus*, *Wagnerus*, *Banzius*, *Schinmeyerus*, egerunt); — *Daniam* (de qua *Pontoppidanus*, *Holbergus*, *Gebhardius*); — *Borussiam* (de qua *Hartknochius* et *Arnoldus*); — *Poloniam* (de qua *Wengierskius*, *Friesius*, *Lubinierzkius*); — *Silesiam* (de qua *Rosenbergus* et *Henselius*); — *Nassaviam* (de qua *Jo. Herm. Steubingius*, in *Kirchen-und Reformations-Geschichte des Oranien-Nassauischen Lande*, Hadamariae 1804. 8.); — *Hannoveram* (de qua *Jo. Car. Theophob.* (*Fürchtegott*) *Schlegel* incepit scribere (*Kirchen-und Reformations-Geschichte von Nord-Deutschland und von den Hannoverischen Staaten*, Hannov. 1828 sq. II. Voll. 8.), opus vero absolvere, inopina morte praeventus, non potuit); — *Hassiam* (de qua *Jo. Chr. Martinus*, in *Nachrichten von der Synode zu Homberg, mit Bezug auf die Reformation in Hessen*, Casselae 1804. 8.); — *Brunsvicum* (de quo *Phil. Jul. Rehtmeyer* (in *Antt. ecclesiasticis inclytae Urbis Brunsvigae*, Brunsv. 1717 — 1720. V. Voll. 4.) et *Car. Geo. Henr. Lenz* (in *Braunschweigs Kirchenreformation im XVIen Jahrhundert*, Guelph. et Lips. 1828. 8., et in *Geschichte der Einführung des evangelischen Bekenntnisses im Herzogthume Braunschweig, aus gedruckten und handschriftlichen Nachrichten*, Brunsv. 1830. 8. Priori opusculo addita est *Gotscalci Crussen Underrichtunge*, *Warumm hee geweeken ut synen Kloester*. Fuit autem hic *Cr.* discipulus Lutheri et Reformator Brunsvicensis a. 1522.); — *Bavariam* (de qua *Hurdius*, *Hansitzus*, *Reschius*, *Meichlbeckus*, *Metzgerus*, *Steinerus*, *Sterzingerus*, quibus omnibus usus est *Vitus Ant. Winter*, in *Aelteste Kirchengesch. von Altbayeren, Oesterreich und Tyrol*, Landsh. 1813. 8. *Car. Fuchs*, *Allgemeine Uebersicht des Zustandes der protestantischen Kirche in Baiern*, Ansbachi 1830. 8.); — *Hungariam* et *Transylvaniam* (de qua *Lampius*, vel potius *Emberus*, *Ribinius*, *Bodus*, *Hanerus*, *Gebhardus*, *Benköus*). — Sed verbum addamus de patria nostra Batava. Multa hic peti possunt ex nostris Historiographis, *Hooftio*, *Borrio*, *Reidano*, *Metereno*, *Grootio*, *Wagenario*, ut et *Famiano Strada*, Jesuita, *Vynctio*, *Viglio ab Ayta*, *Bentivoglio*, aliis. Quaedam ex prima et secunda Parte, itemque ex tertiae initio, Historiae Ecclesiasticae, a *Joanne Uitenbogardo* conscriptae (de *Kerkel. Historie — voornamentlyck in dese Geunieerde Provintien*, 1647. f. m.), conferendae illius cum *Jacobi Trigland* Historiis Ecclesiasticis (*Kerkelyke Geschiedenissen*, caet., L. B. 1650.), quibus *Uitenbogardum* in multis refutare studuit. Classicum vero opus est *Gerardi Brandt Historie der Reformatie* caet. (Amst. ex altera ed. 1677. IV. Voll. 4. tertiam procurare instituit *Isbr. van Hamelsveld*, ibid. 1788.) Tomo I., cui Tomo nihil regessit *Jacobus Leydekker* (in Opere, quo *Brandtium* refellere sategit, inscripto: *Eere van de Nationale Synode van Dordrecht* caet. Amst. 1705.

1705. II. Voll. 4.). Epitome Brandtiani Operis Franco-Gallice prodiit Hagae Com. 1726. III. Voll. 12.). Addatur *Annaei Ypeij* et *Isaäci Jacobi Dermout*, Historia universae Ecclesiae Reformatae in Belgio (*Geschiedenis der Nederlandsche Hervormde Kerk*, Bredae 1819. IV. Voll., cum totidem Voll., *annotationes* continentibus, 8.); cujus initium (Tomo I.) à Reformatione Belgicarum Ecclesiarum, ut par erat, ducitur. Praeclaris tamen Duumviris nonnulla, minime spernenda, opposuit *Corn. Mart. van der Kemp*, in Opere, quod inscripsit: *De eere der Nederlandsche Hervormde Kerk gehandhaafd*, Roterod. 1830. III. Voll. 8.). — Sed nec praetermittenda quaedam alia scripta, qualia sunt *Guilielmi* et *Jonae Guilielmi Te Water*, cum de Reformatione Ecclesiarum in *Zelandia*, tum de *libello supplice*, a. 1566, Belgii Gubernatrici, *Margarethae* Parmensi, a Nobilibus Belgiis tradita (*Kort verhaal der Reformatie van Zeeland in de 16. Eeuwe; — begonnen door Willem Te Water, en voltooid en uitgegeven door Jona Willem Te Water*, Mediob. 1766. 8. — et *Historie van het Verbond en de Smeekschriften der Nederlandsche Edelen, ter verkrijginge van vrijheid in den Godsdienst en Burgerstaat — uit vele oorspronkelijke gedenkstukken zamengesteld door J. W. Te Water*, ex altera ed. 1779. IV. Voll. 8.) et *Heinonis Hermanni Brucheri*, de Reformationis in Provincia *Groningana* historia (*Geschiedenis van de Opkomst der Kerkhervorming in de Provincie Groningen, tot aan het jaar 1599; gevolgd door de Geschiedenis van de vestiging der Kerkhervorming in dezelfde Provincie — uit echte stukken zamengesteld*, Groningae 1821. 8.). Add. *N. Westendorp*, *Bijzonderheden uit de Gesch. d. Herv. in de Prov. Gron. — — uit een ongedrukt H. S. van dien tijd*, Gron. 1832. 8.

Atque haec fere sunt, quae ad hunc locum paulo fusius annotanda videbantur. Caeterum et de iis dici poterat praestantioribus viris, qui, media in corruptela, dudum emendationi Sacrorum viam quodammodo praeparaverant (Leg. *Martini Flacii Illyrici Catalogus testium veritatis*, saepius editus, e. g. Francof. 1666. 4.). In quorum censum, ne de *Catharis*, *Beghardis* similibusve dicamus, omnino referendi videntur *Mysticorum* nonnulli (*Bernardus* Claravallensis, *Hugo* et *Richardus de S. Victore*, *Joannes Bonaventura*, *Joannes Gersonus*, *Joannes Taulerus*, *Joannes Rusbrochius*, alii); — praesertim vero *Albigenses* in Gallia Australi (quorum historiam conscripserunt *Joannes Chassanion* 1559, *Oudinus*, *Perrinus*, *Catellus*, *Benedictus* (Benoist), alii); — *Waldenses* in Italia superiore (de quibus, ut alios taceamus, minus facile aut parandos, aut intelligendos (*Riegerum*, *Allixium*, *Benedictum*, vel adeo alia omnia potius, quam Waldensium historiam, tractantes (*Reynerum*, *Philichdorfium*, *Eberhardum* Bethuniensem, *Lydium*, *Ermengardum*, *Monetam*, *Bernardum de fonte calido* (Chaud-fontaine), vel et rariores et aevi sui vitiis contaminatos, *Perrinum*, *Gillesum* et *Legerium*, reliquorum facile principem, vel denique eos, qui recentiorem, eamque potissimum Coloniarum, a

Waldensibus in Galliam, Calabriam, Borussiam ductarum, non item antiquiorem ipsarum Vallium, historiam scripserunt, *Moserum* et *Ditericium*; praeter hos igitur, aliosque, praesertim conf. *Arnaldus* et *Boyerus*, quem cum pluribus indicavit, post alios, *Joannes Florentius Martinet* (in *Kerkel. Gesch. der Waldenzen* caet. Amst. 1775., et denuo cura Rev. *Henrici Rietveld*, 1827. 8., pag. 4—12.). In illis praecipuam attentionem meretur nostras *Martinus Schagen*: et addendi ipsis nunc sunt *Carolus Gottfr. Rössler* (*Versuch einer Geschichte der Waldensen*, Merseburgi 1825. 8.) et *Petrus Jas* (Disp. de *Valdensium secta, ab Albigensibus bene distinguenda*, L. B. 1834. 4.); qui praestantiores Scriptores, hac de re consulendos, indicare non neglexit. Unus tamen Scriptor (*Jacobus Brez*), non omittendus, haud scio an non ipsum fugerit; eum dico, cui debetur: *Histoire des Vaudois, ou des habitans des vallées occidentales du Piémont, qui ont conservé le Christianisme dans toute sa pureté et à travers plus de trente persecutions, depuis le commencement de son existence jusqu'à nos jours, sans avoir participé à aucune reforme* (Paris., Lauss. et Traj. ad Rh. II. Voll. 1796. 8. Germanice, Lips. 1798. II. Voll. 8.). — Meditari cum maxime Virum D., *Alexin Muston*, qui, peragratis ipsis Vallibus Piemontanis, cum Viris Doctis in Gallia et Germania literarum commercium habuit, novam, de qua bene sperandum sit, historiam (*Histoire des Vaudois, depuis leur origine jusqu'à nos jours*, III. Voll.), eamque in rem ex Hollandia (in qua *Brezius* et *Arnaldus* vixerint et docuerint) suppetias exspectare, refert *Le Protestant* (*Année* II. N°. 17. p. 136.); — *Wiclefitae* in Anglia (de quorum praeceptore *Joanne Wicliffe*, leg. *Joannes Lewis*, *Guilielmus Gilpins*, *Aug. Zittius*, alii); — *Hussitae* in Bohemia, *Joannis Hussi* et *Hieronymi Pragensis* discipuli (de quibus, post *Laurentium Byzynium* (in *Orig. et diar. belli Hussitici*, e M. S. Cod. ed. ab *J. P. de Ludewig*, in *Reliquiis MSS.* Vol. VI. pag. 124—216.), *Camerarius*, *Comenius*, *Cochlaeus*, *Theobaldus*, *L'Enfantius*, aliique conferendi); — denique, plures alios ut mittamus, veluti *Joannem Vesaliensem*, *Hieronymum Savanarola*, *Joannem Reuchlinum*, caet.), *Nostratium* nonnulli, *Gerardus Magnus* (*Groete*, de quo nunc consulenda *Filii* nostri Commentatio, in *Kistii* et *Royaardsii Archief voor K. G.* (c. nostris additamentis) Tom. I. pag. 355 sqq. et Tom. II. pag. 247 sqq.); *Joannes Wessel* (de quo, post alios, recentissime scripserunt *Guil. Muurling* (in *Comment. de Wesseli Gansfortii cum vita, tum meritis in praeparanda Sacrorum emendatione in Belgio Septentr.* P. I., Traj. ad Rh. 1831. 8.) et ubertime *Car. Ullmann* (in *Johann Wessel, ein Vorgänger Luthers*, caet. Hamb. 1834. 8.); *Alexander Hegius*, *Desiderius Erasmus*, *Rud. Agricola* (de quibus, post alios, *Ypejus* et *Dermoutius* retulerunt). Verum haec hactenus.

§. 73.

## §. 73.

### *Subsidia*, 1) *ad Historiam Sacram.*

Uti autem in nullo fere studiorum genere fieri possunt egregii profectus sine libris; ita *neque* in discenda ea parte Historiae, quae *Sacra* vel *Biblica* dici solet, operae pretium faciet Studiosus, *neque* in altera, quae magis *κατ' ἐξοχὴν Ecclesiastica* vocatur, nisi et *fontes*, supra (§. 70.) indicatos, adeat, et *alia* etiam Opera *majora* et *minora* in studiorum subsidium adhibeat. Itaque, quod ad *priorem* partem, minime ipsi sunt spernendi, neque *Historiae Universalis*, veteris praesertim, enarratores, neque quotquot vel *Commentariis* vel *Scholiis* Sacros *Veteris* et *Novi* Testamenti libros historicos, aliosve historiam tangentes, illustrarunt (1). Verum praeterea consulendi *primum* illi sunt, qui *utriusque* vel *alterutrius* Testamenti argumentum historicum enarrarunt. Ad *illos* pertinent *Natalis Alexander* (2), *Jacobus Basnage* (3), *Augustinus Calmet* (4), *Jacobus Saurin* (5), *Hermannus Venema* (6), *Joannes Jacobus Hess* (7), *Hermannus Muntinghe* (8), alii (9). Quibus addendi, quicunque eamdem rem *compendio* tractarunt, *Fridericus Spanheim* (10), *Fridericus Adolphus Lampe* (11), *Joannes Jacobus Schmidt* (12), aliique plures (13). *Deinde* memorari hoc loco, et consuli a Studioso, merentur, qui Historiae ita lucem attulerunt, ut Sacrorum Scriptorum adversarios et obtrectatores confutarent et pudore suffunderunt; quales sunt *Thomas Stackhouse* (14), *Theodorus Christoph. Lilienthal* (15), quique spissum hujus opus in compendium redegit, non pauca tamen de suo addens, *Isbrandus van Hamelsveld* (16); porro Abbas *Guené* (17), quique ei adjungendus est *Robertus Findlay* (18), alii (19). *Veteris* autem *Foederis* Historiam Sacram praesertim illustratum iverunt, qui *porro* legendi sunt, *Jacobus Cappellus* (20), *Jo. Andr. Schmidtus* (21), *Berruyerius*

*rius* (22), *Joannes Franc. Buddeus* (23), *Joannes Jac. Rambachius* (24), caet. *Postremo* non plane hic praetermittendi, qui insigniorem aliquam hujus Historiae partem illustrare studuerunt, ut e. g. *Jo. Henr. Heideggerus* (25), *Nic. Gürtlerus* (26), *Samuel Shukfordus* (27), itemque *G. J. Planckius* (28) et *Aug. Neander* (29), alii (30), aut qui seriorem *Judaeorum* historiam enarrandam sumserunt. Vid. §. 51. in fine.

(1) Quorum praecipuos aliquot indicavimus §. 67. ann. 13 sqq. De singulis uberius exponere et accurate judicare, quantumvis per se quidem utile sit, et a nonnullis rogatum, non est hujus loci, neque convenit necessariae Scriptionis hujus brevitati.

(2) *Selecta Hist. Eccl. V. T. capita, cum Hist. Eccl. N. T.* Parisiis 1699. VIII. Voll. f. m., et locupletius opera *Roncagliae* et *Mansii*, Venet. 1777. IX. Voll. f. m. et XIV. Voll. 4. Ibidem eod. a. *Supplementum* prodiit, f. m.

(3) *Histoire du Vieux et du Nouv. T.* Amst. 1704. 4. et saepius II Voll. f. m.

(4) *Hist. de l'ancien et du nouv. T., et des Juifs* caet. Paris. 1718. II. Voll. 4. et 1725. VII. Voll. 8.

(5) *Discours historiques, critiques, théologiques et moraux sur les événemens les plus mémorables du vieux et du nouv. T.*, Amst. 1720. VI. Voll. f. m. et XI. Voll. 8. Etiam Germanice. (*Saurinus* ipse opus non absolvit, sed inchoatum *Roquesius* et *Beausobrius* ad finem perduxerunt).

(6) *Institutiones Historiae Ecclesiasticae*, Lugd. Bat. et Leov. 1777. VII. Voll. 4.

(7) *Geschichte der Israëliten vor den Zeiten Jesu*, Tiguri 1776. XII. Voll. 8. (Belgice, Amst. 1776. 8.) — *Geschichte der drey letzten Lebensjahre Jesu; nebst einer Einleitung, welche die Jugendgeschichte Jesu erzählt*, Tiguri 1774. et saepius; octavum 1823. III Voll. 8. (Ad ultimam hanc ed. Rev. *W. N. Munting* belgicam libri versionem parare instituit, Dordraci 1828, sqq. IV. Voll. 8.); — *Ueber die Lehren, Thaten und Schicksale unsers Herrn*, ibid. 1782. 8. et 1806., ultimum 1826. III. Voll. 8. (Belgica versio, sub *Hermanni Muntinghe* auspiciis, prodiit Groningae 1812. III. Voll. 8., novam vero cum maxime parari Daventriae, fama est). — *Geschichte und Schriften der Apostel Jesu*, Tig. 1775. iterumque 1778. II. Voll. 8., ultimum 1820., III. Voll. 8. (ad quam editionem novam interpretationem Belgicam Amstelodami a. 1829 sq. III. Voll. paravit c. ann. Rev. *Henr. Rietveld*). — Quibus add. Ejusd. *vom dem Reiche Gottes, ein Versuch über den Plan der Göttl. Anstalten und Offenbarungen*, ibid. 1774. tertium 1795. 8. (etiam Belgice, 1779. II. Voll. 8.) et

*Kern*

*Kern der Lehre vom Reiche Gottes*, ex altera ed. ibid. 1816. 8. (Belgice, cum praef. Collegae aestumatissimi, *Wesseli Alb. van Hengel*, Amst. 1820. 8.).

(8) Vid. supra §. 32. ann. 4. pag. 79. et praecipue §. 33. ann. 3. pag. 84.

(9) V. c. *Davides Martin*. Sed hoc loco minime praetermittendum, juniorum licet usibus ab auctore destinatum, elegantissimum utilissimumque conjunctissimi Collegae nostri, *Joannis Henrici van der Palm*, opus, cui titulum fecit: *Bijbel voor de Jeugd*, L. B. 1819. (ex secunda ed.) XXIV. Voll. 8.

(10) *Historia Sacra* in Ejus. *Opp.* Tom. I. (L. B. 1701. III. Voll. f. m.); add. *Summa H. E. a Chr. N. ad Sec. XVI.* L. B. 1689. 8. et *Introd. ad Chronol. et Hist. S.* Amst. 1694. 4. et cum ann. *Stubenrauchii* Halae 1770. 8.

(11) *Synopsis Hist. Sacrae et Eccl.* Traj. 1721, 1726, 1740. 8.

(12) *Biblischer Historicus*, (Parte quarta) Lips. 1728, 1740. 8. (Belgice, Amst. 1775. II. Voll. 8. (Tom. I. pag. 455—872.).

(13) Verbi causa, Scriptores *Compendii H. E. in usum Gymnasii Gothani* (Gothae 1723. III. Voll. 8., quibus a. 1757. accessit *Supplementum*, auctore *Christ. Guil. Franc. Walchio*; duorum priorum Voluminum auctores sunt *Seckendorfius*, *Boeclerus* et *Artopoeus*; tertii *Ern. Sal. Cyprianus*); porro *Christ. Junckers*, *Henr. Staehelin*, *Jo. Geo. Heinsius*, *Isaäcus Watts*, *Geo. Frid. Seiler*, *Isbr. van Hamelsveld*, *Annaeus Ypeij*, caet.

(14) Cujus *Defence of the Christian Religion* etc. Lond. 1731. et rursus 1733. 8. prodiit, Gallice versa sub titulo: *Le Sens littéral de l'Ecriture Sainte défendu* etc. Hagae Com. 1738. II. Voll. 8., Germanice vero opera *H. C. Lemkeri*, Goett. 1750. II. Voll. 8.

(15) *Die gute Sache der in der heiligen Schrift alten und neuen Test. enthaltenen Göttl. Offenbarung*, caet. Regiomonti 1750 et 1760. XVI. Voll. 8., Belgice cum inscr. *Oordeelkundige Bijbelverklaring* caet. Amstelod. 1766. XIX. Voll. 8., ad quae, tanquam XXum, accessit *Joannis Martini Hoffmann Inleiding tot de Oord. Bijbelv. van T. C. L.*; ibid. 1775. 8. Huic interpretationi ipse *Hoffmannus* aliique Viri D., in his *Jo. Herm. Schachtius*, utilissimas annotationes addiderunt.

(16) *De Bijbel verdedigd.* Amst. 1783. VIII. Voll. 8.

(17) Vid. supra §. 51. ann. 2. pag. 211.

(18) *Defence of the Holy Scripture*, Glasgov. 1770. 8., Belgice, Amst. et Harlingae 1773. II. Voll. 8.

(19) In his *Samuel Chandler*, *Patricius Delany*, *Claudius Fleury*, caet. et qui *Guelpherbytano Fragmentistae* se opposuerunt, Viri D.; denique, plures ut mittam, *Joannes Tobler*, in *Anmerkungen zur Ehre der Bibel*, Halae 1777. VII. Fascc. 8.

(20) *Hist. Sacra et exotica* caet. Sedani 1613. 4.

(21)

(21) *Compend. Hist. Eccl. V. T.* Helmst. 1708. 8.

(22) *Histoire du peuple de Dieu*, caet. Paris 1728. VII. Voll. 4. 1742. X. Voll. 12.

(23) Vid. sup. §. 59. ann. 4. pag. 314 sq.

(24) *Ausführl. Discours über die Kirchenhist. des A. T.*, herausgeg. von *E. F. Neubauer*, Francof. et Lips. 1737. II. Voll. 4.

(25) *Historia Sacra Patriarcharum*, Tiguri 1729. II. Voll. 4.

(26) *Origines mundi*, Amst. 1708. 4.

(27) *The sacred and profane History of the World connected* caet. Lond. 1728. III. Voll. 8., Germanice Berolini 1741. III. Voll. 4., Gallice L. B. 1738. II. Voll. 8. et Paris III. Voll. eod. 12. Inchoatum opus, cui auctor immortuus est, quodammodo continuavit *Casparus Gottlob. Langen*, in *Versuch einer Harmonie der Heiligen und Profanscribenten in den Geschichten der Welt*, caet. Bayreuthi 1775. III. Voll. 4. *Shukfordus* ad Josuae usque obitum opus perduxerat; *Langenius* a Judicum temporibus ad exitum usque regni Israëlitici deduxit.

(28) *Geschichte des Christenthums in der Periode seiner ersten Einführung — — durch Jesum und die Apostel*, Goett. 1818. II. Voll. 8. Belgice c. additamentis, Amst. 1819. II. Voll. 8.

(29) *Geschichte der Pflanzung und Leitung der chr. Kirche durch die Apostel (als selbstständiger Nachtrag zu der allgemeinen Geschichte der chr. Religion und Kirche)*, Hamburgi 1832. II. Voll 8.

(30) Verbi causa *Jo. Marckius*, in *Hist. Paradysi illustr.* Amst. 1705. 4. *Samuël van Emdre*, *Geschiedenis voor den Zondvloed*, Amst. 1796. 8. *Henricus Leo*, caet.

## §. 74.

### 2) *Ad Historiam Ecclesiasticam. Hujus Historia.*

Sed utendum etiam est subsidiis, quibus alterius Historiae partis, quae *Ecclesiastica* eximie dici solet, studium adjuvatur. Jam *primum* quidem hic in censum veniunt majora Opera et minora, quibus *Universalis* Historia, *media* praesertim et *recentior*, enarratur (1). Verum *praeterea* ipsi prae caeteris *fontes* adeundi, quos paulo ante indicavimus (2). Atqui his *etiam* superaddenda sunt (ne de *Lexicis* dicamus, minoris quidem utilitatis iis, neque tamen plane spernendis (3),) alia Opera, ad fontes quidem minime referenda, diligenter vero legenda, quippe quibus vel *omnis* Ecclesiae historia, sive *uberiore* Commen-

mentario exponitur (4), sive exiliore *Compendio* adumbratur (5), aut insignior *aliqua* ejus *pars* de industria pertractatur (6).

In eorum autem usu plurimum adjuvabitur Studiosus, si ipsam Ecclesiasticae Historiae Historiam consulat, et, quem cursum ejus excolendae ratio tenuerit, donec ad hunc, quo nunc conspicitur, perfectionis statum pervenerit, accurate observet et perpendat. Sic enim non memoriam tantum praestantissimarum rerum copia et varietate augebit, sed judicium simul acuet, et ad pragmaticam Ecclesiasticae Historiae contemplationem verumque usum mentem animumque informabit. Qua de re data opera exposuit Vir Cl. *Hermanus Joannes Royaards* (7).

(1) Vid. §. 34. ann. 3 sqq. pag. 86 sqq.

(2) Vid. §. 70. pag. 315 sqq.

(3) Quorsum pertinent, v. c., *Joannis Andr. Schmidii Lexicon Ecclesiasticum minus*, Helmst. 1712. 8.; *Ludovici Guilielmi Wittich Handbuch der Christlichen Kirchen-und Dogmen-Geschichte in alphabetischer Ordnung entworfen, zum Drucke befördert von Wilhelm Friedrich Hezel;* cujus operis Tomus I. (A — Car.) prodiit Erfordiae 1801. 4. (sequentes, nisi fallor, nondum editi sunt). *W. D. Fuhrmanni Handwörterbuch der christl. Religions-und Kirchen-geschichte*, etc. (Halae 1826 — 1829. III. Voll. 8. Primo Volumini praemissa est disputatio *Aug. Herm. Niemeyeri*, de momento et gravitate studii H. E. optimaque ejus methodo: tertio vero Volumini addita est brevis de ejusdem *Niemeyeri* vita et meritis Commentatio). Ex Nostratibus memorari potest *L. G. Bredie*, *Woordenboek der Kerkelijke Geschiedenis* (Amst. 1826 — 1830., hucusque III. Voll. 8.; plura vero exspectantur. Sed de hoc opere conf. *Godgeleerde Bijdragen*, Tom. I. pag. 408 — 418. Tom. II. pag. 70 — 75. Tom. III. pag. 839 — 843.). — Universe quidem talium operum (quae *asinorum pontes* haud immerito vocantur) usum tironibus vix commendare audemus: neque vero, siquidem modice et tanquam indicis loco adhibeantur, prorsus damnare.

(4) Primum locum hic merito suo occupant *Centuriae Magdeburgenses* (*Eccl. Hist., integram Ecclesiae Christi ideam secundum singulas Centurias — complectens, — congesta per aliquot studiosos et pios viros in urbe Magdeburgica* caet.), quarum auctores et collectores fuerunt *Matth. Flacius*, *Jo. Wigandus*, *Matth. Judex*, *Basil. Faber*, *Andr. Corvinus*, *Thomas Holzhüterus*, plures vero adjutores. Hae primum edi coeperunt Basileae 1559 — 1574. XIII. Voll. f. m. atque haec editio alteri Basileensi (1624. a *Ludovico Lucio* procuratae) praestare censetur; et merito, quam-

 quam

quam *Jo. Gottl. Mollerus*, in hac exagitanda, modum non videtur servasse. Add. nova editio, quae Norimbergae 1757 sqq. VI. Voll. f. m. coepit evulgari, sub auspicio *Baumgarteni*, cui mox, sequente anno, successit *Semlerus*, at, vel sic tamen, ad finem non perducta. In epitomen *Centurias* redegit *Lucas Osiander*, Tubingae 1591—1601, ab Centuriatorum ordine recedens et historiam trium sequentium (XIV—XVI.) seculorum addens. Naevis non carentium *Centuriarum emendandarum*, non minus quam *defendendarum* et *continuandarum*, *consilium* ceperat *Jo. Andr. Schmidius* et proposuerat, Helmstadii, 1700. 8., sed nec ipse exsecutus illud est, neque, qui exsequeretur, hucdum quisquam inventus. *Centuriis* autem *Caesar Baronius*, Cardinalitiae vir dignitatis, instigatus a *Philippo Nerio*, et voce coelesti, ut ipsi videbatur, in somniis excitatus, opposuit *Annales* suos *Ecclesiasticos* (Romae 1588 sqq. XII. Voll. f. m.; saepiusque, e. g. Moguntiae 1601. totidem Voll. ead. f., probante auctore, editos); quos continuarunt *Abrahamus Bzovius*, *Odoricus Raynaldus*, *Henricus Spondanus* et *Jacobus Laderchius*; aliaque accesserunt in nova ed. Luccensi, 1738 sqq., quae jam XXXVIII. Voll. constat. Quoniam vero Romano-Catholicorum Coryphaeus ille in his *Annalibus*, quibus conscribendis ab anno aetatis trigesimo ad sexagesimum usque occupatus fuit, nec paucos errores nec leves commisit, nec omnes ejusmodi, ut fallere nolenti auctori, at imprudenti, casu fortuito excidisse videantur; mirum non est, plures ex eruditis Protestantibus operam iis detegendis et castigandis navare voluisse; quorsum praeprimis sunt referendae *Isaäci Casauboni*, *de rebus Sacris et Ecclesiasticis*, *Exercitationes XVI. ad Card. B. Prolegomena*, caet. Genevae 1654. 4., uti et *Samuelis Basnagii Exercitt. Historico-Criticae in Baronii Ann.* Traj. ad Rhen. 1717. 4.; ne de *Jo. Henr. Ottio* et *Montacutio* dicam. Sed illud imprimis memorabile est, praecipuos *Baronii* adversarios eidem cui ipsum Ecclesiae Romanensi fuisse addictos. Alter enim est *Antonius Pagi*, religionis Francisci Monachus (in *Critica historico-chronol. in universos Annales Bar.* etc. — *Opus posthumum*, Antverpiae (i. e. Genevae) 1705. IV. Voll. f. m. — et ibid. 1724. totidem Voll., *ab auctoris Nepote* (*Francisco Pagi*) emendatum): alter, *Casparus Saccarellus* (in *Hist. Eccl. per annos digesta variisque observationibus illustrata*, Romae 1771 sqq. XXV. Voll. 4.), qui et emendare *Baronium*, et simul tamen suae familiae homines adversus Protestantium Scriptores H. E. defendere sibi proposuit. Ex eadem vero Ecclesia memorandi etiam sunt *Natalis Alexander* (in *Hist. Eccl. Seculis XVI.* Paris 1679. XVI. Tomis, XXXII. Voll. 8., quibus postea addidit *Veteris Test.* historiam c. tit.: *H. E. V. N. q. T. — — ad a. Dom. MDC*, ib. 1730., VIII. Voll. f. m.; atque sic denuo edidit *Stephanus Roncaglia*, Lucae 1742. et *Jo. Dom. Mansi*, Venet. 1749 et 1759., qui III. Voll. *Supplementt.* quoque adjecit. — Add. ed. Bingensis 1785. XVIII. Voll. 4. cum II. Voll. *Suppl.*); *Claudius Fleury* (in *Histoire Ecclésiastique*, Paris. 1661. XX. Voll. 4. Bruxellis 1716. XXXVI. Voll. 4. et 12.; cujus Operis epitome IX. Voll. 8. Coloniae 1752. prodiit, inscripta: *Abrégé de l'Hist. Eccl.*

Eccl. etc.; quod vero cum non omnibus Romanae Eccl. asseclis placeret, prodiit *Justification des Discours et de l'Hist. Eccl. de M. l'Abbé Fleury contre les reproches et les calomnies de quelques Religieux Flamans*, Nancy 1737. II. Voll. 12.); *Sebastianus Lenain de Tillemont* (in *Mémoires pour servir à l'Hist. Eccl. des six premiers Siècles*, Paris 1693. XVI. Voll. 4., Bruxellis XVI. Voll. 1694. 12., ibid. X. Voll. f. m.), quamquam hicce Scriptor ultra Seculum Sextum non progreditur: et *Joannes Augustinus Orsi* (in *Storia Eccl.* Romae 1748. XX. Voll. 4. continuata a *S. A. Becchettio*, ibid. 1777. XVII. Voll. 4. Novam, eamque elegantissimam operis, quod auctori ad Cardinalitiam dignitatem viam stravit, editionem, sed continuatione *Becchettii* carentem, XLII. Voll. 16. constantem, a. 1826. ad finem perductam, indicant Editores Ephemeridum, *Bulletin des Sciences Historiques* caet. Tom. IX (ad mens. Januarii, a. 1828.) pag. 74. et Tom. X. (m. Aug.) pag. 216. paulo distinctius). His vero addi possint: *Casparus Royko* (*Chr. Religions-und Kirchengeschichte*, Pragae 1789. IV. Voll. 8.), *Matthaeus Dannemayer* (*Instit. H. E. N. T.* Vindob. 1788. II. Voll. 8. Germanice (*Leitfaden in d. K. G*) Rotweil. ex alt. ed. 1826.), *Antonius Michl* (*Chr. Kirchengesch.* Monachii, 1807. et iterum 1812. II. Voll. 8.), *Franciscus Xaverius Gmeiner* (*Epitome H. E. N. T.* Graecii, ex ed. alt., 1803. II. Tomis 8., ad sequentem potius classem referendus); *Fridericus Ludov. Comes de Stolberg* (*Gesch. der Religion Jesu Christi*, Hamb. 1806. X. Voll. 8.); *Josephus Ignatius Ritter* (*Handb. der Kirchengesch.*, Tom. I. Elberfeldi 1826. 8., Tom. II. Sect. I. ibid. 1828. 8. Tom. II. Sect. II. Bonnae 1830., Tom. III. Sect. I. ibid. 1833. 8.); *Jo. Nepomukus Hortig* (*Handb. der Chr. Kirchengesch*, Landshutae, Tom. I., ex alt. ed., 1828.; Tom. II. Sect. I. ibid. 1827. Sect. II, continuata, a politiore quidem Scriptore, minus vero liberali, *Jo. Jos. Ignatio Döllinger*, 1828. 8. *Jo. Nepom. Locherer* (*Gesch. d. Chr. Religion u. Kirche*, Ravensb. 1824. huc usque VII. Voll. 8. — Ex Protestantibus autem hic praecipue in censum veniunt: *Jo. Henr. Hottingerus* (*Hist. Eccl. N. T.* IX. Voll. 8., partim Hanoviae, partim Tiguri editis); *Joannes Le Sueur* (in *Histoire de l'Eglise et de l'Empire*, Genevae 1679. X. Tomis 4., quorum ultimi duo ad opus continuandum a *Benedicto Pictet* conscripti sunt, nec ejusdem, cujus priores, pretii habentur); *Christianus Eberhardus Weissmann* (in *Introduct. in memorabilia Ecc. Hist. S. N. T.*, *maxime vero seculorum primorum et novissimorum* etc. Tubingae 1718. II. Voll. 4., emendatius Halae 1745. 4.). Sed priorum merita fere offuscavit *Joannes Laurentius Mosheim* (in *Institutt. Hist. Eccl. N. T.*, quas primum quidem Jenae 1727. 8., postea vero Helmstadii 1737 et 1741. II. Voll., ac deinceps ibid. 1755. 4., insigniter auctas et emendatas edidit; quibus, ut et *Dissertt. ad H. E. pertinentibus*, Altonae et Lubecae 1767. II. Voll. 8. et *de rebus Christianor. ante Constantinum M. Commentariis*, Helmst. 1753. 8., pragmaticae historiam Ecclesiae tractandi rationi viam primus munivisse censetur: Anglice, cum notis *Maclainii*, Lond. 1765. II. Voll. 4.

 et

et 1769. V. Voll. 8., hinc Gallice cum iisdem, Traj. ad Mos. 1776. VI. Voll. 8.; dein Germanice, Lipsiae ab *Joanne Aug. Chr. Von Einem*, cum iisdem annott. 1769. IX. Voll. 8., et Heilbrunnae 1769. IV. Voll. cum additamentis ex aliis Auctoris Opp.; Belgice vero, etiam cum iisdem annott. *Maclainii* Amst. 1771. IX. Voll. 8.; editae sunt; additis postremae interpretationi Animadversionibus (*Noodige Ophelderingen der K. G. tot den tijd van Const. den Gr., uit twee latere Werken van J. L. M.*), ibid. 1774. IV. Tomis III. Voll. 8. et *J. C. A. von Einem*, Continuatio, s. *Kerkelijke Gesch. der 18e Eeuw*, Traj. et Amst. 1779. III. Tom. IV. Voll. 8.). Hunc vero excepit, palmam reliquis omnibus praeripiens, *Joannes Matthias Schroeckh* (in *Christl. Kirchengeschichte*, Lipsiae 1768. (iterumque 1772.) XLV. Voll. 8. Priora XXXV. Volumina tempora ante Reformationem tractant, sequentia, quae post eam fuere: duo autem ultima (XLIV et XLV.), post obitum *Schroeckhii*, addita sunt ab *Henrico Theoph. Tzschirner*, annis 1810 et 1812.); quem in non paucis presso pede secutus est Nostras *Isbrandus van Hamelsveld* (in *Algemeene Kerkel. Geschiedenis der Christenen*, Harlemi 1799. XXVI. Voll. 8.), quem tamen, non ultra priorem Tomi XXIII. partem progressum, mors inopina occupavit; inchoatum igitur opus hinc continuavit et absolvit Vir Cl., *Annaeus Ypeij*). Verum praetermitti silentio non debent hoc loco alii quidam viri docti, in his *Joannes Fredericus Cotta* (in *Versuch einer ausführlichen Kirchengesch. des N. T.* caet., cujus tria quidem tantummodo Voll., ut puto, Tubingae 1768, 1771, 1773. 8. prodierunt, sed quod Tentamen miror neque *Stäudlinium* (in *Gesch. der Literat. der Kirchengesch.*), neque *Schroeckhium* aliosque nonnullos, commemorare, commemoratione omnino dignum (cf. *Ernestii Neue Theol. Biblioth.* IX. 547 sqq. et *Neueste Th. Bibl.* I. 543.), merito propterea Belgice redditum Traj. ad Rh. 1770. III. Voll. 8.), et *Henricus Philippus Conradus Henke* (in *Allgem. Geschichte der Christl. Kirche nach der Zeitfolge*, ex quinta ed., quam haud mediocriter auctam et emendatam curavit *Joannes Severin Vater*, Brunsvici 1818. IX. Voll. 8.); atque *Joannes Ernestus Christianus Schmidt* (in *Handbuch der Christlichen Kirchengeschichte*, Giessae ex alt. ed. 1824 sqq. VI. Voll. 8. Opus continuavit, post *Schmidtii* mortem, *F. W. Rettberg*, edito Vol. VII°, Giessae 1834.); quamquam postrema duo opera prudenter omnino legenda sunt. Commendandum imprimis est opus, quod edere coepit, aliis jam scriptis haud paucis, ad H. E. pertinentibus, clarus, *Augustus Neander*, inscriptum: *Allgemeine Geschichte der Chr. Religion und Kirche*, Hamburgi 1825 sqq., cujus prodierunt hucusque Tom. III. VI. Voll. (Belgicae interpretationis, quae Viro Ven. *H. J. Spijker* debetur, prodierunt duo Voll.; primum Amst. 1827., secundum Roterod. 1830. 8.: reliqua adhuc desiderantur). Operis Scriptori hoc praecipue est propositum, ut Ecclesiae Historiam sistat, tanquam validum documentum divinae, quam Christiana religio habeat, efficacitatis, nec minus tanquam experientiae Christianae scholam, vocemque, per omnia secula auditam, qua, quotquot audire non detrectent, moneantur, doceantur, ad quaevis bene facta impellantur. Editum est

hoc

hoc opus, post aliud, eodem consilio, ab eodem *Neandro*, sed ita, ut *Tholuckius* aliique symbolas quoque conferrent, in lucem emitti coeptum, inscriptum: *Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums und des Christlichen Lebens*, cujus III. Voll. prodierunt Berolini 1823 — 1828. 8. (Belgica versio a Rev. *G. N. Munting* cum maxime parari incepit). Haud prorsus a *Neandri* consilio abludit, longe tamen aliter rem tractans, *E. Guers*, in *Histoire abrégée de l'Eglise de Jésus-Christ, principalement pendant les Siècles du moyen age; rattachée aux grands traits de la prophétie;* cujus operis Genevae, a. 1832. Tomus I. prodiit. Postremo et hoc addatur, quod *M. J. Matter*, notus, prius scriptis Franco-Gallice et 1827. editis *Tabulis chronologicis*, et monographiis, a regia Inscriptt. Academia praemium meruisse declaratis (*Essai historique sur l'école d'Alexandrie* 1817. et *Hist. du Gnosticisme*, 1826, supra §. 72. Annot. 4. Segm. VII. pag. 342. laud.); quod, inquam, *Matterus* Argentorati, a. 1829. edere instituit H. E. (*Histoire universelle de l'Eglise chrétienne*), per *quinque* periodos, ab initio rei Christianae ad nostra usque tempore deductam (de qua utiliter conferri possunt *Archives du Christianisme au XIXième Siècle*, a. 1830. m. Jan. pag. 1—15., et m. Febr. pag. 49—70.). Parisiis autem editur quoque, sed per particulas (*livraisons*), Franco-Gallica laudatae *J. Milneri* Historiae, Anglice scriptae, interpretatio (*Hist. de l'Eglise chrétienne, avec des notices biographiques et des extraits des auteurs chrétiens*, 1831 sq.). Addatur (ne de aliis dicam, aut jam paulo ante laudatis, e. g. *Venema*, *Planckio*, caet., aut ad sequentem classem (ann. 5.), potius referendis) *Joannes Andreas Cramer* (in *Jac. Ben. Bossuet, Einleitung in die Gesch. der Welt und Religion, übersetzt von J. A. C., mit 7 Fortsetzungen*, Lips. 1757. VIII. Voll. 8. Belgice, Amst. 1780. 8.).

(5) *Compendiorum* H. E. ingens est copia. Praecipuorum quorumdam, tam antiquiorum, in quibus interdum inveniuntur, quae in recentioribus frustra quaeras, quam recentiorum, Scriptores hic indicandi videntur. Itaque ex *illis* memoramus *Georgium Hornium* (in *Hist. Eccl.*, *Melch. Leydeckeri* et *Dan. Hartnaccii Notis et Obss. illustrata*, cum additamentis *Lud. Capelli*, *Leydeckeri* et *Jo. Dan. Crameri*, ex nova ed. Francof. ad M. 1704. 8.); *Christianum Kortholt* (vel potius *Sebastianum Niemann*, in *H. E. N. T.* Hamb. 1708. 4.); *Adamum Rechenberg* (in *Summario H. E.* Lips. 1697. 12. et saepius, postremo Vitemb. 1748. 8.); *Joannem Alphonsum Turrettini* (in *H. E. Compendio*, *a Chr. N. usque ad a.* 1700, Genevae ex altera ed. 1736. 8. et in *Opuscc.* Tom. III, pag. 189—349.; cum continuatione *Jo. Simonis*, Halae 1750. 8., Germanice contin. a *Jo. Gottl. Toellnero*, Züllich. 1759. 8.); *Jacobum Leydecker* (in *Kerkel. Hist.* etc., ex altera ed. Groningae 1730. 8.); *Jo. Joachimum Schroeder* (in *Hypomnem. H. E.* Marb. 1737. 8.); *Fredericum Adolphum Lampe* (in *Synopsi Hist. S. et Eccl.* Traj. ad Rh. 1721. 8., et saepius, quartum 1747. 8.), *Sigismundum Jac. Baumgarten* (in *Breviario Hist. Christia-*

*stianae*, Halae 1754. 8. Ejusd. *Auszug der Kirchengesch.* ibid. 1742 III. Voll. 8. IVtum *Semlerus* addidit a. 1762.), *Paulum Ern. Jablonski* (in *Institutt. Hist. Chr. — antiq.* s. Tom. I. Francof. 1754. et iterum 1766. — *recent.* s. Tom. II. 1756 et 1767. — contin., s. *Hist.* Sec. XVIII, ab *Eberhardo Henr. Dan. Stosch*, 1767. 8.); *Joannem Laur. Mosheim* (in *Institt. Hist. Christ. in Compend. redactis ab Jo. Petr. Millero*, ex quarta ed. ab *Henkio* procurata, Lips. 1801. 8.); *Joannem Geo. Lairizium* (in *Synopsi Hist. S. N. F.*, contin. a *Joanne Chr. Messerschmid*, Lips. 1761. 8.); *Christianum Guil. Walch* (in *Grundsätze der Kirchengesch. des N. T.*, Goett. 1761. 8., iterumque 1772. III. Voll. 8.; item ex nova ed. *Jo. Chr. Frid. Schulzii*, Giessae 1792.). Add. *Jo. Sal. Semler* (*Versuch eines fruchtbaren Auszugs aus der Kirchengeschichte*, Halae 1773. III. Voll. 8.). — Ex *his* vero prae caeteris memorandi, praeter *G. J. Planckium* (in *Grundriss einer Gesch. der Kirchlichen Verfassung, Kirchlichen Regierung und des Kanonischen Rechts*, Goett. 1790. 8., partim tantummodo huc pertinentem): *Jo. Matthias Schroeckh* (in *Hist. Religionis et Ecclesiae*, ex quarta ed. Berolini 1797. 8. e sept. 1828. Vid. supra §. 26. ann. 1. p. 45. Germanice Coburgi 1792.), et, qui hunc potissimum ducem secutus est, *Hermannus Muntinghe* (in *Historia Relig. et Eccl. Chr.*, *magnam partem ad formam Compendii Schroeckhiani in usus Lectionum adumbrata*, Groningae 1818. 8. Belgice ibid. 1828. 8. editore *Joanne Muntendam*, sub titulo: *Handboek der Chr. Godsdienst en Kerkgeschiedenis*); *Ludovicus Timotheus Spittler* (in *Grundriss der Gesch. der Chr. Kirche*, Goett. 1782. 8. et saepius, quartum a *G. J. Planck*, 1813. 8. Belgice, Amst. 1825. 8.); *J. J. F. Schmid* (in *Grundlinien der Chr. Kirchengesch.*, Giessae et Darmst. 1800. II. Voll. 8. Belgice, cura continuantis, V. Cl., *Annaei Ypeij*, Gron. 1818. 8.), et *J. E. C. Schmidt* (in *Lehrbuch der Chr. Kirchengesch.*, Giessae ex tertia ed. 1827. 8.); *Carolus Fridericus Stäudlin* (in *Universalgesch. der Chr. Kirche*, Hannov. 1806. et iterum 1816. 8.); *Guilielmus Münscher* (in *Lehrbuch der Chr. Kirchengesch.*, Marburgi 1804. 8., iterumque, curante *Ludovico Wachlero*, ibid. 1816. Belgice, a Filio n., *Theod. Adr.* versa, cum nostra praefatione, Amst. 1818. 8.); *Philippus Carolus Marheineke* (in *Umriss der Kirchenhist. des Christenthums*, Erlangae 1806. 8. Ejusdemque *Universal Kirchenhistorie des Christenthums*, cujus primus Tomus eodem anno ibidemque in lucem exiit); et *J. T. L. Danzius* (in *Lehrbuch der Chr. Kircheng.* et — *Kurzgefasste Zusammenstell. der Chr. Kirchengesch.*, Jenae 1824. 8.): praecipue vero *Joannes Carolus Ludovicus Gieseler* (in perdocto opere, inscripto: *Lehrbuch der Kirchengesch.* Darmstadii 1824 — 1829., II. Tomis; IV. Voll. 8., nondum ad finem perducto), quod tamen vix, imo ne vix quidem, inter Compendia recenseri potest. Id quod et de *J. C. Häfelii* Praelectionibus (*Vorlesungen über die Chr. Kirchengesch.*), editis a *Joanne Jacobo Stolz* (Winterth. 1811. II. Voll. 8.), itemque de scripto *Joannis Frid. Guil. Thym* (in: *Historische Entwickelung der Schicksale der Chr. Rel.*,

*Rel.*, Berolini 1800. II. Voll. 8.), utroque in usum non eruditorum hominum exarato, omnino valet. Novissima, quae nobis innotuerunt, hujus generis scripta sunt: *Anglice* adornatum Opusculum *Cookii* (*View of Christianity*, Lond. 1824. 8.), *Germanice* concinnata Opuscula *J. G. V. Engelhardti* (*Handb. d. Kircheng.*, Erlangae 1833. III. Voll. 8.): cui Viro *D.* debentur quoque *Kirchengeschichtliche Abhandlungen*, ibid. 1832. 8.) et *H. E. Ferd. Guerikii* (*Handb. d. allgem. Kirchengeschichte*, Halae 1833. II. Voll. 8.), denique *Latino* sermone edita *Jo. Chr. Guil. Augustii Hist. Eccl. Epitome*, Lips. 1834. 8. Singulare prorsus et sui tantum generis est *Jo. Gottl. Davidis Ehrhart* opusculum (*Die chr. Kirche in alter und neuer Zeit*, caet. Ulmae 1829. 8.).

(6) Huc pertinent, qui *vel* certas tantummodo *epochas*, *vel* certas quasdam *regiones*, *vel* certas quasdam *res* (dogmata, v. c., scholas, ritus, caet.) spectarunt, *vel* symbolas ad hanc vel illam historiae partem illustrandam contulerunt. Haud paucos jam ad §. 72. excitavimus; nonnulli hic insuper memorandi sunt, quamquam omnes laudare paene infinitum sit. Itaque ex *primo* genere nunc tantum recensemus nonnullos, qui de *primis* rei Christianae *seculis* de industria egerunt; quales sunt *Ludovicus Cappellus* (in *Historia Apostolica illustrata*, Genevae 1634. 4. et cura *Jo. Alb. Fabricii*, Lips. 1691. 8.); *Joannes Pearson* (in *Annall. Paulinis — Lectt. in Acta App.*, — *Diss. duabus de serie et successione primorum Romae Episcc.*, — ex ed. *Henrici Doddwell*, qui et alia addidit, et *singularem de ead. success. usque ad Annales Cl. Cestriensis* [Pearsoni] *Cyprianicos Dissertationem*, Lond. 1688. 4.); *Joannes Clericus* (in *H. E. duorum primorum a N. C. Secc.*, Amst. 1716. 4.), *Jo. Salomo Semler* (in *Commentt. historicis de antiquo Christianorum statu*, Halae 1771. II. Voll. 8.); *Joannes Wagenaar* (in *Geschiedenis der Christel. Kerk in de eerste Eeuw*, Amst. 1773. 8.): et, alios ut mittam, partim jam laudatos, v. c. *Tillemontium*, *Anselmus Frid. von Gudenus* (*Die Gesch. des ersten — — des zweiten Chr. Jahrhunderts*, Würzburgi 1788. Erfordiae 1787. 8.) et *Gottl. Jac. Planck* (paulo ante, §. 73. ann. 28. pag. 562. cit.). Quibus adjungendi, qui Secula *ante* Reformationem descripserunt, veluti *Semlerus* (in *Historiae Eccl. Selectis Capp.*, Halae 1767. III. Voll. 8. — *Versuch Christl. Jahrbücher*, ibid. 1783. II. Voll. 8.) et, quod ad nostram potissimum patriam Batavam attinet, *B. Glasius* (*Gesch. der Christel. Kerk en Godsdienst in de Nederlanden, vóór het vestigen der Hervorming*, L. B. 1833. hucusque II. Voll. 8.), caet. Nec minus, qui ultimorum temporum historiam fusius tractarunt; qualis est, praeter citatos jam *Stoschium* et *von Einem*, praecipue Nostras *Annaeus Ypeij* (in *Geschiedenis der Christel. Kerk in de XVIII. Eeuw*, Traj. ad Rh. 1797. XII. Voll. 8.). Cujus luculento Operi addi possint, cum opusculum *Jo. Geo. Rösenmulleri* (*Bemerkungen über merkwürdigen Begebenheiten des achtzehnten Jahrhundert*, caet. Lips. 1801. 8., Belgice versum et auctum a *Petro Koumans Brouwer*, Leovardiae 1807. 8.), tum *H. P. Conradi Henke*

*ke* Symbolae (*Zur neuesten Geschichte der Religion, des Kirchenwesens und der öffentlichen Erziehung*), quarum prima prodiit Berolini 1806. 8. Mitto alios. — Ex *secundo* ordine, praeter laudatos jam §. 72., memorentur *Melchior Leydecker* (in *Hist. Ecclesiae Africanae illustrata*, Traj. ad Rh. 1690. 4.) et huic adjungendus, praeter *Du-Pinium* (*Geogr. Africae Sacra*), *Fridericus Münter* (*Ecclesiae Africanae primordia*, Hafniae 1829. 4.), alios ut omittamus, partim jam supra (§. 72.) excitatos (veluti *Hottingerum*, *Wirzium*, *Winterum*). Sed memorandus quoque *Joannes van den Honert* (*De Bohemorum et Moravorum Ecclesia*, L. B. 1739. 4.); *Carolus Frid. Stäudlin* (§. 72. ann. 4. Segm. X. p. 354. l.), quocum *Wendebornii*, *Goedii*, *Niemeyeri* aliorumque conferenda sunt scripta, praesertim vero *Georgius Gulielmus Alberti* (*Briefe betreffende den allerneuesten Zustand der Religion und der Wissenschaften in Gross-Brittannien*, Hannov. 1752. V. Voll. 8. Belgice Traj. ad Rh. 1765. 8.) et *Carolus Henr. Sack* (*Ansichten und Beobachtungen über Religion und Kirche in England*, Berolini 1818 8.) atque *Guilielmus Broes* (supra §. 72. ann. 4. Segm. X. pag. 334. l.); ne de *Friderico Guil. von Schütz* (*Briefe über Londen*, Lips. 1792. 8.), aut *Roberto Southey*, latente sub nomine *Don Manuel Alvarez Esprielle* (*Letters from England*, Lond. 1814. III. Voll. 8.) dicam. — Porro *Philippus Strahl* (*Beyträge zur Russischen Kirchengesch.*, quarum Symbolarum *prima* in lucem exiit Halae 1827. 8.), et *Hermannus Josephus Schmitt* (*Die morgenländische Griechisch-russische Kirche, oder Darstellung ihres Ursprungs, ihrer Lehre* etc. Moguntiae 1826. 8.). Tandem *Annaeus Ypeij* et *Isaäcus Joannes Dermout* (§. 72. ann. 4. Segm. X. pag. 357. l.). — Ex *tertio* genere, citatis §. 72. Scriptoribus nunc addatur, e. gr. *Amadeus Wiessner* (in *Pragmatische Geschichte der religiösen Kultur und des Sittlichen Lebens der Christen, von der Begründung des Christenthums bis auf die neuesten Zeiten*, cujus operis Tomus I. Berolini prodiit 1828. 8.): addatur *Henr. Ern. Ferd. Guerike* (*De Schola, quae Alexandriae floruit, catech.* caet. Halis Saxon. 1824 et seq. II. Voll. 8.). — Denique ad *quartum* genus et alii referendi, de quibus etiam dictum est, et *Joannes Georgius Schelhornius* (in *Amoenitatibus Hist. Eccl. literariae*, Francof. et Lips. 1737. II. Vol. 8.), *Joannes Jortinus* (*Remarks on Ecclesiastical History*, Londini, 1751—1773. V. Voll. 8.), *Petrus Nieuwland* (*Lectt. Historico-Ecclesiasticae, ofte Vermakelijkheden uit de Kerkgeschiedenis*, Hagae Com. 1779. 8.), et, plures alios ut praeteream, *Carolus Fr. Stäudlin* et *Henr. Theoph. Tzschirner* (*Archif für alte und neue Kirchengeschichte*, Lips. 1814. V. Voll. 8.; quod opus excepit eorumdem Virorum doctorum et *Joannis Severin Vater Kirchenhistorisches Archiv*, Halae 1823—1826. IV. Voll. 8. min.), *N. C. Kist* et *H. J. Royaards* (*Archief voor Kerkelijke Geschiedenis, inzonderheid van Nederland*, L. B. 1829. hucusque V. Voll. 8.). — Atque haec nunc quidem sufficiant.

(7) *Over den voortgang van de beoefening der Geschiedenis, ook van die der Christelijke Kerk* (in modo indicato Opere *Kistii* et *Royaardsii*, Tom. I. pag. 1—82.).

## §. 75.

### *Antiquitas* 1) *Sacra.*

Uti cum Historiae studio plurimarum doctrinarum aliarum studium jungendum est (§. 36 sqq.); ita quoque Historia et Sacra et Ecclesiastica, ut rite tractetur, lucem utraque ab aliis nonnullis doctrinis mutuari debet. Atque primo quidem loco nobis hic occurrit *Antiquitatis* studium, ejusque tam *Sacrae*, sive *Biblicae* (quae *Hebraica* aut *Judaica* minus recte, uti nos quidem existimamus, a nonnullis dicitur, *Israëlitica* potius vel *Mosaica* dicenda), quam *Ecclesiasticae*, strictius sic dictae, quae a multis, nec male, *Christiana* vocari solet.

Et *prior* illa maximae est *utilitatis* ad historiam Gentis Israëliticae et Ecclesiae recte intelligendam. Sine ea major Librorum Sacrorum utriusque, Veteris praesertim, Testamenti pars, vel omnino non, vel certe non ut par est, explicari potest. Quocirca ejus studium, nec tralatitium illud, sed diligens, futuris Theologis majorem in modum commendari debet (1). *Fontes* ejus omnium limpidissimi ipsae sunt *Veteris Instrumenti* Literae, et in illis scripta potissimum *Mosaica*. Verum his adjungendi Scriptores Judaei seriorum temporum; praecipue *Historici*, qui in Veteris Testamenti *Apocryphis* censentur (2); *Philo* Alexandrinus (3) et *Flavius Josephus* (4); ad quos accedunt Commentarii *Rabbinorum* in Sacram Scripturam (5), et *Talmud* (6). Ultimi vero non aequiparandi reliquis (7), sed caute videndum, in quibus potissimum rebus, et quousque, fidem mereantur (8). Negari enim nequit, multas ab illis narrari fabulas aniles, et scatere eorum libros ineptis nugis atque tricis. At vel sic tamen nimium dicat, qui nullum omnino eorum usum esse statuat ad ritus et mores Israëlitarum, quorum aliqua in Sacro Codice mentio

 fit,

ſit, rectius cognoscendos. Ex his vero fontibus alii feliscius, id est, majore cum judicii acumine, alii minus feliciter, id est, non sine ἀκρισίᾳ et credulitate, sua hauserunt, qui, vel uberiore *Commentario*, vel breviore *Compendio*, res Israëlitarum antiquas ordine enarrare studuerunt, aut quaedam earum Capita dedita opera illustrarunt. In *istis* praecipue censentur *Carolus Sigonius* (9), *Petrus Cunaeus* (10), *Joannes Christoph. Carpzovius* (11), et, ut de *Leydeckero* (12), *Lundio* (13) similibusque taceamus, imprimis *Joannes Jahn* (14); in *illis*, *Thomas Goodwin* (15), *Hadrianus Reland* (16), *Conradus Iken* (17), *Andreas Geo. Waehner* (18), *Henricus Ehrenfr. Warnekros* (19), et, plures alios ut mittam (20), Nostras *Joannes Henricus Pareau* (21): in *his* denique *Joannes Seldenus* (22), *Joannes Spencer* (23), *Campegius Vitringa* (24), *Joannes Braun* (25), et praeter caeteros (26), Viri docti, qui e Schola *Sebaldi Ravii* prodierunt (27). Quorum industria viam munivit eximio *Joannis Dav. Michaëlis* (28) operi de *Jure Mosaico*; quocum jungendae *Guenei Epistolae Judaeorum* (29): utroque enim scripto Legum Mosaicarum et institutorum ratio et ingenium philosophe et pragmatice ostenditur. Plura qui cupiat, *Fabricium* consulat (30), aut potius (modo suppetat) *Thesaurum Antiquitatum Hebraearum*, qui *Blasii Ugolini* praesertim industriae debetur (31). Ne illos quidem hic plane praetermittendos esse postremo monemus, qui, ad mores et ritus Israëlitarum illustrandos, consuetudinem apud alios populos Orientales vigentem, a Peregrinatoribus observatam (32), cujus mira est, nobis Europaeis incognita, constantia, dextre adhibuerunt (33).

(1) Utilissimum hocce studium, nostra aetate, a futuris Theologis nimis sperni, merito conqueritur *Bauerus*, mox (ann. 20.) citandus. Videtur autem hujus causa contemtûs a nonnullis non frustra quaeri in abjecta, quam multi, in his ipse *Bauerus*, de universo Mosaismo foveant atque promulgent, opinione. Quodsi enim ille habeatur putida superstitio, vix Ethnicorum religionibus praeferenda, mirum profecto non est, rerum futilium studio parum

rum eos delectari, qui discendarum rerum praestantissimarum desiderio flagrant. Longe tamen aliter rem se habere, opus non est, fuse hic ostendere. Cf. §. 51. — Caeterum legi hic poterit *Steph. Gaussenus*, in *Diss.* pag. 39—45 et 65 sqq.: ne *Introductiones* et *Prolegomena* Compendiorum aliorumve de Antiquitate Hebr. scriptorum in memoriam revocem.

(2) Praecipue, non vero unice, *primi Maccabaeorum Libri* auctor (Conf. §. 70. ann. 2, 3. pag. 317.).

(3) Multos *Philo* libros scripsit, ad antiquitatem Hebraicam pertinentes, quorum Catalogum contexuit *Jo. Alb. Fabricius* (*Biblioth. Gr.* Lib. IV. cap. 4.). Ejus *Opera*, *quae reperiri potuerunt*, *omnia* Gr. et Lat. cum ann. *Thomae Mangey* prodierunt Londini 1742. II. Voll. f. m. Ad ea vero, quae dudum innotuerant atque in lucem erant emissa, nostra memoria egregia facta est accessio, cum diligentissimus deperditorum scriptorum investigator, *Angelus Majus*, cum in Ambrosiana (Mediolanensi) Bibliotheca, tum in Vaticana, invenerit quaedam *Philonis* Opuscula (v. c. περὶ ἀρετῆς καὶ τῶν ταύτης μορίων) et Opusculorum fragmenta, quae hucusque incognita manserant.

(4) Vid. §. 51. ann. 12. pag. 213, et §. 70. ann. 4. pag. 317.

(5) Praecipue hic in censum veniunt *Targumistae*, quorum praestantiores sunt: *Onkelosus*, qui circa annum aerae nostrae octogesimum floruisse, *Jonathan Ben Uziël*, qui Jesu et Apostolorum tempore vixisse putatur, et *Josephus*, qui a. 322. post N. C. Academiae Suranae in Babylonia Rector fuit. De quibus cf. *Carpzovius*, in *Introduct. in Libros V. T.* Tom. I. pag. 430—481. *Simonis*, in *Introd. in Ling. Hebr.* pag. 293 sqq. *Waehnerus*, in *Antt. Hebr.* Vol. I. p. 156 sqq. *Wolfius*, in *Bibl. Hebr.* Parte I. pag. 958. Parte II. pag. 1047 sqq. caet. — Aliorum etiam *Rabbinorum*, *Maimonidis*, *Jarchii*, *Kimchiorum*, caet. non contemnenda plane est opera (Cf. §. 51. ann. 17.).

(6) Vid. §. 51. ann. 4, 5. pag. 212.

(7) Verissime enim judicat *Ernestius* (*Inst. Int. N. T.* Parte III. cap. 8. §. 8.) „in rebus, ad templum Hierosolymitanum spectantibus, et „in ritibus religionis — majorem fidem esse debere iis, qui suis oculis ista „viderunt et ipsi factitarunt, quam caeteris, qui excisa cum templo urbe, „et sublato ritu Judaico, vixerunt." — Quam in rem citat *Heinii Obss.* (*Diss.*) *S.* Lib. I. cap. 9. (10.) et Lib. II. cap. 31. „de ignorantia Ju„daeorum et crassis mendaciis, in Antt. Hebr." Addantur vero et *Ernestus Aug. Schulze* (*de fictis Hieros. privilegiis*, Francof. ad Viadr. 1756. 4.), et *Sebaldus Ravius* (*de eo quod fidei mereantur Judaeorum monumenta* etc. Traj. ad Rhen. 1751. 4. repet. in *Jac. Oelrichsii Collectione Opusc. Hist. Philol. Theol.*, Bremae 1767. 4. Vol. I. pag. 159 sqq.); quamquam Vir. D. aliud quid spectavit in hac Commentatione; cui adjungenda est altera, paulo post in lucem emissa, *de auctore atque usu antiquissimi in Leviticum Commentarii*, *Judaeis* Siphra *dicti*, caet., Traj. ad Rh. 1751. 4.). Alios mittimus, plura cupientem ablegantes ad *Schachtium*, paulo post citandum (ann. 17.), Tom. I. pag. 27 sqq. et Scriptores ab ipso indicatos.

(8) *Nullam* magnopere fidem merentur Judaei in rebus, quae exilium Babylonicum vel praecesserunt vel proxime secutae sunt, nisi Sacrarum Literarum consensus accedat: — *aliquam* in iis, quae a temporibus inde *Maccabaeorum* ad eversionem usque reipublicae et templi Hieros. locum obtinuisse dicantur. At vero *et* in his judicii acumine opus est, ut vera et certa a falsis et fictis, probabilesque traditiones a nugis et inanibus figmentis, accurate distinguantur: *et* altera insuper cautio adhibenda, ne scil., quae serioribus cadentis reip. temporibus in usu fuerunt, omnia etiam ad antiquissima tempora ipsiusque a Mose constitutae civitatis et religionis rationes, naturam et partes referantur. Quot enim novas leges, novos ritus, et graves admodum, et ingenio Mosaicorum institutorum, certe ex parte, adversantes, postremis temporibus praescripserit Pharisaica superstitio, abunde notum est.

(9) *De Republica Hebraeorum Libri VII, annotationibus illustrati a Joanne Nicolai*, L. B. 1701. 4.

(10) *De Rep. Hebr.*, L. B. 1617. 8. Unum tantummodo Volumen, erudite scriptum, ipsius *Cunaei* est; cui vero *quatuor* alia, in Belgica versione, minoris longe pretii adjecit *Guilielmus Goeree*, Amst. 1700. 8.

(11) *Apparatus Hist. Crit. Antiquitatum Sacri Codicis et Gentis Hebraeae; — uberrimis annotationibus in* Thomae Goodwini *Mosen et Aaronem subministravit J. G. C.*, Francof. et Lips. 1748. 4.

(12) *Melchior Leydecker*, *de Rep. Ebr.* Amst. 1704. II. Voll. f. m.

(13) *Jo. L.*, *Alte Jüdische Heiligthümer*, cum praef. et obss. *Jo. Chr. Wolfii*, Hamb. 1738. f. m. Opus, in quo haud raro judicii acumen desideratur, etiam Belgice redditum est.

(14) *Biblische Archäologie*, Viennae, II. Tom. IV. Voll. 1797. et iterum 1819. 8. Ejusd. *Archaeologia Biblica in Compendium redacta*, ibid. ex alt. ed. 1814. 8.

(15) Hic *Anglice* conscripsit suum *Mosen et Aäronem;* ex Anglico liber Belgicus, ex Belgico Germanus a *Joanne Hogi* (Turici 1686. 8.), et Latinus a *Joanne Henrico Reitz* factus est; qui posterior annotationes addidit; tertiae editioni praefationem et geminam dissertationem addente *Hermanno Witsio*, (Traj. ad Rhen. 1690. 8.), qui *rerum ubertatem* et *dictionis brevitatem* in hoc Compendio *de palma certare* dicit. Praeterea *Jo. Henr. Hottingerus* Reitzianis suas quoque annotationes superaddidit; quibus instructus libellus et auctus Lipsiae 1716. recusus est. Tandem ultimam ei manum admovit et egregie ipsum ornavit *Carpzovius*, modo (ann. 11.) laudatus.

(16) *Antiquitates Sacrae Veterum Hebraeorum*, Ultraj. 1708. (et saepius, quartum 1741.) 4. In Germania quoque repetitus liber est (v. c. Lips. 1715. 1724. 8.); praesertim vero duae ejusmodi memorandae sunt repetitiones, altera *Joannis Eberhardi Ravii*, quae rarior facta est, instructa utilissimis annotationibus, Herbornae, 1743. 8., altera *Georgii Joannis Ludovici Vogel* (*H. R. A. S. V. H. Recensuit et Animadverss. Uglinianis, Ravianis, denique suis, auxit*, Halae 1769. 8.). In *Relandum* ve-

vero *Joannes Simonis* scripsit ediditque Praelectiones ( *Vorlesungen*, ibid. eod. a. et ead. f. ).

(17) *Antiquitates Ebraicae*, Bremae 1732, dein 1735., tertium 1741. denuo 1764. 8. Hoc Compendium, eo imprimis nomine laudandum, quod non *Religiosam* tantum Israëlitarum Antiquitatem omnem, sed *Politicam* quoque et *Oeconomicam*, complectitur, et in quo id unum forsitan reprehendi possit, quod non semper ritus antiquissimos a serioris temporis institutis accuratissime distinxerit eruditissimus Scriptor; hoc igitur et alii Viri Docti in privatis scholis commentati sunt, veluti *Sebaldus Ravius*, et imprimis *Ikenii* discipulus, *Joannes Hermanus Schacht*, Theologus et Philologus Harderovicenus; cujus Viri longe doctissimi, nostri quondam in illa Academia ( ab aliquot inde annis eheu! prorsus exstincta ) decessoris, *Animadversiones ad Antt. Hebr. olim delineatas a C. I. Theol. Bremensi, patre mortuo edere* instituit *Godofredus Joannes Schacht*, Theologus Leidensis, paternae haeres eruditionis, Traj. ad Rhen. 1810. 8. Dolendum autem est, injuria temporum impeditum esse Virum doctum, quominus sequentia duo vel tria paterni operis Volumina publici juris faceret; qnod tamen ut tandem aliquando facere possit et velit, harum Literarum causa valde optandum esse putamus. — Vol. I. Observationes continet ad *Ikenii* Prolegomena et P. I. Cap. I — XII.

( 18 ) *Antiquitates Ebraeorum*, Goett. 1743. II. Voll. 8.

( 19 ) *Entwurf der Hebräischen Alterthümer*, Vinariae 1783. iterumque 1794. 8. Belgice redditum est opusculum sub auspiciis *Eelconis Tinga*, Theologi tum Franequerani, postea Groningani, et editum L. B. 1804. 8.

( 20 ) Veluti *Joannem Meyerum*, *Joannem Leonardum Reckenbergerum*, *Christianum Brüning*, *Theodorum Dassovium*, *Joannem Ernestum Faber*, *Jo. Oelrichs*, *Emonem Lucium Vriemoet* ( Add. *Babor*, *Schulz*, *Bauer*, *E. F. C. Rosenmüller*, *De Wette*, caet. ).

( 21 ) *Antiquitas Hebraica breviter descripta*, Traj. ad Rhen. 1817. et adjectis Indicibus 1823. 8.

( 22 ) Non pauca sunt hujus Viri eruditissimi, quae huc spectent, scripta; in iis vero eminent Ejus *Uxor Ebraica, seu de Nuptiis et Divortiis ex Jure Civili, id est, Divino et Talmudico, Veterum Ebraeorum Libri tres*; cui accesserunt *De Successionibus*, cum *in bona defunctorum*, tum *in Pontificatum*, libri tres ( Lond. 1646. 4. Francof. 1673. 4. ). Porro *De Jure Naturae et Gentium, juxta disciplinam Ebraeorum Libri septem* (Lips. et Francof. 1695. 4. ). Item *De Synedriis et Praefecturis juridicis Vett. Ebr. libri tres*, ( Lond. 1650. II. Voll. 4. Amst. 1696. 4. Francof. 1696. 4. et 1734. 4. ).

( 23 ) *De Legibus Hebraeorum ritualibus Libri tres* ( ex secunda ed. Hagae Com. 1686. 4. etiam Cantabr. 1727. f. m., quae ed. repetita est a *Christophoro Matth. Pfaff*, Tubingae 1732. f. m. ). Hic Vir Doct., cum ritus a Mose institutos, haud secus ac popularis eruditissimus, *Joannes Mars-*

*Marshamus*, maximam partem ex Ægyptiacis Sacris repeteret, multos nactus est adversarios, non omnes profecto contemnendos illos, in his elegantissimum Nostratem, *Hermannum Witsium*, in secunda editione oppositi *Marshamo* Operis, quod inscripserat: *Ægyptiaca et δεκάφυλον, sive de Ægyptiacorum Sacrorum cum Hebraicis collatione libri tres*, (Amst. 1683. 4.); quae secunda editio Basileae repetita est a. 1739. 4.

(24) *De Synagoga Vetere Libri tres*, Franeq. 1696. 4.

(25) *De vestitu Sacerdotum Hebr. Libri duo*, Amst. 1701. 4.

(26) Nam longum sit et taedii plenum. Possunt autem cognosci ex *Fabricii Bibliographia Antiquaria*, aut ex *Antiquitatis Hebr.* Scriptoribus, *Carpzovio*, *Schachtio*, aliis, qui data opportunitate eos laudarunt. Praetermittimus igitur, citandos caeteroquin, *Jo. Henr. Hottingerum* (in *Cippis Hebr.*), *Jo. Meyerum* (*de temporibus S.*), *Herm. Conringium* et *J. P. Bayerum* (*de nummis*), *Petrum Zornium* (*de fisco Jud.*, et *Opusc. S.* item *Biblioth. antiq. exeg.*), *Sal. Tillium* (*de Tabernaculo Mosis* et al.), *Hadr. Relandum* (*de Spoliis templi Hieros.* et al.), *Guil. Schickardum* (*de Jure regio*), *Jacobum Lydium* (*de re militari*, — *de juramento*, — *Florum Spars.* etc.), *Jo. Gothofr. Lakemacherum* (in *Obss. philol.*), et quam plurimos alios.

(27) Conf. §. 67. ann. 5. pag. 301.

(28) Operis praeclari, §. 51. ann. 3. citati, Belgice tria volumina priora, jam novem annis ante, Trajecti ad Rhen. in lucem fuerant emissa. Vid. *Nederl. Biblioth.* Tom. I. pag. 298 sqq. 586 sqq. II. 497 sqq. In hoc autem scripto quamvis non prorsus omnia sine exceptione probanda putemus, id quod revera majus est, quam quod in opere humano exspectari possit; in eo tamen non tam colligendi industriam, quam Philosophiae et Politices peritiam, et multifariam eruditionem atque ingenii ubertatem, causae religionis tuendae consecratam, idoneis et aequis rerum istarum arbitris abunde et eximie probavit.

(29) Conf. 51. ann. 2. pag. 211.

(30) In *Bibliographia Antiquaria*, ex tertia ed. curata a *Paulo Schaffshausen*, Hamb. 1760. 4.

(31) Venetiis a. 1744 sqq. XXXIV. Voll. f. m., cum VIII. Voll. Supplementorum. Conspectum Voluminum XII. priorum exhibet *Fabricius* l. c. pag. 32 sqq. qui et ipse sui, quem olim editurus esset, Thesauri ideam pag. 23 sqq. suppeditat.

(32) Plerique paulo inferius, suo loco (§. 77. ann. 17 sqq. pag. 385 sqq.), indicabuntur.

(33) Huc pertinet v. c. *Hermannus Christianus Paulsen*, in Opusculis, e Germanico idiomate Belgice versis, *De Regeering der Oosterlingen*, *naar aanleiding der Oostersche Reisbeschrijvingen*, enz., L. B. 1767. II. Tomis, 8., et *Echte Berigten van den Akkerbouw der Oostersche Volkeren*, enz. cum praef. *Jo. Laur. Moshemii*, ibid. 1762. 8. — Alios, veluti *Harmarum*, *Ludekium*, infra commodiore loco (§. 77. ann. 27 sqq.) excitabimus. —

**mus. — De ista, quam diximus, morum Orientalium constantia, a. 1810, Trajecti ad Rh., pro concione dixit Vir Cl., *Jo. Henr. Pareau* (*De constanti ac non mutabili Orientalium ingenio, Sacrarum Literarum cultoribus suos in usus diligenter observando*).**

§. 76.

2) *Ecclesiastica.*

Antiquitas porro *Christiana* vel *Ecclesiastica* spectat ritus, in veteri Ecclesia Christiana, tam Orientali quam Occidentali, olim usitatos. Continet igitur potissimum personas et res sacras, loca sacra, tempora, instrumenta et reliqua ad cultum publicum et privatum pertinentia. In primitiva quidem Societate Christiana magna erat horum omnium simplicitas: sequentibus vero seculis auctae sunt ceremoniae, et alia, quae partim vel hodienum plerisque in honore habentur. Romano-Catholici, Graeci et Episcopalium Britannorum non pauci a Jesu Christi et Legatorum Ejus instituto illa derivant; alii vero a Judaica Synagoga ad Christianos ea transiisse existimant: alii eorum originem a liberis Ecclesiarum decretis, vel et a necessitate, ex vexationibus, quibus saepe obnoxii erant Christiani, orta, repetunt. Sunt autem illa varii generis, nec eodem omnia aevo nata, magnam partem nova, et nonnulla ab ipsis adeo Ethnicis mutuo sumta, sive quod illos lubentes imitarentur Christiani, sive quod hi ita facilius ipsos ad sua sacra publica et religionem Christianam, traduci posse putarent. Prius *Joannes Dallaeus* ostendit (1), posterius, ut alii (2), ita praesertim *Joannes Matthias Gesnerus* (3).

Doctrinae utilissimae, quippe ad recte intelligendos veteres Scriptores Christianos, nec minus ad gravissimas de religione Christiana quaestiones dirimendas, egregie facientis; hujus igitur *fontes* praecipui sunt, praeter *Novi Testamenti* Codicem, scripta *Patrum* Ecclesiae, *cum* illorum qui *Apostolici* vulgo vocantur, *tum* reliquorum; porro *Historicorum veterum*, *Eusebii*, v.

gr.,

gr., aliorumque *Scriptorum Ecclesiasticorum*: praeterea *Concilia*, Canonumque *Collectiones*, cum Jure *Canonico* seu *Pontificio* atque *Bullario Romano*; denique *Acta Sanctorum*, *Martyrologia* et *Liturgiae* utriusque Ecclesiae. Ex his vero similibusque fontibus sua prata rigarunt doctissimi *Antiquitatis Christianae* Scriptores, quorum ingens est numerus, quamquam non eadem omnibus laus tribuenda est (4). Nam *alii uberioribus Commentariis* hanc doctrinam *omnem* illustrare aggressi sunt (5), verbi causa, *Binghamus* (6), *Augustius* (7), alii breviore *Compendio* eam complexi, veluti *Walchius* (8), *Baumgartenus* et *Rheinwaldus* (9); — ex *aliis* Ecclesiae *Graecae*, vetustissimi moris Christiani in nonnullis ex asse haeredis, consuetudo optime intelligitur, ut e *Crusio*, cum *Stourdza* hujusque adversariis, comparato (10), — *aut* de illius cum Occidentali Ecclesia in ritibus consensu cognoscitur, ut e *Leone Allatio* (11); — *alii* insigniorem aliquam hujus doctrinae partem sumserunt tractandam, ut *Montacutius* (12) *Hildebrandus* (13). Sed Operum ejusmodi (14) et Opusculorum Collectione tali, quae *Thesaurum Antiquitatis Christianae* contineat, hucdum caremus, quamquam ejus conspectum suo jam tempore exhibuit, qui de omnibus praedictis subsidiis omnino consulendus est, *Joannes Albertus Fabricius* (15).

(1) Praesertim scriptis seqq. *Adversus Latinorum traditiones de cultûs religiosi objectis*, Daventr. 1644. 4. *De Jejuniis*, ibid. 1658. 4. *De Confirmatione et extrema Unctione*, ibid. 1659. 4. *De Confessione auriculari*, ibid. 1661. 4. *De poenis et satisfactionibus humanis*, Amst. 1649. 4. *De cultibus religionis Lib. IX*, Genev. 1671. 4.

(2) *Mussardus*, v. c., (opusculo, quod, e Gallo-Francica lingua Germanice versum, inscribitur: *Gründliche Vorstellung der vor Zeiten aus dem Heydenthume in die Kirche eingeführten Gebräuche und Ceremonien*, Lips. 1695. 8.); *Con. Middletonus* (opusc., quod ex Anglico sermone, quo prodiit Lond. 1729. 4. et saepius, Germanice redditum, titulum praefert: *Genaue Uebereinstimmung des Pabstthums mit dem Heidenthum*); item *Lakemacherus*, *Hambergerus*, alii.

(3

(3) ***De ritibus quos Romana Ecclesia a majoribus suis gentilibus in sua sacra transtulit***, Goett. 1751. 4.

(4) Sic, v. c., *Joanni Andreae Quenstedio* (in *Antiqq. Biblicis et Eccl.*, *Lips.* 1699. 4. et alibi saepius) vitio vertitur, quod nec satis critice versetur, et multa a re aliena, nec recte digesta, exponendis ex Judaica antiquitate admisceat. — In *Joanne Baptistae Casalio*, qui Parte III. Operis *de profanis et sacris veteribus ritibus* (Romae primum, dein et Francofurti 1681. 4. editi) de *Sacris Christianorum ritibus* egit, reprehenditur, quod in horum rituum historia justo brevior sit. — De plerisque hoc universe notandum est, quod triplex vulgo vitium committunt, non satis distinguendo veteres ritus a novis et recens introductis, — nullum discrimen faciendo inter ritus, qui universe per totam Ecclesiam recepti sunt, et particulares, qui in nonnullis tantum regionibus vel coetibus, — et testimonia veterum Scriptorum non satis accurate allegando: dum haud raro hypothesium amori plus justo indulgent. Atque *Seb. Ravius* (a quo haec ultima mutuatus sum, in *Animadvv. MSS.* ad mox citandum *Baumgarteni* Compendium) de *Balthazari Bebelii Antiquitatibus Euangelicis et Judaicis* (Argentorati 1673. 4., quas *Baumgartenus* citavit) judicat, » eas » non viderit oportere, qui, praeter historiam Christi Euangelicam et non» nullos articulos Religionis Christianae, admodum scholastice et jejune com» positos et digestos, nec non tractationem de Judaïsmo, in iis aliquid, huc » (in *Antiq. Chr.* expositionem) transferendum quaerat." Et de *Joannis Stephani Duranti de ritibus Ecclesiae Catholicae* Libris III. Romae 1591. f. m.), ait, eos » adeo putidis fabulis et ineptiis esse refertos, ut ultro nau» seam creent." Conf. *J. A. Ernestii Nova Bibl. Theol.* Tom. IX. pag. 731 sqq.

(5) E. gr. *Casparus Calvoerius*, in *Rituali Ecclesiastico* (Jenae 1705. II. Partt. 4.); *Joannes Andreas Quenstedius*, modo (ann. praeced.) memoratus, *Gottfridus Arnoldius*, *Edmundus Martene*, *Ludovicus Thomassinus*, *Ludovicus Ellies Du Pin*, *Bartholomaeus Gavanti*, *Claudius Fleury*, alii. — Huc etiam possunt referri, qui data opportunitate de his rebus egerunt, veluti *Joannes Hoornbeek* (in *Miscellaneis Sacris*), *Gisbertus Voetius* (in *Dissertationibus* et praesertim in *Politica Eccl.*), *Guil. Cave* (in *primo Christianismo* et aliis scriptis), alii. — Pertinent huc quoque *Lexica*, cum *Antiquitatis Ecclesiasticae*, qualia sunt *Macrorum* (*Dominici* et *Caroli*), *Joannis Andreae Schmidii* et *Josuae Arndii* (Griphisw. 1696. 4.): tum *verborum*, in Ecclesiasticis *solennium*, et dicendi formularum, sive Graecarum, sive Latinarum, ut *Joannis Caspari Suiceri Thesaur. Eccl. e P. P. Gr. ordine alphab. exhibens*, *quaecunque phrases*, *ritus*, *caet. spectant*, Amst. ex sec. ed. 1728. II. Voll. f. m.) et *Caroli Du Fresne Du Cange* (cf. supra §. 26. ann. 12. pag. 47.).

(6) *Josephi Bingham Origines*, *sive Antiquitates Ecclesiasticae*, ex Anglico idiomate (quo Londini 1708. X. Voll. 8., et iterum 1726. II. Voll. f. m.

f. m. prodierant) in Latinum conversae a *Joanne Henrico Grischow* (Halae 1724. et 1751. X. Voll. 4.), atque Ejusdem *Dissertationes Ecclesiasticae*, eodem *Grischovio* interprete (ibid. 1738 et 1781. 4.), quae editionis *Originum* anni 1751. undecimum Volumen efficiunt. Luculentissimi Operis Compendium vernacule prodiit, Lond. 1722. 8. et uberius alterum Germanice, Augustae, 1788. V. Voll. 8.

(7) *Denkwürdigkeiten aus der Christlichen Archäologie — von D. Johann Christian Wilhelm Augusti*, Lipsiae 1817—1831. XII. Voll. 8. Opus quidem non complectitur Systema Antiquitatis Christianae, quale est modo memoratum *Binghami*, sed praecipua tamen ejus *Loca*, veluti de *Festis* antiquorum Christianorum (Vol. I, II et III.), de *Actionibus* Sacris (Vol. IV—X.) de *Personis* et *Locis S.* (Vol. XI.), et de *Rebus S.* (Vol. XII.) pertractat egregie. Commentarius fere est in Ejusd. Compendium (*J. C. W. A.*, *Die christl. Alterthümer*, Lips. 1819. 8.).

(8) *Jo. Geo. Walchii Compendium Antiquitatum Ecclesiasticarum*, Lips. 1733. 8.

(9) *Sigismundi Jacobi Baumgarten Primae Lineae Breviarii Antiquitatum Christianarum*, Halae 1747. 8. et Traj. ad Rhen. 1760. 8., et ex editione *Joannis Salomonis Semler*, qui *Scholia* opusculo adjecit, Halae 1766. 8. (Haec autem editio hodie rarior est). Germanice opusculum reddidit *Joach. Christoph. Bertram*, Halae 1768. 8. Sed conf. *Ernestius*, modo (ann. 4.) citatus. Praelectiones in *Baumgartenum* scripsit *Jo. Simonis* (*Vorlesungen üb. d. chr. Alterthümer nach Anleit. D. S. I. B. Brev. Antt. Chr.* Halae 1769. 8.). Presse eum sequitur quoque *Augustius*, in Compendio ann. 7. indicato). — Nunc vero praesertim laudari meretur et ad usum a Studiosis adhiberi *T. H. Rheinwaldi* opusculum, inscriptum: *Die kirchliche Archäologie dargestellt*, Berol. 1830. 8.

(10) *Martini Crusii Turco-graeciae Libri VIII.* Basileae typis expressi a. 1583. f. m. Praestantissimum Scriptum rarum factum est. — Add. *Alexander de Stourdza* (*Considérations sur la doctrine et l'esprit de l'église orthodoxe*, Vinariae 1816. 8. Germanice vers. ab *A. von Kotzebue*, Lips. 1817. 8.); et *Refutation d'un ouvrage intitulé: Consid. sur l'égl. orth. par de Stourdza;* item *Strahlius* et *Schmittus* (§. 74. ann. 6. pag. 370. citati). Quibus add. *F. Thiersch*, *De l'état actuel de la Grèce* (Lips. 1833.) Tom. II. pag. 178 sqq. E quo opere quaedam, ad res Graecorum Ecclesiasticas spectantia, habentur in Ephemeridibus Darmstadiensibus (*Allgem. Kirchenz.* a. 1834. N°. 67 sq.).

(11) *De Ecclesiae Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione Libri III.* Coloniae Agripp. 1648. 4. (Hoc vero opus, judice *Conringio*, ita comparatum est, ut ex nullo alio utriusque Ecclesiae dissensus tam clare intelligatur). — Huc et referenda *Richardi Simonis Fides Ecclesiae Orientalis* (Paris 1686. 8.), Ejusdemque *Histoire Critique des Cérémonies Orientales*, (Francof. 1684. 8.). — Add. *Le Quien*, *Oriens Christianus*. — Alia,

Alia, haud dissimili prorsus consilio, sed latius etiam patente, recentiore memoria concinnata, debentur praecipue *Alexio Aurelio Pelliceia* (*De Christianae Ecclesiae primae, mediae et novissimae aetatis Politia, Libri VI, Tomis II. comprehensi; quibus accedit Tomus III, in quo Mantissae quaedam et Dissertt. septem.* Ed. nova, ad primam Venetam diligenter expressa, cura *Ignatii Ritter*, prodiit Colon. 1829. II. Voll. 8.), et *Antonio Josepho Binterim* (*Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten der Christ-Katholischen Kirche aus den ersten, mittleren und letzten Zeiten*, Moguntiae, 1825—1830. VI. Tomis, XIV. Voll. 8.). Plures, sed minoris pretii, scriptiones hujuscemodi consulto praetermittimus.

(12) *Richardi Montacutii Apparatus ad Origines Ecclesiasticas*, Oxoniae 1635. 8. Ejusdemque *Origines Ecclesiasticae*, Lond. 1640. f. m.

(13) Multi sunt *Joachimi Hildebrandi* huc pertinentes *Tractatus*; veluti *de Natalitiis Veterum, — de Nuptiis Vett., — de Precibus Vett. Christianorum, — de Concionibus Vett., — de Ritibus S.* Itemque Opuscula inscripta, — *Rituale Orantium, — de Religiosis eorumque variis Ordinibus, — de Hierarchia Veteris Ecclesiae, — Rituale Baptismi Veteris, — Sacra publica Veteris Ecclesiae*, caet.

(14) Veluti *Rud. Hospiniani* (in *Opp. omn.*, Genevae 1681. VII. Tomis, IV. Voll. f. m.); — *Friderici Spanhemii* (*Historia Imaginum*, L. B. 1686. 8.); *Sam. Basnagii* (*De rebus sacris et eccles. Exercitatt.*, Traj. ad Rh. 1692. 4. et *Annales politico-eccles. annor.* 645. *a Caesare Augusto ad Phocam usque*, Roterod. 1706. III. Voll. 8.); — *Conradi Samuelis Schurzfleisch* (*Quaestiones insigniores Antiquitatum Ecclesiasticarum*); — *Petri Nieuwland* (*Lectiones Historico-Ecclesiasticae, ofte Vermakelijkheden uit de Kerkgeschiedenis*, Hagae Com. 1779. 8.: nec minus Ejusd. *Lectiones Memorabiles, of Letter- en Oudheid-kundige Verlustigingen* etc., ibid. 1765. IV. Voll. 8., in quibus res, huc pertinentes, passim pertractantur); — *Edmundus Martenius, — Gabriël Albospinaeus*, alii. — Add. ex recentissimis, *Carolus Schöne* (*Geschichtsforschungen über die kirchlichen Gebräuche und Einrichtungen der Christen*, Berol. 1819—1822. III. Voll. 8.).

(15) *Conspectus thesauri Buddeo-Walchiani*, in *Bibliographia Antiq.* pag. 169—174.

## §. 77.

### *Geographia Sacra.*

Ad Historiam, cum *Sacram*, tum eam, quae strictius *Ecclesiastica* dicitur, recte intelligendam plurimum facit accurata veteris *Geographiae* cognitio. Nam de utraque profecto idem valet, quod de omni Historia (§. 56.).

 Qua-

Quare futurum Theologum oportet, *omnis* quidem Geographiae, maxime *veteris*, haud mediocrem sibi comparare notitiam, inprimis vero peculiaris istius partis, cui cum ea Historiae parte, de qua nunc agimus, arctius intercedit connubium. Egregie autem hocce studium adjuvari cunctis illis subsidiis, quibus in omni Geographia, praesertim antiqua, discenda, recte utimur (§. laud.), apertum est. Neque tamen illa sufficere videntur; quippe minus sedulo et minore cum ubertate, quam hîc quidem opus est, exponentia de illis regionibus et terrae tractibus, ubi res, quas referunt Scriptores *Biblici* aut *Ecclesiastici*, gestae sunt; de montibus, fluminibus, lacubus, sylvis, quorum situs et conditio nunc accuratius cognoscenda est; tum de urbibus et vicis, eorumque incolis; porro de animalibus, herbis, metallis, reliquisque fossilibus, quae terra ibi locorum proferat. Quorum omnium ingens solet esse momentum in Historia rite atque intime cognoscenda. Quocirca diligenter manu volvenda sunt praecipua, cum veterum, tum recentiorum *scripta*, ad hanc rem pertinentia, et consulendae *Chartae*, duplicem hanc Geographiae partem illustrantes.

Jam ingens copia est Scriptorum de *Geographia Sacra*. Nam de Palaestina et adjacentibus regionibus, Syria praesertim, Arabia et Ægypto, egerunt plurimi. Unus quidem e Veteribus nobis superest, qui et in hocce studiorum genere laudabilem collocavit industriam, *Eusebius* Caesareensis, quem e Graeco *Hieronymus* jam Latinum fecit (1). Sed huic proximus est, quodammodo huc pertinens, *Abulfeda* (2). Postea vero plures exstitere, *Terrae Sanctae* veluti *theatrum* exhibentes; quo nomine suum opus insignivit *Christ. Adrichomius* (3); nam suis quisque meritis in hac parte fulgent *Thomas Fuller* (4), *Nicolaus Sanson* (5), *Samuel Bochart* (6), *Frid. Spanhemius* (7), *Joannes Lightfoot* (8), *Eduardus Wells* (9), *Hadrianus Reland* (10), *Joannes Jacobus Schmid* (11): et, alios ut mittam, *Guilielmus Albertus Bachiene* (12), *Jo-*

*Joannes Davides Michaelis* (13), quocum *Jo. Reinoldus Forster* conferendus (14), *Isbrandus van Hamelsveld* (15) et *Carolus Frid. Klöden* (16), alii (17). Uti vero horum plerique sua ex *peregrinatorum*, et antiquioris et serioris praesertim temporis, relationibus hauserunt; ita futuro Theologo, de his rebus ita cognoscere gestienti, ut quam plurima suis ipse veluti oculis cernat, uti expediet, sic gratam simul a severioribus studiis remissionem parabit, praestantissimorum in hoc genere *Itinerariorum* lectio. Imprimis ipsi commendamus legendos saepiusque relegendos *Petrum Della Valle* (18), *Oläum Dapper* (19), *Paulum Lucas* (20), *Cornelium de Bruyn* (21), *Richardum Pococke* (22), *Carstenum Niebühr* (23), *Thomam Shaw* (24), *Joannem Ludovicum Burckhardt* (25), et alios bene multos (26). Atque non tantum ad Historiam Sacram recte intelligendam, sed etiam ad Antiquitatem Sacram et quam plurima utriusque Sacri Codicis loca, egregium usum praestabit, diligenter consuluisse Viros Doctos, qui ex isto potissimum fonte hauserunt, quaecunque ad Veteris Novique Testamenti expositionem afferrent; *Eskuchius* v. gr. (27), *Harmarus* et *Faber* (28), *Lufftus* (29), *Emdrius* (30), *Rosenmüllerus* (31), alii (32). Quibus adjungi poterunt, qui de usu Itinerariorum egerunt, *Simonius* (33), *Moshemius* (34), alii. Horum igitur ope pleraeque superari poterunt difficultates et molestiae, quae, cum obtrectatoribus ansam plurimarum cavillationum dederunt, tum pio etiam Sacrae Scripturae interpreti et Historiae Sacrae indagatori haud leves interdum objiciunt moras et nodos nectunt (35). Quamquam vix sperandum, vel sic, omnia ad unum loca impedita expeditum iri: multa enim intercedunt, quo minus, v. c., de *situ Paradisi*, de *regione Ophir*, et similibus, certi quid statuatur. Quin, post doctissimas Virorum Doctorum lucubrationes, inquirenti relinquitur de aliis etiam dubitandi et deliberandi spatium; veluti de terra *Gosen*, de terrae *Canaäniticae finibus*, de regione *Tarsis* aliisque (36).

(1)

(1) *Onomasticon urbium et locorum Sacrae Scripturae, Graece et Latine*, in *Hieronymi Opp.* Tom. II. (ed. Bened.) vel III. (ed. *Vallarsii*, Venet. 1767. 4. maj.) — et seorsum, cum *Jac. Bonfrerii* et *Jo. Clerici notis et additamentis*, Amst. 1707. f. m.

(2) *Opus geographicum;* ex *Arab. Latinum fecit Jo. Jac. Reiske* (in *Büschingii Magaz. f. die neue Hist. und Geogr.* Parte IV et V; ubi tamen quaedam, v. c. de *Syria*, *Ægypto*, caet. desunt. Vid. *Michaëlis O. und Exeg. Bibl. I.*). — *Descriptio Ægypti*, *Arabice et Latine;* e Cod. Paris. cum vers. et notis *Jo. Dav. Michaëlis*, Goett. 1776. 4. — *Arabiae descriptio, perpetuo commentario illustrata a Christiano Rommel*, Goett. 1802. 4. — *Tabula Syriae cum excerptis geogr. ex Ibn Ol Wardii Geogr. et Hist. Nat.*, Arab. et Lat. cum not. *Bernardi Koehler*, Lips. 1766. 4. Editionem lithograptam totius Operis parare instituit *A. Jaubertus.* — Conf. *Schnurreri Bibl. Arab.*, ubi plura etiam invenias.

(3) *Theatrum terrae S. et Biblicar. Historiar.* cum tabb. geogr. Coloniae 1590. et saepius f. m.

(4) *A Pisga-sight of Palestina and the Confines thereof*, cum mappis geogr., Lond. 1650. f. m.

(5) *Geogr. S. ex V. et N. T. desumta et in tabb. quatuor concinnata*, cura *Jo. Clerici*, Amst. 1704. f. m.

(6) *Phaleg et Canaän*, s. *Geogr. S. cum mappis geogr.* Cadomi 1646. f. m. Francof. ad M. 1681. 4. L. B. 1692. et denuo 1707. f. m.

(7) *Introd. ad Geogr. S.* L. B. 1679. 8. Traj. ad Rhen. 1696. 8. et in *Opp.* Tom. I.

(8) *Tractatus chorographicus*, praemissus *Horis Hebr. et Talmud.* in *Opp.* Conf. supra §. 29. ann. 27. pag. 64.

(9) *Historical Geography of the old and new Test.* Lond. 1711. IV. Voll. 8. (Germ. versa a *Geo. Wolfio Panzer*, Norib. 1764. II. Voll. 8.).

(10) *Palaestina monumentis illustrata*, Traj. ad Rhen. 1714. 4. (Norib. 1716. 4.): cui add. *Jo. Christoph. Harenbergii Supplementa* in *Miscellaneis Lipsiensibus Novis*, 1742 sqq. Voll. IV, V et VI.

(11) *Biblischer Geographus*, Züllich. 1740. (Belgice versus ab *Ernesto Zeydelaar*, Amst. 1776. II. Voll. 8.).

(12) *Heilige Geographie* etc. Traj. ad Rhen. 1758. III. Tom. VI. Voll. 8. cum chartis geogr. (Germanice versa a *Gottfr. Arnoldo Maas*, Cliviae et Lips. 1766. II. Partt. VII. Voll. 8.).

(13) *Spicileg. Geogr. Hebraeorum exterae post Bochartum*, Goett. 1769 et 1780. II. Partt. 4.

(14) *Epistolae ad J. D. M., hujus Spicil. Geogr. Hebr. extr. jam confirmantes jam castigantes*, Goett. 1772. 4.

(15) *Aardrijkskunde des Bijbels*, cum chartis geogr., Amst. 1790. VI. Voll. 8. Germ. a. Rev. *Rud. Jänisch*, Hamb. 1793. VI. Voll. 8.).

(16) *Landeskunde von Palestina*, Berolini 1817. 8. (qui observationibus *Seetzeni* geographicis potissimum usus est).

(17)

(17) Veluti *Henr. Bunting Itinerarium S. S.* cum additament. *Jo. Geo. Leuckfeldi* (Magdeb. 1718. f. m.); *Jo. Matth. Hasii Regni Davidici et Salomonei descriptio*, cum mapp. geogr. (Norib. 1739. f. m.); — *Roberti Géographie Sacrée* etc. (Paris. 1749. III. Tom. 12.); — *D'Anvillii Mémoire sur l'Egypte ancienne et moderne, suivie d'une déscription de la mer rouge* (Paris 1766. 4.), — *l'Euphrate et le Tigre* (ibid. 1781. 4.); — *P. J. Bruns, Handb. der alten Erdbeschreib.* (Norib. 1785. II. Voll. 8.); — *Traités géogr. et historiq. pour faciliter l'intellig. de l'Ecr. S.* (Hagae Com. 1730. II. Voll. 12.); — *Chr. Aug. Frege, Geogr. Handb. bey Lesung der H. S.* (Gothae 1788. II. Voll. 8.); — *Jo. Frid. Röhr, Palestina, oder historisch-geograph. Beschreib. des Jüdischen Landes zur Zeit Jesu* (Cizae, ex *quinta* eaque emend. ed. 1829. 8.), al. — Quaedam memoratorum Scriptorum collecta sunt in *Ugolini Thesauro Antt.* (vid. §. 75. ann. 35.).

(18) *Alle de voortreffelijke Reizen van — P. d. V. — in vele voorname gewesten der wereld, sedert* 1615 *tot* 1626. *gedaan, uit zijne Schriften, aan Mario Scipiano geschreven, door J. N. Glazemaker vertaald*, Amst. ex altera ed. 1681. (Germanica versio operis prodiit Genevae 1674. f. m.).

(19) *Beschrijv. van geheel Syrie en Palestina*, Amst. 1677. f. m.

(20) *Voyage au Levant*, Hagae Com. 1705. 8. — *Voyage dans la Grèce, l'Asie mineure, la Macédonie, l'Afrique*, Amst. 1714. II. Voll. 8.

(21) *Cornelis de Bruyns Reize door het Oosten*, Amst. 1698. f. m. — *door Persie*, ibid. 1714. f. m.

(22) *A Description of the East and some other Countries*, Lond. 1743. II. Voll. f. m. (Germanice a *C. E. von Windheim*, Erlangae 1754. III. Voll. 4. et cum annott. (quae minus recte dicuntur emendatrices) *J. F. Breyeri* et *Jo. Chr. Dan. Schreberi*, ibid. 1772. et iterum 1791., III. Voll. 4. — Belgice ab *Ern. Guil. Cramero*, Traj. ad Rhen., Roterod. et Amst. 1776. III. Tomis VI. Voll. 4.).

(23) *Beschreibung von Arabien aus eigenen Beobachtungen und im Lande selbst gesammelten Nachrichten abgefasset* etc. Hafniae 1772. 4. Belgice, Amst. et Traj. ad Rhen. 1774. 4., ubi eod. a. eademque forma secuta sunt: *Vragen aan een Gezelschap van geleerde Mannen, die op bevel Zr. M. des Konings van Deenemarken naar Arabie reizen, door J. D. Michaëlis*, hujusque censura peregrinationis Niebuhrianae. Postea secutum est ipsum Itinerarium: *Reise nach Arabien und umliegenden Ländern*, Hafniae 1774 et 1778. 4. Belgice, Amst. et Traj. ad Rhen. 1776 et 1780. II. Voll. 4. De Franco-Gallica utriusque Operis interpretatione, et de Opere ipso, quin de recentioribus in Arabiam peregrinationibus tantum non omnibus, dignus est, qui legatur *J. B. Eyriès* (*Notice de différens Voyages en Arabie*, in *Nouvelles Annales des Voyages, publiées par M. M. Eyriès, De Larenaudière et Klaproth*, *ad* a. 1834., Tom. I. pag. 5—31.

(24) *Travels and observations relating to several parts of Barbary and*

*and the Levant*, Oxoniae 1738. f. m., iterumque 1767. 4. Gallica versio prodiit Hagae Com. 1743. II. Voll. 4., Germanica, ad alteram ed. concinnata, Lipsiae 1765. 4.; Belgica, a Medico docto, *Petro Boddaert*, adornata et annotationibus Virorum Cl., *Saxii*, *Ravii* et *Tydemanni*, qui ultimus editioni insuper praefatus est, instructa, lucem adspexit Traj. ad Rhen. 1774. 4.

(25) *Travels in Syria, and the Holy Land*, Lond. 1822. 4. (Germanica versio facta est, et doctis annotationibus ditata, a *Guil. Gesenio*, Vinariae 1823 II. Voll. 8.). Ejusd. *Travels in Nubia*, Lond. 1827. 4. et — *Travels in Arabia, comprehending an Account of those Territories in Hedjaz, which the Mohammedans regard as sacred*, ibid. 1829. 4. Post auctoris obitum haec edita sunt a *Guil. Ouseley* (*by authority of the Association for promoting the discovery of the interior Africa*). Praecesserant *Burckhardto Seetzenus*, homo Germanus ex Frisia Orientali, et *Badia*, Hispanus; cui posteriori, licet sub ficto nomine *Ali Bey el Abassi* peregrinatus esset, vel sic tamen non licuerat plurima eorum perlustrare, ad quae accessus patuit *Burckhardto*, iter facienti sub specie Musulmaniani Hadji, quam personam ut rite sustinere posset, fecit, cum facultas Arabice volubili lingua loquendi, tum peritia doctrinae et rituum Moslemicorum, quos imitari sine ulla molestia poterat. — Verum de his quoque conf. *Eyriès*, l. c.

(26) Omnino bene multos citare hic possimus, atque in his nonnullos praestantissimos. Quoniam vero ab instituto alienum est, et omnes omnino indicare et omnium editiones, sufficiat breviter enumerasse, ex veteribus et e recentioribus, aliquot praecipuos. — Ad *illos* igitur referendi sunt, v. c. *Benjamin*, Judaeus Tudelensis; cujus peregrinatio, Hebraice conscripta, et saepius edita est, et a *Constantino l'Empereur ab Oppyck*, qui eam quoque Latine reddidit (editioni Helmst. 1636 et Lips. 1764. adjecta est fide digna narratio itineris, annis 1604 ad 1611. facto a *Joanne Wildt* Noribergensi); porro *Joannes Phocas* (cujus, et aliorum vett., sex itineraria in Palaestinam edita sunt in *Leonis Allatii Symmictis*, Colon. 1613. 8.); *Martinus a Baumgarten in Breijdenbach* (*Peregr. in Aeg. Ar. Pal. et Syr.* Norib. 1594. 4.); *Joannes Cotovicus*, miles Hierosolymitanus (Antv. 1619. 4.); *Egmondus van der Nyenberg*, — *Tournefort*, — *de Thevenot* (de quo dubitarunt quidem nonnulli, num revera in Oriente fuerit, sed conf. *G. Kuipers*, ad *d'Arvieux Reize* etc. (mox laudandus), p. 15 sqq. et 578 sq.); — *Van der Gröben*, — *Hanway*, — *Jo. Heymann*, — *Jon. Korte*, — *De la Roque*, — *Schultz*, caet. — Praesertim vero laudandi: *Joannes Chardin* (*Voyage en Perse* etc., cujus optima ed. prodiit Amst. 1735. VI. Voll. 4., at Belgica versio jam edi coeperat Amst. 1687. 4.) et *Henricus Maundrell* (*Voyage d'Aleppo à Jérusalem*, Gallice et Belgice, Traj. ad Rhen. 1705. 4. Germ., Hamb. 1737. 8.), al. — Plures qui cupiat cognoscere, adeat *Jo. Fr. Buddeum*, in *Isagoge* (pag. 787 sqq.), *Jo. Geo. Walchium* (in *Bibl. Th. Sel.* Tom. III. pag. 30 sqq), *J. A. Fabricium* (in *Bibliogr. Antiq.* pag. 804.) et *Franciscum Halma*, paulo inferius (ann. 52.) laudandum. —

Ad

Ad hos vero pertinent, e. gr., *d'Arvieux* (cujus *Mémoires* editae sunt a *Jo. Bapt. Labat*, Paris. 1735. VI. Voll. 12.; — cujus vero *Iter ad magnum Emir* (*Voyage dans la Palestine vers le grand Emir, chef des Princes Arabes du désert, connus sous le nom de Bedouins, ou d'Arabes Scenites*; ed. a *De la Roque*, ibid. 1717. et Amst. 1718. 8.) *Gerardus Kuipers*, Belgice redditum et doctissimis annotationibus instructum, Trajecti ad Rhen. evulgavit 1780. 8., partem de moribus Arabum Scenitarum *E. F. C. Rosenmüller*, c. ann., Lips. 1789. 8.); *Frid. Ludov. Norden* (*Voy. d'Egypte et de Nubie*, Hafn. 1755. II. Voll. f. m. Germanice tantum exstat Epitome, Berol. 1779. II. Voll. 8.), *Alex. Russel*, *Frid. Hasselquist* (Germanice, Rostochiae 1762. 8. Belgice, Amst. 1771. II. Voll. 8.), *C. F. Volney* (*Voy. en Syr. et en Eg.* Paris. 1787. II. Voll. 8. Germ. Jenae 1788. II. Voll. 8. Belg. L. B. 1789. II. Voll. 8.), *Jac. Bruce* (Belg. Amst. 1801. III. Voll. 8.), *W. G. Browne* (Belg. 1800. II. Voll. 8.), *Mungo Park* (Belg. Hagae Com. 1801. III. Voll. 8.), *Jo. Malcolm*, *J. S. Buckingham*, *J. Carne*, *Fred. Caillaud*, *R. Wilson*, *J. Berggren*, caet.

(27) *Balth. Ludov. Eskuche*, *Erläuterungen der Heiligen Schrift aus morgenländischen Reisebeschreibungen*, Lemgoviae 1750. XXVI. Fascc. II. Voll. 8. (Non omnia *Eskuchii* sunt, sed quaedam aliorum, qui symbolas ei obtulerunt).

(28) *Thomae Harmer*, *Observations on diverse passages of Scripture — illustrating — by means of Circumstances incidentally mentioned in Books of Voyage and Travels into the East*, Lond. 1768. et auct. atque emend. 1776. II. Voll. 8. Ad priorem ed. factae sunt versiones, cum Gallica, tum etiam Germanica, annotationibus a *Joanne Ern. Faber* aucta (Hamb. 1772. sqq. III. Voll. 8.), et, quae ad hanc concinnata est, Belgica, Traj. ad Rhen. 1774 sqq. iterumque ibid. 1778 sqq. IV. Voll.; ad quae accesserunt duo Supplementorum Volumina, ibid. 1780 sq. 8.

(29) *Frid. Matth. Lufft*, *Biblische Erläuterungen aus denen morgenländischen und andere Reisebeschreibungen* caet. Norib. 1735. 8.

(30) *Samuël van Emdre*, *Bijbelverklaring betrekkelijk Palestina*, Traj. ad Rhen. 1782. 8. — Ejusd. *Reize door Palestina*, ibid. 1797. II. Voll. 8.

(31) *E. F. C. Rosenmüller*, *Altes und neues Morgenland*, *oder Erläuterungen der H. S aus der Beschaffenheit — des Morgenlandes: mit eingeschalteter Uebersetzung von Sam. Burders Morgenländ. Gebräuche*, *und William Wards Erläut. der H. S. aus den Sitten und Gebräuche der Hindus*, Lips. 1818. IV. Voll. 8. (Belg. a *G. J. F. Cramer von Baumgarten*, Gron. 1819. IV. Voll. 8. Quibus accedit Ejusd. *Crameri von Baumgarten*, *Bijdragen tot verklaring van het Nieuwe Testament, getrokken uit oude en nieuwe berigten betreffende de zeden en gewoonten der Oostersche Volken*, Gron. 1825. II. Voll. 8.).

(32) Exempli gr. *C. W. Ludekii* (ex Germ. a *Carolo Phil. Sander*

 Ble-

Belgice versa) *Beknopte beschrijving van Palestina en den aard en gewoonten der Oosterlingen* etc. Amst. 1794. 8. — Alios mitto; unum *Franciscum Halma* (in *Woordenboek van Kanaän*, Leov. 1717. 4.), adhuc memorasse contentus.

(33) *Jo. Simonis*, in *Diss. de usu itinerarior. O. O.*, adjuncta *Onomastico Novi T. et libror. V. T. apocr.*, Halae 1762. 4.

(34) *Jo. Laur. Moshemius*, in *Praef. ad Herm. Christ. Paulsen*, *vom Ackerbau der Morgenländer* (§. 75. ann. 33. l.).

(35) Has tollere, nec infelici successu, inter plures alios, praecipue conatus est *Lilienthalus*, Tomo VIII. Operis laudatissimi, *Gute Sache der Offenbarung* (*Oordeelk. Bijbelverklaring*), de quo v. §. 73. ann. 15.

(36) Ampla sese nobis hic offerat disserendi materies, si de his omnibus aliisve huc pertinentibus rebus, vel verbulum dicere velimus. Nam, qui de *situ Paradisi* egerunt, Scriptorum numerus olim jam ingens fuit. Ex illis unum nunc sufficiat laudasse eruditissimum *Petr. Dan. Huëtium;* cujus peculiaris hac de quaestione libellus et seorsum editus est saepius, et subjunctus eruditissimo *Demonstrationis Euangelicae* operi (v. §. 55. ann. 6.). Alios bene multos citarunt, qui de Theologia *Dogmatica* fusius scripserunt, veluti *Bern. De Moor* (in *Comm. perp.* in *Marckii Medullam*, Tom. III. pag. 8 sqq.) et *Mart. Vitringa* (ad *Campegii Vitringae Aphorismos*, Parte II. pag. 217.). Idem egit *J. J. Scheuchzerus* (*Bijb. der Nat.*, I. 255., e nova ed. Belg. *Meyeri*). Superiore vero memoria ad illos haud pauci accesserunt. In quibus sunt, qui attentionem vix merentur; veluti Vir D., *J. G. Hassius*, qui, serione an joco incertum, in *Borussia*, propter ingentem, quae in ea invenitur, *Succini* copiam, *Paradisum* quaesivit (in: *Preussens Ansprüche*, *als Bernsteinland*, *das Paradies der Alten und Urland der Menschheit gewesen zu seyn*, Regiom. 1799. 8.). Multo potius audiendi *Jo. Geo. Herderus* et *J. G. Faber*, laudati ab *Hermanno Muntinghe* (*Geschied. der Menschh. naar den Bijbel*, Tom. I. ann. 16. pag. 22 sqq.), qui ipse cum Paradisum in *Armenia* quaerentibus se consentire fatetur. Neque tamen spernendi, qui post illos scripserunt, duumviri, *Philippus Butmann*, qui in septentrionali *Indiae* plaga versus Persiam (*Aelteste Erdkunde des Morgenlandes*, Berolini, 1803. 8.), et *Aug. Theoph Hartmann*, qui in valle *Caschmir* (*Aufklärungen über Asien, für Bibelforscher*, Tom. I. Oldenb. 1806. 8.), Paradisum invenisse sibi videntur. — De *regione Ophir* multi etiam multa commentati et commenti sunt. Unus instar omnium sit *Joannes Oldermannus*, cujus Diss. pec. hac de re prodiit Helmstadii 1714. 4. Plures citat *Jo. Jac. Bellermannus* (*Biblische Archaeol.* Tom. II. pag. 158 sqq. et Tom. IV. pag. 416 sqq.). Neque vero desunt Viri Docti, qui *Ophir* idem nomen esse putent, quod, addita Graeca fem. terminatione, vulgo *Africam* vocamus (*Afr*, ἀφρική), quos inter est modo laudatus Nostras *Muntinghius* (l. c. Tom. IV. ann. 250. pag. 93 sqq.), qui et *Heerenum* citat ὁμόψηφον. — Idem autem (cod. l.) de

de regione *Tharsis*, de qua etiam a variis vario modo expositum fuit (ita ut aliis videretur urbem in Hispania, *Tartessus* dictam, aliis altum mare, aliis aliud significare); de ea igitur sic, statuit, communi nomine omnes oras, quae ad Occidentem, ratione Phoeniciae habita, sitae essent, *Tharsis* dictas esse. — *De terra Gosen* in Aegypto qui scripserunt, eos *Bellermannus* accurate recensuit (l. c. Tom. IV. pag. 191 sqq.). Eminet inter ipsos *Paul. Ern. Jablonskius* (in *Diss. Acad.* 8. 1736. 4., repet. in *Opuscc.* ed. a *Jona Guil. Te Water*, Tom. II.). Nec prorsus spernendus videtur *Lakemacherus* (*Obss. Philol.* Parte VI. Obs. 1.). *Muntinghius* autem (l. c. Tom. IV. ann. 3. pag. 4 sqq.) cum iis facit, qui terram *Gosen* et terram *Ramesis* unam eamdemque esse censent. Caeterum vix opus esse videtur, notissimum *Champollionis Figeac* opus excitare, inscriptum: *l'Egypte sous les Pharaons.* — De terrae Canaäniticae *finibus* post alios et *Relandum* (in *Palaest.* Lib. I. cap. 45. et Lib. III.), praesertim duo praeclari Philologi, *Davides Millius* et *Conradus Ikenius*, consulendi sunt, qui inter se docte disputarunt. Eorum Commentationes, utrimque scriptae, et satis notae sunt, et in Compendium redactae in *Bibliotheca Berolinensi*, Vol. III. pag. 486 sqq. Conf. *Niebührii Descript. Arab.* versus finem, et *Shavii Itiner.* Vol. II. Parte II. cap. 2. — Denique, ut hoc addam, quae in Sacro Codice de *insigni Palaestinae fertilitate* dicta occurrunt, a nonnullis, maxime a *Voltario*, impugnata sunt, tela imprimis subministrante hodierna soli Palaestinensis sterilitate. Hanc vero difficultatem sustulerunt, qui ex despotica Turcarum regiminis forma et ratione, tum vero ex frequenti et repetito incursu tribuum Arabicarum, cum a Septentrione et Syria, tum a Meridie et Occidente ex deserto, istam sterilitatem, quae solo ipsi caeteroqui non propria est, derivandam explicandamque esse monuerunt. Conf. *Salomo Deylingius* (in *Obss. Sacr.* Parte II. Obs. 9.), *Relandus* (l. c. Lib. I. Cap. ult.), *Michaëlis* (*J. M.* §. 26.), *Shaw* (l. c. Vol. II. pag. 88.) *Harmarus* et *Faber* (Cap. I. Obs. 9.), *Warnekros* (in *Diss.* inserta *Eichhornii Repertorio*, Voll. XIV et XV.): et add. *Muntinghius* (l. c. Tom. IV. ann. 167. pag. 111 sqq., ubi *Petrum* quoque *Hofstede*, *Gabrielem Fabricy*, *Jo. Jac. Scheuchzerum* et *Isbr. Hamelsveldium* citavit). — Caeterum non in *Veteris* tantum Testamenti, sed et in *Novi*, historia collustranda magnam vim esse *Geographiae Sacrae*, tam quae *Palaestinam*, quam quae reliquam *Asiam*, praesertim vero *minorem*, spectat, egregie, pro more, ostendit *Jo. Aug. Ernestius*, in *Inst. Int. N. T.* Parte II. (III.) Cap. 10. §. 38—50. ubi et multi Scriptores indicantur. Conf. *Eichstädt* ad *Mori Acroas. sup. Hermeneutica N. T.* Prolegom. pag. XV. *Jo. Sal. Semlerus*, in *Apparatu* ad *liberal. N. T. interpr.* pag. 115 sqq. *Jo. Clericus*, in *Arte Crit.* Voll. I. pag. 22. *Guil. Ant. van Vloten*, *De Bijbel vertaald*, *omschreven* etc. Vol. I. pag. 94—105. Add. et alii, in his, e. gr., Clariss. *Petrus Wesseling*, ad *Vett. Roman. Itineraria*, Amst. 1735. 8.

## §. 78.

### *Ecclesiastica.*

Quod vero attinet ad *Geographiam Ecclesiasticam*, cujus eximia est utilitas in Historia Ecclesiastica, nonnullis certe ejus partibus, veluti de doctrinae Christianae propagatione, de Ecclesiastici regiminis forma et caeteris, recte intelligendis; eam compendio quidem *Spanhemius* (1) et *Binghamus* (2) tractarunt; uberius vero *Carolus a Sancto Paulo* (3); quocum jungendus *Stäudlinus* (4). Neque omittendae hoc loco sunt *Chartae Geographico-Synchronisticae Moelleri* (5). Et observandum, praecipuam quidem operam *veteri* et *mediae*, nec tamen nullam etiam *novae*, Geographiae Ecclesiasticae impendendam esse, sive universali illi, sive particulari, ad hanc illamve gentem et regionem unice spectanti (6); qualem Ecclesiasticam Patriae nostrae Geographiam debemus *Bachienio* (7).

(1) In *Geographia S. et Ecclesiastica* (Conf. §. 77. ann. 7. pag. 384.).

(2) In *Origg. Eccles.* (§. 76. ann. 6. pag. 379. cit.) Voll. III. Lib. IX. qui est de *antiquae Ecclesiae divisione in provincias, dioeceses et parochias.*

(3) *Geographia Sacra, sive notitia antiqua dioecesium omnium patriarchalium, metropoliticarum et episcopalium veteris Ecclesiae, ex S. S. Conciliis et Patribus, Historia Ecclesiastica et Geographia antiqua collecta*, Paris. 1641. f. m., et dein cum ann. *Lucae Holstenii*, cura *Jo. Clerici*, Amst. 1703. f. m. Quocum conferendi *Guilielmus Beveregius* (in notis ad *Synodicon magnum*, Tom. II. pag. 135.), *Emanuel à Schelstrate* (in *Antiquitate Ecclesiae, diss., monim. ac not. illustrata*, Romae 1692. II. Voll. f. m., praesertim altero Volumine), *Jo. Alb. Fabricius* (in *Indice geogr. Episcopatuum*, in *Biblioth. graec.* Voll. XII. — itemque in *Ind. geogr. orbis Chr.*, in libro, qui inscribitur: *Salutaris Lux Euangelii* caet. — conf. et *Bibliogr. antiq.* pag. 207 sqq.); add. *Petrus Opmeer* (in *Catal. totius orbis Archiepiscopor.* caet. Colon. 1595. 8.), *Aubertus Miraeus* (in *Notitia Episcopatuum orbis Chr.* Paris. 1610. et saepius, Antverpiae, Francofurti et Lugduni), *Paulus Geslin* (in: *La Sainte Chorographie*, caet. Salmur. 1629. 8.), *Philippus Labbeus*, *Petrus Josephus Cantelius*, *Echardus de Commanville*, *Franciscus Jacobus de Digne*, caet. Conf. *Walchius* (in *Bibl. Th. Sel.* Tom. III. pag. 41 — 44.).

(4) *Kirchliche Geographie und Statistik*, Tübingae, 1804. II. Voll. 8. — Opus, ut editum erat, continuo multorum plausum et tulit et meruit: nec tamen minus e rei veritate a doctis Censoribus multa σφάλματα auctori, passim libros festinantius edere solito, exprobrata sunt. Conf. cum *Halensibus* Ephemeridibus (*Hall. Allgem. Literaturz.* 1804. N°. 257.) *Jenenses* (*Jen. A. L. Z.* 1806. Jun. pag. 489—494.) et *Westphalicae* (*Westphal. Anzeige*, 1805. St. 91. pag. 1450 sqq.), uti et *Belgicae* (in quibus illae postremae quoque laudantur) *Theologicae* (*Bibliotheek van Theologische Letterkunde*, T. IV. Parte I. pag. 461 sqq.). Uti autem Jenenses alia quaedam notant, ita Westphalicae ea potissimum, quae ad Comitatum Marckensem et Ducatum Bergensem spectant, Belgicae vero, quae ad nostram patriam.

[Quae quidem relegens mireris, quî fieri possit, ut Viri docti in Germania tam saepe errent et tam graviter, ubi de patria nostra nostrisque rebus referunt, cum ea tamen tam vicina sit Germaniae, quin eam Germani tam saepe invisant. Id quod, ut *ad alias res quamplurimas* spectat, sic imprimis observatur, ubi de nostris *rebus ecclesiasticis* agitur. Exemplorum ingens afferri possit copia, cum ex *Annalibus Theologicis Hassencampii* et *Wachleri*, ex *Ephemeridibus Halensibus* (in *Intelligenzblätter*), aliisque, tum ex ipsis adeo *Zimmermanni*, caeterum haud indiligenter conscriptis, Epistolis (*Ueber den kirchlichen Zustand von Holland*), quas *Stäudlinus* et *Tzschirnerus* suo Archivo inseruerunt (*Archif für alte und neue Kirchengeschichte*, Tom. I. Parte III. pag. 131—236.). — Quae in *E. Guil. Hengstenbergii Evangelische Kirchenzeitung*, in *Theodori Fliedner Collektenreise nach Holland und England* etc. (Essenae 1831. II. Voll. 8.), quin, quod magis dolemus, in *Rheinwaldi* utilissimo caeteroquin opere: *Allgemeines Repertorium* (ad a. 1834. Tom. V. pag. 153.—158.) aliisque, etiam in Gallo-Francicis Ephemeridibus (ut e. g. alicubi in *Les Archives du Christianisme*) de religionis et pietatis in nostra patria conditione, tanquam ex tripode, dicta sunt; eorum igitur quaedam (sit venia verbis, et pace Virorum D. dicatur) sunt tam insulsa, ut risum nobis moveant, quaedam adeo vix ferenda, ut indignationem, pleraque ne refutatione quidem digna. Utinam aliquando Viri docti, antequam tales, ab advenis in patriam nostram ad se missas, relationes publici juris faciant, de iis aliquem ex Nostratibus peritum honestumque Virum, sibi cognitum et spectatum, consulant! Nunc haud raro fit, ut, quae sic, in eorum scriptis, perperam et omnino ridicule relata inveniamus de rebus nostris, scrupulum nobis injiciant et dubitandi ansam praebeant de aliis etiam quibusvis].

(5) Vid. §. 72. ann. 2.

(6) Praeter alios in hoc genere libros cf. e. gr. *Car. T. Dobeli*, *Atlas über die Evangelische Kirche Baierns.*

(7) *Will. Alb. Bachiene*, *Kerkelijke Geographie der Vereenigde Nederlanden*, Amst. 1768. IV. Tomis 8. Quo quidem opere cum post ea, quae

quae ab anno inde 1816 innovata sunt, non amplius per omnia prorsus tuto uti possit harum rerum studiosus, tum nonnihil adjumenti ipsi afferre poterit usus *Mappae Geographicae*, quae Hagae Comitum a. 1824. prodiit e lithographia regia, titulum praeferentis: *Kerkelijke Kaart van het Koningrijk der Nederlanden voor de Protestantsche Kerken.* Cui add. *J. Feuring*, *Alphabetisch Register der Herv. en and. Protest. Gemeenten in het Koningrijk der Nederlanden*, Hagae Com. 1830. 8.

## §. 79.

### *Chronologia Sacra et Ecclesiastica.*

Historiae studium non tantum adjuvatur notitia *locorum*, ubi, verum etiam *temporum*, quibus, res gestae sunt. Itaque Geographiae Sacrae et Ecclesiae *Chronologia utraque* adjungenda est. Neutra vero suis caret difficultatibus. Gravioribus tamen *Sacra* premitur, quam *Ecclesiastica* Chronologia, et talibus adeo nonnullis, ut, nisi commode solvantur, veri specie non prorsus destituta videri possint eorum nonnulla, quae obtrectatores, quo facilius fidem Scriptorum Sacrorum historicam infringerent, vel certe valde labefactarent, nonnunquam in medium attulerunt (1). Quibus cum Viri pii et graves docte et perite occurrerint, horum opera diligenter consulenda sunt futuro Theologo (2): praesertim vero, praeter ea, quibus omnis generatim exponitur Chronologia (3), *Usserii* (4), *Marshami* (5), *Spanhemii* (6), *Lamyi* (7), *Vitringae* (8), *Bedfordi* (9), *Vignolii* (10), *Offerhausii* (11), *Kennedyi* (12), *Frankii* (13), *Schuttii* (14), *Bosveldi* (15), aliorumque (16), scripta, *Sacram* potissimum Chronologiam, aut partes ejus praecipuas, pertractantia. Addantur et *Tabulae* Chronologicae (17). Neque negligenda sunt, quamquam erroris multiplicis omnino non immunia, quae hac in parte praestiterunt Doctores *Judaei* (18). — *Ecclesiasticam* vero Chronologiam haud difficulter addiscet, quisquis *Libris* illis et *Tabellis* diligenter utatur, de quibus supra, cum de ipsa Ecclesiastica ageretur Historia, monitum est (19).

(1) Pertinent quaestiones, quae interpreti negotium facessunt, cum ad *Veteris*, tum ad *Novi* Testamenti historiam. — Quod ad *prius*; hic statim in-

ci-

cidimus in quaestionem de computandorum annorum, et ante, et post diluvium, vera ratione. Nam *ante* diluvium, si *Hebraicum* Codicem audimus, effluxerunt 1656 anni, si *Samaritanum* cum *Whistone*, 1307, si *Alexandrinam* versionem cum *Marino*, 2242 aut 2262: *post* diluvium ad vocationem usque Abrahami, ex *Hebraico* Codice 350, ex *Samaritano* 1000, ex *Alexandrina* interpretatione 1130 anni effluxisse censendi sunt. Itaque *primum* quidem inquirendum, an aliqua ratione diversi isti computandi modi secum invicem in concordiam revocari possint: *deinde* vero etiam dispiciendum, quid de ipsis *annis* statuendum sit; utrum solares intelligendi sint, aut lunares, an arctiora etiam spatia, eaque non semper eadem, veluti ab una messe ad alteram proxime sequentem, aut unius primum mensis, dein trium, tum plurium, tandem duodecim mensium, caet. De *priore* quaestionis hujus parte consulantur *Joannes Meyer* (in *Diss.*, praemissa *Chronico*, mox ann. 18. citando, *de Codice et Calculo Hebraeo*, *praeferendo Samaritano et Graeco*), Scriptores Anglici *Historiae Universalis* (supra §. 34. ann. 4. pag. 87 sq. cit.) Parte I., et, alios ut mittamus, *Lilienthalus* (operis jam saepius l. Tomo VII. pag. 227—259.). De *altera* vero quaestionis parte legi merentur, cum illi, qui de annis, ut nunc computari solent, vel non, vel omnino, cogitari debere putarunt. Ad *prius* genus, post alios et *Cramerum* (in *Nebenarbeiten zur Theolog. Literatur und Religion*, Dresd. et Lips. 1787. II. Voll. 8.), referendi sunt, e. gr., *Henslerus* (*Bemerkungen über Stellen in die Psalmen und Genesis*), quem secutus est Clarissimus Medicus *Hufelandus* (*Die Kunst, das menschl. leben zu verlängern*, Belg., Amst. 1802. II. Voll. 8., Tom. I. pag. 117 sqq.), et *Anonymus* in Ephemeridibus Belgicis (*Algem. Vaderlandsche Letteroefeningen*, ad a. 1797. in *Miscellaneis*, pag. 315 sqq. coll. ad 1798. pag. 53 sqq.). — *Posterioris* generis Scriptoribus, qui quidem turbam facere solebant, ex Nostratibus praecipue se adjunxit Rev. *Lambertus Aartsen* in aliis Ephemeridibus Belgicis (*Nieuwe Vaderl. Bibliotheek*, ad a. 1801. in *Miscell.* pag. 305—318.). Plura vero qui cupiat, adeat Scriptores, a *Jo. Fr. Buddeo* (in *Hist. Eccl. V. T.* Tom. I. pag. 68 sqq.) et *Bern. De Moor*, in *Comment. perp. in Marckii Med.* Tom. II. pag. 185 sqq.) indicatos; in his *Jo. Henr. Heideggerum* (in *Historia Patriarcharum*, Exerc. 12—14. Tom. I. pag. 313—389.). Quibus addantur etiam *Isbr. Hamelsveldius* (in *Vindic. Bibl.* (*Bijb. Verd.*) Tom. IV. pag. 159.) et *Herm. Muntinghius* (*Gesch. der Menschh.* Tom. I. pag. 25 sqq. coll. Tom. II. pag. 246 sqq.). — In iis, qui antediluvianorum hominum longaevitatem ex causis physicis, imprimis e moderata aëris temperie et climate, tunc variis anni tempestatibus non identidem mutato, atque solorum vegetabilium comestura, haud prorsus improbabiliter, explicare conati sunt, praecipue attentionem meretur *Theodorus Hoogeveen* (in *Specim. Patholog. inaug. de causis productioris Antediluvianorum aetatis*, L. B. 1769. 4.). — Alia quaestio, ad dirimendum satis quoque ea difficilis, pertinet ad tempus commorationis Israëlitarum in Ægypto, quod Exodi XII:

XII: 40. quadringentorum fuisse et triginta annorum legitur; cum tamen tot anni effluxisse quidem videantur a vocatione Abrahami ad exitum usque gentis ex Ægypto, commoratio vero annorum duntaxat ducentorum et decem vel quindecim fuisse. De qua quaestione Interpretes ad Exodum, ad Acta Apostolorum (Cap. VII.) et ad Epistolam Pauli ad Galatas (Cap. II.) praesertim consulendi sunt. Add. *Lilienthalus* (l. c. pag. 276—289.), et, praeter alios, *Benj. Kennicottus* (in *Diss. sup. rat. textûs Hebr. V. T. in libris editis atque scriptis* (supra §. 60. ann. 5. pag. 257. cit.), pag. 380 sqq. — Tum de eo quaeritur, quomodo intelligenda sint et componenda loca 1 Reg. VI. 1 et Act. XIII. 20., quorum priore, ab exitu inde Israëlitarum ex Ægypto ad Templi Salomonei aedificationem, anni numerantur quadringenti et octoginta, altero vero, quadringenti et quinquaginta a terrae Canaäneae divisione ad Samuëlem. De hac autem, praeter Intt. ad utrumque locum, legantur *Houbigantus* (in *Prolegomenis Biblior. Hebr.*) et *Jo. Geo. Waltherus* (in: *Abhandlung von den Zeitraum zwischen dem Ausgange der Israëliten aus Egypten und dem Bau des Salomonischen Tempels*, in Parte II. Supplementorum ad Germanicam *Universalis Historiae* Anglicae Versionem, sive *Erläuterungsschriften und Zusätze zur allgem. Welthistorie*). — Porro, quoniam anni Regum Judae et Israëlis, cum singulorum seorsum spectati, tum imprimis omnium simul sumti, male secum invicem consentiunt, Interpretes aliique Viri docti in hac tollenda difficultate etiam operae nonnihil collocarunt; in quibus laudandus, etsi aliis et *Lilienthalo* minus probatus, *Ferdinandus Guil. Beer* (in: *Richtige Vereinigung der Regierungs-jahre, welche die H. Schrift den Königen von Juda beyleget, mit den Regierungs-jahren der Königen von Israël*, Lips. 1751. 8.); sed quocum conferri possit Anonymus (in *Essai d'une Chronologie comparée des Rois de Juda et d'Israël, envoyé aux Auteurs de la Bibliothèque des Sciences et des Beaux-arts*, Tom. XVI. Parte II. pag. 308.). — Celebrior vero etiam, multorumque Virorum Doctorum scriptis et scriptiunculis illustrata ea quaestio est, quae in computo versatur septuaginta hebdomadum Danielis. Hic vero plurimos, nedum omnes, excitare, sive Theologiae Dogmaticae Scriptores, sive Interpretes, sive Commentationum de hac quaestione auctores, qui eam vel attigerunt, vel dedita opera exposuerunt, nimis longum sit. Sufficiat indicasse *Joannem Matth. Hassencamp*, qui Germanice (Lemgoviae 1772. 8.), et *Adrianum Kluit*, qui Latine (Medioburgi 1774. 8.) conscriptis libellis, lucem rei afferre studuerunt; ad quos accedat *Benedictus Gottl. Clauswitz* (cujus prolixa disputatio modo memoratis *Erläuterungsschr. und Zusätze zur allgem. Weltgesch.* Parte I. pag. 120—402., et Parte II. pag. 3—312. inserta legitur). — Haec igitur et alia pertinent ad *Vetus* Testamentum. Sed nec *Novum* hac parte adeo expeditum est, ut Chronologicis difficultatibus prorsus careat. Nam jam statim de ipso nativitatis Jesu Christi anno ambigitur, ne de mense etiam et die dicam. Nam centum et octoginta numerantur de hisce Virorum Eruditorum opiniones, nec facile est, quicquam

hac

de re certi statuere. Vulgarem sententiam ex festo seculari, anno 248 post N. C. celebrato, commode defendi posse, ut plerique negent, tamen Viri graves, *Petavius*, *Calvisius*, alii, ajunt. Qua de re disserit *Hadr. Relandus* ad *Petri Relandi Fastos Consulares* (Ultraj. 1715. 8.) in *Praefatione*. Porro conferri queant *Nicolaus Mann* (in *Diss. duab. chronol. de veris annis Domini nostri Jesu Christi natali et emortuali*, Lond. 1752. 8.), *Guilielmus Langius* (in *Libris duob. de annis Christi* etc. L. B. 1694. 4.), *Gerardus Jo. Vossius* (in *Diss. de Genealogia Christi et de annis quibus natus, baptizatus et mortuus est*, Amst. 1643. 4. et *Opp.* T. VI.), *Petrus Allix* (in *Diatribe de anno et mense natali Jesu Christi*, Jenae 1740. 8.), *Salomo van Til* (in *Diss. paradoxa de anno, mense et die nati Christi*, in Ejus *Diss. Philol. Theol.* L. B. 1719. 4. et seorsum cum praefatione *Joann. Geo. Walchii*, Jenae 1740. 8.); alios ut mittam, in his *Sam. Basnagium*, *Jo. Hildebrandum*, *Jo. Clericum*, *Hieron. Alphenium*, *Theoph. Chr. Lilienthalum* (l. c. Tom. VII. pag. 519 sqq.), *Martinum Stuart* (*Rom. Geschied.* Tom. XXI. pag. 310. ubi plures qui conferantur digni Scriptores laudantur). Ut vero annus Jesu natalis haud plane certus est, ita nec annus Ejus emortualis, de quo nonnulli modo citati quoque conferri poterunt; neque Paschatum ab Ipso celebratorum numerus. De hisce vero nunc quidem prae caeteris consulendus est *Lud. Ideler*, Operis, supra (§. 57. ann. 19. pag. 117.) citati, Sectione VII. (*Von der Zeitrechnung der christl. Völker*), Vol. II. pag. 175—470. Cui add. *Halensis* Operis *Censor* (*Hall. Allg. Literaturz.* a. 1827. Ergsbl. N°. 79. pag. 629.). — Mitto alios his de rebus Scriptores; quos inter illi quoque, qui Theologiam Dogmaticam illustrarunt et Commentarios in N. T. adornarunt, si id nunc ageremus, recensendi essent. Mitto alias quaestiones, verbi causa, de Chronologia Imperatorum Romanorum, Herodum, Praesidum Syriae, caet.; de tempore conversionis Pauli, et scriptarum ab ipso Epistolarum, itemque de itineribus ejus, et una vel duplice captivitate Romana, anno mortis, et quae aliae sunt quaestiones, his similes. Conf. *Jac. Pearsoni Annales Paulini* (in *Opp. post. chronol.* ed. *H. Dodwello*, Lond. 1688. 4.), — *Herm. Witsii Meletemata* in *Acta App.* — *Caroli Schrader*, *Der Apostel Paulus*, Tom. I. (*Chronologische Bemerkungen über das Leben d. Ap. P.*) Lips. 1830. 8. (cujus tamen non probanda est audacia) — *Rud. Anger*, *De temporum in Actis Apostolorum ratione*, Lips. 1833. 8. caet.

(2) Praesertim *Lilienthalum* legendum commendamus; a quo etiam disci poterit, quomodo *Bolingbrokius* aliique, qui istis difficultatibus, ut Sacri Codicis auctoritatem infringant, abutuntur, rem suam agant. (Vid. Tom. VII. pag. 199.). Addatur anonymus Vir D., in: *Akademie der Geleerden*, Tomo II. Parte I. pag. 2 sqq. Conf., quod ad *Novum T.*, *Jo. Aug. Ernestius*, in *Inst. Int. N. T.* Parte II. (III.) Cap. 10. §. 51—58. coll. Parte I. Cap. 6. et Parte II. (III) Cap. 6.

(3) Conf. §. 37.

(4) *Jacobi Usserii Annales Vet. et N. T.* (Primum Londini, 1650.

 pro-

prodiit *Annalium pars prior, a temporis historici principio, usque ad Maccabaicorum initia producta.* Tum a. 1654. secuta est *pars posterior*, qua historia *deducta* est *ad templi et reip. Judaicae excidium extremum.* Postea *Annales Vet.* et *N. T.* simul editi sunt Parisiis, a. 1673. — Sic testatur *Thomas Smith*, in *Usserii Vita* (pag. XLIV.), praemissa editioni optimae Genevensi, 1722. f. m., quae *αὐτόγραφα* exhibet ipsius auctoris additamenta et emendationes, cujus procurandae *Jo. Clericus* Editoribus auctor et adjutor fuit; cujusque repetitio facta est Veronae, 1742. Sunt vero et aliae editiones, ut Bremensis, a. 1686. Sed Genevensi, ut jam ante (a. 1707. 4.) Londinensi, accesserunt *Chronologia S. V. T.*, *Diss. de Macedon. et Asianor. anno solari*, et *de Symbolis.* — (Ex hisce emendandus *Bertholdtus*, in *Theol. Wissenschaftskunde*, I. 239., et *Jo. Fr. Buddeus*, cum in *Isag.* pag. 776., tum in *Hist. Eccl. V. T.* Proleg. §. 17. pag. 55.).

(5) *Joannis Marshami Canon chronicus, aegyptiacus, hebraeus, graecus*, Lond. 1672. f. m. Lips. 1676. et Franeq. 1696. 4.

(6) *Frid. Spanhemii Introd. ad Chronol. S.*, praefixa *Hist. Eccl.*, de qua cf. §. 73. ann. 10. pag. 361.

(7) *Bernhardi Lamyi Apparatus chronologicus et geographicus*, Paris. 1699. 4.

(8) *Campegii Vitringae Hypotyposis Hist. et Chronologiae S.* Franeq. 1708. 8.

(9) *Arthuri Bedford, Scripture-Chronology demonstrated by astronomical calculations*, Lond. 1730. f. m.

(10) *Alphonsi Des Vignoles Chronologie de l'Histoire Sainte et des histoires étrangères qui la concernent, depuis la sortie d'Egypte jusqu'à la captivité de Babylone*, Berolini 1738. II. Voll. 4.

(11) *Leonardi Offerhaus Spicilegiorum historico-chronol. Libri III, quibus Chronologia S., origines et fata regnorum per Orientem et Graecorum migrationes exhibentur*, Groningae 1739. 4.

(12) *Joannis Kennedy A new method of stating and explaining the Scripture Chronology, upon Mosaic astronomical principles, mediums and data, as laid down in the Pentateuch*, Lond. 1751. 8.

(13) *Jo. Geo. Frankii Novum Systema Chronologiae fundamentalis in Cyclo Jubilaeo Biblico detectae; adjecta brevi enarratione Jubilaeo-Chronologica, cum praefatione Joannis Christophori Gattereri*, Goett. 1778. f. m. — Ejusd. *Astronomische Grundrechnung der biblischen Geschichte Gottes und der alten Völker*, Dessaviae 1783. 8. — Add. Ejusdem defensio sui systematis, adversus *Eckermanni* objectiones, in *Henkii* Horreo (*Magazin für Religions-Phil. Exeg. und Kirchengesch.* Tom. VI. Parte II. pag. 315—331.).

(14) *Rutgeri Schutte, Heilige Jaarboeken*, Amst. 1779. III. Voll. 8.

(15) Citatus supra §. 37. ann. 18. pag. 117. — Caeterum et de aliis Scriptoribus conf. *J. A. Fabricii Bibliogr. Antiq.* pag. 230 sqq.

(16)

(16) Verbi gr. *Gothofredi Kohlreiff Chronologia S. a mundo condito*, Hamb. 1724. 8. — *Ferdinandi Guil. Beer*, *Abhandlungen zur Erläuterung der alten Zeitrechnung und Geschichte*, Lips. 1752. III. Partib. 8. — *A. G. de Hulewicz Chronologia S. annorum 4034. a creatione mundi ad exhibitionem et excisionem Messiae*, Francof. 1757. 8. — *Joachimi Hartmann*, *Systema Chronologiae Biblicae*, Rostochii 1777. 4.

(17) Quales illae sunt, quas *Lilienthalus* peculiari opusculo (*Versuch einer genaueren heiligen Chronologie*, Belgice quoque verso et Amst. 1769. 8. edito), complexus est.

(18) *Schelscheleth Hakkabala.* — *Sepher Juchasin.* — *Zemach David.* Cf. *Jo. Chr. Wolf. Bibl. Hebr.* — *Jo. Meyer*, *Chronicon Hebraeor. majus et minus*, *Latine vers. et commentario perpetuo illustr.* Amst. 1699. 4.

(19) De illorum annorum, qui post conscriptos Apostolorum Euangelistarumque libros, ad nostra usque tempora effluxerunt, computandorum ratione, illi omnes Scriptores Historiae *Universalis* et *Ecclesiasticae* conferri possunt, qui methodo synchronistica usi sunt. (Conf. §. 34. ann. 6. §. 37. et §. 72. ann. 2.). Partim quoque consulendi *Usserius*, modo ann. 4. laudatus, aliique huic similes. Nec praetermittenda *Henr. Jo. Wetzeri*, *Restitutio verae Chronologiae rerum, ex controversiis Arianis, ab a. 325 ad 350. exortarum, contra Chronologiam hodie receptam exhibita*, Francof. ad M. 1828. 8. Sed usum quoque non mediocrem praestant *Tabulae* Chronologicae, quales, ex *una* parte, sunt *Semleri*, *Seileri*, *Vateri*, ex *altera*, *Perizonii*, *Las-Cazesii*, caet. Referenda huc sunt etiam opuscula, quae *Joannes van der Hagen*, dissimulato tamen suo nomine, Amst. 1733 et sqq. edidit.

## §. 80.

### *Genealogia Sacra.*

Verbum ultimo loco addendum est de *Genealogia Sacra.* Nam *Ecclesiasticam* nemo, quod quidem sciamus, concinnare aggressus est. Quod tamen, qui facere institueret, operae pretium, ex nostra quidem opinione, esset facturus. *Sacrae* vero Genealogiae qualis et quanta sit utilitas, ad insigniores aliquot Historiae Sacrae partes accurate intelligendas, nemo facile erit, qui non perspiciat. *Lilienthalus* autem quam accuratissime, et de genealogicis in hac Historia difficultatibus, et unde illae oriantur, et quomodo commodissime tolli possint, exposuit (1). Hic quoque usum haud contemnendum praestabunt opera *Emmii*,

*Hübneri*, *Gebhardi* aliorumque (2). Praeterea vero optimi Librorum Sacrorum Interpretes commodis locis non frustra consulentur. Verum praecipue hîc legendi, qui peculiarem aliquam hujus doctrinae partem de industria pertractandam sumserunt; veluti, qui diversos, ab imperitis nonnunquam permutatos, *Herodes*, ostensa singulorum genealogia, distinguere docuerunt (3): imprimis vero, qui nodos, quos diversi genealogiae Jesu Christi apud Matthaeum et Lucam indices nectunt, commode solvere (4), eoque ipso objectionibus occurrere conati sunt eorum, qui ista discrepantia abuterentur ad elevandam Sacrorum Librorum auctoritatem (5).

(1) Laudato saepius libro: *Gute Sache der Offenb.* Cap. XVI. Tomo VIII. pag. Belg. vers. 753 sqq.

(2) Conf. §. 38. ann. 2, 8 et 9.

(3) Quo, praeter alios, imprimis referendus *Christianus Noldius*, in *Diatribe de vita et rebus gestis Herodum*, Franeq. 1660. 4.; quam *Sigebertus Haverkamp* repetiit in altero Tomo *Operum Flavii Josephi*, ab ipso editorum, pag. 333—395. Ibique praeterea pag. 402—405. invenitur: *Stemma et Prosapia Herodis Magni*, atque *Chronologia Herodiadum* cura *Ezechiëlis Spanhemii.* Unde pleraque sua hausisse *Salomonem Deylingium* (in *Obss. Sacris*, Parte II. pag. 325—351.), probabilis est *Jonae Guilielmi Te Water* (in *Animadvv.* MSS. ad *Ernestii Inst. Int.* Parte III. Cap. 10. §. 68.) conjectura; referentis simul (dicto loco) versiculos memoriales, quibus facile Herodes dintinguuntur; nempe:

*Herodes Magnus pueros, Antipa Joannem,*
*Teque, Jacobe, Agrippa necat, Petrum et capit idem.*

Item,

*Ascalonita necat pueros, Antipa Joannem,*
*Agrippas Iacobum, claudit in carcere Petrum.*

(4) Hîc, praeter Interpretes Matthaei et Lucae, et Scriptores uberiorum de Theologia Dogmatica Operum, quos jam mittimus, prae caeteris laudandi: *Taco Hajo van den Honert* (in libro inscripto: *Christus afkomst uit David* caet. L. B. et Hagae Com. (ex tertia ed.) 1737. 4.); *Fridericus Spanhemius* (in *Dubiis Euangelicis*, Genevae 1658., Dub. XIII.): et *Siegm. Jac. Baumgarten* (Programm. *de Genealogia Christi*, Halae 1754. 4.). — Ex recentissimis, praeter Anonymum (in *Philosophische Vorlesungen über das sogenannte N. T., von R. R. S.*, (Lipsiae, 1785. 8.)

Tom.

Tom. III. p. 173.) et *Jo. Casparum Lavater* (in *Betrachtungen über die Evangelien*, (Turici 1783. IV. Voll. 8.) T. I. p. 2, 3.); — memorandus est, qui utrumque excitavit, Anonymus W., in *Joannis Ludov. Ewald Christl. Monatschrift*, Tom. II. (1804.) Parte II. pag. 102 sqq.), qui erudite de indice Lucaneo exponit, in eam de Josepho, Mariae marito, sententiam propendens, quae pridem fuerat *Pauli* (*Ueber einigen wichtigen Stellen des N. T.* pag. 68.), postea et *Stolzii*, quin imo dudum ante *Francisci Junii*, quamque ex censu Romano explicare conatur; indicans tandem, tanquam qui de utraque genealogia probabiliter quoque scripserit, *Bulletum*, *Dictionarii Celtici* auctorem, in *Reponse aux difficultés des incrédules contre la Sainte Ecriture.* — Atque haec praecipuam difficultatem spectant, discrepantiam nimirum Matthaei et Lucae; sed sunt insuper aliae quoque magis peculiares, veluti illa, quae locum Lucae III. 36. spectat, ubi *Cainanus* memoratur, filius Arphacsadi, de quo et Gen. X. et XII. et 1 Chron. I. altum est silentium, ut et apud *Philonem* et *Flavium Josephum*, in *Versionibus Latinis* antiquioribus et in *Cantabrigiensi* Codice. Hanc quidem molestiam alii, veluti *Beza*, *Grotius*, *Bochartus*, *Schmidius*, expungendo nomine *Cainani*, tollere conantur: alii vero, cum *Isaäco Vossio*, *Benj. Kennicotto*, eodem, fide Alexandrinae Versionis, textui Hebraico inserendo. Conf. *Io. Aug. Ernestius* l. c. Parte I. Sect. II. Cap. 6. §. 1. et *Morus* atque *Eichstadius* ad illum l. (*Acroas. sup. Hermeneut.* Vol. II. pag. 4.). Vid. etiam *Bernardus de Moor*, in *Comment. perp.* Tom. I. pag. 325. Denique illis Viris D., quos *Wolfius* in *Curis* et *Koecherus* in *Analectis* citarunt, addatur etiam *Rutgerus Schutte*, in *Commentario*, ad *Tabulam genealogicam* (*Geslachtboom van Adam tot Christus*) illustrandam adornato, qui inscribitur: *Bijbelsche Historie- of Geslachtrekening van Adam tot Christus*, caet., Harlemi et Amst. 1782. II. Partt. 8. — Sed haec hactenus.

(5) *Judaeos* hic, ut saepe, praeeuntes dudum secuti sunt Philosophi Ethnici, Christianae religionis hostes, *Celsus*, *Julianus*, *Porphyrius*; horumque exemplo, recentiore memoria, *Tindalius* pluresque Deistae; de quibus, post alios, referentem vide *Theophilum Coelestinum Piper*, in Commentatione, praemio ornata et edita a Societate Hagana, ad a. 1790., qua *veteres* et *recentiores* religionis *obtrectatores* inter se *comparantur*, pag. 125 sqq.



CA-

---

# CAPUT QUARTUM,

## DE THEOLOGIA SYSTEMATICA.

### §. 81.

*Introitus et Conspectus.*

*Exegeticam* Theologiam et *Historicam* excipit *Systematica*. Uti primae *Philologia* suppetias fert, secundae *Historia* cum annexis doctrinis; ita tertiae huic, una cum Philologia et Historia, *Philosophia*. Nam, praeterquam quod pars illa Theologiae, quae ex recta *Ratione*, tanquam fonte, hauritur (§. 49.), ad Philosophiam Pneumatologicam merito refertur; in altera quoque parte, quae ex Libris Sacris, secundum sanioris Hermeneutices praecepta, eruenda est, apte et concinno ordine disponenda, perspicue explicanda, idoneis argumentis, rectae etiam *Rationis* consensu confirmanda (1), ubi commode fieri potest (nam in *fidei*, quae dicuntur, *mysteriis* per ipsam eorum naturam minus commode fit); eademque, ubi opus est, adversus dissentientes, sive doctrinam plane negent, sive eam haud recte proponant, defendenda, quin et insuper ad vitae, bene beateque transigendae, usum convertenda; in his igitur omnibus Philosophiae Dialecticae, Anthropologicae, Practicae (sive Moralis), suas esse partes tribuendas, dubio caret. Possit igitur hocce Caput inscribi *de Theologia Philosopha* (2), nisi verendum esset, ne dictionis ambiguitas erroris ansam, aut pravae suspicionis, esset praebitura. *Scientificae* Theologiae denominatio per se quidem minime inepta, at eadem parum Latina videtur. *Scholasticae*, propter eximie sic dictam *Scholasticorum* disciplinam, nimis incerta. *Sy-*

*Systematicam* propterea hanc Theologicae Disciplinae partem, ex usu magis vulgari, dicimus, quoniam diversa, quae ad res divinas spectant, Capita idoneo modo connectit, et *συστήματι* conjuncta pertractat. Quod cum subtiliter et ratione, ad Scholae leges atque Scientiae, quae stricte dicitur, severitatem composita faciat, *Theologia* proprie et κατ' ἐξοχὴν dicitur, atque a *Religione*, aut *Religionis doctrina*, quae materiam ipsi elaborandam praebet et offert, distinguitur (§. 49. ann. 4.). Unde facile, quam injustus sit, quo nonnulli eam prosequi solent, contemtus, attendenti apparet (3). Atqui duplex *Religionis* (objectivae) fons est, ergo et *Religionis Philosophiae*, quae nonnullis, nec male, dicitur, sive *Theologiae* (4). Quae et ipsa possit recte *Theosophia* dici (5), nisi obstaret peculiaris vocis usus, in malam partem accipi solitae. Quoniam igitur duplex fons est, *Ratio* et *Revelatio*, Theologia potest ita tractari, ut elaboranda materia vel ex alterutro fonte seorsum hauriatur, vel ex utroque conjunctim. Si *prius* praefertur, ex *Rationis* institutione existit Theologia *Naturalis* (*Rationalis*), ex *Revelationis*, oritur Theologia *Biblica* (*Revelata*, *Christiana*) stricte dicenda; quamquam ne haec quidem denominatio ab omnibus eodem prorsus significatu usurpatur. Plerumque tamen *posterius* eligitur. Quodsi fit, iterum *vel* seorsum ea Capita explicantur, quae ad *cognoscenda* de Deo et rebus divinis, atque *fide amplectenda* pertinent (quae *Pars* dicitur Theologiae *Theoretica*), et ea rursus, quae ad *agenda*, Dei supremaeque Illius auctoritatis ratione habita et Dei praecipientis voluntati convenienter (quae *Pars* Theologiae *Practica* vel *Moralis* vocatur): *vel* conjunguntur in unum *σύστημα theoretico-practicum.* Id quod tum praecipue usum habet egregium, si non tam subtili (*scholastica*, *scientifica*) ratione, sed magis *populari*, intelligentiae et *practico* usui accommodata, doctrina Religionis exponitur; quae ratio a nonnullis dicta est *Theologia popularis et practica.* *Theoretica* autem pars, si tantummodo in

in declarandis, quae verae habentur, thesibus versatur, *thetica* vel *dogmatica* (*didactica*) audit a plerisque; si in ostendendo sententiarum devortio, quod hominibus Christianis, diversae formulae ecclesiasticae addictis, secum invicem intercedit, *Symbolica*; si denique in refellendis aliorum, quae erroneae censentur, doctrinae, quae vocantur, formulis, *Elenchtica* vel *Polemica*. Quae tria plerumque quidem in Theologiae Compendiis arcte conjungi dudum consueverunt, hodie vero diligentius, quam olim, distincta singula seorsum tractari. Nos igitur de singulis, modo indicatis, ordine et strictim agamus.

(1) Quoniam neque lux luci inimica esse, neque Deus per Revelationem contraria iis docere potest, quae jam per rectam Rationem docuerat, omnino ad persuasionem de gravissimis Doctrinae Christianae partibus confirmandam egregie facere potest ille, de quo hîc agitur, Rationis cum Revelatione consensus. Quod omnino recte monuerunt, omni fere memoria, Viri docti et pii; in his, verbi causa, ex Patribus, *Clemens Alexandrinus*, ex Reformatoribus, *Philippus Melanchthon*, *Joannes Calvinus*, et quotquot secus statuentibus Monachis, Mysticis et Fanaticis mascule se opposuerunt. Neque isti Revelationis divinae defensores rem suam dextre agere censendi sunt, qui, quo magis hanc extollant, in Rationem, donum Dei pretiosissimum, injuriosi sunt. Hoc vero ipsum, ab *Abrahamo Perrenot*, praestantissimo Viro, pulcre ostensum (in *Diss.* a *Legati Stolpiani* Curatoribus praemio ornata et ed. in *Commentt. ad Ethicen Christ.* pertinentt. Tom. I. Parte II, de eo, *quantum divina Revelatio Ethices doctrinam perfecerit*, pag. 16.), citando commendavit *Jona Guil. Te Water*, (in Oratione, inserta Operibus Haganae pro vindicanda Chr. Religione Societatis, ad a. 1788. pag. XXXI: quem Virum Eruditissimum, Collegam haud ita pridem conjunctissimum, eo lubentius hîc loci honoris causa excito, cum, quo major Viri ὀρθοδοξοτάτου apud plurimos est auctoritas, tum, quoniam id, quod de *Fidei mysteriis*, Rationis consensu minus commode confirmandis, paulo ante verbulo dictum est, simul illustrat, pag. XXXIII sq.). Itaque sua laude privandi non sunt, etsi non omnes aeque feliciter hac in re versati, qui, cum ipsum Sacrum Codicem, Revelationis doctrinam authentice continentem, ad Rationis, in rebus, ad religionem et virtutis exercitium spectantibus, consensum non raro provocare (e. g. Jes. XL. 18 sqq. Act. IV. 19. Rom. I. 19 sq. II. 12. XII. 2. 1 Cor. X. 15. XI. 12. Phil. IV. 8. caet.) observarent; *vel* Christianae Religioni vindicandae adhibuerunt huncce consensum, veluti *Joannes Locke* (libro, qui, ex Anglico Sermone Gallo-francice versus, inscribitur: *Le Christianisme raisonnable*, Amst. ex altera ed. 1731. II. Voll. 8.), *Carolus Wolzeley*, *Jacobus Bernard*, *Soamus Jenyns*, aliique, partim jam

jam memorati supra (§. 55. ann. 4—28. pag. 223—233.), — *vel* ipsum illum consensum, sive *universe*, ut *Geo. Frid. Seilerus* (in Opusculo: *Die Religion nach Vernunft und Bibel in ihrer Harmonie*, Erlangae, 1798. 8.), *sive* aliqua *parte primaria*, ut *Jaquelotus* (in libro, cui titulus: *Conformité de la foi avec la raison*, Amst. 1705. 8.), ne de *Leibnitii Theodicaea* similibusque scriptis dicam, in aprico collocare studuerunt. Laudandus hic quoque, licet aliud agens, *Jos. Butler* (§. 55. ann. 16. pag. 230. t.), laudandi Scriptores *Commentationum Teylerianarum*, Vol. VI (*Morgan*, *Lentz*, *Verstap* et *Meyer*), qui necessitudinem, qua *Philosophia* et *Revelatio* secum invicem continentur, suo quisque modo, ostenderunt. Caeterum conferri possunt Theologiae Dogmatico-polemicae, praesertim vero Apologeticae, Scriptores quam plurimi. In *illis*, nobis jam omnium instar sit *Jo. Christoph. Doederleinius* (in *Institutionis Theol. Chr.* infra, suo loco (§. 88. ann. 185.) citandae; §. 51—56., ubi et alii Scriptores indicantur, *Musaeus* imprimis, *Jacobius*, *Toellnerus*, *Jungius*): — in *his Gothofredus Less* (*Ueber die Religion* etc. Tom. II. pag. 963 sqq. aliisque utriusque Voluminis locis). Alius autem generis scripta his addi quidem possunt, nec tamen sine magna, ne graviter erres, adhibita cautione. Ea intelligo, quibus *alicujus* ex philosophicis *Scholis*, cum Christiana Religione, hujusve cum illa, consensum ostendere annisi sunt Viri D., istis Scholis addicti. Sic *Canzius* (in notissima scriptione, §. 47. ann. 13. pag. 186. l.), sic nonnulli ex *Criticae* Sectae Philosophis, magnam partem a *Fluggio* (in scripto, supra §. 47. ann. 13. pag. 189. citato) indicati, instituerunt, quibus accensendus quodammodo videtur ipse *Seilerus* (in scriptione, modo laudata).

(2) Non satis me assequi fateor causas, quibus inductus fuerit Vir Rev., nobisque, dum vivebat, amicissimus, *Petrus Henr. Marron*, ut in brevi, qua priorem hujus *Epitomes* editionem mox ornare dignatus est, relatione (in *Le Protestant*, ann. 1. (1832.) N°. 32. fol. 254a.), veluti in transcursu, haec verba perstringeret (*Théologie systématique, qui nous semble bien improprement dite philosophique*). In ea adhuc versor haeresi, Theologiam systematicam nihil aliud esse ac Philosophiam Religionis, cum Naturalis, tum Revelatae. Nam, quid est aliud, *de Religione philosophari*, quam hujus doctrinae partes recte disponere, alias ex aliis elicere, illustrare, confirmare, defendere; verbo ut dicam, in *Scientiae*, e certis principiis ductae, formam, quantum fieri potest, redigere?

(3) Leg. *Jo. van Voorst* Oratio *de injusto Theologiae, ad Scholae legem diligenter exactae, contemtu*, Franeq. 1791. 4. — Omnino, si recte habet Logicorum praeceptum, „operam dandam esse bonae nostra„rum de rebus quibusvis cogitationum syntaxi (cf. *Dion. van de Wynpersse*, *Logices* Lib. II. Cap. IV. §. 587.)," de utilitate Theologiae *Systematicae, sive Syntacticae*, dubium superesse potest nullum. Qua si qui fortasse, *vel* ad contorquenda, et praejudicatis opinionibus accommodanda, dicta Scripturae Sacrae, *vel* ad commendanda et veri specie induenda subtilia huma-

manae inventionis decreta, interdum abusi sunt, an usus propterea legitimus quoque repudiandus? Egregiae sunt, quaeque sedulo perpendantur dignissimae ejusdem, quem modo, honoris causa, memoravimus, praeclari Philosophi, *Dionysii Wynperssii*, observationes in ann. ad Diss. *de Jesu Deo*, in Commentt. *Haganae Societatis* ad a. 1792. pag. 7. Nec sine utilitatis fructu legantur *Joannis Godofr. Herderi*, e Germanico sermone Belgice versae, Epistolae (*Brieven over de Godgeleerdh.* Ep. 25, 29., Tom. III. pag. 1 sqq. et 51 sqq.), *G. J. Planckii*: Introductio (*Einleit. in die Theol. Wissensch.* Parte III. S. III. Cap. I., Tom. II. pag. 593 sqq.), et Anonymi Diatr. *over de Godgeleerde Stelsels* (in Ephemeridibus, quibus nomen est: *Nederl. Biblioth.* Tom. IV. Miscell pag. 289 sqq.).

(4) Nisi fallimur, ab eo demum tempore, quo Philosophi e Schola *Kantii* Religionis doctrinam tractare coeperunt, ista invalescere coepit denominatio. Nam olim quidem fuerant, qui rerum divinarum notitiam, praesertim accuratiorem et scientificam, *Philosophiam* vocarent. Exemplo enim *Judaeorum Graece* loquentium, exemplo *Pauli*, *Josephi*, aliorum (vid. *Jo. Aug. Ernestii Instit. Interp. N. T.* Parte III. Cap. X. §. 81.), etiam apud antiquos in Ecclesia Christiana Doctores eumdem illum, ut verbi φιλοσοφεῖν, ita affinium φιλόσοφος et φιλοσοφία, significatum in usu fuisse, notum est. Vid. loca c. apud *Suicerum*, in *Thesauro Eccl.* ad h. v. (Tom. II. pag. 1457 sqq.), *Brückerum*, in *Hist. Cr. Phil.* Tom. I. pag. 69. Denominatio vero *Religionis philosophiae* novitia est. Qua adhibenda si qui fuerint, qui id sibi vellent, ut Religionis Christianae placita ad Criticae Philosophiae decreta essent et exigenda et accommodanda, repudianda profecto est et abhorrenda falso dicta ista eorum *Religionis philosophia*. Sin nihil aliud ista dictio indicet ac *meditationes* (*reflexionem* hodie multi vocant) de ipsis Religionis capitibus, horumque causis, intimaque connexione et omnino de vera eorum ratione, profecto non video, quid in ea magnopere reprehendendum videri queat, aut quo modo ipsa res accuratius enunciari. Neque ad solam Theologiam Naturalem restringi eam denominationem necesse est. Nam quid impediat, quominus nostra mens etiam de iis, quae nobiscum divina communicavit Revelatio, meditetur accuratius, et in eorum, vel evidentiam internam, vel externa veritatis documenta, vel in nexum, qui ipsis, et cum aliis doctrinae sacrae partibus, et cum virtute humana atque felicitate, intercedit, libere pariter ac modeste inquirat, i. e. philosophetur? Liceat nobis, plura cupientes denuo ad *Orationem* n. ablegare, §. 41. ann. 6 et 9. pag. 145. indicatam.

(5) Θεοσοφίαν quibusdam veteris Ecclesiae Doctoribus Theologiam dictam fuisse, *Franciscus Junius* scripsit (in Libro *de vera Theologia*, Cap. I. Opp. Tom. I. pag. 1375.); quamquam *Suicerus* ipsum adeo verbum in suo *Thesauro* omisit. Ex serioribus certe *Rudrauffus* et *Rathmannus*, referente *Joanne Franc. Buddeo* (in *Isagoge*, pag. 21.) ita hanc doctrinam appellarunt. Per se quidem non incommode: at vero nomen *Theosophorum* vel *Theosophicorum*, eodem *Buddeo* post alios monente, ab iis potissimum si-

sibi vindicatum est hominibus, qui singulares de rebus divinis opiniones foverent et spargerent, arcanas illas et absconditam, nescio quam, scientiam spirantes, a communis igitur sensûs contubernio alienas, denique falsa subtilitatis et sublimitatis specie incautis, quibus pro interioris Philosophiae decretis venditarentur, imponentes. Quales olim *Theurgici* dicti sunt, et ad quos potissimum pertinent *Cabbalistae* ex Judaeis, *Pseudomystici* ex Christianis. (Conf. *Buddeus* l. c. et in *Hist. Eccl. V. T.*, ut et *Morhofius*, locis ibi ab illo laudatis). Quapropter a vocabuli *Theosophia* usu, in denominanda nostra disciplina, merito se abstinent prudentiores.

## §. 82.

## *Theologia Naturalis.*

Complexus eorum, quae, recta *Ratione* duce, de Deo et rebus divinis cognosci possunt, si accurate et subtiliter, ad scholae legem et scientiae severitatem, tractatur, existit illa Disciplina, quae *Theologia Naturalis* (aut, quod aliqui (1) praeferunt, *Rationalis*) dudum vocari consuevit. *Naturalis* autem dicta est, quod *naturali Rationis lumine* comparatur (dum *praeternaturalis* Revelationi extraordinariae debetur), atque ex *Naturae*, tam universae, quam humanae (*τοῦ μακροκόσμου καὶ τοῦ μικροκόσμου*), contemplatione existit, tum et quod, partim certe, *a natura* (a nativitate) cuivis indita esse et mentibus *innata* vulgo est habita. Unde et Theologiam *innatam* et *acquisitam* distinxerunt; ipsam interim *Religionem* (objectivam) cum *Theologia* (2) confundentes: ex qua confusione et aliae, inanes ut plurimum, distinguendi rationes ortum traxerunt (3). Naturalis autem Theologia (*Religionem* denuo intellexerunt) num revera existeret (4), aut adeo existere posset (5), aut certe alicubi unquam pura exstiterit, disputatum est; ut et de pretio, quod ei statuendum sit; denique an beandis hominibus sufficiat (6). Sed haec *naturalem* potius *Religionem* (religionis doctrinam) spectant, quam *Theologiam*, quae in eruenda, digerenda, ad sua principia reducenda et ex iis elicienda, religione, tum in demonstranda ea defendendaque, versatur. Hujus praecipua

Capita sunt, primum de recta, i. e., quae rectae Rationi probetur, Dei *notione*, dein de Ejus *existentia*, porro de *perfectione* Ipsius, diversissimis manifestata modis (*proprietatibus*), tum de *operandi* modo divino (*actibus* divinis), postremo de Ejus *cultu*, eoque tam externo, quam interno. Quamquam plerique postremum locum omittunt et ad Philosophiae practicae scholas ablegant (7), nonnulli, ejus loco, gravissimum addunt *Psychologiae* de *animorum immortalitate* Caput. Quod profecto cum *Religionis* quidem doctrina et *Morali* Philosophia est conjunctissimum, minus tamen, uti nobis quidem videtur, accurate ad utramvis referatur (8). Accurata vero et philosopha illorum de divinis rebus locorum, quantumvis, nostra imprimis aetate, propter diversissimas Philosophorum contemplationes, tractatu difficillima, expositio quin et per se, et ad gravissima ipsius Revelationis divinae decreta, cum melius intelligenda, tum diligentius explicanda, modo prudenter et circumspecte instituatur, utilissima sit, nemo sanus, ut opinor, in dubium vocare potest. Itaque futurum Theologum omnino oportet, post diligenter navatam aliis Philosophiae partibus operam (9), Viris peritis et piis, quorum in hac Theologiae sectione exponenda potissimum collocatur industria, sive Theologiam profiteantur, sive Philosophiam, quam vocant, theoreticam, in disciplinam se tradere, eorumque sub auspiciis etiam perlegere *Compendia* hujus doctrinae praestantiora (10) atque *majora Opera*, quibus *vel* ea omnis (11), *vel* insigniora ejus Capita, illustrantur (12). Quorsum et peculiares *Commentationes* (*Monographiae*) referendae videntur. Praeterea minime negligenda, imo vero diligenter discenda est, *Naturalis*, cum veteris aevi, tum praesertim recentior, *Religionis*, pariter ac *Theologiae Historia* (13). Quibus rite observatis sperandum est fore, ut scopulos, sive *Scepticismi*, de certo in divinis rebus per Rationis usum inveniendo desperantis, sive *arrogantiae*, eorum oblitae, quae recta Ratio et Philosophia, ut vires suas expli-

ca-

care possit, ipsi Revelationi divinae debuerit et etiamnum debeat (14); sperandum est, inquam, fore ut hos aliosque (15) scopulos, ad quos non raro allidunt minus caute hoc studium instituentes, feliciter praetervehantur futuri Theologi. Quo ipso arctorum, quibus circumscripta est omnis humana intelligentia atque cognitio, limitum modeste sibi manebunt conscii, et ea, quae humana Ratio certo docet, ab iis, quae tantummodo probabilia sunt, accuratius distinguere discent. Atque adeo superadditam hujus institutionis tenuitati Patefactionis divinae ubertatem et praestantiam tanto facilius, et grato in Deum animo, admittent. Denique sibi cavebunt, uti a falsa atque inepta opinione, in rebus divinis prorsus omnia cognosci a mortalibus posse, quin perspici atque judicari; ita et a vana et inutili perscrutatione earum rerum, quae humanae intelligentiae aciem, per ipsam suam indolem et naturam, necessario fugiunt, ideoque a nobis omnino nec possunt, nec debent ingenio comprehendi; eximii quippe illius praecepti *Scaligerani* memores (16):

*Nescire velle, quae Magister maximus*
*Docere non vult, erudita inscitia est.*

(1) Usus est hac denominatione, inter alios recentiores, Theologus Dresdensis, *Christophorus Frid. Ammon* (in *Summa Theologiae Christianae*, Lips. ex tertia ed. 1816. §. 5 et 6. p. 11—15.); atque in eorum, qui postea eodem uterque anno, de hisce rebus scripserunt, Virorum Cl., alter, *G. S. Francke*, opusculum suum inscripsit: *Grundriss der Vernunft-theologie* (Altonae 1824. 8.) alter, *Fridericus Bouterwek*, suum: *Die Religion der Vernunft* (Goett. 1824. 8. — Belgice Delphis, 1827. 8.). In *Nostratibus* novitiam hanc dicendi consuetudinem etiam sequebatur, ingenio pariter et eruditione praestantissimus nobisque, dum vita frueretur, amicissimus, Collega, *Elias Annaeus Borger*, in Scholis, quas, cum Theologiam, postea ab ipso cum Literis commutatam, profiteretur, in hancce Disciplinae Sacrae partem publice habere solebat. Cum his conferantur, quae *Hermannus Bouman* scripsit in ann. 3. ad *Orationem*, mox ann. 13. laudandam.

(2) Conf. dicta §. 49. Paulo quidem aliter *et* olim, *et* haud ita pridem, ab aliis et *Ammona* (modo cit. §. 2. *Summae* pag. 5 sq.) potestas vocis *Theologia* intellecta est, quam nunc vulgo fit. Neque, ut puto, temere. Quod et aliunde, et vel ex ipsa *Theologiae popularis* denominatione, ap-

pa-

paret: omnem quippe eruditionem et philosopham, quae quidem captum popularem et intelligentiam excedat, subtilitatem respuit. — Ne tamen, hac in re ad pristinum morem revertendo, occasionem fortassis praebeamus rerum, bene jam et utiliter distinctarum, denuo confundendarum, retinendam putavimus *Religionis* quidem (*objectivae* nempe) denominationem, ut ipsa *doctrina*, res divinas continens, *Theologiae* vero, ut *subtilior* illius *expositio*, designetur.

(3) De quibus omnibus omnes fere Theologiae Dogmaticae Scriptores possunt consuli; in his, e. g., *Bern. de Moor*, in *Comm. perp.* Tom. I. pag. 28—36 et 41—60.

(4) Negavit *Faustus Socinus* in *Praelect. Theol.* cap. 2. (*Opp. omn.* — vel et *Biblioth. Fratr. Polon.* — Tom. I. pag. 537 seqq.).

(5) Alios minoris auctoritatis Viros D., hac de quaestione incertos et animi pendentes, mittimus. Unus tamen nobis hic memorandus est Vir. Rev. *Joannes Brouwer*, qui, post plures ὁμοψήφους, Rationi humanae, sine extraordinariae Revelationis divinae adjumento, rectam rerum divinarum cognitionem contingere non *posse*, adsertum ivit in *Commentatione Theol. Teyleriana* (*Comm.* Vol. XVI.).

(6) De pretio, Religioni Naturali, haud secus ac Revelatae, tribuendo, is demum recte statuere poterit, qui *et* ingentem populorum, divina adhuc extraordinariae Patefactionis luce carentium, multitudinem et conditionem in memoriam revocet, *et* simul, quanti sit, ad humani generis decus, securitatem et felicitatem, momenti, persuasio de Deo existente, perpendat. De quo consuluisse Illustrem *Neckerum* (*de l'importance des opinions religieuses*, saepe ed. libro et in omnes fere linguas viventes, Belgicam quoque, verso) neminem profecto poenitebit. Nam *Villaumius*, qui contra ipsum, ut et contra anonymum Scriptorem opusculi, quod titulum praefert: *Beweis des himmelweiten Unterschiedes der Moral und der Religion*, caet., calamum strinxit (libello, qui, Belgice redditus, inscribitur: *De betrekking van den Godsdienst met de Zeden en den Staat*, sine loci aut temporis indicio ed.); hic igitur, licet nonnulla fortasse non prorsus male observasse existimetur, praeclarum causae Religionis patronum, certe quod illud attinet, in quo rei cardo vertitur, vicisse et refutasse prorsus non censendus est. — Quod vero ad *insufficientiam* (quam barbare vocant) Theologiae Naturalis attinet; conf. modo, multos alios Scriptores excitans, *Bern. de Moor*, l. c. Tom. I. pag. 61 sqq.

(7) Nec tamen omnes. Sic e. g. *Joannes Frid. Stapfer*, Tomo I. operis, *Grundlegung zur wahren Religion* (Belgice versi a *Jo. Guil. van Haar*, Hagae Com. 1761. XII. Voll. 8.), Naturalis Religionis argumentum pertractans, practicam partem minime omisit.

(8) *Theologia* de iis agit, quae *Deum* spectant, non, quae *hominem* aut *animum humanum*. *Immortalitas animi humani* caput gravissimum est *Psychologiae rationalis*, vel, si placet, *Anthropologiae*. Quamquam fatendum, certissima, quibus de ejus veritate persuaderi nobis possit, argumen-

menta ex Doctrina theologica, et praecipue ex Locis de Dei *proprietatibus* (sapientia, sanctitate, justitia etc.) et *Providentia* (regimine morali), peti duntaxat *posse*: et vicissim, in religione et religionis doctrina, ut sibi constent, sumi debere, animos post fata esse superstites, et superstites cum sui conscientia.

(9) Qui Logicae, Ontologiae et Psychologiae, Cosmologiae item, praecepta nondum perceperit, ei satius est, a Naturalis Theologiae studio se tamdiu abstinere, donec illis haud mediocriter imbutus fuerit. Caeteroquin enim neque causas intelligere poterit, neque dijudicare, quibus sublimior haec scientia nititur: et verendum est insuper, ne futurum sit aliquando, ut fallacibus sophismatibus, veri speciem praeferentibus, deceptus, gravissimorum errorum, verbi causa, Spinozismi, laqueis irretitus haereat.

(10) Quorsum jam non amplius referre licet *Campegii Vitringa*, *Joannis Comenii*, *Friderici Adolphi Lampe*, *Bernardi Sebastiani Cremer*, *Joannis Odé* et plura his similia Opuscula. Aetatis enim, qua edebantur, rationem si habeas, laude quidem sua minime defraudanda ea sunt, nostris vero temporibus et hodierno Philosophiae statui minus accommodata. Memorare quoque omittimus ea Compendiola, quae partem constituunt Institutionum *Metaphysicarum*, veluti *Wolffii*, *Canzii*, *Bilfingeri*, *Baumeisteri*, *Baumgarteni*, *Engelhardti*, *Beattii*, *Federi*, *Wynperssii*, *Hennerti*, *Snellii*, aliorumque. Omittimus Compendia Theologiae Dogmaticae, in quibus vel positivae doctrinae theologicae praemittitur naturalis, vel haec cum illa arctissime conjungitur, suo loco paulo post (§. 85.) recensenda. Neque magis eorum hic denuo mentio facienda, qui, ut Christianam religionem vindicatum irent, etiam contra Atheos Naturalis Religionis illustrandae et asserendae negotium susceperunt; quales fuerunt *Grotius*, *Mornaeus*, *Huëtius*, alii. Verum in iis, qui mutatae quodammodo per Scholae Criticae decreta tractandi Disciplinam rationis periodum antegressi sunt, nequaquam obliviscendus *Joannes Lulofs* (in utilibus etiamnum *Primis Lineis Theologiae Naturalis theoreticae*, L. B. ex altera ed. 1768. 8.). Ex serioris vero memoriae Scriptoribus hujus generis, citandos, nec eadem tamen omnes laude condecorandos, putamus, praeter ipsum *Immanuelem Kant* (*Vorlesungen über die philosophische Religionslehre*, Lipsiae 1817. iterumque cura Cl. *Pölitzii*, ibid. 1830. 8.), etiam *Gottlobum Gulielmum Gerlach* (*Grundriss der Religionsphilosophie*, Halae 1818. 8.), *Henricum Planck* (*Kurzer Abriss der philosophischen Religionslehre*, Goettingae 1821. 8.), *Franckium* et *Bouterweckum*, modo (ann. 1.) citatos, *Adolphum Christianum Kretzschmar* (*Neue Darstellung der philosophischen Religionslehre*, Lips. 1825. 8.), *Heinichenum* (*Die natürliche Religion dargestellt*, Lips. 1825. 8.) et *Petrum Hofstede de Groot* (*Institt. Th. Nat.*, Gron. 1834. 8.).

(11) Huc pertinent inter alia, *Gulielmi Wollaston* opus, inscriptum *The Religion of Nature delineated* (Londini, ex sexta ed. 1738. 4.); *Joannis Wilkins Principles and Duties of the Nat. Rel.* ed. a *Joanne Tillotson*, Belgice, ad octavam ed. vers., L. B. 1737. 8.; *Richardi Bentley*, *The*

*The folly of Atheism.* etc., quod Opusculum saepe editum, et Latine, Franco-Gallice, Germanice, Belgice quoque redditum est, et, nostro quidem sermone versum, inscriptionem praefert: *De dwaasheid en onredelijkheid der Godverzakinghe, vert. en met aanteek. en een voorbereidend vertoog verrijkt door Johan Lulofs*, Amst. 1752. 4., (verbo jam supra memorat. §. 47. ann. 13. p. 185.); *Jacobi* (*James*) *Foster Discourses on all the principal branches of Natural Religion and social virtue* (Londini, 1749 et 1752. II. Voll. 4. Germanice, Lips. 1753. II. Voll. 8.); *Samuelis Clarckii* scriptum: *On the being and attributes of God* (quod *octies* ap. *Knaptonos* Londini editum est, et Latine a *Jenkino Thomasio* redditum, *Altdorfi* prodiit a. 1713. 8., una cum hujus *Historia Atheismi*): porro *Hermanni Samuelis Reimari Abhandlungen*, supra (§. 18. ann. 3. pag. 21.) laud. *Lulofsius*, addendis nonnullis utilissimis, partim ab ipso auctore sibi suppeditatis, et tertiae editioni destinatis, partim suis, observationibus, de Belgica Versione (ad *secundam*, non ad *primam*, quod l. c. per errorem legitur, operis editionem confecta) eximie meritus est. Doctissimus Viri filius, *Joannes Alb. Henr. R.*, non spernendas addidit Parentis Operi animadversiones; eique etiam debetur *Entwurf einer Teleologie*, Hamb. 1814. 8. Item legantur *Christophori Alb. Doederlein Theologische Abhandlungen über den ganzen Umfang der Religion* (Butsoviae 1778. II. Partt. 8.); *Joannis Frid. Guil. Jerusalem Betrachtungen* (§. 50. ann. 3. pag. 208. l.) et, plures alios ut mittam, *Caroli Henrici Heidenreich Betrachtungen über die Philosophie der Natürlichen Religion* (Lips. 1796. et iterum 1804. II. Voll. 8.). Quin add. *Ludovici Henrici Jakob*, *Die allgemeine Religion* (Halae 1797. 8.).

(12) Huc imprimis referas Commentationes, quae a *Legati Stolpiani* Curatoribus Lugduno-Batavis, ab anno inde 1756. praemio ornari et edi coeptae sunt (III. Voll. 4.), itemque nonnullae earum, quae a *Societate Theologica Teyleriana* Harlemensi praemio ornatae sunt et ab a. inde 1781. in lucem emissae (XXXI. Voll. 4.). — Porro huc referendi, quotquot argumentum pro existente Numine, quod *physico-theologicum*, vel et *teleologicum*, non accuratissime, vocat hodierna consuetudo, exposuerunt; quos verbulo supra tetigimus (§. 43. ann. 6. pag. 152.), hic vero loci dedita opera commemorandos. Illorum praecipui sunt *Bern. Nieuwentyt* (*Het regt gebruik der Wereldbeschouwingen, ter overtuiginge van Ongodisten en Ongeloovigen, aangetoond*, Amst. ex altera ed. 1717. 4. Germanice vers. cum Animadvv. *Segneri*, Jenae 1747. 4.); — *Guil. Derham* (*Physicotheology* — et — *Astrotheology*, Lond. 1714. et saepius, II. Voll. 4. Belgice: *Godleerende Natuurkunde, of eene Betoging van Gods wezen en eigenschappen uit de beschouwing van de werken der Schepping*, — — door *Abr. van Loon*, — et *Godgeleerde Starrekunde, of eene Bet. v. G. aanw. en eigenss. u. d. besch. der Hemelen* etc., L. B. 1728. II. Voll. 4.); — *Jo. Ray* (*The beeing and wisdom of God in the works of the Creation*, Lond. 1692. et saepe alias, 8. Belgice vers. ad *nonam* ed., cum in-

inscriptione: *Gods Wijsheid geopenbaard in de werken der Schepping* etc., 1732. 8. iterumque emendatius ad ultimam ed., atque *vita Rayi* et eximiis *obss.* auctius, ibid. 1765. II. Voll. 8. Belgicae vero huic Operis interpretationi, tribus annis post (1768.), ibidem adjectum est, tanquam Supplementum, novum Opus, inscriptum: *Beschouwingen van de Werken der Natuur, — — ter betooginge van Gods Magt, Wijsheid en Goedheid; of Vervolg op — — J. Ray — —* etc. Hujus quidem libri conscribendi ansam anonymo auctori dederat *Jo. Wesleyus* (*A Survey of the Wisdom of God in the Creation*, caet., Bristol. 1763. II. Voll. 8.), qui ipse pleraque sua *Jo. Franc. Buddeo* se debere ingenue professus fuerat, nec tamen interpres, quod principio sibi proposuerat, *Wesleyanum* scriptum interpretatus est, verum, mutato consilio, ipsum in nonnullis tantum adaugendum *Rayum*, una cum aliis de rebus naturalibus Scriptoribus, adhibuit); — *Guilielmus Paley* (*Natural Theology, or Evidences of the existence and attributes of the Deity, collected from the appearances of Nature*, Lond. 1802. 8., *Sexta decima* ed., quae sine dubio non ultima fuit, prodiit 1819. Insuper repetitum est opus praestantissimum Londini a. 1823. forma eleganti, sed minuta, *tertio* Operum *Paleyi* Volumine (*The Works of W. P. complete in five Volumes*). Praeterea Gallice versum est a *Carolo Pictet*, Germanice a *Kellero*, Belgice ad *septimam* ed. a *nobis*, additis etiam *Annott.* et *Supplemm.* nec non *Praefatione*, qua de argumenti pretio, nostrorum temporum et Philosophiae Criticae ratione habita, ut et de aliis super eodem scriptis, agitur, Amst. 1810. 8. Toties vero recusum et in tot linguas transfusum esse *Paleyi* opus, mirari desinet, quisquis ipsius praestantiam legendo relegendoque cognoverit. Cujus et illud indicio sit, quod et saepe aliis, et *Josepho Blanco White*, ad evadendos Atheismi laqueos, insigniter profuit. Vid. hujus *Practical and internal evidence against Catholicism*, caet. Londini, ex altera ed. 1825. 8. (Germanice, Dresdae 1826. 8.). Conf. de *Paleyo* supra dicta §. 47. ann. 13. pag. 193. et §. 55. ann. 15. pag. 231.). — Quatuor autem hisce Coryphaeis haud pauci excellenti ingenio Scriptores addi merentur. Exempli gratia *Jo. Geo. Sülzer* (in Opusculo, cui, Belgice verso, titulus est: *De voortreffelijkheid en schoonheid der Natuur*, caet., Amst. 1759. 8.); *Henricus Sander* (*Ueber Natur und Religion, für Anbeter Gottes*, Lips. 1779. II. Voll. 8.; — *Von der Güte und Weisheit Gottes in der Natur* (cujus libri ad minimum quatuor sunt editiones, ea vero qua ipse utor, est Carlsruh. 1780. 8. Belg., Traj. ad Rh. 1780. 8.). — Add. illud Ejusd. scriptum, quod, Belgice versum, inscribitur: *Van het Groote en Schoone in de Natuur*, Traj. ad Rh. 1786. II. Voll. 8., et alterum, *Ueber die Vorsehung*, Lips. 1780. et ex 5ta ed. per *J. S. Patzke*, ibid. 1820. II. Voll. 8. Belg. Traj. ad Rh., 1790. III. Partt. 8.); *Carolus Bonnet* (*Contemplation de la Nature*, Genevae 1764. 8., Germanice, Lips. 1772. 8., Belgice, cura Viri Cl. *Koopmans*, qui multas et praestantissimas operi addidit animadversiones, Franeq. 1774. III. Voll. 8.); — *Jacobus Henr. Bernardin de Saint-Pierre* (*Etudes*

*des de la Nature*, Paris. 1784. III. Voll. 8. et saepius; cui Operi add. alterum posthumum, a Vidua editum, inscriptum: *Harmonies de la Nature*, Ibid. 1815. II. Voll. 8. Duo haec scripta repetita sunt in Collectione *Omnium Operum* Ejus (*Oeuvres complètes*), ed. ab *L. Aimé-Martin*, Paris. et Bruxellis 1820. VIII. Voll. 8.); — *J. A. Uilkens* (*De Volmaaktheden van den Schepper in zijne Schepselen beschouwd*, Groningae 1801. et iterum 1813. IV. Tom. V. Voll. 8.); *Jo. Florentius Martinet* (*Katechismus der Natuur*, Amst. ex quinta ed. 1782 sqq. IV. Voll. 8. Quae postea ab ignoto tenebrione Bomeliae addita sunt, duo Volumina ne memorari quidem merentur: verum addi omnino merentur, cum *Obss. Jo. de Vries* ad opus *Martineti* illustrandum editae Amst. 1779. 8., tum operis *Epitome* ab *Uilkensio* egregie emendata, Bomeliae 1820. 8.). — Citari quoque merentur alii, e. g. *H. H. Ten Oever* et *B. Verwey* (in Societatis pro Salute publica (*Tot Nut van 't Algemeen*) Commentt. ad a. 1801., sive Dissertationum, quae praemium tulerunt, Tom. VIII.); *Jo. Swammerdam* (in *Bibliis Naturae*, L. B. 1737. II. Voll. f. m.); *Lesser* (in Gallo-Francice edito et a *P. Lyonneto* egregie ornato Opere, quod titulum praefert: *Théologie des Insectes, ou Demonstration des perfections de Dieu, dans tout ce qui concerne les Insectes*, Hagae Com. 1742. II. Voll. 8.); ne *Scheuchzerum* (§. 45. ann. 5. pag. 151. l.), *J. P. Süssmilchium* in libro, qui, Belgice versus, inscribitur: (*De goddelijke Orde in de veranderingen van het menschl. Geslacht*, Amst. 1770. II. Tom. IV. Voll. 8.) aliosve excitem; nam modum in tanta bonorum librorum copia adhibendum esse video. Verum ex alio etiam genere hic memorari debent (ut multos alios, de quibus consuli potest *Jo. Alb. Fabricius*, in *Delectu argumentt. et syllabo scriptt. etc.* (§. 55. ann. 5. pag. 228. cit.) praetermittam) superioris memoriae Scriptores, *Cudworthus*, *Buddeus*, *Crusius*, recentissimae, *Brownius*, *Clodius*, *Eschenmayerus*, quamvis diversissima sint singulorum illorum merita. Et *Radulphum* quidem *Cudworthum* supra jam (§. 47. ann. 12. p. 179.) indicavimus; *Joannes* vero *Franc. Buddeus Theses Theologicas de Atheismo et Superstitione, variis observationibus illustratas*, edidit Jenae 1717. 8. Quod egregium opusculum, saepius repetitum, in nostra patria duos nactus est Viros doctos, qui, additis insuper bonae frugis annotationibus, illud ornatius denuo in lucem emitterent; alterum *Hadrianum Buurt*, postea Ecclesiasten Amstelodamensem (Traj. ad Rh. 1737. 8.), alterum *Joannem Lulofs*, Philosophiae Professorem Lugduno-Batavum (L. B. 1767. 4. Conf. supra §. 47. ann. 12. pag. 185.). Porro *Christianus Augustus Crusius* scripsit Dissertationes, maximam partem huc etiam pertinentes, de *Dissimilitudine inter Religionem et Superstitionem* et praesertim *de Superstitione* (Lips. 1751 sqq. 4.), uti et vernacule Compendium Theologiae Naturalis (*Vernunftwahrheiten*), quod etiam §. 47. ann. 13. pag. 185. indicavimus. *Guilielmus Laurentius Brown*, uti jam pridem auctor fuerat Dissertationis Stolpianae 4tae ad a. 1778. *De fabrica mundi, in quo mala insunt, naturae Dei perfectissimae haud repugnante* (L. B.

1780.

1780. 4.); ita, trigesimo et sexto anno post, praemium a *Joanne Burnetto* erogatum, 1200 Librarum Angl. (sterling) tulit conscribenda Dissertatione, quae edita est Aberdonii a. 1816. II. Voll. hoc elogio insignita: *An Essay on the Existence of a supreme Creator, possessed of infinite power, wisdom and goodness,* caet. Cui vero secundi honores et 400 L. St. praemium cesserant, *Joannis Bird Sumner*, Commentatio, altera vice, duobus annis post, Londini (1818. II. Voll. 8.) edita cum inscriptione: *A Treatise on the Records of the Creation and on the moral attributes of the Creator, with particular reference to the Jewish History*, caet. ex parte tantum huc spectat, quamquam tota, haud secus ac *Brownii* Disputatio, lectu dignissima. Alius autem longe indolis est opus *Christiani Augusti Henrici Clodius* (quod II. Tomis, III. Voll. Lipsiae 1818 seqq. 8. prodiit); inscriptum: *Von Gott, in der Natur, in der Menschengeschichte, und im Bewustseyn, die Ueberzeugungen der Gottbekenner in ihrer irrigen Trennung und ihrem ursprünglichen Zusammenhange, allgemeinfasslich dargestellt.* Tandem *C. A. Eschenmayerus* peculiare nostrae Disciplinae systema edidit, tribus veluti partibus constans, vel triplice sub adspectu collocatum, inscriptum: *Religions-Philosophie*, cujus sectione prima *Rationalismus* (ad praesentem rem potissimum spectans), secunda *Mysticismus*, tertia denique *Supranaturalismus*, tractatur, Tubingae, 1818. III. Tomis. 8.

(13) Quanta sit, quam varia, quam late patens, quae ex Historia Philosophiae de Deo et rebus divinis ad singulum quemque ejus studio operam dantem redundet, luculenter ostendit Vir Cl., nobisque amicissimus, *Hermannus Bouman*, Oratione elegantissima, in Rheno-Trajectina Academia a. 1830. habita, hujusque *Annalibus* ad a. 1829—1830. inserta, *de Historia Philosophiae de Deo, sapientiae magistra.* — Ad eam autem Historiam plures Viri D. symbolas contulerunt, quos, partim certe, §. 50. indicatos, jam mittimus. Memorandi vero hic sunt, qui eam, *vel* universam enarrarunt, *vel* quod ad insigniora Capita illustrarunt. Quales sunt, verbi c., *J. A. F. Bielke* (*Historie der natürlichen Gottesgelahrtheit*, Lips. et Halae 1742. 8. — Item, *Neue Geschichte der natürlichen Gottesgelahrtheit*, ibid. 1749. et 1752. II. Part. 4.); *M. F. Leistikow* (*Beytrag zur Geschichte der natürl. Gottesgelahrtheit*, Jenae 1750. 4.); *J. G. A. Kipping* (*Versuch einer philosophischen Geschichte der natürl. Gottesgelahrtheit*, Brunsvici 1761. Tom. I. 8.); *Christianus Frid. Polz* (*Natürliche Gottesgelehrsamkeit*, Jenae 1777. 4.; in quo opere, cum in *Introductione*, tum ad *singula* doctrinae *capita*, exhibetur etiam *historia* et *philosopha* et *literaria*, vastae eruditionis opus); *Christophorus Meiners* (*Historia de vero Deo, omnium rerum auctore atque rectore*, Lemgoviae 1780. II. Voll. 8. — *Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhunderte nach Chr. Geburt*, caet. Lips. 1782. — *Geschichte aller Religionen* et *Allgemeine Kritische Geschichte der Religionen* (supra jam §. 50. ann. 2. pag. 208. laudd. — Posterioris vero Operis prius Volumen, a Doctissimo *Guilielmo van Volkom* eleganter Belgice versum, prodiit L. B. 1809.

 8,

8. utilibus auctum annotationibus; quo aegrius ferimus alterius Voluminis desiderium); *Philippus Christianus Reinhard* (*Abriss einer Geschichte der Entstehung und Ausbildung der religiösen Ideen*, Jenae 1794. 8.); *Immanuel Berger* (*Geschichte der Religionsphilosophie*, *oder Lehren und Meinungen der originellsten Denker aller Zeiten über Gott und Religion*, *historisch dargestellt*, Berolini 1800. 8.): et tandem *Benjaminus Constant* (supra quoque, §. 50. ann. 1. pag. 207 sq. a nobis indicatus). De *Scholasticorum*, qui vocantur, Philosophorum in doctrinam Theologicam meritis *Ebersteinus* prae caeteris consulendus, quem suo loco citavimus (§. 47. ann. 13 pag. 184.). Quique (ann. 3 et seqq.) ibidem laudantur, *Historiae Philosophiae* Scriptores non magis negligendi sunt; neque *Lexicographi*, quales supra quoque citavimus (§. 48. ann. 4.). Illis ex parte addi possit *Baylius* (§. 34. ann. 4. pag. 89. citatus). In nonnullis etiam *Fuhrmanni Lexicon*, supra l. (§. 74. ann. 3. pag. 363.), haud mediocrem praestabit usum.

(14) Praeter *Wynperssii* (citatam §. 41. ann. 8. pag. 145.) Orationem, conferantur *Legati Stolpiani* Commentationes ad a. 1775., auctoribus *Abrahamo Perennot* et *Elia Luzac*. Add. quae *Tzschirnerus Chateaubriando* scripsit, in *tertia* Epistolarum (quas vernacule scriptas, post ejus obitum *Krugius* edidit, *Molhuisenus*, Belgice versas, Daventriae a. 1829. 8. repetiit, inscriptas: *Brieven aan de Heeren Chateaubriand*, *de la Mennais en Montlosier*, *over Godsdienst en Staatkunde*), pag. 90 sqq.

(15) His nostris temporibus nullus fere error latius sparsus, et a pluribus Philosophis commendatus est ac propugnatus, quam *Pantheismus*. Quo dogmate vix ullus, si ab *Atheismo*, cui proxime adstat, discesseris, alius error est capitalior. Et tamen eum apparet nonnullis etiam e Christianorum censu Theologis, mirabile dictu, minime displicere. Certe et alii, a *Schellingii* disciplina profecti, aut eam hic quodammodo secuti, Theologi, et in iis *Schleiermacherus* et *Daubius*, ita subinde scripserunt, ut plerisque viderentur animum prodere, ab ista pestifera, et causae virtutis infestissima, et Fatalismum inducente doctrina, non magnopere alienum. Ita quondam, in patria nostra, vestigia *Spinozae*, Pantheistae *materialis*, presserunt *Frid. Leenhofius*, *Guil. Deurhofius*, *P. van Hattem*, similisque farinae homines alii, nonnullis Sacri Codicis effatis abusi. (Cf. e. g. *G. F. Jenichen*, *Historia Spinozismi Leenhofiani*, caet., Lips. 1707. 8.). Nostra vero, ut et superiore memoria, *Fichtii*, *Schellingii* et *Hegeli* meditationes qui per omnia admirantur, in *idealisticum* Pantheismum proniores deprehenduntur. Alii autem, licet ab ipso alieni, tamen alterutrum vel utrumvis nimis facile excusant. Conf. v. c. *Krug*, in *Lex. phil.* Tom. III. pag. 180 sqq. coll. pag. 532 sqq. Praeter hunc videri possunt de Pantheismo Scriptores, supra (§. 47. ann. 13. p. 190 sq.), ut et alibi (ad *Paleyi Theol. Naturalem*, Annott. pag. 129 sqq.), a nobis indicati. Quibus nunc addendus est, qui prae aliis hanc doctrinam accurate tractare instituit, *Gottlobus Benj. Jäsche* (*Der Pantheismus nach seinen verschiedenen Hauptformen*, *seinem Ursprunge und Fortgange*, *seinem*

nem *speculativen und praktischen Werthe und Gehalte*, Berolini 1826 et 1828. II. Voll. 8. Opus, nondum ad finem perductum, fore ut brevi absolvatur, sperandum est). — Quamvis autem Pantheismi scopulus periculosissimus sit, non tamen unicus, in quem allidi possit, haberi debet. Nam, alia ut mittam, non desunt *Rationalismi* formae ejusmodi, e quibus *Atheismus*, si quidem argumentando tibi constes, pleno alveo fluat. Quod imprimis ostendit *Jo. Aug. Henr. Tittmann* libro, quem inscripsit: *Ueber Supranaturalismus, Rationalismus und Atheismus*, Lips. 1816. 8. — De ipsius vero recentioris Atheismi formis diversis conf. *Jo. Fr. Hennert*, in *Uitgezochte Verhandd.* Tom. III. pag. 404 sqq. Integrum Atheismi Codicem scripsit Pseudonymus *Mirabaud*: (quem fuisse *Paulum Tiry* L. Baronem *de Holbach*, ab amicis, *Encyclopaedistis*, *Diderote* aliisque adjutum, satis constare hodie videtur. — Scripti titulus est: *Système de la Nature, ou des lois du monde physique et du monde moral*, Lond. (Paris.) 1770. II. Voll. 8. Nobiliss. Anglus, *Holland*, huic Scripto refutando imprimis operam dedit. Add. *F. X. V. Mangold* in *Wiederleg. d. Materialismus*, Aug. 1803. 8.).

(16) Vid. *Josephi Justi Scaligeri Opuscula varia* (quibus praefatus est *Isaäcus Casaubonus*) in *Jambis Gnomicis* XXI. pag. (ed. Francof. 1612. 8.) 323.

## §. 83.

### *Theologia Biblica.*

Quae stricto sensu et eximie *Biblica* hodie dicitur (1), *Theologia* complexus est Capitum doctrinae de Deo rebusque divinis, ex solis Sacri Codicis, sive Veteris Testamenti, sive Novi, sive utriusque, effatis erutae et apte digestae. Exulat igitur ab ea omnis abstracta de divinis rebus meditatio philosopha. Exulat, quicquid ad *Theologiam Naturalem*, cum a *Religione Naturali*, tum a *Theologia Revelata*, distinctam) refertur. Exulat diversarum, quibus Theologi, variis temporibus, super enunciatis Sacrae Scripturae de Religionis Capitibus, cum singulis illis, tum inter se collatis, philosophati sunt, rationum, in *Historia Dogmatum* enarrandarum, commemoratio historica et comparatio. Exulat omnis Ecclesiasticae doctrinam Christianam exponendi consuetudinis et formulae propositio, *Symbolicae* aut *Dogmaticae* reservata *Theologiae*. Denique exulat omnis Theologorum, aliter de Doctrinae Capitibus sentientium, quae *Polemicae Theologiae* est, refuta-

tatio. Id unice in *Biblica Theologia* quaeritur, quid Sacri Scriptores de Religione tradiderint et quomodo. — Jam vero dudum est, cum oculatiores ex Theologorum Protestantium (2) ordine Viri intellexerunt, quam utile foret, si haec quoque Theologiae forma, a vulgari Dogmatica diversa, aliquando de industria excoleretur. In quibus nomen summus Vir Nostras professus est *Joannes Coccejus* (3). Nimirum, hac demum ratione optime et distingui posse videbant divinae argumentum Revelationis, ab iis omnibus, quae ipsi identidem (4) addidisset et veluti intertexuisset humana Doctorum, Conciliorum, Pontificum sapientia, et simul occurri perversae isti, cujuscunque formulae ecclesiasticae Theologis nimis saepe usurpatae, consuetudini, locorum Scripturae temere arripiendorum, extra contextam orationem trahendorum et praejudicatis opinionibus atque peculiari, quod adoptaverant, Systemati Theologico accommodandorum. Itaque, a medio inde Seculo superiore, eorum aliqui coeperunt *Dicta*, quae vocari solent, *Classica* philologice illustrare (5), aut in vim eorum, ad demonstranda τὰ τῆς Ἐκκλησίας δόγματα, inquirere (6), cui Theologici studii parti denominatio *Topices Scripturae* adhaesit (7); atque tandem integrum, bene digestum Thesium, ex una duntaxat Scriptura Sacra erutarum, Corpus et Syntagma informare (8). Qua in re, libere pariter et modeste tractanda, *cum* adjuvabantur iis, qui in Hermeneutica Sacra, adhibenda interpretatione historico-grammatica (9), facti fuerant progressus; *tum* magis etiam magisque invalescere coepit persuasio de gradibus, per quos argumentum Revelationis divinae plenius identidem, et evidentius, a Viris Sanctis propositum, ejusque igitur perfectio pedetentim ad culmen perducta esset (10). Quo ipso factum sensim est, ut intelligi inciperet, quod olim minus perspiciebatur (11), non eadem plane esse, quae diversi Scriptores Sacri de Religione tradiderint, quamquam nec sibi invicem contraria. Nimirum, antiquissimis temporibus magis inchoatam fuisse, insequentibus vero gradatim consummatio-

rem

rem redditam, divinitus cum humano genere communicatam, Religionis institutionem (12), coeperunt videre Theologi. Quod cum ita se habere assentirentur, haud gravate illud nunc fateri debuerunt, negandam non esse, *cum* in diversarum temporis periodorum, *tum* adeo in ejusdem aevi, Scriptoribus Sacris, aliquam τοῦ τῆς παιδείας τρόπου, quin insignem interdum, differentiam; et talem quidem, quae partim ex variis rerum conditionibus atque περιστάσεσι, in quibus illi versarentur, partim ex diversa singulorum indole et cogitandi ratione, explicari et posset commode, et omnino deberet (13). Nunc vero fieri non poterat amplius, quin novam prorsus formam indueret Theologia Biblica, et per se ac seorsum quoque perpenderentur, quae, et quoque aevo, et a singulo quoque auctore Sacro, essent hac in causa praestita. Quam viam omnium primus aequalibus monstrasse videtur *Hufnagelus* (14), sequentibus postea *Ammono* (15), *Bauero* (16), *Kaisero* (17), *Wettio* (18), *Baumgarteno-Crusio* (19). Si qui vero, quod quidem non negandum, aut silentio dissimulandum existimem; si qui igitur cupidius illi viae et imprudentius institerint (20), non defuerunt tamen alii, qui prudentius et omnino probabiliter (21). Quos inter par est eos, quorum Commentationes *Societas Hagana pro defendenda Christiana Religione* praemio ornatas evulgavit, *Trichtium* (22), *Keiserum* (23), *Heyningium* (24), *Reddingium* (25), *Geerium* (26), nominatim laudare. Caeterum, uti sic diversa saluberrimo consilio, nec sine magno utilitatis fructu, a se invicem *separare* et distinguere coeperunt Theologi, ita optandum, ut divulsa denuo apte *conjungere* non recusent, *doctrinae* revelatae *unitatem* in *modorum* proponendi *diversitate* (27) adeo non obliti. Ita enim tandem, et quousque, et quomodo, et quare, Librorum Sacrorum argumentum *Unum Totum* (28) efficiat, accurate ostendent. Atque sic demum *Theologia Biblica* suae ipsa denominationi ex asse respondebit.

(1)

(1) Proprie loquendo omnis Theologia Judaica et Christiana, ut vera sit et sincera, *Biblicae* nomen merito gerat, oportet. Neque, si quis minus commodam esse hanc denominationem contendat, magnopere ei refragabimur; moniti quippe hac de re ab *Ernestio* et *Tittmanno*, laudatis ab aestumatissimo, nuper placide pieque defuncto, Collega, *Joanne van Voorst*, in docta ann. ad Orationem, Franequerae a. 1791. habitam, *de injusto Theologiae, ad scholae legem diligenter exactae, contemtu*, pag. 12. Quam Orationem lectores ad hanc §. et seqq., velim, conferant.

(2) Apposita sunt, quae *Baumgartenus-Crusius*, novissimus in hoc genere Scriptor, in libri, mox (ann. 19.) citandi, §. 1. pag. 3. scripsit: „*Die biblische Theologie soll, ihrem Begriffe nach, so unabhängig als „unbefangen seyn, indem sie über das Angenommene und kirchlich Be„stimmte hinaus, die eigentliche Beschaffenheit und Lehre der Heil„gen Schriften untersucht: und dieses ist es denn auch, was sie ganz „unter die* protestantischen *Principien* (Schriftforschung *und* Ueberzeugung) „*stellt*."

(3) Vid. *Praefatio*, opusculo: *Summa doctrinae de foedere et testamento Dei*, inscripto, praemissa, *Opp.* Tom. VII. pag. 39 sq.

(4) Conf. *Jo. Philippus Gabler, de justo discrimine Theologiae Biblicae et Dogmaticae, regundisque utriusque finibus*, Altdorfi 1787. et *Carolus Christ. Egb. Schmid, de Theologia Biblica*, Diss. I et II, Jenae 1788. 4.

(5) Huc pertinent imprimis *Emonis Lucii Vriemoet, ad Dicta Classica Theol. Dogm. V. T. selectae Annott. Philologico-Theologicae*, Franeq. 1743. III. Voll. 8. Id vero cum egerit Vir. D., ut Etymologice et Grammatice verba et loquendi formulas in locis S. S. illustraret, potius quam ut, quae ipsis Scriptoribus Sacris sententia fuerit, ostenderet; apparet eum longe adhuc abfuisse a studio istam, de qua hîc agitur, Biblicam Theologiam adjuvandi. De aliis, e. g. *Bauero*, mox dicendum.

(6) De significatu verbi *δόγμα* paulo inferius dicendum (§. 85. ann. 8.). Quod vero ad rem ipsam attinet; praeter nonnullos, qui partim tantum, et data duntaxat opportunitate, non vero universe et de industria, in *locorum*, quae vocantur, *probantium* vim inquisiverunt; veluti *Joannem Did. Winckler* (in *Biblisch-Exeget. Untersuchungen*, Lemgoviae 1747—1749. III. Voll. 8.; et Ejusd. *Biblische Nebenstünde*, Lips. 1769. II. Voll. 8.), *Gabr. Ch. Benj. Mosche* (*Bibelfreund*, etiam Belgice, Traj. ad Rhen. 1781. VI. Voll. 8.); *Didericum Corn. van Voorst* (*Bijbelminnaar*, Traj. ad Rhen. 1791. IV. Voll. 8. et aliis in scriptis); — praeter hos igitur aliosque, praecipue hîc citandi videntur: *Joannes Salomo Semler* (*Historische und Kritische Sammlungen über die sogenannten Beweisstellen in der Dogmatik*, Halae et Helmst. 1764 et 1768. II. Voll. 8.); *Cornelius Swaving* (*Proeve van Aanmerkingen over het regt en onregt gebruik der Heilige Schrift*, Traj. ad Rhen. 1777—1788. VI. Partt. 8.; qui, quamvis practicam vel moralem

Do-

Doctrinae Sacrae partem, magis quam theoreticam, respexerit, hic duplicem hanc ob causam tanto minus praetermittendus est, cum, quod inter Nostrates unus in paucis hanc rem tractare suo tempore ausus fuit, tum, quoniam illa pars non minorem, quam haec, meretur attentionem); *Guil. Dan. Fuhrmann* (*Exegetisches Handbuch für die bibl. Beweisstellen in der Dogmatik*, Lipsiae 1795 et 1802. II. Voll. 8.); *Geo. Laur. Bauer* (*Dicta Classica V. T. notis perpetuis illustrata*, Lips. 1798 sqq. II. Voll. 8.); Anonymi duo (*alter*, in: *Biblisch-Exegetische Vorlesungen über die Dogmatik*, *nach Doederlein* etc. Lemgoviae 1796. II. Voll. 8., *alter*, in: *Dicta Classica V. et N. T. Hebr. Gr. et Lat. — nach Anleit. der Reinhardischen Vorlesungen über die Dogmatik*, Lipsiae 1804. 8.), alii. Huc etiam referendi, qui *verba* et *formulas* in Theologia solenniores illustrarunt, ut *Koppius* (in *Excursibus* ad libros N. T., v. c., de formulis *υἱὸς θεοῦ*, *βασιλεῖα τῶν οὐρανῶν*, de vocibus *δικαιοσύνη* et affinibus, *πνεῦμα*, *πίστις*, caet.); *Casparus Gottlobus Langen* (*Exegetische Versuche über einige bibl. Worte und Redensarten*, Chemnitziae 1770. VI. Partt. 8.). Ne illos memorem, qui eodem consilio *Lexica in N. T.* scripserunt, ut *Tellerum* utrumque (*Guil. Abr.*, in non paucis, nec levioribus illis tantum, locis, a communi Christianorum, si Socinianos similesque excipias, interpretatione et sententia, discedentem, Berol. 1772. et saepius, quartum 1785. 8., — et *Jo. Frid.*, fratris interpretandi rationem vehementer improbantem, vix tamen ipsi dexteritate et doctrina parem, Francof. 1772. II. Voll. 8.), *C. F. Bahrdtum* (hominem non indoctum sed frivolum, Deismi causam callide agentem, et paucis bonis plurima paradoxa et omnino improbanda intermiscentem, Berol. 1786. 8.), *Ger. Hesselinkium* (*Guil. Abr. Telleri*, in nonnullis certe, vestigia legentem, Amst. 1790. et iterum 1803.; quem ἐντίμως refutandum sibi sumsit Vir D. [Rev. *Klinkhamer?*] scripto, cui titulum fecit: *De nieuwe Hervorming onder de Doopsgezinden* etc. (Amst.?) 1792. 8.), alios; quibus necessario addendus est *Georgius Henr. Lang* (*Zur Beförderung des nützlichen Gebrauches des Tellerischen Wörterbuchs d. N. T.*, Ansbaci, 1790. IV. Partt. 8.). Nec negligendi: *Lucas Suringar* (*de diversis vocum* קדש, *ἅγιος et affinium significatibus*, Franeq. 1792. 4.), hujusque optimi praeceptoris laudabilis discipulus, *Eerco Arn. Jac. Tamling* (*de verbi σώζειν et affinium diversis significatt. in N. T.*, Dav. (Lingae ventilat.) 1812. 8.): nec uterque *Scholtenus* (nempe *Jacobus Justus*, de v. χάρις, et *Wesselus*, de appellatione τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, Traj. B. 1805 et 1809.), aut *Engelbertus Marinus Dorper* (de form. *βασιλεῖα τῶν οὐρανῶν*, Amst. 1806. 8.). Add. alii, qui philologicam, aut lexicographicam disputationem theologicae, ubi par erat, immiscuerunt; quales, v. c., sunt, quos praemio Facultas Th. Groningana ornavit, *Jo. Carolus Riehm* (qui de notione *πίστεως* egit, Commentt. ed. in *Ann. Ac. Gron.* a. 1819—1820.), *J. E. Feisser* (qui de formula ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, in *Ann.* iisd. a. 1826—1827.) et *A. H. van der Hoeve* (qui de *μετανοία*, iisd. in *Ann.* a. 1827—1828.). — Praeter haec vero et similia scripta, ad hunc locum referenda quoque sunt alia

alius longe indolis. Nimirum, inde a *Joannis Sal. Semler* potissimum aetate, qui de *sensu* scriptorum S. *historico* praecipue solicitus, exquirere magno studio conatus est opiniones Judaicas aliasque, quae Apostolorum tempore invaluerant; sive jam pridem a Judaeis Graece loquentibus, maxime Alexandrinis, ad Apostolorum aequales, veluti haereditatis jure, pervenerant, sive serius, interque ipsos essent Christianos exortae; quo accuratius, quid, cum refutarent adversarios, usurpandis verbis solennibus, Apostoli sibi pp. voluerint, exponere posset; qua de re, ut alia plurima Viri longe eruditissimi scripta testantur, ita nescio an nusquam evidentius ipse egerit, quam in *Theologische Briefe*, Lips. 1781. II. Particc. 8.; — ab hujus igitur *Semleri* inde tempore, cum de eo quaeri coepisset, quousque Sancti viri popularium se opinionibus accommodarint (de qua quaestione, prae caeteris, *Paulus van Hemert* et *Guilielmus de Vos*, tum *Jodocus Heringa E. F.* et *Joannes Christianus Bang*, — *illi* in *Soc. Teyl. Theol. Opp.* Tomo XII, *hi* in *Soc. Hag. pro vind. Rel. Chr. Comm.* ad a. 1789., consulendi sunt), magis etiam magisque placere coepit et invalescere distinctio dictorum, quae in institutione doctrinae revelatae, pec. Christianae, in Sacro Codice contenta, ejusmodi sint, ut semper, et ubivis, et apud omnes, sive praecipiendi, sive demonstrandi, vim habeant, et aliorum, quae alicubi tantum, et certo quodam tempore, et apud quosdam, valuerint. Id quod omnino non potuit non valde afficere Topicen. Multa hac de re, una omnium gravissima, at difficillima simul, multi jam scripserunt; imprimis *Hermannus Augustus Niemeyer* (in *Briefe an Christl. Religionslehrer* (Halae, ex altera ed. 1783. II. Voll. 8. Tom. I. p. 118 sqq.); *Joannes Aug. Geo. Meyer*, (in *Beytrag zur endlichen Entscheidung der Frage: In wiefern haben die Lehren und Vorschriften des N. T. blos eine locale und temporelle Bestimmung, und in wie fern sind die selben von einem allgemeinen und stets gültigen Ansehen?* Hannov. 1806. 8. Belgice Amst. 1811. 8.); Anonymus (in: *Bijdragen over hetgeen in de Leerstellingen en Voorschriften van Jezus en de Apostelen betrekking had tot de personen, tijden en plaatsen, in en onder welke zij leefden*, in *Soc. Hag. pro vind. Rel. Chr. Commentt.* ad a. 1813. et *Vervolg d. Bijdr.* etc. ed. a. 1815 sq.). Add., praeter alios bene multos, v. gr. *Reinhardum*, *Stäudlinum*, *Planckium*, *Flüggium* (in: *Darstellung des bisherigen Einflusses der Kant. Philosophie in allen Zweigen der Theol.* Tom. I. p. 301 sqq.), *Doederleinium* (in *Opuscc. Th.* p. 187.), *Seilerum* (in *Bibl. Hermeneutik* §. 283 sqq.), praecipue *Guilielmus Tobias Lang* (in Comment. *Ueber die a priori und a posteriori aufgestellten Principiën der Beurtheilung, was in den Christlichen Religionsurkunde locale und temporelle, oder allgemeingültige Lehre sey? aus dem Standpunct des Offenbarungsglaubigen;* in *Joannis Friderici Flatt Magazin fur Christl. Dogmatik und Moral*, Fasc. VII. pag. 1—67. et VIII. 99—140.).

(7) Denominatio haec, licet jam Sec. XVI. non plane incognita, usurpari tamen ab eo inde tempore frequentius coepit, quo *Guil. Abr. Tellerus* suam *Scripturae Sacrae Topicen* evulgavit (a. 1761., repet. in Viri D. *Opuscu-*

*la*

*lis varii argumenti*, Francof. ad Viadr. 1780. 8. pag. 72—184.).

(8) Quorsum possint referri, cum ex Theologiae *popularis*, tum ex *Dogmaticae* Theologiae Scriptoribus, aliqui, de quibus paulo post dicendum, veluti, ne de *Bahrdto*, similisque furfuris aliis dicam, *Storrius*, *Morus*, *Muntinghius*, *Bergenus*, *Weissmannus*, *Heilmannus*. Praecipue vero, post *Sebastianum Schmidt* (in *Collegio biblico priore* et *posteriore*, Argent. 1681. 8.), *Joannem Henricum Majum* (*Theol. prophet.* Francof. 1690. 8. et auctius 1710. 4. — et *Synops. Th. ex meris verbis Christi*, ibid. 1707. 8.), *A. F. Büschingium* (in *Diss. inaug.*, postea emendatius repetita, exhibente *Epitomen Theol. Chr.*, *e solis S. S. verbis concinnatae*, Gottingae 1755. 4. et Lemgoviae 1757. 8. — et *Gedanken von der Beschaffenheit und dem Vorzüge der bibl. dogm. Theologie von der scholastischen*, Lemg. 1758. 8.), aliosque, e. g. *Fabricium*, *Crusium*, *Grünerum* (vid. *Walchius*, in *Bibl. Th. Sel.* IV. 845 sqq. et *Baumgartenus-Crusius*, mox laudandus, pag. 9.); — post illos igitur (de quorum conatibus conferri meretur *Joannis van Voorst* Oratio, ann. 1. laudata), praecipue hic memorandus nobis est *Gotthilf Traugott Zachariae*, auctor Operis, *quatuor* Voluminibus ab ipso editi, dum *quintum Jo. Chr. Vollborth* addidit, inscripti: *Biblische Theologie*, *oder Untersuchung des biblischen Grundes der vornehmsten theologischen Lehren*, Goett. 1771. et ex tertia ed. 1786. 8. — Quodammodo etiam huc pertinet, quamquam non omnino, *Guilielmus Antonius van Vloten*, in *Theologie des Bijbels*, *of de voornaamste waarheden der gewijde Schriften aaneengeschakeld beschouwd*, Amst. 1803. II. Voll. 8.

(9) Conf. quae §. 64. ann. 5 et 6. pag. 280 et sq., §. 65. ann. 3. pag. 287 sq. et modo hac ipsa §. ann. 6. annotavimus. Prae multis vero aliis hic loci indicandi *Gottlob. Christianus Storr* (in *Diss. de sensu historico*, ed. a. 1778. et repet. in Ejus *Opuscc. Acad. ad interpretat. Libr. S. pertinentt.* (Voll. III. Tübingae 1796. 8.), Tom. I. pag. 1—88.) et *Carolus Aug. Theoph Keil* (Commentat. *de historica Libr. S. interpret. ejusque necessitate*, repet. in Ejus *Opuscc. Acad. ad N. T. interpr. grammatico-hist. et Theol. Chr. origg. pertinentt.*, *collectis et ed. a Joanne Dav. Goldhorn* (II. Voll. Lips. 1821. 8.), Tom. I. pag. 84—99., quacum et plures, eodem fasciculo exhibitae, conferendae sunt). Contra quem scripsisse videtur *G. F. Stäudlinus*, Progr. *de interpretatione librorum N. T. historica non unice vera*, Goett. 1807. 4., ut et in Comm. *über die blos historische Auslegung der Bücher d. N. T.*, in *Ammoni* et *Berthholdi Krit. Journ.* Tom. I. P. IV. (1814.) pag. 321 sqq. et Tom. II. P. I. pag. 1 sqq. Insuper vero legantur, quae habet Clar. *Joannes van Voorst*, in *Oratione de Jo. Aug. Ernestio*, *optimo post Hugonem Grotium duce et magistro interpretum N. T.* (L. B. 1804. 8.), pag. 40 sqq. et annott. 55—59., ubi et alii Scriptores, veluti *Eichstadius*, *Beckius*, *Planckius*, alii, recensentur. Add. *W. A. van Hengel*, *Or. de grammatica Litt. S. interpr.*, L. B. 1827. 4.

 (10)

(10) Qua de re conf. cum *Lessingii* scripto, quod inscripsit: *Erziehung des menschlichen Geschlechts*, praesertim notissima *Hessii* opera, (in his, *Vom Reiche Gottes*, etc.), *Jacobii* (*Ueber die weisen Absichten Gottes etc.*), *Niemeyeri* (*Briefe an Chr. Religionslehrer*), *Doederlinii* (*Inst. Th.* §. 4. *Chr. Religionsunterr.* I. 131 sqq.); tum *Hermanni Royaards Oratio pro ordinis ratione, qua Deus in patefacienda Religione usus sit* (Traj. ad Rhen. 1788. 4.) et *Joannis Georgii Rosenmüller* Opusculum, ann. 1784. editum et §. 55. ann. 15. pag. 231. a nobis citatum, quod Belgicus Interpres annotationibus eruditis ditavit, ut et additamento, quo a *Lessingio* minus recte et prudenter dicta ad examen vocantur: denique *Hermanni Muntinghe Theologia Theor.* (postea suo loco (§. 88. ann. 166.) laudanda), §. 69. (prioris ed., §. 61—65. posterioris) et Opus Ejusd. eximium, quod titulum praefert: *Geschiedenis der Menschheid naar den Bijbel* (de quo v. §. 33. ann. 3. pag. 84.).

(11) Id quod apparebit attendenti ad ea, quae de Vaticiniis Messianis, deque veterum Sanctorum circa Servatorem ejusque opus salutare opinionibus, de Legis Mosaicae et Veteris Foederis circa Morum doctrinam praeceptorum perfectione, aliisque pluribus, disputarunt Romano-Catholici, Sociniani, Reformati aliique. Vid. e. g., qui unus sit instar omnium, *Oederus* ad *Catechismum Racovianum* passim. Add. ex recentissimis *Jac. Verburg*, *de Legg. Mos. auctoritate* (in Commentt. *Soc. Zeland.* Tom. V. Parte III. Mediob. 1833. 8.).

(12) Hebr. I. 1. VII. 18, 19. VIII. 5—13. Rom. VIII. 2—4. 2 Cor. III. 6—11. Gal. III. 8—19. Col. II. 8, 20. Jo. I. 18. 1 Jo. V. 20. caet.

(13) Legatur *Fridericus Adolphus Krummacher*, in libro, multa quidem bonae frugis continente, prudenter tamen legendo, cui titulus: *Ueber den Geist und die Form der Evangelischen Geschichte*, Lips. 1806. 8. (Belgice: *Historische en Æsthetische Beschouwing van den geest en vorm der Evang. Geschiedenis*, Amst. 1809. II. Voll. 8.): et *Wesselus Albertus van Hengel*, Collega conjunctissimus, in Comment. (a *Societate Teyleriana* praemio ornata et inter sua Opera ed. Vol. XXVII., Harlemi 1815. 4.): *Over den invloed van de bijzondere karakters en persoonlijke denkwijzen der Evangelisten en Apostelen op derzelver Schriften*; in qua, quae evitari debeant, extrema, accurate monstrantur, et indicantur Scriptores, qui quaestionem aliqua ex parte attigerant. Dudum antea hoc ipsi quoque, veluti in transcursu et obiter, feceramus in: *Proeve over de waardij en het gezag van de Leere der Apostelen* (Hornae 1801. 8.), pag. 17—42. coll. pag. 43—136.

(14) *Guilielmi Frid. Hufnagel Handbuch der biblischen Theologie*, Vol. I. Erlangae 1785. 8. Voluminis II. P. 1. ibid. 1789. 8. (Sequentes Tomi nunquam in lucem exierunt. — Opus Auctori postea displicuisse, alicubi legere me memini. Alius certe indolis recentiora sunt Ejus scripta, huc quodammodo referenda; nempe: *Moseh, wie Er sich selbst zeichnet in seinen fünf Büchern-Geschichte*, Francof. ad M. 1822. 8., et: *Ueber den evangelischen Glau-*

*Glauben an Gott und seinen Einfluss auf Menschenliebe*, ibid. 1824. 8.

(15) *Christophori Frid. Ammon Entwurf einer reinen biblischen Theologie*, Erlangae 1792 II. Voll. 8. iterumque 1801. III. Voll.

(16) *Georgii Laurentii Bauer Breviarium Theologiae Biblicae*, Lipsiae 1803. 8. — *Theologie des Alten Testaments*, Lips. 1796. 8. *Beylage zur Theol. d. A. T.* ibid. 1801. — *Dicta Classica V. T.* (modo ann. 6. p. 419. memorata). — *Bibl. Theol. des N. T.* ibid. 1800. IV. Voll. — *Bibl. Moral. d. A. T.* ibid. 1803. II. Voll. — *Bibl. Moral. d. N. T.* ibid. 1804.

(17) *Gottl. Philippus Chr. Kaiser, Die biblische Theologie, oder Judaismus und Christianismus, nach der grammatisch-historischen Interpretations-methode* etc., Erlangae 1813. II. Tom. IV. Voll. 8.

(18) *Guilielmi Martini Leberecht de Wette Biblische Dogmatik des Alten und Neuen Testaments; oder Kritische Darstellung der Religionslehre des Hebraismus, des Judenthums und des Urchristenthums*, Berolini 1813, et iterum 1818. 8. (*Lehrb. d. Chr. Dogmatik* (II. Pp. 1813 et 1816.) P. I.) Belgice, versa et egregiis ann. aucta a *C. van Epen*, prodiit Gron. 1820. 8. Add. Ejusd. *Erläut. — Ueber Relig. und Theol.*, Berol. 1815. 8. et *Vorles. — Ueber Relig., ih. Wesen, in Erscheinungs-formen u. i. Einfluss auf d. Leben*, ib. 1817.

(19) *Ludov. Frid. Otto Baumgarten-Crusius, Grundzüge der biblischen Theologie*, Jenae 1828. 8.

(20) Quodsi ad hunc locum quoque referri debeant (ut visum est *Baumgarteno-Crusio*, pag. 11.), qui *Mythologiam* Veteris et Novi Testamenti adornare sategerunt, profecto *Jo. Frid. Guil. Schellingius* (*Ueber Mythe, hist. Sagen*, caet.), *Julius von Soden*, (*Mythologie der Christus-religion*), *Geo. Laur. Bauer* (*Hebr. Mythologie das A. und N. T.* etc.) *Ph. Schuster* (*Die ältesten Sagen der Bibel*, etc.), *Jo. Philippus Gabler* (*Neueste Theol. Journ.* VII. 396 sqq. *Journ. f. auserles. Th. Literat.* II. 47 sqq.), quique his sunt similes, primi omnium in hoc ordine collocandi videantur: neque tamen hi uni. Nam, alios ut in praesentia omittamus, illi quoque hîc notandi, qui omnem lapidem moverunt, quo ostenderent, non varias tantum opiniones, sed discrepantes omnino, sibique adversis frontibus repugnantes, in Scriptis Sacris, tam Novi quam Veteris Foederis, inveniri, quorum plerosque indicavimus et refutare conati sumus in Commentatione vernacula, modo ann. 13. excitata. Ad illos autem plures etiam accesserunt; in his *Jo. Otto Thiessius* (in *Thesibus* XXI—XXIV, quae leguntur in *Hasencampii* et *Wachleri Annall. Theol.* 1793. pag. 784.) et Anonymus, cui *Thurn* nomen esse *Baumgartenus-Crusius*, l. c. me docuit (in: *Sammlung abweichender Vorstellungen der Neu-testamentlichen Schriftsteller über einen und denselben Gegenstand*, Lips. 1803. II. Voll. 8.), de quo digna est, quae conferatur *Geo. Laur. Baueri* censura in *Ephemeridibus Jenensibus* (*Jen. Allgem. Literaturz.*) ad annum 1805. N°. 262. (coll. de censurae auctore *Intelligenzbl.* 1806. pag. 150.). Conferri possunt etiam *Commentt. Joannis Antonii Lotze* et *Joannis Henrici Regenbogen*, in Soc. Haganae Commentt. ad a. 1801.

(21) Quales non pauci sunt eorum, quos supra recensuimus. Quibus alii, diversissimique adeo generis, Scriptores possint aequo vel majore jure addi; ut, ex antiquioribus, *Majus* (in *Oeconomia temporum*, — *Oec. judiciorum divinorum*; — *Oec. V. et N. T.*): ex recentioribus *Grünerus*, *Bergerus*, *Wahlius*, *Stäudlinus* (in *Praktische Einleit. in das A. — und i. d. N. T.*). — Add. qui, *vel* de peculiaribus doctrinae Capitibus egerunt, *vel* ex singulis Scriptoribus Sacris, Biblicam Theologiam concinnare conati sunt. Ad illos pertinent, e. g., *Ammon* et *Hengstenberg* (in *Christologie des A. T.*) et *Hamelsveldius* (*het Evangelie naar het O. T.*) atque *Schmidius* (*Ueber die Christologie des N. T.*): ad hos *C. C. E. Schmidt* (*De Theologia Joannis*, Jenae 1800. 4.), et alius quis (in *Henkii Magazin*, IV. 526 sqq. *de Theologia Petri*: item, qui de *Pauli* doctrina egerunt, *Bauerus*, *Meyerus*, et, alios ut mittam, *Leon Usteri* (*Entwickelung des Paulinischen Lehrbegriffes*, caet. Turici, ex quarta ed. 1832. 8.). Add. *G. C. E. Matthaei* (*Der Religionsglaube der Apostel Jesu*, Goett. 1829. 8.). Utramque viam secuti olim fuimus in *Verhand. over den H. Geest*, Traj. ad Rhen. 1796. Amst. 1801. 8.

(22) *Otto van Tricht*, *Geloofs- en Zede-leer van Petrus*, a. 1809. — *van Joannes in zijne Brieven*, a. 1813. — *van Paulus*, *uit zijne Redevoeringen en Brieven aan de Rom. en Gal.* a. 1807.

(23) *Simon Didericus de Keizer*, *Geloofs- en Zede-leer van Joannes uit de Brieven opgemaakt*, a. 1813. — *van Paulus*, *uit zijne Redevoeringen en Brieven aan de Romeinen en Galatiërs*, a. 1807. — *van Joannes*, *naar zijn Evangelie*, a. 1822.

(24) *Henricus van Heyningen*, *Geloofs- en Zede-leer van Paulus, naar zijne Redevoeringen en Brieven aan de Romeinen en Galatiërs*, a. 1817.

(25) *Gerhardus Benthem Reddingius*, *Geloofs- en Zede-leer volgens het Evangelie van Joannes*, ad a. 1822.

(26) *Bartholdus Regnerus de Geer*, *Geloofs- en Zede-leer van Paulus*, *naar de Brieven aan de Korinthers*, a. 1826.

(27) Recte, ut puto, *Baumgartenus-Crusius*, pag. 12., » Die biblische » Theologie, inquit, hat sich immer auf jene beiden Hauptmomente zu rich» ten, — die *Verschiedenheit*, und die höhere *Einheit*, in den heiligen » Schriftstellern darzulegen."

(28) *Totum unum* dixit *Apulejus* in *Asclep. Herm. Trism.* pag. m. 350. *Partes* unum *inter se* totum *efficientes*, *Petrus Francius*, *de Eloq. exter.* Spec. 1. pag. 188. *Unum totum*, *Imm. Jo. Gerh. Schellerus*, *de Stylo bene Lat. impr. Ciceroniano*, Parte I. Cap. VI. Sect. 1. pag. (Partis huj. op. prioris ed. tertiae) 273. et alibi. — Haec de *verbis*. De *re* ipsa conff. Scriptores, modo (ann. 10.) citati: hisque add. *Daniël Joach. Köppen*, *Der Bibel*, *ein Buch Göttlicher Weisheit*, cujus eximii operis eximiam interpretationem Venerabili *Joanni van der Roest* debemus (Traj. ad Rh. et Goudae 1792. II. Voll. 8.), et *Guil. Ant. van Vloten*, in duplice scripto, nempe *Theologie des Bijbels*, — et *Opvoeding naar den Bijbel.*

§. 84.

## §. 84.

### *Theologia Practico-popularis.*

*Biblicae* Theologiae affinis est, minime tamen cum ea confundenda, illa pars aut forma Theologiae, quam *popularem*, aut *practico-popularem* vocant. Ut *Biblicae* denominatio a *fonte*, ex quo religionis doctrinam duntaxat haurit, desumta est; ita *Popularis* a *methodo* aut ratione, qua in illa doctrina exponenda versatur. Convenit autem cum *Biblica* eo, quod ambae spernunt subtiliores et spinosas quaestiones, definitiones, disputationes et abstractam demonstrandi rationem. Differt vero a *Biblica* hactenus *Popularis* Theologia, quod non tantummodo ex *Sacris Literis*, verum etiam ex recta *Ratione*, certe ex ejus principiis, sensui communi patentibus, sapit. *Popularis* dicitur, quoniam « ad vulgarem popularemque sen« sum," quae verba sunt *Ciceronis* (1) « accommodata" est: sive quod *Populi*, id est, quorumcunque hominum, qui Philosophiae et Literis, in his Orientalibus et Eruditis, atque Disciplinis non de industria (*ex professo*, ut barbare vocant) operam dederunt, usibus inservit (2). Nimirum, olim jam intellectum est a Viris cordatioribus, et ab aliis, et eximie a *Josepho Hallo*, Theologo Britanno, in *Synodo Dordracena* proclamatum (3), « duplicem esse Theologiam, Scholasticam et Popularem; hanc religionis basin spectare, illam tectorii formam et ornamenta; hanc, quae sciri debeant, illam, quae possint; hujus cognitionem Christianum facere, illius, disceptatorem; vel, si quis malit, hanc Theologum facere solere, illam polire." Scilicet, omnium quidem interesse ea nosse, quae scitu creditu que et vero factu necessaria sint ad salutem: neque tamen aut postulari posse a singulis, aut iis expedire, ut « infinitam quaestionum et decisionum farraginem," qua scatet Scholastica Theologia, in promtu habeant. Minime enim omnem hominum, etiam cultiorum, universitatem pa-

parem esse capiendis, nedum dirimendis, quaestionibus, de quibus Theologi altercentur et inter se dimicent; quae ut intelligantur recte atque judicentur, plurimum et philosophi acuminis et praeclarae eruditionis requiri. *Hinc* sensim sensimque *Homiletae*, plus aliis cernentes, in Sermonibus sacris, et *Catechetae* in institutione tironum, coeperant jam omittere, quae difficiliora sibi et subtiliora videbantur, quam ut plerorumque a se edocendorum hominum captui reddi possent accommodata. Idque eo magis faciendum putabant, quo saepius observabatur hominum, qui dogmatica subtilitate valde delectabantur, ingenium in arrogantiam et vitilitigandi κακοήθειαν pronum esse, nullumque, vel certe valde exiguum, utilitatis fructum ex omni in ea re collocata industria in animum, vel emendandum, vel rite consolandum, redundare. Neque tamen, antequam Seculum proxime praeterlapsum versus finem vergeret, de accurate constituendo *Scholasticae*, sive *Acroamaticae*, Theologiae et *Popularis* discrimine soliciti fuerant Theologi. At vero ista tempestate peculiaris illa, quam *philanthropicam* nonnulli dixerunt, ratio universe invalescere coepit, qua, missis terminis technicis et scholastico apparatu, quaelibet disciplinae et artes, cum ad communem quorumvis hominum non prorsus stupidorum intelligentiam, tum praecipue ad vitae usum, e Scholae Museique aut Laboratorii umbris, in publicam lucem producerentur (4). Quam confestim Theologorum non pauci imitati sunt. Signum sustulit *Moschius* (5), cui tamen praeluserat *Heilmannus* (6); eique pollicem presserunt *Koppius* (7) et *Spaldingius* (8). Jam vero *practicam* Dogmaticen (Theologiam *theoreticam*, ad praxin pietatis accommodatam) *Lessius* (9) sequente *Palmero* (10), *popularem* Dogmaticen *Griesbachius* (11), edere instituerunt; uterque quidem Ecclesiasticam de Fidei capitibus doctrinam ordine systematico, sed absque eruditionis philologicae, philosophicae et historicae apparatu, exponens, at vero ille magis *practicum*, qui dicitur, dogmatum *usum*

in

in aprico collocans, hic *popularis* intelligentiae prae caeteris rationem habens praecipuam. Fuere quoque nonnulli, qui *moralem* doctrinae Christianae partem ita practice et populariter exponere conarentur (12). Quidam adeo in Academicis Compendiis, Theologorum futurorum institutioni destinatis, segregare coeperunt, quae eruditis tantum Theologis conveniant, ab iis, quae docendi sint omnes Christiani (13). Alii alias ad hanc Theologiae partem symbolas contulerunt (14). Nemo tamen ante *Niemeyerum*, praestantissimum Virum, omnibus numeris perfectum ejus Systema exhibuit. Qui omnino praeclare de hac disciplinae parte adornanda, et, tam quoad argumentum, sive materiam, quam quoad methodum, sive rectae expositionis rationem, illustranda, conjungendis quoque arctissime theoreticis praeceptis et practicis, universe meritus est. Quo impensius dolemus, prae nimio liberalitatis, ut videtur, studio, ipsum de nonnullis doctrinae Christianae capitibus primariis (verbi causa, de resurrectione Christi ex mortuis) ita scripsisse, ut Scepticismo, vel Syncretismo, non sine insigni veritatis dispendio, litasse videatur (15). Quo tanti Viri exemplo admonentur futuri Theologi, caveant, ne vel sola, quam sibi aut habere videantur, aut non habere, theses theologicae, utilitate, earum veritatem metiantur, atque gravitatem ponderent, vel doctrinae utilitatem in una, eaque statim apparente, ad virtutem vi quaerant. Caeterum, quantopere expediat popularis etiam practicaeque Theologiae veram rationem, ambitum, causas recte tenere, ejusque studium cum scientificae Theologiae studio rite conjungere, nemo est paulo humanior, qui jam non intelligat (16).

(1) *De Orat.* Lib. I. cap. 23.

(2) Vox *Populus* in hisce opponitur *Eruditis*, praecipue iis, qui artes et doctrinas *profitentur*.

(3) Vid. *Synodi Dordracenae Acta*, Sess. XVI. Digna profecto *Halli* oratio est et perdigna, quae a futuris Theologis tota legatur relegaturque saepius.

(4) Unde oriebantur, v. c., *Medicina popularis*, *Chemia popularis*; *Ethica popularis*, etc. (Volks-Artzenijkunde, Volks-Scheikunde enz.). Quae res utrum plus boni attulerit, late disseminanda multiplice rerum praestantium cognitione, an mali, inducenda superficiaria doctrinarum tractatione, et fovenda indoctorum de quibuslibet rebus suum quoque judicium interponendi cupiditate et libidine, disputatum est. Nos extrema utrimque vitanda esse putamus et vitari posse, fatentes tamen, quod ille dixit, hîc, uti de rebus humanis universe, valere: — *Nihil est ab omni Parte beatum.*

(5) Progr. *de Theologia populari*, Goett. 1773. 4.

(6) Progr. *de eo quod interest inter divinas notitias Theologi et Christiani*, Goett. 1758. (rep. in *Jo. D. H. Opuscc.*, *collectis et ed. ab Ern. Jac. Danovio*, Jenae 1778. (II. Voll. 8.) Vol. II. N°. 15. pag. 209—254.

(7) *Jo. Benj. Koppe*, *Genauere Bestimmung des Erbaulichen*, Goett. 1772. 8.

(8) Primum quidem in *Abhandlung über die Erbauung* (*Vier Abhandlungen über die Wahrheiten der Homiletik*, 1783.) et in *Predigt von dem was erbaulich ist* (*Neue Predigten*, Vol. II.): dein vero uberius et accuratius in utilissimo scripto: *Ueber die Nützbarkeit des Predigtamts und deren Beförderung*, Berolini 1791. 8.

(9) *Christliche Religionstheorie fürs gemeine Leben*, *oder Versuch einer praktischen Dogmatik*, Goett. 1779. 8. (tertia ed. prodiit 1789.).

(10) *Entwurf einer praktischen Dogmatik*, Lips. 1792. 8.

(11) *Anleitung zur gelehrten Kenntniss* (in altera ed. a. 1786 et seqq. *zum Studium*) *der populären Dogmatik*, *besonders für künftige Religionslehrer*, Jenae 1779. 8. (quarta ed. prodiit 1789.).

(12) De quibus postea suo loco, §. 90. ann. 10—15., dicendum.

(13) Prae caeteris hoc loco memorandus est eximius *Frid. Sam. Nath. Morus*, sed et hîc postea suo loco, §. 88. ann. 186., recensendus.

(14) Commode referri huc illi quoque possint, qui *Introductiones practicas*, quas vocarunt, in *S. Codicem* scripserunt, *Grünerus*, *Wahlius*, *Städlinus*, alii, §. praec. ann. 21. citati. Quibus tamen aliisque bene multis praetermissis, sequentia scripta indicasse forsitan operae fuerit pretium: *Henr. Guil. Clemm*, *Betrachtungen über die Absichten der Religion*, Heilbronnae 1753—1760.. XII. Particc. III. Voll. 8.; *Valentin Christoph. Möller*, *Unterricht von dem wahren und falschen Christenthum*, Rostochiae 1770., et saepius, quartum 1785.; *Joach. Hartmann*, *Kurze Betrachtungen über wichtige Stellen der H. S.*, *Ausführung der darin gegründeten Religionswahrheiten* etc. Rostochiae 1783. II. Voll. 8.; *Jo. Geo. Rosenmüller*, *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion*, Lipsiae 1802. IV. Voll. 8. (cujus primum tantummodo Volumen, Belgice a nobis redditum, prodiit Amst. 1806. 8.); *J. E. Schulze*, *Entwurf der gemeinnützigen Erkenntnisslehren des Christenthums*, Regiom. 1788.

1788. II. Voll. 8. Ejusdemque *Elementa Theologiae popularis theoretica*, ibid. 1789. 8.; *Jo. Henr. Aug. Schulze*, *Lehrbuch der Religion nach Grundsätzen der Vernunft und der Christenthums*, Lips. 1789. 8. (In tertia ed. a. 1813. hic illic quaedam mutavit, qui eam procuravit, *Jo. Christ. Dolz*); *Jo. Chr. Doederlein*, (continuante *Ch. G. Jungio*) *Christl. Religionsunterr.*, postea (§. 88. ann. 185.) commemoranda; *Jo. Aug. Hermes*, *Handbuch der Religion*, Berolini, ex tertia ed. 1781. II. Voll. 8. (etiam Belgice redd.); *Jo. Geo. Müller*, *Vom Glauben der Christen*, Vitoduri 1815. II. Voll. 8. (etiam Belgice). — Add. *Hermann*, *Lehrbuch der Chr. Religion*, Erfordiae 1796. 8.; *J. P. A. Müller*, *Neue Darstellung der Chr. Glaubenslehre für Gelehrte und Ungelehrte*, Lips. 1790. 8.; *Geo. Fr. Seiler* (supra, §. 81. ann. 1. pag. 403. cit.); *H. C. Bergen*, *Religionsbuch für junge und erwachsene Christen*, Francof. et Lips. 1798. 8. (Belgice redd. a Cl. *E. Tinga*, et paucis mutatis atque transpositis, ed. cum inscriptione: *Onderwijs in de Kristelijke Geloofs- en Zedenleer*, Lugd. Bat. et Amst. 1801. et iterum 1822. 8.). Quibuscum jungantur, praeter *Reiberi Betrachtungen* (quarum unam alteramque, Belgice redditam, exhibuimus in Ephemeridibus, quibus nomen est: *De Recensent, ook der Recensenten*, Tom. XIV. Parte II. pag. 457—467. et Tom. XVI. Parte II. pag. 1—12.. et pag. 45—56.); *Hieron. van Alphen*, *de Gronden mijner Geloofsbelijdenis opengelegd voor mijne kinderen*; Traj. ad Rh. ex alt. ed. 1793. 8.; *Helias Meder*, *Onderwijs in de beschouwende en beoefenende Godsdienstleer*, Amst. 1796. 8.; *A. Brink*, *Handleiding voor mijne Leerlingen*, Leov. ex septima ed. 1817. 8.; *P. Beets*, *Handleiding tot Onderwijs in den Christl. Godsdienst*, Zaandami 1806. 8.; *J. W. Statius Muller*, *Uitvoerig Onderwijs in den Christelijken Godsdienst* c. praef. Rev. *G. Noordenhout*, Harlemi 1807. 8.; *M. Corstius*, *Handb. d. Chr. Geloofsleer*, Gron. 1827. II. Voll. 8.; praecipue vero illius, qui omne punctum tulisse videtur, *Lucae* nimirum *Egeling*, *De Weg der Zaligheid*, *naar het beloop des Bijbels*, Amst. 1820. et ex septima ed. 1833. II. Voll. 8. Omnibus autem hisce adjungi denique possit, licet, propter graviores aliquot errores, prudenter adhibendus, venerabilis Senex, *Dav. Henr. Purgold*, *Resultat meines mehr als fünfzigjährigen Nachdenkens über die Religion Jesu*, Lips. 1782 et 1788. 8. (Belgice Vesaliae 1790. 8.). Mitto alios.

(15) *Herm. Aug. Niemeyer*, *Populäre und praktische Theologie, oder Materialien* (ex quarta et seqq. edd. *Methodik und Materialien*) *des Christlichen Volksunterrichts*, Halae 1792. 8. In *quarta* ed. 1793. *argumentum* popularis Theologiae secerni coepit a *methodo*. *Sexta* ed. prodiit a. 1823. Ad *primam* ed. adornata est interpretatio Belgica (*Volks- en beoefenende Godgeleerdheid of Bouwstoffen voor een Christelijk Volks-onderwijs*) Amst. 1793. 8. — Quae in opere, multis caeteroqui nominibus laudando, vel sic tamen reprehendenda videntur, a Nostratium nonnullis (*Voorstio*, *Heringa*, aliis), haud secus atque a *Niemeyeri* popularibus (*Lango*, *Möllero*, *Flatto*,

*Storrio*, caet.) data opportunitate indicata sunt et refutata. De industria vero, in loco de *resurrectione Jesu*, eam rem egit Rev. *Fokko Liefsting*, in Comment., ab *Hagana* Soc. ed. ad a. 1796., sic inscripta: *Kan ik achting hebben voor het Christendom, hetzelve voor eene, van God verleende, Openbaring houden, zoolang ik de opstanding van Jezus onder de onbewezene en onzekere dingen plaatze?* Quomodo autem hac de re *Niemeyerus* diu adhuc post statuerit, haud obscurum erit inspicienti Ejus *Prolusionem de Euangelistarum in narrando Jesu Christi in vitam reditu dissensione, variisque veterum Ecclesiae Doctorum in ea dijudicanda et componenda studiis*, Halae, 1824. 4. — Caeterum cum Viri D. *Theologia populari et practica* conferri debent Ejusdem *Briefe an Christliche Religionslehrer*, Halae 1796. III. Collectt. (*Sammlungen*). 8. (Ed. secunda, auctior et emendatior, ibid. a. 1803. prodiit II. Voll., quorum *prius* Collectiones duas priores, *posterius* tertiam, complectitur) 8. Hae scilicet *Epistolae* Commentarii vice fere funguntur in praecipua quaedam illius Operis Capita.

(16) Conf. *Bauer*, *Ueber das Verhältniss der praktischen Theologie zur Wissenschaftlichen*, Tubingae 1811. 8. Add. Or. n. (supra §. 53. ann. 1. pag. 220. cit.) pag. 31 sqq. — Caeterum, minus commodam esse hujus *Theologiae popularis* denominationem, imprimis vero eam, quae, pro *Theologiae* verbo, vocem *Dogmaticae* substituit, et alii judicarunt Viri D., et *Ernestius* imprimis atque *Tittmannus*, citati a *Voorstio*, *Or. I. de injusto Theol. — contemtu*, in ann. pag. 12. Quamquam spernenda non sunt, quae *Noesseltus* monuit in *Anweis. zur Bild. angeh. Theologen*, Tom. II. pag. (ex tertia ed.) 220 sq.). De universo autem hujus paragraphi argumento consulatur etiam idem Vir Cl., *Jo. van Voorst*, in *Or. de populari Religionis Christianae disciplina, ex legitimo Sacrorum Librorum interpretationis fonte praecipue haurienda*, Lugd. Bat. 1809. 4.

## §. 85.

## *Theologia Dogmatica.*

Quae dudum a multis κατ' ἐξοχὴν *Theologia* dici solebat, expositio Locorum *Theologiae theoreticae*, ad Scholae legem et severitatem instituta, ea hodie vulgo *Dogmatica* dicitur. Primus hac denominatione, cui tamen ansam jam dederant *Gennadius Massiliensis*, Sec. V. scriptor, et *Dion. Petavius* (1), serioribus demum temporibus usus esse visus est *Christoph. Matthaeus Pfaffius* (2), quem mox secutus, *Jo. Franc. Buddeus* sua maxime auctoritate censetur effecisse, ut ea passim reciperetur (3). Non omni-

omnibus quidem placuit (4): neque tamen reprobanda amplius censetur, aut ab aliis, aut a *Stäudlino* (5) *Ammonoque* (6). Imo probandam eam esse dubio caret post illa, quae *Theod. Frid. Stangius* docuit (7) de usu vocis δόγμα, cum apud nonnullos Graecae Ecclesiae Doctores, *Basilium*, *Cyrillum*, alios, qui *doctrinam Euangelicam* ita appellarunt (8): tum apud Graecos Philosophos, quos imitati, *Cicero* (9) et *Seneca* (10) Philosophiae, praesertim *contemplativae*, a παραινετικῇ, sive *praeceptiva* distinctae, principia (id est, decreta certa et vera, et quorum nullum negari possit, nisi ipsa lex veri rectique negetur, commentis vanis et opinionibus opposita) δόγματα dixerunt. Quae enim Jesus et Apostoli tradiderunt, δόγματα procul dubio pro certis decretis haberi voluerunt. Quidni igitur, quae illa illustrat, doctrina *Theologia dogmatica* dicatur? Insigniri autem solet praeterea aliis haud ineptis nominibus. Sic a nonnullis *Thetica* audit; denominatione non confundenda cum voce *Positiva*, quae longe alio spectat, nempe, ut vel *Rationali* oppositum aliquid et ab auctoritate pendens indicetur, vel cum *Populari* magis conveniens (11). *Thetica* vero dicitur Theologia, quia *theses* sive *positiones* exhibet de diversis doctrinae Capitibus. Et *Polemicae* hactenus, sive *Elenchticae*, potissimum opponitur, quippe quae minus in exponenda et stabilienda thesium veritate, quam in refutando multiplici antithesium errore occupatur. Ob eamdem vero causam illa ab aliis *Didactica*, vel *Didascalica*, dicitur. Et quoniam, qui Dogmaticen tradunt, logico ordini et justae diversorum doctrinae capitum συντάξει prae caeteris operam dant, haec pars peculiariter *Systematica* Theologia, vel adeo *Systema*, a multis nominata est. Sed et *Acroamatica* (12), *Academica*, *Esoterica*, nec non *Scientifica* et *Erudita*, ab aliquibus vocatur, quatenus *Populari* sive *Exotericae*, ad quam cuilibet aditus patet, opponitur: dum in acroateriis illa tantum interioris admissionis discipulis

lis traditur, id est, hominibus ad eam percipiendam a Literarum et Philosophiae studio paratis. Hinc et recte *Scholastica* vocari posset (13), nisi peculiaris hujus vocis, qui dudum invaluit, usus ambiguitatem esset allaturus (14). Quomodo vero cunque denominetur, intelligitur ejusmodi Capitum religionis maxime theoreticorum (nam practica plerumque ad *Theologiam Moralem* ablegantur) explicatio, quae quidem recta locorum Sacrae Scripturae, tam aliorum, quam eorum praesertim, quae *Classica* dici solent, interpretatione praecipue nititur; sed insuper adjuvatur philosopha de Rationis circa eadem Capita decretis meditatione; quaeque, praeterea, ab iis illustrata, quae in doctrinae Sacrae expositione Theologi antiquioribus et serioribus temporibus praestiterunt, quaelibet sic eruta cum Ecclesiastica doctrinae formula optima ratione conjungit. Unde facile intelligitur, ad *Theologiam Dogmaticam* festinare neminem imperitum debere, eamque, nisi ab iis, qui Philologiae, praesertim Sacrae, Historiae Ecclesiasticae et Dogmatum, ut et Philosophiae, scientia jam non leviter tincti sint, recte tractari non posse. Quod qui observare omittunt, temere et illotis, quod ajunt, manibus, in Scholas Dogmaticas ventitantes, aut Libros et Compendia dogmatica arripientes, minime illi, quae audiunt leguntque, commode et accurate intelligère poterunt, nedum sincerum de iis fere judicium.

(1) Ille quidem scribendo opere *de Ecclesiasticis Dogmatibus* (quod editum est Hamb. 1614. 4.); hic vero edendo pererudito de *Dogmatibus theologicis* opere (cit. §. 72. ann. 4. art. VI. pag. 339.): neuter enim incertas et vacillantes opiniones, sed ratas Ecclesiae et veras sententias, exponere voluit.

(2) Edenda a. 1721. *Theologia Dogmatica.* — Verum, ne hunc quidem omnium primum fuisse, quippe ipsi praecessisse jam *Hildebrandum* (a. 1692.) et *Niemeierum* (a. 1702.), observat *Augustius*, in *Lehrb. der Dogmengesch.* §. 2. in ann.

(3) *Jo. Fr. B. Institutiones Theologiae Dogmaticae*, Lips. 1723. et postea 1741. 4.

(4) Non placuit *Carolo Christ. Tittmann*, in *Prolus. de Theologis Veterum*

*rum*, repet. in *Opuscc. Theol.* (Lips. 1803. 8.) pag. 583.; qui, citato in partes *Jo. Aug. Ernestio* (*Diss. de Theol. historicae et dogmaticae conjungendae necessitate*, *Opuscc. Theol.* pag. 568 sqq.), *Theologiam dogmaticam* proprie esse ait *historiam dogmatum*, hoc est, placitorum et opinionum Theologorum, caet. — *Tittmanno* assensum praebuit *Jo. Christophorus Doederlein*, in *Institutione Theologi Christiani in Capitibus religionis Theologicis, nostris temporibus accommodata* (Norib. et Altdorfi, 1779. 8. et saepius, sextum a *Jungio* 1797.), ex quinta ed. Vol. I. pag. 212. Plures autem ὁμοψήφους mittimus, unum adhuc memorasse contenti *Carolum Theoph.* (*Gottl.*) *Bretschneider*, in *Handbuch der Dogmatik der Evangelisch-Lutherischen Kirche* (Lips. 1814., iterum 1821., tertium 1828. II. Voll. 8.), §. 5. Vol. I. pag. (ed. prioris) 11. Hic igitur *Christianae*, illi *Theoreticae*, Theologiae denominationem praeferunt.

(5) *Car. Frid. S.*, *Lehrbuch der Dogmatik und Dogmengeschichte* (Goett. 1800. 8. et saepius) ex tertia ed. (1809.) §. 6. pag. 37.

(6) Libro, a nobis §. 82. ann. 1. pag. 407. citato, §. 5. pag. 11. ann. 1. ex ed. tertia, ex *quarta* vero quae 1830. prodiit), §. 6. ann. 1.

(7) *Theologische Symmikten*, Parte I. Exerc. VI. pag. 156—160.

(8) *Basilius*, δόγμα et κήρυγμα distinguens, τὸ μὲν, inquit, σιωπᾶται, τὰ δὲ κηρύγματα δημοσιεύεται, (*De Sp. S.* cap. 27. *Opp.* Tom. III. pag. 54.). Simili fere ratione *Gregorium Nazianzenum* distinxisse τὰ ἔκφορα et τὰ ἀπόῤῥητα, observat *Carolus Ullman* (in *Gregorius von Nazianz, der Theologe*, Darmst. 1825. 8. pag. 313. in ann., Belg. vers. Tom. II. pag. 263. ann. 16.). *Cyrillus Hierosolymitanus*, δογμάτων εὐσεβῶν et πράξεων ἀγαθῶν ἀκρίβειαν discernens, τί γὰρ ὄφελος, ait, εἰδέναι μὲν τὰ περὶ δόγματα καλῶς, καὶ πορνεύειν αἰσχρῶς (*Catech. Illuminat.* IV. pag. 2, 3.); *Gregorius Nyssenus* (*Ep.* 6. cit. ab *Augustio*, l. c.), descripsit omnem hominis Christiani scientiam εἰς τὸ ἠθικὸν μέρος, καὶ εἰς δογμάτων ἀκρίβειαν. Item *Chrysostomus doctrinam Ecclesiae* τὰ τῆς Ἐκκλησίας δόγματα, et universam Gentilium *religionem* τῶν Ἑλλήνων δόγμα vocavit. Loca vid. ap. *Suicerum*, in *Thesauro Eccl.* Tom. I. pag. 233 sqq.; ubi alia similia dicta, cum eorumdem, tum aliorum Scriptorum Ecclesiasticorum, *Origenis*, *Synesii*, *Eulogii*, excitat, *Basilii* vero verba, non de *vulgari* et *erudita* doctrinae *institutione* intelligit, sed de *doctrinae*, planae illius, discrimine a *ceremoniis*, μυστηριώδους quid habentibus, atque has, quarum ratio non omnibus constet, ab aliis (a *Gregorio* praeprimis), τὰ ἀπόῤῥητα vocari docet. De *biblico* vocis δόγμα usu conf. *C. R. Hagenbach*, in *Encyclop. Th.* pag. 258 sqq.

(9) *Acad. Quaestt.* Lib. II. cap. 9.

(10) *Ep.* 95.

(11) Conf. e. g. *Jo. Marckii Compendium Theol. Chr. Didactico-Elencticum* Cap. I. §. 25. et *Bern. de Moor*, in *Comm. in Marckii Medull.* Tom. I. pag. 75.

(12) A schola *Aristotelica* mutuo sumta vox est. Vid. *Aul. Gellius*, Lib.

Lib. XX. *Noctt. Att.* cap. 5. quem citat *Jo. Geo. Walchius*, in *Exerc. de Apostolor. institutione catechetica*, §. 1., rep. in *Miscellaneis Sacris* (Amst. 1744. 4.) pag. 4., plures etiam, qui hac de re scripserunt, Viros Doctos excitans. Eodem *Gellii* loco usus est *Jo. Aug. Noesseltus*, in *Anw. zur Bild.* etc. II. §. 174. pag. tertiae ed. 223. Utraque voce conjuncta, *Dogmaticam acroamaticam* dixit Cl. *Winer*, in *Hb. d. th. Lit.* pag. 117.

(13) Denominationem defendit, post alios, *Doederleinius* l. c. §. 95. Obs. 3.

(14) De eo conf. e. g. *De Moor*, l. c. Rem. supra tetigimus §. 81. pag. 400.

## §. 86.

### *Disciplinae ratio.*

Ablegatis igitur, ut modo dictum, ad *Theologiam Moralem*, tanquam distinctam et peculiarem disciplinam, *practicis*, sive moralibus, religionis doctrinae praeceptis, a *Calixti* inde tempore, in sola parte *theoretica* illustranda versatur *Theologia Dogmatica*. Quae quam late vel sic adhuc pateat, optime ex eorum enumeratione Capitum intelligi potest, quae unanimi fere omnium consensu ad eam referuntur. Nam, qui olim in ipsa hac parte tractari solebant (1), Loci de Lege Dei, de Ejus cultu, de verae emendationis (conversionis, resipiscentiae) ratione, partibus, necessitate, caeteris, de Sanctitatis studii adminiculis, precibus, v. c., aliisque, et plures, hodie a plurimis, quippe practici generis, vel prorsus, vel ex parte, rejiciuntur in *Moralis* Theologiae institutiones. Ex altera vero parte nonnulla, de quibus antea minus soliciti fuerant Theologi, veluti authentia, integritas, ἀξιοπιστία, auctoritas divina Sacrae Scripturae; argumenta pro Christianae religionis veritate, tam interna, quam externa; quaestiones de consensu aut dissensu Scriptorum Sacrorum, de legitima aut repudianda eorum ad popularium errores accommodatione, de iis, quae universe valere censenda sint, et quae ad tempus tantummodo et alicubi et apud aliquos valuerint; haec igitur et similia, recentiori maxime tempore, ipsi *Dogmatices* systemati, vel inseri commodis locis, vel tanquam *Prolegomena* praemitti, consueverunt (2); aliis rursus, recen-

tentissima memoria, a reliquo Dogmatices argumento ea separantibus, et, partim in *Apologetica* (3), partim in *Historico-Critica Introductione* in Libros Sacros (4), aut adeo ceu peculiarem disciplinam, *Introductionem* nempe in Theologiam Dogmaticam (5), pertractanda esse censentibus. Quomodo vero cunque res intelligatur, campus, in quo se exercet Theologus Dogmaticus, longe amplissimus est. Certissime enim ad Dogmaticam pertinent illa omnia, quae quinque vel sex partibus majoribus nonnulli comprehendunt; Theologia, nempe, stricte dicta, Daemonologia, Anthropologia, Christologia, Soteriologia, sive cum praecedente juncta, sive seorsum sumta, et Eschatologia (6). Ad *Theologiam* tunc referuntur Capita de Dei Existentia, Proprietatibus, Decreto Dei, Creatione et Providentia (quem locum sunt, qui denuo dispescant in *Genesiologiam Cosmologiamque*), et de Sacrosanctae Trinitatis mysterio. *Daemonologia* (aliis *Angelologia*) loco de *Geniis* coelestibus bonis (*Angelis*), et de coelo pulsis, malis (*Diabolo, Daemonibus*), absolvitur. *Anthropologia* de Hominis natura et dignitate, primaeva perfectione et felicitate, praesenti miseria, hujusque cum origine tum effectibus, et, ex nonnullorum ratione, etiam de via modoque, quo in pristinam a peccati tyrannide et noxis libertatem vindicare eum Deus velit (de *Statu*, ut Theologi vocant, *instituto*, *destituto* et *restituto*) exponit. *Christologiae* est, primo, historiam Jesu Christi, tam humilem, quam gloriosam tradere; tum, quis et quantus ille sit, docere; porro, quid, ex Dei Patris voluntate, hominum servandorum in gratiam, his quidem in terris, olim egerit, nunc vero etiam in coelis agere pergat, ostendere: denique ex hisce omnibus, ipsum esse divinitus constitutum hominum, peccato infelicium, Servatorem, adversus Judaeos, Ethnicos et Libertinos demonstrare. *Soteriologia* versatur, partim, in tractandis iis, quae ad consilium Dei de collapsis rebus humanis instaurandis tam generale, quam speciale (*Prae-*

*destinationem*), pertinent; partim, in felicitatis, a Christo recuperatae, partibus describendis (quae varie quidem a variis recensentur, potissimum tamen venia peccatorum, animi emendatione, restitutò favoris divini sensu *et beatae* immortalitatis, olim consequendae, certa spe cernuntur); partim denique in indicandis adipiscendae salutis conditionibus et ratione; ubi de Fide salutifera, cum vera resipiscentia conjuncta, ejusque professione agitur; item, de Baptismo et Sacra Coena; postremo de hominum, Deum ex Christianae doctrinae praeceptis vere colentium, Societate, hujusque natura, criteriis, praerogativis, et (quod nonnulli (7) addunt, alii ad peculiarem Disciplinam (*Politicam Ecclesiasticam*) rejiciunt) de illius, quatenus externa est, regundae ratione. In *Eschatologia*, ultima Dogmatices parte, agitur de rebus post hanc vitam futuris, corporum nimirum humanorum in vitam revocatione, judicio extremo et aeterna piorum beatitate, impiorum damnatione et miseria. Haec igitur omnia, pleraque certe, Capita ad Dogmaticen referenda videntur: neque tamen a se invicem divellenda veluti, et in plures numero doctrinas distinguenda. Nam, quae *Dogmatica* audit, *Theologia*, eo, quod *Dogmatica* dicitur, non desinit *Theologia* esse, id est, doctrina de *Deo* et rebus *divinis.* Quantumvis igitur ex diversissimis partibus constet, una tamen Scientia sit oportet, quae ad unam thesin primariam, tanquam *principium* (quod vocant), tota videatur haud incommode revocari posse. Hoc enim singulis proprium est Disciplinis (*scientiis*), ut doctrinarum *systemate* comprehendantur, suas habente evidentes ac perspicuas propositiones (8), sive plures illas, sive pauciores, atque adeo unam palmariam, ex qua et reliquae pendeant, et universum systema ita cohaereat, ut omnes ejus partes diversissimae possint ex ea deduci et ad eam reduci. Jam vero talis thesis primaria, praeeunte *Ammono* (9), ita fere constitui posse videatur: « Deus, qui hominum, ut omnium rerum, conditor est et

« re-

« rector, idem felicitatis eorum, peccato amissae, instau« rator est per Jesum Christum." Qua thesi fundamentali, *si* accuratior ejus instituitur analysis, comprehensas esse apparet singulas, quae in modo memoratas quinque vel sex partes majores, aut in plura Capita, Loca, Articulos, a Theologis describi solent, doctrinas. Apta vero ejusmodi analysis, ut arctissimum, quo omnes ex se invicem nexae sunt, vinculum ostendit; ita illud quoque, quaenam magis, quaenam minus, directe et necessario cum thesi principali cohaereant (articuli *fundamentales* et *non fundamentales* (10)); denique quonam ordine, ut sana sit earum synthesis, sese mutuo excipere in systemate eas oporteat. Tum faciet ea ad obtinendam, quae in quavis scientia, ut sibi constet, nec *Scientiae* nomen mentiatur, requiritur, internam illam diversarum, una tamen Thesi revera contentarum, doctrinarum harmoniam, quae omnem pugnae speciem tollat, atque perpetuitatem systematis et constantiam efficiat. Quorsum dirigenda est omnis, quae, cum in eruendis, tum in rite explicandis, demonstrandis et vindicandis diversis thesibus, collocatur opera. In eruendis autem illis partim sola Scripturae Sacrae auctoritate standum est (qui *articuli puri* ab aliquibus vocantur), partim etiam rectae Rationis (qui *articuli mixti* audiunt). Unde, quisnam usus Exegeseos Sacrae, quisnam Philosophiae, hic admittendus sit, vel potius postuletur, sponte apparet. Quoniam vero ea, quae duplice hac via inventa sunt, cum doctrinae formula, quam Ecclesia Christiana aliquo tempore, vel peculiaris aliqua ejus Sectio, tenet, comparanda sunt; quantum huc faciat Historia quoque, neminem latere potest. Nam quis neget, Jesum et Apostolos, caeterosque Viros Sanctos, suo tempore nondum sententiam dicere aut voluisse, aut adeo potuisse de opinionibus, longo demum post eorum obitum tempore exortis (Arianismo, v. gr., Pelagianismo, Nestorianismo, Apollinarismo, caeteris)? Itaque ne de ratione quidem sententiam dixerunt, qua Ecclesiae Antistites, in

 Con-

Conciliis congregati, eas vel approbarunt, vel damnarunt, aut de approbatione ipsa et damnatione. Theologiae igitur Dogmaticae est ostendere, an et quatenus istae decisiones, quae in formulam Ecclesiasticam transierunt, et termini technici, quibus utitur Ecclesia (οὐσίας, v. c., ὑποστάσεων (personarum) divinarum, unionis hypostaticae, communicationis idiomatum, et alii), conveniant, sive cum disertis Sacrae Scripturae effatis, sive saltem, cum universa doctrinae, ea contentae, indole atque ingenio, et (quam minus perite vocant) *analogia fidei* (11). Quod vero ipsum accurate fieri non poterit, nisi antea de enunciatorum ejusmodi atque terminorum sensu constiterit. Sensum autem intelligere docet *Dogmatum Historia*. Hinc consequitur, Theologiam Dogmaticam tribus veluti elementis constare, hermenentico, philosopho, historico: quippe quae tria concurrunt ad theses de rebus divinis diligenter enucleandas, earumque et intimum nexum, et veritatem, et vim efficaciamque homines ad bene beateque vivendum adducendi, invicte ostendendam. Verum simul apparet, quanta in Theologo Dogmatico, praeter Exegetices, Historiae Ecclesiasticae et Philosophiae, hujusque Historiae, peritiam, insuper requiratur diligenter inquirendi industria et *laboris patientia*, ut omnia accuratissime et summa attentione perpendat; quanta *judicii sagacitas* et ἀκρίβεια, ut et argumentorum pondus in utramque partem rite aestimet, et certa ab incertis et problematicis, graviora a minus gravibus, παιδείας τρόπον ab ipsis δόγμασιν, ex arte distinguat; quantus verae *simplicitatis amor* et studium, ut obsoletas dudum, et universe jam tanquam futiles agnitas, quaestiones repudiet et ceu omittendas proscribat, eas vero, quae sua aetate ventilentur, vel certe meditatione adhuc dignae sint, diligentissime pertractet; quanta *liberalitas*, ab omni cupiditate pariter ac protervitate aliena, et neque iis, quae ab antiquis constituta sunt, tam religiose adhaerens, ut in eorum fundamentum et causas libere inquirere vix aut ne

vix

vix quidem audeat, neque novis, vel quae certe novitatis praeferunt speciem, sic delectata, ut vetera facile et vulgo recepta fastidiat; quantus denique *veri amor*, ut ab iis, quae Sancti Viri e divina auctoritate docuerunt, ne transversum quidem unguem unquam discedere sibi permittat.

(1) Verbi causa a *Joanne à Marck*, in *Compendio* et *Medulla;* quem unum nominatim memorasse sufficiat; tantoque id magis, quo majore doctissimus ille Theologus auctoritate apud Nostrates, per longissimum temporis spatium, merito valuit.

(2) Praeiverat jam quodammodo *Nicolaus Sellnecker*, a. 1573. Vid. e. g. *Leon. Bertholdt*, *Theolog. Wissenschaftskunde*, §. 143. Tom. II. pag. 187. Ita vero instituerunt, superiore et nostra memoria, *Doederleinius*, *Morus*, *Broesius*, *Muntinghius*, *Voorstius*, alii. *Knappius* parum sibi, ut videtur, hac in re, constans, partim in *Prolegomenis*, partim vero in *Articulo* (ut vocat, sive *Loco*) *primo*, sed ab universo tamen Systemate disjuncto, huc pertinentia pertractat.

(3) Conf. §. 55.

(4) Conf. §. 59.

(5) Ita, post praeeuntem *Eberhardum Henr. Dan. Stosch* (in *Introduct. in Theologiam Dogmaticam*, Francof. ad Viadr. 1778. 8.), *Carolus Daub* instituit in: *Einleitung in das Studium der christlichen Dogmatik*, *aus dem Standpuncte der Religion*, Heidelbergae 1810. 8. (Fungitur opusculum vice *Commentarii* in *quindecim* priores paragraphos libri, quem *Θεολογούμενα* Vir D. inscripsit, ibidemque a. 1806. 8. edidit). Ita plures alii nuperius, in his *Fridericus Fischer*, in Scripto, cui titulum fecit: *Zur Einleitung in die Dogmatik der Evangelisch-Protestantischen Kirche*, *oder über Religion*, *Offenbarung und Symbol*, caet. Tubingae, 1828. 8.

(6) Quidam, ut, v. c., *Augustius*, has partes majores, hic illic, tanquam minora capita, aliis inserunt: alii e contrario numerum harum partium majorum etiam augent, ut *Bertholdus:* alii aliter procedunt. Longum sit et parum utile, de singulis referre.

(7) Ita, post antiquiores, adhuc *Seilerus*, *Heilmannus*, alii.

(8) Quaedam hic mutuatus sum a *Moro*, in *Comment. in suam Epitomen*, Sect. III. §. 5. (Tom. II. pag. 53.).

(9) In *Summa Th. Chr.* §. 25. (pag. 49. ed. 3ae.) vel §. 34. (pag. 67. ed. nuperrimae).

(10) De quibus, praeter alios bene multos, conferri utiliter poterunt: *Frid. Spanhemius*, in *Disp. de Artt. fund.* (*Opp.* Tom. III. Parte II. p. 1289 sqq.); *Joannes Hoornbeek*, in *Socinianismo confut.* Tom. I. p. 207 sqq. *Hermannus Wits*, *Exerc.* II. in *Symbol. Apost.* pag. 11 sqq.; *Philippus à Limborch*, *Theol. Chr.* Lib. VII. cap. 2. p. 849 sqq.; *Joannes Alph.* *Tur-*

*Turrettin*, *Diss. pec. de Artt. fund.* (*Opp.* Tomo I. pag. 501 sqq. et III. 16 sqq. ubi eadem denuo dissertatio recurrit); *Bernardinus de Moor*, in *Comment. perp. in Marckii Medull.* Tom. I. p. 469 sqq.; *Joannes Frid. Stapfer*, *Theol. Polem.* Tom. I. pag. 513—550. Add. *Jona Guil. Te Water* in *Orat.* (*a Soc. Hagana* ed. in suis *Comm.* ad a. 1788.) pag. XLIII. Mitto *Doederleinium*, *Morum*, *Muntinghium*, alios.

(11) Nam loco Rom. XII. 6. aliud quid ea formula significari, multi Interpretes dudum docuerunt, et ex comm. 3. coll. Eph. IV. 17. probarunt: ita quidem, ut κατ' ἀναλογίαν πίστεως non sit: *secundum id*, *quod summa fidei Christianae ferat aut postulet*, sed: *pro mensura et magnitudine fidei.* Conff. *Intt.* a *Wolfio* in *Curis Philol.* ad h. l. citati, iisque add. *Koppius*, *Rosenmullerus*, *Wincklerus* (in *Biblisch-exeget. Untersuchungen*, Tom. I. pag. 87 sqq.), *Moschius* (in *Bijbelvr.* Tom. III. pag. 21. Tom. IV. in Praef. pag. III.), *Küttnerus* (in *Hypomnem.* pag. 250 sq. ubi laud. *Ernestius*, *Neue Theol. Biblioth.* Tom. X. pag. 888. et *Neueste Th. Bibl.* Tom. II. pag. 223. cui add. pag. 788. Quorsum an ablegavit ipse *Ernestius*, in *Inst. Int. N. T.* Parte I. Sect. II. cap. 3. §. 34? quocum conf. Sect. I. cap. I. §. 19. et cap. II. §. 15. et *Opuscc. Crit.* pag. 224., ad quam denique conf. *Mori Acroas. sup. Herm.* Tom. I. pag. 253 sqq. Ubi etiam ostenditur, quantopere ab *Analogia fidei* distet *Regula fidei*, quae antiquis dici solebat. Mirum autem est, quam diversa ratione diversi illam *analogiam* definiant. Conferantur modo, cum iis, quae *Ammonus* habet ad locum *Ernestii* cap. §. 35., *Rambachii* (*Institt. Hermen.* Lib. II. cap. I.) et *Deylingii* (*Obss. Sacr.* Parte IV. pag. 648 et 727.) definitiones). Add. *Bern. de Moor*, in *Comment. perp.* Tom. I. pag. 436 sq. et, alios ut mittam, *Gerardus Ruitenschild*, in *Commentat.* de hac re, quae praemio ornata et edita est in *Annalibus Acad. Lugduno-Batavae* ad a. 1822—1823.

## §. 87.

### *Studii Utilitas.*

Ex hisce facile est ad judicandum, quodnam pretium Dogmaticae Theologiae, ac diligenti ejus studio, tribuendum sit. Fatendum quidem est, universo populo Christiano non expedire, ideoque nec populari institutioni convenire, subtiliorem illam et multiplicis eruditionis apparatu instructam Dogmatum religionis tractationem. Eam enim nec intelligere recte, nec vero pretio aestimare imperitiores possunt. Itaque nullus ex ea, vel certe non nisi valde exiguus, ad animi emen-

emendationem et felicitatem, utilitatis fructus ad ipsos redundare potest. Quid? quod ea e contrario ansam indoctis facile praebet de doctrinis, quae minus bene perceptae et intellectae sint, si vel caput et arcem religionis tangant, non sine gravi periculo, dubitandi, aut minus bene, neque ex mente Virorum Sanctorum, statuendi. Quamvis igitur res ita comparata sit, si de *populo* quaeratur, longe tamen alia ratio est eorum, quales *futuros esse* par est *Theologos*, qui Literarum, Historiae et Philosophiae studio ad Theologiam bene praeparati accedunt, sive Theologiam aliquando professuri sint, sive minus (1); eorum imprimis, quorum postea erit, populum recta religionis notitia imbuere. His enim, et ad subtiliorem earum rerum, id est, distinctam et, quantum ejus fieri potest, perfectam intelligentiam, et ad firmam atque bene fundatam, inconcussam adeo, de earum veritate persuasionem, et ad accuratissimam res graviores et minus graves distinguendi facultatem sibi comparandam, omnino institutione tali opus est, quae non in generalioribus sententiis et intellectu facilioribus subsistat, sed ad abditissima veluti disciplinae penetralia pergat et penetret. Secus si fiat, quomodo, quaeso, notiones rerum ita figere et explicare poterunt, ut non tantum nullum sit periculum, ne veris contraria, licet veri specie incautis imponentia, cum veris confundant; sed ut ne verendum quidem sit, ut diversas, quamquam affines et veluti vicinas, notiones a se invicem, ut par est, distinguant? Quomodo Theologus sibi ipse, quaerenti, cur huic potius, quam alii cuivis, Ecclesiasticae formulae addictus sit, huic potius, quam alii, Ecclesiae Christianae Sectioni socius adscribi cupiat, satisfacere poterit? Quomodo aliis, si qui forte curiosius de rerum, quas doceat, divinarum ratione, causis, nexu, convenientia mutua, caeteris, ipsum interrogent? Quomodo dubitantium de nonnullis rebus fluctuationi et solicitudini recte occurrere? Aut certam thesium veritatem negantibus persuadere? Aut obloquentium, sive dissentientium de quibusdam δόγμασιν hominum Christianorum, sive adeo Libertinorum Deistarumve, argumenta, haud

haud raro ingeniose excogitata, nec sine fallaci calliditate proposita, refutare et solvere? Quomodo tandem impudentibus istis, qui religioni, eique Christianae, aut palmariis Ecclesiasticae doctrinae capitibus, albis, ut *ille* ait, dentibus illudentes non erubescunt, os feliciter obturare? Ad haec omnia ut rite informetur futurus Religionis Doctor, omnino requiritur diligens Theologiae Dogmaticae studium. Nam illa et rerum notiones distincte enucleare docet, et illarum, licet diversissimarum, nexum internum et vinculum, quo continentur, perspicere. Illa disjectas caeteroqui doctrinae Christianae partes ita conjungit, ut quaeque suo loco ponatur, et omnes justo ordine sese mutuo excipiant. Illa, observata et cognita, quae variis temporibus admodum varia fuit, divinarum rerum explicandarum forma et ratione, verborum technicorum formularumque solennium significatum ita explicat, ut, et quid iis proprie sibi velit Ecclesia, et quare iis potius, quam aliis, uti voluerit, et quibus opinionibus praecipue ea opposuerit, clare intelligatur. Illa in *locorum*, quae vocantur, *probantium* vim dextre inquirere docet, et, repudiatis iis, quae ad demonstrandum aliquod doctrinae verissimae caput, sive, per falsam verborum explicationem, temere et minus perite allata fuerant, sive cupide, praejudicatarum opinionum in gratiam, detorta, alia meliora et ad rem magis accommodata afferre, strenue urgere et ab exceptionibus vindicare. Illa, quae Religionis adversariis non tantum, verum etiam dissentientibus de aliqua doctrinae parte Christianis, regerenda sint, suppeditat, et, quod illorum argumenta attinet, fontes solutionis, qui vocari solent, ostendit et aperit. Denique illius est, usum, quem dicunt, practicum, id est, vim singulorum quorumque Dogmatum in animo ad veram virtutem informando veraque felicitate beando, evidenter monstrare. Verbo ut dicam, comparandae et cognitionis evidentiae, et persuasionis firmitati, et explicandi subtilitati, et defendendi dexteritati, et utiliter adhibendae doctrinae facultati, summopere inser-

vit

vit systematica religionis institutio (2). Quominus cum iis faciendum, qui Dogmatices studium alto supercilio despiciunt et generosis juvenibus dissuadent (3). Quamquam longe absumus a laudandis aliis, qui vel in ea commendanda modum servare obliti sunt, aut non unius generis abusu eam in vituperium et contemtum adduxerunt (4).

(1) Quis, verbi causa, tres illos Nostrates, summos Viros, *Hugonem Grotium*, *Petrum Wesselingium*, *Hieronymum van Alphen*, licet Jurisprudentiam profiterentur, ab hisce Saeris, tanquam profanos, arcere in animum induxisset? De *Grotio* quidem, et ab aliis, et a Duumviris Clarissimis, *Carolo Segaar* (*Oratione, de Hugone Grotio, illustri humanorum et divinorum Novi Foederis Scriptorum interprete*, Traj. 1784. 4.) atque *Joanne van Voorst* (*Orat. de Jo. Aug. Ernestio, optimo post Hugonem Grotium magistro et duce Interpretum N. F.* L. B. 1804. 4.) ex meritis celebrato, de industria dicere nihil attinet. Quis enim ejus merita etiam in rem Theologicam non noverit? — De *Hieronymo van Alphen* a Viris Doctis relatum est; quorum Commentationes panegyricas Cl. *Henricus Guilielmus Tydeman* cum sociis exhibuerunt in *Mnemosynes* novissima (sive tertia) serie, Tom. I. (L. B. 1829. 8.) pag. 125 sqq. et Tom. II. pag. 1 sqq. (L. B. 1830.). — De *Petro* autem *Wesselingio* temperare mihi non possum a memorando, quo ipsum summus itidem vir, *Sebaldus Ravius*, idoneus, si quis alius, harum rerum arbiter, ornavit, elogio (in *Oratione panegyrica in Natalem centesimum et quinquagesimum Academiae Trajectinae* (1786. 4.), pag. 22 sq.). „Erat" inquit, „erat certe *Wesselingius* vir immensae lectionis et incorrupti judicii, qui unius ingenii sui vastissimo ambitu tot scientias et disciplinas complectebatur, ut, si ejus peritia, quam consecutus erat in Theologia et Exegesi Sacra, in Jure Publico et Naturali, in Literis Graecis et Latinis, in Geographia veteri et Temporum doctrina, in omnis aevi Historia, cum Civili, tum Ecclesiastica, in Critica denique et Antiquitatibus Sacris et Humanis, in plures fuisset divisa, potuisset tot viris doctis materiem laudis et eruditionis sufficere, quot ipse scientias possidebat. — Quare — mirum non est, eum majori cum fructu et felicitate in intelligendis antiquis auctoribus versatum esse, quam nonnulli alii, qui anguste habitant, et ad unam aliquam artem vel scientiam, tanquam ad scopulum, sunt allisi."

(2) In iis, qui de hisce uberius scripserunt, praeter auctores Institutionum Theologiae Dogmaticae, imprimis laudantur: *Marcus Antonius Muretus* (in *Oratione de dignitate et praestantia Theologiae*, quae *prima* est eloquentissimi Viri Oratio); *Justus Jonas* (in *Oratione de Studiis Theologicis*, quae invenitur in *Philippi Melanchthonis Selectis Declamationibus*,

Tom. I.), *Robertus Boyle* (in Diss., quam inscripsit: *The excellency of Theology compared with natural Philosophy*), alii. Ex recentioribus conferri a futuro Theologo poterunt, quos citavimus §. 81. ann. 3. pag. 404., *Herderus*, *Planckius* et *Anonymus* aliquis; quibus insuper add. *J. A. Noesseltus* (in *Anweis. zur Bildung angeh. Theologen*, Parte III. Sect. 3. §. 138 sqq. Tom. II, pag. 188 sqq.).

(3) Quod primum Mystici quidam et Fanatici homines, in his Anabaptistae, dein ex Remonstrantium Coryphaeis aliqui, postea vero et Lutheranorum nonnulli et Reformatorum Theologorum, ad nostram usque memoriam, vario consilio, nec una de causa, fecisse videntur. Conf. inter alios *Bern. de Moor*, in *Comment.* Tom. I. pag. 77 sqq. et *Martinus Vitringa* ad *Campegii Vitringa Aphorismos*, Cap. I. §. 8. Parte I. pag. 4.

(4) Omnino hic attentionem merentur verba *Weissmanni* (*Instit. Theol. Dogmatico-Exeget.* pag. 27.), quae sua fecit *Jo. Jac. Zimmermannus* (Thesi VIII, adjuncta *Dissertationi de legitima Sacrae Coenae celebratione*, repet. in Ejus *Opusculis Theologici*, *Historici et Philosophici argumenti*, Tom. I. (Parte II.) pag. 961—995., ubi habetur Thesis pag. 993 sq.). Conf. etiam Cl. *Ypejus* (mox citandus §. sequente ann. 6.). Sed prae caeteris omnibus denuo hic commendanda Cl. *Voorstii*, jam supra l. c. laudata, Oratio Franequerana, *de injusto Theologiae*, *ad Scholae legem diligenter exactae*, *contemtu*.

## §. 88.

### *Disciplinae origo et fata.*

Ut vero utrumque, et nimiae venerationis, et injustae vituperationis, extremum recte evitetur, simulque discendae Disciplinae opera feliciter navetur, futurum Theologum oportet, ad ejus originem, et, quas subiit, vicissitudines, diligenter attendere. Quamvis enim *Dogmatices Historia*, si accuratissime loquamur, a *Calixti* demum tempore repetenda nobis sit, quippe quo *Moralis* Theologia a *Dogmatica*, uti haec ab illa, discerni coeperit; sine gravi tamen incommodo subtiliorem istam distinctionem hic loci negligere possumus, quia dudum τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν magis curare solebant *Theologi*, quam τὸ ἠθικὸν μέρος, et *Theologiae* vox praecipue de *theoretica* parte sumi consuevit. Hujus vero *Historia*, a *Dogmatum historia* accurate distinguenda (1), omnibus absoluta numeris, licet ad-

adhuc carere videamur, minime tamen contemnenda est Virorum doctorum, quam in illa tentanda collocarunt, industria. Nam, praeter *Joannem Georgium Rosenmüller*, qui de Theologiae Dogmaticae *origine* scripsit (2), *Gaabius* (3), *Palmerus* (4), *Heinrichius* (5), *Ypejus* (6) et nuperrime *Schickedanzus* (7), ne de nonnullis dicam *antiquioribus* (8), aut *Compendiorum* Theologicorum auctoribus, qui hanc rem attigerunt (9), aut de aliis, qui in *Historiae Ecclesiasticae*, illiusque vel universae (10), vel ad certam temporis periodum (11), aut aliquam Ecclesiae sectionem (12) restrictae, enarratione, peculiarem *Dogmatices* Historiae locum assignarunt, aut denique symbolas ad hanc rem dederunt (13); — hi igitur id jam praestitisse censendi sunt, ut fructuosa omnino illius Historiae cognitio, sine magna difficultate aut notabili temporis dispendio, comparari etiam a tironibus possit.

In duas autem Sectiones majores haud incommode a nonnullis describitur omnis ista Historia; quarum *prior* tempora ante repurgata Seculo XVI. Sacra, complectitur, *altera* ea, quae inde ad nostram aetatem effluxerunt. Licet enim, prima specie, dispares esse videantur istae sectiones, tamen et multitudo atque varietas rerum, altera sectione describendarum, et aequabilitas, quae per multa secula (tenebrosa ista dico Aevi, quod vocant, medii) in doctrina Ecclesiae tradenda, regnavit, facit, ut rei naturae omnino accommodata videatur ejusmodi διχοτομία. — Enimvero in utraque sectione plures Periodi sunt distinguendae. *Prima* prioris Sectionis periodo (Sec. I et II.) nulla adhuc systematicae Theologiae comparebant indicia; nam Jesus et Apostoli, quique hos proxime secuti sunt Doctores (in his *Patres*, qui vocari solent, *Apostolici*), populari religionis Christianae institutione tradenda contenti erant. Negandum tamen non esse videtur, contemplativas meditationes, quibus Philosophi, cum Graeci, tum Orientales, indulgebant, eas item opiniones, quae Judaeis et Samaritanis, Hellenistis et Alexandrinis, et praecipue illis hominibus placebant, quibus postea com-

 mu-

nune *Gnosticorum* nomen adhaesit; eas igitur jam, quasi e longinquo, viam *Theologiae*, imprimis *theoreticae* (Dogmaticae) monstrasse, quin stravisse (14). Quid? quod in Scholis Catecheticis (quales jam mature Caesareae, Antiochiae, Romae, alibi, exstitisse credibile est), praesertim in *Alexandrina*, de qua, post alios, v. c. *Jo. Georgium Michaëlis*, praeclare exposuit *Henricus Ernest. Ferdin. Guerike* (15). procul dubio jam institutio ad systematis normam quodammodo informari incepit. — *Secunda* autem periodo (Sec. III—VI.), invalescente Philosophiae Platonicae auctoritate, et ingruentibus de Fidei Mysteriis litibus et controversiis, quas condendis Symbolis (Apostolico, Nicaeno, Pseudo-Athanasiano, caet.) sopire conabantur Patres, in Conciliis congregati; hac igitur aetate major jam Theologiae, praesertim Dogmaticae, opera dari coepit. Nam licet ne nunc quidem quisquam exortus fuerit, qui veri nominis *Systema* Theologicum conscriberet; symbolas tamen qui darent, memorandi sunt, ex Sec. III. *Origenes* (16) et *Theognostus* (apud *Photium* (17)); ex Sec. IV. pro parte *Cyrillus Hierosolymitanus* (18) et *Gregorius* uterque, tam *Nazianzenus*, *Theologus* κατ' ἐξοχὴν dictus (19), quam *Nyssenus* (20), itemque *Hilarius* Pictaviensis (21); ex Sec. V. *Augustinus* (22), *Nicaeas* (23) et *Pseudo-Dionysius* (24); ex Sec. VI. *Fulgentius* (25), *Junilius* (26), *Gennadius* (27) et *Leontius* (28). — *Tertia* periodo (Sec. VII—XI.), auctis in dies inscitiae et barbariei tenebris, primo loco nobis occurrunt, Sec. VII. (ne de *Antiocho* (29), Palaestinensi Monacho, dicam) *Sententiarum*, quae vocabantur, id est decretorum de Christiana doctrina, a Patribus et Conciliis editorum, et qualicunque modo Sacrae Scripturae effatis confirmatorum, *Collectores*, veluti *Isidorus* Hispalensis (30), *Tajo* Caesaraugustanus (31). Mox vero, praeter *Ildefonsum* Toletanum (qui, propter *Librum annotationum de baptismo* (32), huc ex parte referri potest), praecipue Sec. VIII. *Joannes Damascenus* (33), qui revera pater et conditor Theo-

Theologiae Systematicae (praesertim *Dogmaticae*) salutari mereatur. Hujus enim Ἔκθεσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως primum fuit scriptum, quo, in auxilium vocata Philosophia Aristotelica, Religionis doctrina in justi Systematis formam reduceretur. Qui hunc Sec. IX. secutus est, *Joannes Scotus Erigena*, doctus Scotus vel Hibernus, editis quinque *de divisione naturae* libris (34), itemque *Alcuinus*, auctor libri de *fide sanctae et individuae Trinitatis* (35), et *Rabanus Maurus* (36), ex parte huc etiam referri possint. — *Quarta* tamen periodo (Sec. XI — XVI.), qua lux pedetentim ex spissis tenebris denuo oriri incepit, et rituum Ecclesiasticorum et morum, sed et doctrinae formulariae, publice receptae, repurgatio in dies magis praeparari; hac igitur aetate *Scholasticorum* imprimis et *Mysticorum* (ne de *Graecis* (37) et *Orientalibus* (38) dicam) laudanda fuit in Theologiam, etiam Dogmaticam, impensa industria. Illi quidem hanc rem nimis subtiliter egerunt, Theologiam nugosis quaestiunculis et tricis onerantes (39): hi vero, quicquid inde noxae in rem Christianam redundaret, pia et practica doctrinae pertractatione compensare et resarcire conabantur (40). Et *Scholasticorum* quidem tres potissimum aetates distinguuntur; in quarum *primam* cadunt praestantissimi *Berengarii*, qui monstrosum *Transsubstantiationis* dogma impugnavit (41), adversarius, *Lanfrancus* (42), porro *Anselmus* Cantuariensis (43), *Hildebertus* (44), *Petrus Abaelard* (45), *Robertus Pullein* (46) et *Petrus Lombardus* (47) cum amicis atque sequacibus (48), sed et cum adversariis atque inimicis (49); ne de aliis referamus pluribus (50). — *Secundae* praecipua ornamenta sunt *Alexander Halesius* (51), *Albertus Magnus* (52), *Joannes Bonaventura* (53), *Thomas Aquinas* (54), *Joannes Duns Scotus* (55). Uti vero hac aetate *Sententiariis* opponebantur, praeter *Mysticos* (de quibus mox dicendum), imprimis *Positivi* sive *Biblici* Theologi (56); sic *tertia*

a

a se invicem dissentiebant *Eclectici* (veluti *Durandus a Sancto Purcano* (57)), *Occamistae* vel *Nominalistae* (ut *Guilielmus Occamus* (58), *Petrus d'Ailly* (59), *Gabrielus Biel* (60)), *Thomistae*, sive *Realistae* (tanquam *Robertus Hollot* (61), *Thomas Augustanus* (62), *Joannes Capreolus* (63), *Dionysius a Rickel* (64)), denique *Scotistae* (quales celebrantur *Petrus Aureolus* (65), *Nicolaus Nysenus* (66), *Joannes Bassolus* (67). — *Mysticorum* vero praecipui, hîc memorandi, sunt *Bernardus*, Abbas Claravallensis (68), *Hugo* et *Richardus a Sancto Victore* (69), *Joannes Taulerus* (70), *Joannes Gersonus* (71): quibus, non unam ob causam, addi merentur *Joannes Ruisbroeck* (72), *Gerardus Groete* (73) et anonymus *Germanicae Theologiae*, *Luthero* aliisque valde laudatus, auctor (74).

Quae vero horum opera praeparari quidem aliquo modo, minime tamen ad actum et effectum perduci poterat, *Reformatione*, quae eximie dici solet, Sec. demum XVI. *Hulrico Zuinglio* praecipue et *Martino Luthero* auctoribus exorta, novam Theologia faciem induere coepit. Hinc igitur *altera* orditur Sectio, in tres denuo praecipuas Epochas distincte describenda. — *Primâ* quidem Theologia prodiit a Scholasticorum sordibus et faece purgata, ad antiquam et germanam simplicitatem revocata atque minore, quam postea factum est, Symbolicorum Librorum ratione habita, ex Sacris unice Literis hausta. Nunc igitur, sive *Commentationibus* de peculiari aliquo Dogmate, sive *Excursibus* in Locos Communes, qui *Commentariis* in Libros Sacros inserebantur, sive *Compendiis* universae doctrinae, brevioribus, uberioribus, exponebatur Theologia. Quorsum pertinent opera *Reformatorum* (veluti, post *Zuinglium* (75), imprimis *Joannis Calvini* (76), porro *Theodori Bezae* (77), *Petri Martyris Vermilii* (78), *Andreae Gerhardi Hyperii* (79), *Wolfgangi Musculi* (80), *Benedicti Aretii* (81), *Polani à Polansdorf* (82), caet.); — *Lutheranorum* (uti ipsius

ipsius *Martini Lutheri* (83), praesertim vero *Philippi Melanchthonis* (84); porro *Martini Chemnitii* (85), *Victorini Strigelii* (86); *Nicolai Selneccer* (87), itemque *Jacobi Heerbrand* (88), *Matthiae Hafenreffer* (89), aliorum); — quodammodo etiam *Socinianorum* (*Fausti* praesertim *Socini* (90)): — quos omnes refutare satagebant *Romano-Catholici*, sua Theologia illorum Theologiae opponenda (uti *Joannes Eckius* (91), *Melchior Canus* (92), *Ludovicus Molina* (93), *Gregorius de Valentia* (94), ex parte etiam *Petrus Canisius* (95), *Robertus Bellarminus* (96), alii (97)). — *Secunda* autem periodo methodus theologiam tractandi *biblica* loco cedere denuo coacta est *scholasticae* stribligini; cui tamen alii mascule se opposuerunt: quamquam subinde in alia, non meliora, prolapsi extrema. Sic apud *Reformatos* Scholasticam rationem postliminio revocavit *Maccovius* (98), sequentibus et probantibus, certe ex parte, aliis, v. c. *Gisberto Voetio* (99), *Samuele Maresio* (100), *Marc. Fred. Wendelino* (101). His vero obstrepuerunt et alii (102), et *illi*, qui a partibus stabant *Joannis Cocceji* (103); qui tamen *foederalem*, quam vocant, methodum amplexi, universam Theologiam ad duorum *Foederum*, divinitus cum humano genere pactorum, notionem detorquebant. Cujus methodi, post leviora quasi praeludia *Gellii Sneccani* (104) et *Caspari Oleviani* (105), primus fere auctor fuit *Joannes Cloppenburgius* (106). *Coccejana* ratio, uti nonnullis in Germania Viris primariis, *Pufendorfio* (107), v. c., *Jo. Wolfgango Jägero* (108), aliis, ita plurimis in Belgio Foederato Theologis oppido placuit; iis etiam, qui caeteroquin *Voetium* aeque, aut adeo magis, admirabantur (ut ex illa parte *Hermannus Witsius* (109), ex hac *Joannes Marckius* (110), alii): dum alii tamen *Coccejum*, non in hac parte doctrinae, quamquam in plerisque reliquis omnino, sequendum esse putabant (ut *Campegius Vitringa* uterque (111), horumque discipuli, *Hermannus*

*nus Venema* (112), *Joannes Alberti* (113), alii). Multi vero Theologi, etiam e *Coccejanis*, quibuscum propterea caeteri aut jungi, aut adeo confundi interdum, consueverunt, philosophas *Renati Cartesii* (114), meditationes et decreta admirati, Theologiam ad horum normam excolere coeperunt (veluti *Christophorus Wittichius* (115), *Abrahamus Heidanus* (116), *Balthasarus Bekker* (117), *Joannes van der Waeyen* (118), *Ruardus Andala* (119), *Joannes Braunius* (120)). Quod male habuit alios, in his *Petrum van Mastricht* (121), huic *gangraenae* (in *Spinozisticis* quippe scriptis quo tenderet, ut putabat, apparenti) fortiter obviam euntem. Neque defuere, qui singularem *sibique privam* sectarentur rationem, ut *Leydeckerus* (122) et *Hulsius* (123), vel *biblicae* adhaererent, ut *Joannes Alphonsus Turrettinus* (124), *Joannes Melchior* (125), alii. — Apud *Lutheranos*, a *Leonardo Huttero* (126) inde, usque ad *Augustum Varenium* (127), scholastica denuo ratio praevaluit; cui prae caeteris *Philippus Jacobus Spenerus* (128), cum sequacibus, restitit; dum reliquos inter eminuerunt *Joannes Gerhardus* (129), *Georgius Calixtus* (130), alii; et propter singularem, qua usus est, methodum memorandus *Joannes Guilielmus Baierus* (131). — *Remonstrantes* plerumque *scholasticam* rationem reprobarunt, *biblicam* potissimum secuti. Quorum praecipui Theologi Dogmatici fuerunt *Jacobus Arminius* (132), *Simon Episcopius* (133), *Stephanus Curcellaeus* (134), *Philippus Limborchius* (135), *Adrianus Cattenburchius* (136); quibus addi, ex parte saltem, debent *Hugo Grotius* (137), et *Joannes Clericus* (138). — Idem fere, quod de Remonstrantibus, dicendum de *Socinianis* (*Joanne Volkelio* (139), *Andrea Wissowatio* (140), *Joanne Crellio* (141)). — Quod ad *Romano-Catholicos* attinet, praeter *Dionysium Petavium* (142) et *Ludovicum Thomassinum* (143), qui Theologiam *historica* potissimum ratione tractarunt, plerique *scholasticam* sequebantur; in his *Jesuitae* potissimum (*Francis-*

*cus*

tus e. g. *Suares* (144), *Gabrielus Vasques* (145), *Martinus Becanus* (146), *Adamus Tannerus* (147); aliique, ut *Augustinus Gibbon de Burgo* (148), *Joannes Baptista du Hamel* (149), *Natalis Alexander* (150), *Jacobus Benignus Bossuet* (151), et, qui familiam duxit, hodie adhuc superstitem, *Cornelius Jansenius* (152). — Ex *Graecis* vix quisquam hac aetate prodiit, Theologus Dogmaticus, praeter Patriarcham, primum Alexandrinum, dein Constantinopolitanum, *Cyrillum Lucarem*, ad Reformatorum doctrinam proniorem (153), et Metropolitanum *Petrum Mogilam* (154), qui contra illum *orthodoxam Orientalis Ecclesiae Confessionem* (ὀρθόδοξον ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς) denuo vindicavit. — *Ultima* denique periodus, ad nostram usque aetatem decurrens, in *Reformatorum* Societate Theologos vidit, a *scholastica* ratione denuo recedentes, et, vel *Wolffianae* aliive philosophae rationi addictos, vel *biblicae* simplicitati. Ad *illos*, verbi causa, referas *Danielem Wyttenbachium* (Philologi nostratis celeberrimi parentem (155)), *Joannem Guilielmum Bernsau* (156), *Joannem Vernet* (157), ad Rationalismum interdum, ut videtur, proniorem, et, alios multos ut mittam, *Schellingianae* primum, postea *Hegelianae*, philosophandi rationi faventem *Carolum Daub* (158), et *Fridericum Schleiermacher*, quocum praecipue, in valde diversa abiens, conferendus est *Joannes Christianus Fridericus Steudel* (159): ad *hos Joannem Fredericum Stapfer* (160), *Samuelem Mursinna* (161), *Samuelem Endemann* (162), *Eberhardum Henricum Danielem Stosch* (163), *Petrum Chevalier* (164), *Broërium Broes* (165), *Hermannum Muntinghe* (166), *Joannem van Voorst* (167), *Joannem Henricum Regenbogen* (168), *Joannem Antonium Lotze* (169). — Apud *Lutheranos* primum quidem *Calixti* et *Speneri* discipuli praevaluerunt (*Joannes Anastasius Freylingshausen* (170), *Joannes Justus Breithaupt* (171), *Joachimus Langius* (172), et nonnulli, qui paulo liberius illos

Mmm se-

sequebantur (*Joannes Franciscus Budde* (173), *Christianus Eberhardus Weissmann* (174), *Christophorus Matthias Pfaff* (175), alii): postea vero in diversas partes abierunt Theologi. *Alii* enim auctoritati Symbolicorum Ecclesiae librorum fideliter adhaerere perrexerunt (ut *Davides Hollaz* (176), *Joannes Benedictus Carpzov* (177), *Christianus Guilielmus Franciscus Walch* (178), alii); — *alii* plerique eam auctoritatem vel plane spernere et elevare, vel certe multo minus, quam dudum moris erat, curare et revereri inceperunt. Nam horum *nonnulli* quidem, *Exegesi* Sacri Codicis primas tribuentes partes, cum *Biblica* simplicitate Ecclesiasticae formulae subtilitatem in concordiam revocare conati sunt; — *primo* quidem minus libere *Joannes Laurentius Mosheim* (179), *Joannes Davides Michaëlis* (180), *Joannes Davides Heilmann* (181), *Georgius Fridericus Seiler* (182), *Joannes Petrus Miller* (183); — *dein* vero liberius *Joannes Theophilus* (*Gottlieb*) *Toelner* (184), *Joannes Christophorus Doederlein* (185), *Samuel Fridericus Nathanaël Morus* (186), *Gottlobus Christianus Storr* (187), — imprimis *Franciscus Volkmarus Reinhard* (188), *Carolus Theophilus* (*Gottlieb*) *Bretschneider* (189), *Joannes Christianus Guilielmus Augusti* (190), *Henricus Augustus Schott* (191), *Georgius Christ. Knapp* (191*); — *alii* magis *Historiae* ope Dogmaticae lucem afferre studuerunt; quales fuere *Sigismundus Jacobus Baumgarten* (192), *Joannes Salomo Semler* (193), *Carolus Fridericus Stäudlin* (194); — *alii philosophicis* diversarum Scholarum decretis et universae earum rationi Theologiam Ecclesiasticam accommodare sategerunt. Sic *Leibnitiano-Wolffiana* disciplina usi sunt *Joannes Gustavus Reinbeck* (195), *Israël Theophilus* (*Gottlieb*) *Canzius* (196), *Jacobus Carpzov* (197), *Joannes Petrus Reusch* (198), *Joannes Ernestus Schubert* (199), *Joannes Ernestus Grüner* (200), *Joannes Henricus Davides Moldenhauer* (201), alii; — *Kantiana* vero, *Christophorus Fri-*

*Fridericus Ammon* (202), *Car. Frid. Stäudlin* (203) et *Joannes Henricus Tieftrunk* (204); — *Fichtiana*, *Joannes Ernestus Christianus Schmidt* (205) et nuperius *Georgius Jacobus Ludovicus Reuss* (206); — *Schellingiana*, *Chr. Aug. Henr. Clodius* (207); — *Friesiana*, *Guilielmus Martinus Leberecht de Wette*, quem interpretari instituit *Aug. Detl. Chr. Twesten* (208); — iisdem vero et *Jacobiana* insuper, *Carolus Fridericus Guilielmus Baumgarten-Crusius* (209): — *Idealismum* denique *mysticum* profitetur *Philippus Marheinecke* (210). — Nec scio, an plane abludere videantur, aut *Theophilus Philippus Christianus Kaiser* (211), aut *Carolus Immanuel Nitzsch*, quem secutus est Venerabilis Senex, *F. H. C. Schwarz* (212). In his vero sunt nonnulli, qui ipsum Ecclesiasticae doctrinae principium, Sacrae nempe Scripturae, tanquam veri nominis *Revelationem* divinam, praeter consuetum rerum ordinem factam, authentice complectentis, auctoritatem, vel prorsus spernentes, vel non admodum curantes, diversimode Systema Theologicum, sive *naturalisticum* sive *rationalisticum*, procuderunt et cum doctrina Christiana, suo quisque modo, conjungere studuerunt. Quibus viam monstrarunt *Guilielmus Abrahamus Teller* (213), *Carolus Fridericus Bahrdt* (214), *Gotthilffus Samuel Steinbart* (215), sequentibus postea *Jacobo Christiano Rudolpho Eckermann* (216), *Henrico Philippo Conrado Henke* (217), *Jul. Augusto Ludovico Wegscheider* (218), *Friderico Augusto Klein* (219), aliis; dum *Henricus Theophilus Tzschirner* (220), utrumque systema, et Symbolico-Biblicum, et Rationalisticum, praelectionibus, post obitum in publicam lucem emissis, exponere maluit, et cuilibet expendendum et comparandum proponere, quam de alterutro judicium interponere. Non ita, neque *Augustus Lud. Chr. Heydenreich*, neque *Augustus Hahn* (220*). — *Remonstrantium* nemo, praeter *Joannem Driebergen* (221), hac periodo Dogmaticen illustravit. — Ex *Socinianorum* familia unus tantum ejusmodi

Scriptor, isque anonymus, prodiit (222). — In *Graecis* memorantur *Theocletus Polyides* (223), *Theophanes Procopowicz* (224), *Hieromonachus Platon* (225), *Christodulus*, Protopapa Corcyrensis (226), et *Theophylactus*, Archimandrita Mosquensis (227), quorum ultimus fere Protestantibus accensendus, priores vero doctrinae, quae in Graeca Ecclesia orthodoxa censetur, statores sunt et defensores strenui. Eodem autem loco fere habendus novissimus Scriptor, politicus ille quidem, sed qui, ex Graecae Ecclesiae sententia, doctrinam sacram satis accurate exposuit, *Alexander de Stourdza* (228). — Denique in Ecclesia *Romano-Catholica* pedetentim major lux et nova veluti vita, hic illic, maxime vero in Germania, orta est, et ope studii exegetici (a *Jahniis*, *Hugiis*, *Brentanis*, *Dereseris*, *Essiis* aliisque eximie exculti), historici item et philosophi, Theologia Dogmatica non uno nomine emendata. Qua in re praecursores fuerunt *Antonius Tourneley* (229), *Joannes Laurentius Berti* (230), *Carolus Renatus Billuart* (231), *Joannes Melchior Gazzaniga* (232), *Benedictus Stattler* (233); quos secuti sunt *Petrus Tamburini* (234), *Simpertus Schwarzhüber* (235), praesertim vero *Joannes Andreas Klüpfel* (236) et *Ildephonsus Schwarz* (237). His vero adjungendi, qui *vel* de universa *Dogmatica* scripserunt, ut *Galura* (238), *Frint* (239), *Brenner* (240), *Dobmayer* (241), *vel* aliquam ejus partem attigerunt, ut *Werkmeister* (242), *Cajetanus Weiller* (243), *Fabritius* (244). Quamquam fatendum est, inter recentiores et recentissimos Dogmaticos nondum deesse, qui antiquam rationem scholasticam cum *Stephano Wiest* (245) sequantur, aliquos autem cum *Zimmero* (246), ex *naturae*, quam vocant, *philosophia* Christianam Theologiam elicere, vel, uti loqui amant, construere, studere; denique vel optima emendandae doctrinae conamina in nonnullis Europae regionibus (Italia, Hispania, Lusitania, Polonia, Hungaria, Belgio, praesertim australi) parum adhuc vel nihil utilitatis attulisse (247).

(1)

(1) De hac vid. quae ad §. 72. ann. 4. n°. VI. pag. 338—341. breviter animadversa sunt. — Observari tamen hoc loco potest, ex illa Historiae Dogmatum parte, quae *generalis* dicitur, siquidem tractetur, ut tractata est ab *Augustio* (§. 72. ann. 3. pag. 330. a nobis laudato), omnino facile Dogmatices Historiam elici aut excerpi posse. Quare, si quis cupiat, diversas ejus epochas, sed paulo aliter, quam nos fecimus, distinctas, accuratius cognoscere, eum ad Virum Eruditissimum, modo memoratum (*Lehrbuch d. Chr. Dogmengesch.* pag. 16—148.) ablegamus.

(2) *De Christianae Theologiae origine Liber*, Lips. 1786. 8.

(3) *Erste Linien zu einer Geschichte der Dogmatik*, Tubingae 1777. 8.

(4) *Kurze Geschichte der Dogmatik* (*Theol. Zeitschrift*, St. I.).

(5) *Christian. Gottfr. H.*, *Versuch einer Geschichte der verschiedenen Lehrarten der Christlichen Glaubenswahrheiten; und der merkwürdigsten Systemen und Compendien derselben*, Lips. 1790. 8.

(6) *Ann. Y. Beknopte Letterkundige Geschiedenis der Systematische Godgeleerdheid*, Harlemi, 1797. III. Voll. 8.

(7) *Versuch einer Geschichte der Christlichen Glaubenslehre, und der merkwürdigsten Systeme, Compendien, Normalschriften und Katechismen der Christlichen Hauptpartheien*, von *Johann Heinrich S.*, Brunsvici, 1827. 8. (De quo libro operae pretium est perlegere Censuram in *Geo. Bened. Wineri* et *J. G. Veit Engelhardi Neues Kritisches Journal der Theologischen Literatur*, Tom. IX. (Solisb. 1829.) pag. 363—379.).

(8) *Lambertum Danaeum*, *Henricum Altingium*, *Joannem Henricum Hottingerum* aliosque memorat *Martinus Vitringa*, l. modo (§. praec. ann. 3.) cit. pag. 4. Praeter *Buddeum* (in *Isagoge*), *Pfaffium* (in *Hist. Literar. Theol.*), *Walchium* (in *Miscell. S.*) similesque, huc etiam, certe ex parte, referendi sunt *Jac. Thomasius*, de *orig. Theol. Scholast.*; — *A. Tribbechovius*, de *Doctorib. Scholast.*; — *Jo. Sam. Semlerus* ad *Baumgartenii Theol. Dogm.* (in *Prolegom.* Tom. I, II et III.); — *Lud. El. du Pin*, *Method. Studii Theol.*; — *Jo. Aug. Cramer*, *Fortsetz. der Bossuet. Einleit. in die Gesch. der Welt und der Religion*, Tom. V et VI.

(9) *Jo. Gerhardo*, *Jo. Laur. Moshemio*, *Jo. Christoph. Doederleinio*, *Henr. Conr. Phil. Henkio*, caeteris.

(10) Exempli gratia *Schroeckhius*, qui unus sit instar omnium, in *Chr. Kirchengesch.* Tom. I. pag. 98. XVII. 506. XX. 190 sq. XXIII. 257 sq. XXVIII. 299 sq. 381 sq. XXIX. 3. XXXIV. 174. 267 sq. XXXVI. 49. XXXIX. 3 sqq. 64 sq. 90. 99. 392 sqq. XL. 61 sqq. XLII. 121 sqq. 555 sqq. XLIII. 3 sqq. 490 sqq.

(11) Veluti, ut hunc etiam unum nunc tantummodo citemus, *Annaeus Ypeij*, in *Gesch. van de Kristel. Kerk in de XVIII. Eeuw*, Tom. IV. pag. 132 sqq. VI. 503 sqq. VII, XI, XII. 291 sqq. imprimis V. 87—230. VIII. 112—293. et XII. 466—498.

(12)

(12) Verbi causa, *A. Ypeij* et *J. J. Dermout*, in *Geschied. der Nederl. Hervormde Kerk* passim.

(13) Praeter alia, memoranda hic est: *Revision der Theologischen Literatur in den drey letzten Quinquennien des XVIII. Jahrh.*, quae habetur in *Ephemeridibus Halensibus* ad a. 1806. (*Allgem. Literaturz.*, *Ergänzungsbl.* N°. 39, 40, 42, 43, 45, 46.) pag. 305 sqq.

(14) Conf. *Ypeij*, *Bekn. Letterk. Gesch.* (ann. 6. indic.), I. 46—55. quem ad sequentia, una cum *Schickedanzio* (ann. 7. citato), quosque laudant, conferri velim. Utrumque enim Virum D. praecipue in hisce omnibus ducem sequi visum est.

(15) In *Comment. historica et theol. de Schola, quae Alexandriae floruit, Catechetica*, Halis, II. Partt. 1824 sq. 8.

(16) *Περὶ Ἀρχῶν*, *Opp.* Tom. I. pag. 42 sqq. ed. *Car.* et *Car. Vincentii de la Rue*, Paris IV. Voll. 1733. f. m. Conf. *Ypeij*, l. c. pag. 56 sqq. *Schickedanz*, l. c. pag. 65 sqq.

(17) Memorantur a *Photio Theognosti* Ὑποτυπώσεις, in quibus praeceptorem *Origenem* secutus videtur. Ab interpretandi dexteritate ὁ Ἐξηγήτης dictus est.

(18) In *Catechesibus* (*Opp.* ed. *Prevotii*, Paris. 1631. f. m., ed. *Th. Milles*, Oxon. 1703. f. m., et ed. *Ant. Aug. Touttée*, Par. 1720. Ven. 1763.). — Mittimus autem hic *Justinum Martyrem*, *Athenagoram*, *Ambrosium* (*de fide* Lib. V.), *Irenaeum*, *Tertullianum*, *Clementem* Alex., *Lactantium*, alios.

(19) De quo nunc prae caeteris consulendus *Carolus Ullmann*, in Opere, §. 85. ann. 8. laudato.

(20) Potissimum in Opere, quod inscripsit: *Λόγος κατηχητικὸς ὁ μέγας*, *Opp.* Tom. III. pag. 43 sqq. ed. *Front. Ducaei* Paris. 1615. f. m. — De hoc autem Patre conferendus est *Stephanus Petrus Heyns*, in *Diss. inaug. de Gregorii Nysseni Vita, Scriptis et Doctrina*, L. B. 1835. 4. Add. *Julius Rupp*, *Gregors, des Bischofs von Nyssa, Leben und Meinungen*, Lips. 1834. 8.

(21) Conf. *Ypeij*, l. c. pag. 66 sq.

(22) Praesertim *Libris* IV. *de Doctrina Christiana*, saepius seorsum, postremo ab *J. C. B. Teegio*, Lips. 1769. 8. editis, item in *Opp.* (Paris. 1689. X. Voll. f. m.), Tom. III. — Add. Ejus *Enchiridion*, *s. de fide, spe et caritate liber*, — *de Civitate Dei* Libri XXII, — *Liber de Fide et Symbolo*, alii.

(23) Scripsisse videtur *Sex Institutionis Religionis libros*. Conf. *Gennadii Mass. Catalog. Scriptt. Eccles.* cap. 22. ed. *Fabric.* pag. 28.

(24) *De Coelesti Hierarchia* (*Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας*). *Opp.* ed. Paris. 1562. 12.

(25) Praecipue in Scripto *de Fide* seu *de regula verae fidei*; in ejus *Opp.* Paris. 1635. 4. pag. 500.

(26)

(26) *De partibus divinae Legis* Libri II.

(27) Conf. §. 85. ann. 1.

(28) *Leontii Cyprii Loci Communes theologici.*

(29) Vid. *Ypeij*, pag. 81.

(30) In *Libris III. Sententiarum*, pag. 414 sqq. Colon. 1617.

(31) *Sententiarum Libr. V.*

(32) *Ypeij*, pag. 82. *Schicked.* pag. 94.

(33) *Opp.* ed. a *M. le Quien*, Paris 1712. II. Voll. f. m. *Ἔκθεσις* comparet Tom. I. pag. 118—304.

(34) *Add. — de visione Dei; — de praedestinatione. Opp.* ed. Oxon. 1682. f. m.

(35) *Flacci A., Opp.* Tom. I. Vol. II. pag. 703 sqq. ed. *Froben.*

(36) *Schicked.* pag. 99.

(37) *Schicked.* pag. 106.

(38) Praesertim *Georgio Abulpharagio* (in *Candelabro Sanctorum, de Fundamentis Ecclesiasticis:* cujus etiam Epitome habetur, inscripta: *Liber radiorum*); et *Ebed-Jesu* (in *Libro Margaritae de Veritate fidei*, sive *religionis Christianae*). Cf. *Schicked.* pag. 107., qui et de *Manuele Kalekas* ibidem refert. Add. et *Jacobus Tagritensis*, qui a. 1230. scripsit *Librum Thesaurorum*: de quo, ut et de reliquis, conf. *Ypeij*, pag. 159.

(39) *Ypeij*, pag. 91 sqq. *Schicked.* pag. 108 sqq.

(40) *Ypeij*, pag. 61 et 113 sqq. *Schicked.* pag. 140.

(41) *Ypeij*, pag. 93. Opera *Berengarii Turonensis, quae supersunt omnia, tam edita, quam inedita*, coeperunt Berolini 1834. *typis exprimi, moderante Augusto Neander.*

(42) *De corpore et sanguine Domini in Eucharistia.*

(43) In *Monologio* et *Proslogio* et in lib. *de fide trinitatis.* — (De *Anselmo* Cantuariensi scripsit *Guil. Rob. Veder, Diss. inaug. theol.*, L. B. 1832. 8.).

(44) *H. Turonensis* vel *Gaenomanensis*, *Berengarii* discipulus, in *Tractatu Theologico.*

(45) *Introductio in Theologiam. — Theologia Christiana. — Opp.* ed. Paris. 1616. 4. pag. 973 sqq.

(46) *Rob. Pulli*, vel *Pullein*, *Sententiar. de Trinitate* Libri VIII. Conf. de eo *Moreri Lexic.* in v. et *Ypeij*, pag. 105 sqq.

(47) *P. L. Magister Sententiarum* dictus est propter eximiam, quam aequales ipsius *Libris IV. Sententiarum* tribuerunt praestantiam. Prima earum editio Noribergi prodiit a. 1472, et postea Colon. Agr. 1576. 8.

(48) Quales erant *Petrus Pictaviensis*, Magistro *Lombardo* successor datus, et *Guilielmus de Seignelay*, Episcopus Auxerrensis. Vid. *Schicked.* pag. 122.

(49) Uti *Joannes* fuit *Cornwallensis* et *Joachimus* Abbas *Florensis* in *Calabria*. Vid. *Schicked.* pag. 123.

(50) Addi possint *Gilbertus Porrettanus*, *Robertus Melunensis*, *Simon Tornacensis*, alii. Vid. *Ypeij*, pag. 107.

(51) *Doctor irrefragabilis* a suis vocatus. Scripsit *Summam universae Theologiae*, Norib. 1482. et in *Opp.* ibid. 1516. IV. Voll. f. m.

(52) Scripsit *Compendium Theologicae veritatis*; — *Summam Theologiae*: — *Commentarium in Lombardi Sententias*, alia. In *Opp.* Tomo XIII. XIV. XVII. ed. a *Petr. Jammy* Lugdun. 1651. XXI. Voll. f. m.

(53) *Doctor Seraphicus* dictus. Reliquit *Commentarium in Lombardi Sententias*; item *Breviloquium*; in *Opp.* Tom. I. ed. Venet. 1751. IV. Voll. 4.

(54) *Doctor Angelicus* nuncupari solitus; *Nominalistarum*, qui dicebantur, pater; cujus praecipue auctoritatem nactae sunt *Quaestiones disputatae et quodlibetales*; *Compendium Theologiae*: et praeprimis *Summa Theologiae*. In *Opp.* Tom. XIV—XVII. XIX—XXV. ed. Venet 1747. XXV. Voll. 4. Laudatur ed. sub auspiciis P. M., Pii V., facta Romae 1570. XVIII. Voll. f. m.

(55) *Thomae Aquinatis* adversarius, *Realistarum* Coryphaeus, *Doctor subtilis* nominatus. Scripsit *Commentarium in IV. Lombardi Libros Sententiarum*. In *Opp.* ed. saepius et, curante *Luca Wadding*, Lugd. 1639. XII. Voll. f. m.

(56) Cf. *Ypeij*, l. c. pag. 103 sq. 113. 124 sq. 137. Ubi quaedam porro habentur de *Almerico* ejusque sequacibus, et memorantur obiter, tanquam melioris notae Theologi, *Rogerus Bacon*, *Arnoldus Villanovanus* et *Petrus de Abano*. Simul vero ibi ostenditur, quam deploranda universe fuerit Theologiae hac tempestate conditio, pag. 129. 132 sq. 187.; verum etiam, quam melius sapiendi ansam dederit *Petrarcha*, pag. 130 sq., quantoque melius sapuerint reapse, praeter *Joannem Duns Scotum*, *Raymundus Lullius*, *Hervaeus Natalis* s. *Brito*, *Thomas Bradwardinus*, *Franciscus Mayron*, pag. 138 sq.

(57) Dominicanus, Theologus Sorbonnensis, et Episcopus Meldensis, *Doctor resolutissimus* dictus, *Commentarii in Lombardi Sententias* auctor, qui tam parum plerisque, Thomistis non tantum, verum et Scotistis, placebat, ut in omnium odium incideret, et *Durandellus*, affinis ejus et patruelis, *Correctorium Corruptorii D. Thomae*, in ipsum conscriberet.

(58) Franciscanus, *Doctor invincibilis* cognominatus; cujus praecipua scripta, quae quidem hic memorari debeant, sunt: *Quaestiones super Libris IV. Sententiarum*, Lugd. Bat. 1495. f. m.; — *Centiloquium theologicum* ibid. 1496. f. m.; — *Quodlibeta*; — *IV. Liber de corpore Christi*: — *Tractatus de Sacramento*, Argentorati 1491.

(59) Scripsit *Quaestiones*, brevem *Sententiarum Lombardi* expositionem continentes, editas Argentorati, 1490.

(60) Reliquit *Epitomen seu Collectorium circa Lombardi Sententiarum libros*, Brixiae, 1574. III. Voll. 4.

(61)

(61) Dominicanus, Theologus Oxoniensis, brevium in *Lombardi Sententias Quaestionum* auctor.

(62) Augustinianus, Philosophus Parisinus; *Commentarium* scripsit in *Lombardi Sententias.*

(63) Dominicanus, Tolosanus Theologus, scriptis *Commentariis in IV. Libros Sententiarum Lombardi* clarus.

(64) Carthusianus, in Patrum lectione versatissimus, itidem *Commentarium circa Lombardi Sententiarum* libros (Colon. 1535.) et *Summam orthodoxae fidei* (Venet. 1572. II. Voll. 16.) scripsit.

(65) Monachus discalceatus, Theologus Parisiensis, scripsit *Commentarios in Magistrum Sententiarum* (Romae, 1695.) et *Compendii S. Theologiae VIII. Libros.*

(66) Etiam hic *Commentarium* in *Lombardi Sententias* scripsit, editas Venetiis, a. 1574.

(67) Minorita, dictus *Doctor ordinarissimus*, scripsit quoque *Commentarium in Libros Sententiarum Lombardi*, ed. Paris. 1517. f. m.

(68) Valde celebrati Viri Opera saepe typis excusa sunt. Praestantissimae editiones sunt Parisiensis a. 1719. et Veneta a. 1765. VI. Tomis, sive III. Voll.

(69) *Hugo*, Abbas Parisinus, scripsit *de Sacramentis II. Libros*; *Richardus*, illius discipulus, *sex de Trinitate Libros*, et porro de *Dei existentia*, *unitate*, *proprietatibus.*

(70) Ex Praedicatorum ordine, *Sermones* et *Homilias* et alia scripta ascetica reliquit, *Luthero* valde probata, tamquam Euangelicae doctrinae valde consentanea; e. g. *Medullam animae*, caet. Omnia Opp. (*Die gesammlete Werken von Tauler, nach Handschriften und den besten Ausgaben kritisch bearb. und herausgegeben von N. Casseder*) Lucernae, 1823, II. Voll. 8. denuo prodierunt. Antea quaedam seorsum inde ab a. 1521. in lucem erant emissa.

(71) *Jo. Charlier de Gerson*, Academiae Parisinae Cancellarius, cognominatus *Doctor Christianissimus*, praeter alia, *XLIII Considerationes* scripsit *de Mystica Theologia;* — Tractatus etiam varios, e. g., *De Unitate Ecclesiae; — De Auferibilitate Papae ab Ecclesia; — De Modis uniendi ac reformandi Ecclesiam in Concilio universali; — Quomodo et an liceat in causis fidei a Summo Pontifice appellare, seu ejus judicium declinare; — De Probatione spirituum*, caet. — Opp. Gersonis jam mature (a. 1489. II. Voll. 4. et Basil. 1518. II. Voll. f. m.) ab aliis sunt edita (Vid. *N. C. Kist*, *Berigt nopens de oudste uitgave der Schriften van J. G.*, in *Archief voor K. G.* V. 203—215 et 479—486.), optime vero a *Du Pinio*, Antverpiae 1701. V. Tomis f. m. Post hunc et alios, *Edmundum* nempe *Richerium*, *Launoium* (in *Hist. Colleg. Navarr.*, *Opp.* Tom. IV.), *Du-Boullayum*, *Crevierium*, *Hermannum van der Hardt*, *Joannem Lenfant*, itemque *Antonium Pereira* (*Compendio da* vi-

*vida e accorns da veneravel Joaô Gerson*, Lisbonae 1769. II. Voll. 12.) et *Bouillotum* (*Biographie Ardennaise*, Par. 1830. Tom. I.), citatos a Censore, in *G. F. H. Rheinwaldi Allgem. Repertorio*, Tom. I. pag. 155.; — praeter hos igitur et plures, nunc de *Gersono* meretur legi Doctor Sorbonicus *Lecuy*, in: *Essai sur la vie de Jean Gerson*, — — *sur sa doctrine, ses écrits, et sur les événemens de son temps, aux quels il a pris part; précédé d'une introduction, où sont exposées les causes, qui ont préparé et produit le grand schisme d'Occident*, Par. 1832. II. Voll. 8. Add. *Car. Bern. Hundeshagen*, *Ueber die mystische Theologie des J. Charlier von Gerson*, in *C. F. Ilgenii Zeitschrift f. d. hist. Th.* Tom. IV. Parte I. pag. 79 — 165. Lips. 1834. 8. (Conf. *Rheinwaldi A. Rep.* VII. 17 — 22.).

(72) *J. R.*, Canonicus regularis ordinis S. Augustini, quaedam Opuscula reliquit, quae, collecta sub titulo: *Doctor ecstaticus*, edidit *e Brabantiae Germ. idiomate Latine reddita*, *F. Laur. Surius*, Coloniae Agr. 1552.; ibidemque iterum prodierunt 1692. f. m.

(73) De quo nunc, post aliorum operam, conferenda sunt, quae habentur in *Kistii et Royaardsii Archief voor Kerkelijke Geschiedenis* T. I et II. — Uti vero superius nonnullos omisimus (e. g. *Joannem Baconem*, *Nicolaum Lyranum*, — atque porro, ex *una* parte, *Bartholomeum Albicium*, similisque farinae alios, ex *altera*, laudabiles viros, *Joannem Wicklefium*, *Hieronymum Savanarolam*, *Joannem Hussum*, *Hieronymum Pragensem*, *Laurentium Vallam*, de quo postremo nunc conf. *Jesaïas Wildschut*, in *Comment.*, praemio ornata a *Fac. Theol.* et ed. in *Annalibus Acad. L. B.*, a. 1830 ad 1831.): ita hîc *Nicolaum de Clemangis*, *Joannem Wesselum Gansfort*, de quo eximie meriti sunt *Guil. Muurling* (in *Comment. hist. theol. de Wesseli Gansfortii cum vita tum meritis*, caet. Pars I. Traj. ad Rh. 1831. 8.) et *Carolus Ullmann* (in: *Johann Wessel, ein Vorganger Luthers*, Hamb. 1834. 8.; quae praestantissima Monographia Belgice redditur cum maxime), praeterea *Rudolphum Agricolam*, *Joannem Mechliniensem*, *Nicolaum Cusanum*, *Dionysium Carthusianum*, *Paulum Cortesium*, uti et primarium *Groetii* discipulum, *Thomam a Kempis*, *Malleolum* dictum (quamvis hîc prae aliis plerisque celeberrimum nomen nactus sit, ejusque libellus *de imitatione Jesu*, in omnes fere linguas, ne excepta quidem Arabica (in Belgicam quidem optime a Collega conjunctissimo, *J. M. Schrant*, Bomeliae et Roterod. 1811. et emendatius 1827. 8.), transfusus); — hos igitur omnes, quantumvis praeclaros Viros, et qui a futuro Theologo cognoscantur dignissimos, tamen, quoniam de Systematica Theologiae tractatione minus soliciti fuisse videntur, hîc loci consulto omittimus.

(74) *Die Teutsche Theologie*, Libellus, a *M. Flacio Illyrico Catalogo testium veritatis* (Argentorati 1562. f. m.) Lib. XIX. pag. 85 sqq. insertus, jam editus erat a *Luthero* a. 1516. Postea *Arndius*, *Castalio*, aliique plures, ipsum, sive vernacule, sive in alias linguas translatum, ediderunt; nuper Gemanice *J. A. Detzerus*, Erlangae 1827. 8.

(75) Praecipua, quae huc pertinent, *Huldrici Zuinglii* Opera sunt: *Commentarius de vera et falsa religione* (prius Tiguri a. 1525. 8. ed., postea *Operum* (Tiguri, 1545. IV. Voll. f. m.) Tomo II. insertus), et *Brevis et Christiana in Euangelicam doctrinam Isagoge*, ed. 1523. (Opp. Tom. I.). Novam *Huldrici Zuinglii* Operum editionem recentiore memoria inchoarunt *Melch. Schuler* et *Jo. Schulthess*, Tiguri, 1829. sqq. 8.).

(76) Imprimis hic memoranda ejus *Institutio religionis Christianae*, Basileae primum, a. 1535. 8., postea vero Argentorati, a. 1539. f. m. (qua auctoris nomen *Alcuinus* scribitur; vid. *Jo. Melch. Goeze*, *Beyträge zur Hamburgischen Nachrichten*, St. XVIII. (12 Oct. 1772. Belgice in *Nederl. Bibl.* Tom. II. Miscell. pag. 36—41.), item auctius et emendatius Genevae a. 1559. f. m. et saepius edita, sicut et in *Opp.* Tomo VI, ibid. 1617. f. m.: estque in omnes fere linguas translata. Cujus rei ratio, ut in universi operis praestantia, sic in celebritate potissimum quaerenda videtur, quam nacta est *Dedicatio* ad *Franciscum*, Franco-Galliae Regem. Operis Epitome debetur *Casparo Oleviano;* quam tamen, ad breves *Positiones*, sive *Aphorismos*, revocatam, *Joannes Piscator* in minus etiam Compendiolum contraxit.

(77) Praecipue huc referendus ejus *Quaestionum et responsionum Christianarum libellus, in quo praecipua religionis Christianae capita κατ' ἐπιτομὴν propenuntur;* qui est in *Tractationum Theologicarum* Vol. I. (Genevae 1532. f. m.) pag. 669 sqq. Omnia *Th. Bezae Vezelii Opp.* prodierunt Genevae 1570. iterumque, sub auctoris auspiciis, 1582. III. Voll. f. m.

(78) Non quidem Systema Theologicum composuit, sed in Excursibus, quos Commentariis in Libros Sacros, ubicunque opportunum locum nactus videbatur, addiderat, de Religionis Capitibus exposuit. Eos postea, inde discerptos, conjunctim edidit *Rob. Massonius*, inscriptos: *Loci Communes in IV Classes distributi*, Lond. 1576, Turici 1580, dein 1587, f. m. Optima ed. est Heidelbergensis, a. 1603. f. m.

(79) *A. G. H. Methodus Theologiae, s. praecipuorum Christianae religionis locorum communium Libri tres*, Basileae 1568 et 1574. 8.

(80) *Loci Communes theologici*, Bernae 1573. et Amstelod. 1599. f. m.

(81) *Theologiae Problemata, sive Loci Communes et Miscellaneae Quaestiones*, saepius, ultimo Bernae, a. 1609. ed.

(82) *Syntagma Theologiae Christianae*, Hannoverae 1610. II. Voll. 4.

(83) Licet *Lutherus* ipse Systema Theologicum non concinnaverit, ex diversis tamen ejus scriptis Systema collectum est et compositum a *Jo. Henr. Majo*, Theologo Giessensi, editum cum inscriptione: *Lutheri Theologia pura et sincera, ex viri divini scriptis universis, maxime tamen latinis, per omnes fidei articulos digesta et concinnata*, Francof. ad Moenum, 1709. 4.

(84) *Loci Communes rerum Theologicarum, sive Hypotyposes Theologicae*, primum a. 1521, dein saepius aucti, emendati et pedetentim a

*Lutheri* sententia in nonnullis deflectentes, (1525, 1535, 1543. cum praefatione ad Henricum VIII. Angliae regem) ed. et *Opp. omn.* (Basileae 1544. IV. Voll. f. m.) inserti. Haud ita pridem Vir S. V., *Jo Christ. Guil. Augusti*, ad fidem *primae* editionis, librum denuo typis describendum curavit, *Dissertationibus aliquot historicis et literariis illustratum*, Lips. 1821. 8. Germanice et *Justus Jonas* atque *Georgius Spalatinus*, et ipse auctor, librum verterunt.

(85) *Loci Theologici, editi opera et studio Polycarpi Lyseri*, Francof. ad Moen. 1591. et saepius (1599. 1604. 1615. 1623. 1690.). In compendium redegit *Balthasarus Menzer* (Opusculo, inscripto: *Repetitio Chemnitiana, s. Enucleatio Locorum Theol. M. Ch.*, Giess. 1608. 8.).

(86) *Loci Theol.* ed. a *Christoph. Petzel*, Neapoli (nempe *Neapoli Nemetum* (Neustadt an der Hardt), qua Crypto-calvinistae, in quorum numero et ipse *Petzelus* erat, tanquam asylo, utebantur; docente Censore in *N. krit. Journ.* (ann. 7. cit.) pag. 378.) 1582 sqq. IV. Voll. Plurima mala et vexationes passus Vir, *Jo. Sal. Semlero* judice (ad *Baumgarteni Streitigk.* II, 158.), multis nominibus laudandus, Heidelbergae a. 1569. decessit.

(87) *Institutiones religionis Christianae III Partt.* Francof. 1573—1579. — Primus *Prolegomena de Sacrae Scripturae auctoritate*, caet., Systemati praemisit. (Conf. supra, ann. 2. ad hanc §.).

(88) *Compendium Theologiae*, Tubingae 1573. et saepius.

(89) *Loci Theol.*, Tubing. 1601. et saepius.

(90) *Praelectiones Theologicae*, Racov. 1609. 4. *Summa religionis christianae* (ex Italico idiomate translata in Latinum) ibidem 1611. 4.

(91) *Enchiridion Locorum communium adversus Lutheranos*, Coloniae 1515. 12.

(92) *De Locis Theologicis* Libri XII., Salamancae 1562. et Lovan. 1564. 8.

(93) *Commentarius in partem primam Thomae de Aquino*, Conchae 1593. II. Voll.

(94) *Commentarius Theologicus in Summam Thomae Aquinatis*, Ingolstadii 1591., Paris. 1693. IV. Voll. f. m.

(95) Propter opusculum populariter conscriptum, cujus titulus est: *Summa doctrinae Christianae per quaestiones luculenter conscripta*, 1554. — Nova ed. Landshuti 1827. exiit: sed novissima parari coepit Augustae Vind. 1833. IV. Tomis 8. ad ed. Colon. 1569. adornata, cujus Tomo I. continetur *Canisii* Scriptum *de fide, spe et Charitate*, Germanica Versio prodiit Landsh. ex 3a ed. 1826.

(96) Praecipue ob *Disputationes de controversiis christianae fidei adversus hujus temporis haereticos, III. Tomis comprehensas*, Ingolst. 1589. X. Voll. 8. et — *Christianae doctrinae explicationem.*

(97) Verbi causa, *Joannes Maldonatus*, *Antonius Possevinus*, *Ludovi-*

*vicus Caravaial*; de quibus, ut et de *Cheffontainio*, quem *Hoornbeekius* aliique, libri ab ipso editi titulo (*de necessaria correctione doctrinae Scholasticae*) inducti, in numerum emendatorum rationis theologicae apud Romano-Catholicos retulerunt, vid. *Ypeij*, l. c. pag. 250 sq.

(98) *Joannes M. S. Makowski*, Nobilis Polonus, Theologus Franequeranus, haereseos a Collega *Sibrando Lubberti* postulatus, a Synodo Dordracena absolutus est, ita tamen, ut in quibusdam peccasse censeretur, et praecipue quidem eo, quod *Scholasticum docendi modum in Belgicas Academias introducere esset conatus.* Praecipua ejus Scripta sunt, praeter philosopha quaedam, *Collegium Theologicum*, *Miscellaneae Quaestiones publice disceptatae* in Acad. Franequerana, a. 1622. Franeq. 1631. 8. (ubi a. seq. etiam *Quaestt. de Praedestinatione* et de *statu primi hominis* prodierunt): et *Loci Communes Theologici*, Franeq. 1639. 8. (1650 et 1658. 4.). Conf. de eo, prae caeteris omnibus accuratissime atque prudentissime, cum referentem, tum judicantem, *Jodocum Heringa*, *Elisae F.*, in *Kistii et Royaardsii Archief voor K. G.* Tom. III. pag. 503 sqq. Add. et *Ypejus*, l. c. pag. 239 sqq. (ubi simul agit de *Guilielmo Amesio*, qui initio quidem cum *Maccovio* fecit, postea vero, relictis Scholasticis tricis, institutionem theologicam ad vitae usum et sincerae pietatis studium convertere studuit), et Vol. II. pag. 54 sqq. (ubi quoque loquitur de *Henrici Antonidis Nerdeni Systemate Theologico* (Franeq. 1611.), libro rariore).

(99) Magnae, ut eruditionis atque pietatis, ita et auctoritatis in Ecclesia Viro, Theologo Trajectino primario, cujus *Selectae Disputationes Theologicae* (Traj. ad Rhen. 1648 sqq. V. Tomis, 4.) satis ostendunt, quantopere inutiles et spinosas adamaret quaestiunculas. Quod eo magis dolendum, quo plura, optimae etiam frugis, ex ejus Scriptis disci possunt, quoque pluribus aliis nominibus Ecclesiae profuit.

(100) Contentiosi ingenii Theologo Groningano, cujus hîc praecipue memoranda: *Collegium theologicum*, s. *breve Systema*, et *Systema universae Theologiae*, Gron. 1645. 4.

(101) *Christianae Theologiae Systema majus*, Casselae 1646. et *Christianae Theologiae Libri II.*, *methodice dispositi*, Hanov. 1634. (Amst. 1646. 1650. Marb. 1700.). — Praeterea vero hîc etiam memorandi sint, si neminem ex melioribus omittere velimus: *Joannes Hoornbeek* (in *Institutionibus Theologicis*, Traj. ad Rhen. 1653. 4.) et *Antonius Walaeus* (in *Locis Commun. Theol.* 1643.); cui, una cum *Jo. Polyandro*, *Ant. Riveto* et *Ant. Thysio*, debetur etiam notissima *Synopsis purioris Theologiae*, *Dispp. comprehensa* (L. B. 1642 et 1658. 8.); porro *Henricus Alting* (in *Locis Comm. Theol.*); *Nicolaus Arnoldi* (vid. *Vriemoeti Ath. Fris.* pag. 421 sq.); denique *Jo. Henr. Hottingerus* (in *Cursu Theol. methodo Altingiana*, et in *Tractatu de Theologia topica*, *symbolica et systematica*, s. *Typo doctrinae Christianae*, Francof. ad Moenum 1714. 4.).

(102) Exempli gratia, *Joannes Henricus Heidegger*, in *Prodromo Corporis Theologiae Chr.* — *Medulla Theol. Chr.* — *Corpore Th. Chr.* — *Opp.* (Tiguri 1700. 1732. f. m.) Tom. I et II.

(103) Viri, multis nominibus valde laudandi, Theologi Leidensis primarii. Hujus *Summa doctrinae de Foedere et Testamentis Dei*, L. B. 1648. *methodi*, quae vocari solet, *foederalis* universe fere recipiendae ansam dedit. *Summa* tamen Ejus *Theol. ex sacris Scripturis repetita* (L. B. 1661. 4.) huc maxime pertinet. — Ad *Cocceji* asseclas permulti referendi sunt, in his non pauci ex doctissimis, Theologi, praesertim, ut Germanos praetermittamus, non omnes, quod fatemur, nobis satis cognitos, Batavi; verbi causa, *Abrahamus Heidanus* (de quo mox, ann. 116. dicendum), *Guilielmus Momma* (cujus exstat opus: *De varia conditione et statu Ecclesiae Dei sub triplici oeconomia*, *Patriarcharum ac Testamenti Veteris et Novi*, Amst. 1673. 4.), *Franciscus Burmannus* (in *Synopsi Theologiae et speciatim Foederum Dei*, Traj. 1671. 8.), *Joannes Braunius* (de quo mox, ann. 120.). Habuit tamen *Coccejus* suos etiam adversarios, quos inter, v. c., praeter *Voetium*, nomina sua professi sunt *Andreas Essenius*, *Joannes Hoornbeek*, *Samuël Maresius*, *Paschasius*, latens sub nomine *Nathanaëlis Johnsoni*, alii. De omni hac re fuse disserentem legas *Ypejum*, l. c. II. 75 sqq.

(104) *De Foedere Dei*, L. B. 1524. — Plures vero alios jam antea fuisse, qui *foederalem* hanc rationem quodammodo sectarentur, ostendit *Ypejus*, l. c. II. 64 sqq.; ubi, *Honertum* secutus et *Vriemoetum*, de *Sibrando Lubberto*, *Henr. Antonide Nerdeno*, *Jo. Maccovio* et *Guilielmo Amesio* (de quibus cf. ann. 98.), hoc contendit. Iis vero pag. 102. insuper addit *Matthiam Martinium*, Theologum Bremensem.

(105) *Vom Gnadenbund Gottes*, (Heidelb. aut Francof.) 1576. Francof. 1584. Genevae 1585. Herbornae 1590. Belgice etiam redditum ab *Obbone Copinga*, una cum explicatione Symboli Apostolici (*Verklaringe der Apostolische Geloofsbelijdenis*, — — *als mede twee Boeken van het wezen des Genadeverbonds* etc.) Gron. 1739. 8.

(106) *Jo. Cl. Exercitationes ad Locos Communes Theologicos*, Franeq. 1648. — *Disputt. XI. de Foedere Dei et Testamento Veteri et Novo.* — Hae et aliae in *Opp. Theol.* (Amst. 1684. II. Voll. 4.) Tom. I. pag. 445—1133. et Tom. II. pag. 5—109., inveniuntur.

(107) *Samuël Pufendorfius*, praestantissimus suo tempore *Juris Naturae et Gentium* Doctor Heidelbergensis, suum Coccejanis placitis assensum praesertim declaravit in opere, quod inscribitur: *Jus foeciale divinum*, Lubecae 1693. 4.

(108) Cancellario Academiae Tubingensis, cujus praecipua scripta, huc pertinentia, sunt: *Systema Theologicum thetico-polemicum*, Tubingae 1715, — *Compendium Theol. positivae*, Stuttg. 1702; — *Examen Th. mysticae*; — *Theol. naturalis*; — *Jus Dei foederatum*, Tub. 1698.

(109)

(109) Cujus Viri praestantissimi *De Oeconomia Foederum Dei cum hominibus Libri VI.* (Leovardiae 1677. 4.) huc praesertim referendi sunt.

(110) Quamquam Voetianis adscribendus, Vir doctissimus tamen *foederalem methodum* ipse secutus est in *Compendio Theologiae Chr. Didactico-Elenctico* (ex tertia ed. L. B. 1749. 4.), uti et in *Medulla Th. Chr.*, quae illius Compendii veluti Epitome est, suoque exemplo istam methodum plerisque aliis commendasse videtur. Hanc autem, de qua loquimur, *Medullam* Cl. *Guil. ab Irhoven* Traj. ad Rhen. a. 1742. sextum edendam curavit; *Jo. Ratelband*, Theologus Franequeranus, et *Cornelius van Velzen*, Theologus Groninganus, in breviora etiam spatia contraxerunt; *Petrus Hulsius*, Theologus Groninganus, *Dictata* in eam edidit Gron. 1749.; *Bernardinus de Moor Commentarium* in eam *perpetuum* scripsit, L. B. VII. Voll. 1761. 4. Et omnino in tali honore apud Nostrates fuit haecce *Medulla*, ut, in singulis nostris Academiis, laudatissimi Theologiae Professores ad eam Praelectiones suas accommodarent; uti, v. c. Leidae *Ægidius Gillissen*, Groningae *Petrus Abresch*, Trajecti ad Rhen. *Guilielmus ab Irhoven*, quique eruditissimo huic Theologo et Philosopho successor dabatur, acutissimus magnaeque auctoritatis Vir, *Gisbertus Bonnet*, alii. Caeterum ad hunc locum plures quoque referendi sunt, qui *Voetio* praecipue praeceptore utebantur, ut *Joannes Hoornbeek*, *Franciscus Turrettinus*, *Leonardus Ryssenius*, *Guilielmus à Brakel*, alii.

(111) *Pater* quidem prior (in *Aphorismis Theol.* Cap. VIII. §. 33.), mox *Filius* (in *Thesibus Theologicis praecipue argumenti elenctici*, Cap. VII. §. 41—53., in *Opuscc.* a *Venema* editis).

(112) De quo conf. *A. Ypeij*, *Kerkel. Gesch. van de XVIII. Eeuw*, Tomo VIII. pag. 142 sqq.

(113) Conf. idem *Ypejus*, pag. 63. ejusdem Operis et Tomi.

(114) De vi, quam *Renati Cartesii* decreta habuerunt in commutanda Theologiae, praecipue apud Reformatos in nostra patria, veluti facie, vid. *Ypejus*, cum ejusdem Operis Tomo III. pag. 325 sqq. et Tomo VII. pag. 242 sqq., tum praecipue in *Beknopte Gesch. der System. Godgel.* Vol. II. pag. 83 sqq.

(115) Potissimum in libro, cui titulum dederat: *Consensus veritatis, in Scriptura divina et infallibili revelatae, cum veritate philosophica, a Cartesio detecta*, Neom. 1659. Conf. *Krugius* in *Lex. ph.* in v. Tom. IV. pag. 473.

(116) Cujus praecipue huc pertinet *Corpus Theologiae Christianae*, L. B. 1676 et 1668. II. Voll. 4.

(117) Praestantissimus Philosophus Cartesianus, *Theologia* sua vernacule edenda, non tantam nactus est nominis claritatem, quam adornandis scriptis de *Cometis* et *de Philosophia Cartesiana* (Vesal. 1698.), praesertim vero eo, quod multas turbas cievit, inscripto: *De betoverde Wereld*, Amst. 1691. 4. Quod et in alias, et in Germanicam Linguam versum est.

(118)

(118) Imprimis huc referenda ejus *Summa Theologiae Christianae*, Franeq. 1689. 4. Add. *Theologiae Christianae Enchiridion*, ibid. 1700. 8. Item *Capita Doctrinae de Testamentis et Foedere in concinnum ordinem redacta*, quae inserta sunt *Variis* ejus *Sacris*, Franeq. 1693. 4.

(119) Theologus hic et Philosophus Franequeranus laudatissimus praecipue claruit conscribendo *Syntagmate Theologico-Physico-Metaphysico, complectente Compendium Theologiae Naturalis, paraphrasin in Principia Philosophiae Renati Des Cartes, ut et Dissertationum philosophicarum heptada*, Franeq. 1711. 4. Hic vero praeprimis in censum venit ejus *Summa Theologiae Supernaturalis*, Franeq. 1716. 4. cum *Dissertt. in Theol. Supernat.*

(120) In *Doctrina Foederum, s. Systemate Theol. Didactico-Elencticae perspicua atque facili methodo*, Amst. 1688. 4. et saepius.

(121) Non tantum attentione dignissimus est Trajectinus hicce Theologus propter scriptum de *Novitatum Cartesianarum Gangraena* (Amst. 1677. 4.), sed praesertim propter Systema ejus Theologicum, non uno nomine laudandum, quod inscripsit: *Theoretico-practica Theologia, qua per Capita Theologica, pars dogmatica, elenctica et practica perpetua συμβιβάσει conjugantur*, Amst. 1682 et 1687. II. Voll. 4., sed emendatius Traj. ad Rhen. 1713 et 1724.

(122) *Melchior Leydecker*, Theologus itidem Trajectinus, neque Scholasticae, quae *Voetianis* plerisque placebat, rationi, neque *Coccejanorum* κυρίαις δόξαις favens, Theologiam singulari prorsus ratione exponere tentavit in Opere inscripto: *De Oeconomia trium Personarum in negotio salutis humanae Libri VI, quibus universa fides ex certis principiis congruo nexu explicatur, demonstratur ac defenditur*, Traj. ad Rhen. 1682. 4.

(123) *Henricus Hulsius*, Theologus Duisburgensis, in *Summa Theologiae, s. Libro de molitione et opere et sabbatho Dei*, L. B. 1689. 8. et saepius (a. 1694. cum inscriptione: *Systema Theologiae plenum*), omnia ad Dei aeternam molitionem, creationis in tempore opus, et quietem post absolutum opus, referre in Theologia conatus est. — Caeterum et de aliis hic dicendum erat (nisi modus, quodammodo certe, servandus esset) e. g. de *Benedicto Pictet* (cui debetur *Theologia Christiana*, L. B. 1734. 4. Gallice prius Genevae 1696. III. Voll. 4. evulgata), de *Thoma Burnet* (qui scripsit *de fide et officiis Christianorum librum*, Lond. 1727. 4. a *Guil. Abr. Tellero* repetitum, Halae 1786. 8.), *Salomone van Til* (cujus laudatur *Theologiae utriusque Compendium, cum naturalis, tum revelatae* etc., L. B. 1704. 4.), *Thoma Stackhouse* (qui vernacule evulgavit: *A compleat body of Divinity*, Lond. 1709. et saepius, tertium 1743. f. m.), *Nicolao Gurtlero* (cujus *Institutiones Theologicae* Amstelodami prodierunt 1694. 4. et auctius Halae 1721. 4., ac Marburgi 1732. 4.), denique de *Hermanno Alexandro Roëll* (de quo fuse egit *Ypejus*, l. c. II. 215 — 225.) aliisque.

(124)

(124) De Genevensis hujus Theologi praestantissimi meritis optime statuere discet, quisquis attente perlegerit ejus *Opera omnia Theologica, Philosophica et Philologica*, quae, postquam saepius essent singula seorsum evulgata, conjunctim et nitide repetita sunt in editione Batava, Leov. et Franeq. 1774. III. Voll. 4. — Celebratur autem praecipue, tanquam unus ex istis Theologis *irenicis*, qui componendis Protestantium litibus intestinis laudabilem omnino, licet eheu! frustraneam, operam dederunt. Cum ipso et hac parte jungendi sunt: *Samuël Werenfelsius*, Theologus Basileënsis (cujus *Opuscula Theologica, Philosophica et Philologica*, ut seorsum, ita uno syntagmate conjuncta, pluries quoque prodierunt, optime vero tertium, L. B. et Leov. 1772. II. Voll. 4.), et *Joannes Jacobus Zimmermannus*, Theologus Tigurinus (cujus *Opuscula Theologici, Historici et Philosophici argumenti*, Tiguri 1751. II. Voll. (IV. Partibus) 4. repetita sunt). — Possint hic etiam non incommode memorari, qui mediam inter *Universalismum* et *Particularismum* viam quaesiverunt, Theologi in Franco-Gallis Reformati, *Sedanenses* praecipue et *Salmurienses*, *Amyraldus*, *Claudius*, alii.

(125) In *Fundamentis Theologiae Didascalicae*, Herbornae 1685. 12. et saepius, ultimo L. B. 1722. 4. — Plures vero alios Theologos hujus periodi Reformatos omittimus, quoniam infinitum sit de omnibus et singulis dicere; v. c. *Jo. Meyerum*, *Jo. Rodolphum*, utrumque *Honertum* (*Taconem Hajonem*, patrem, Virum doctissimum, et *Joannem*, filium) *Bernardum Sebast. Cremer*, *Danielem Gerdes*, *Albertum Voget*, *Burmannos* (tres, *Franciscum*, Virum egregiis scriptis clarum, *Franciscum*, *Francisci Filium*, et *Franciscum*, *Francisci Nepotem*), alios. Horum autem aliqui jam pertinere videntur ad sequentem periodum.

(126) Hic Theologus Vitembergensis, quem *Lutherum redivivum* aequales vocarunt, reliquit duo maxime, quae quidem huc pertineant, Opera, alterum quidem brevius, inscriptum: *Compendium Locorum Theol. ex Scripturis S. et Libro Concordiae collectum*, Vitemb. 1610. 4., alterum vero uberius: *Loci Communes Theologici*, ibid. 1619. 4. — Mittimus denuo plures alios, suis singulos meritis claros, veluti *Casparum Erasm. Brochmand*, *Joannem Hulsemann*, *Abrahamum Calovium*, *Joannem Addmum Scherzer*, *Joannem Adamum Osiander*, *Joannem Andream Quenstädt*, *Joannem Musaeum*, *Sebastianum Schmid*, *Joannem Frid. König*, caet.

(127) Theologum Rostochiensem, cujus, praeter alia bene multa scripta, in laude est *Breviarium Theologicum*, Rostochii 1681. 4.

(128) Ab eruditione, pietate, moderatione valde laudatus, Theologus Berolinensis, antischolasticam Theologiae exponendae rationem et aliis scriptis commendavit, et duobus praecipue, vernacule exaratis, altero titulum praeferente: *Allgemeine Gottesgelahrtheit aller glaübigen Christen und rechtschaffenen Theologen*, Francof. ad M. 1680. 4., altero inscripto: *Evangelische Glaubenslehre*, ibid. 1688. 4.

(129) Praeter Jenensis hujus Theologi *Aphorismos*, praesertim memora-

tu digni sunt *Loci Theologici*, Jenae 1610 sqq. IX. Voll. editi; quos vero eximie illustratos Commentationibus, ad Dogmatum praesertim Historiam pertinentibus, denuo evulgavit *Joannes Frid. Cotta*, Tubingae, 1762—1789. XXII. Voll. 4. (quorum penultimo edendo immortuum *Cottam* excepit *Geo. Henr. Mullerus*, qui et Indices addidit).

(130) Helmstadiensis hujus Theologi, a liberalitate praesertim commendati, cuique id potissimum debetur, quod *Moralis Theologia* coepit, a *Dogmatica* separata, exponi; hujus igitur laudatur *Epitome Theologiae*, Goslar. 1619. 4., laudantur scripta de *Providentia*, *S. Coena* etc.

(131) Theologus Halensis (per breve etiam temporis spatium Vinariensis) *Synopsin* reliquit *Theologiae naturalis*, *collectae e revelata*, et *Compendium Theologiae positivae*, Jenae 1686. et saepius, ultimo cum ann. *Reuschii*, ibid. 1757. In hoc opere singularis iste ordo locum obtinet, si modo ordo dici possit, ut doctrinam de *Providentia* mox excipiat ea de *aeterna felicitate et damnatione*, *de morte naturali*, *resurrectione et judicio ultimo*, et nunc demum tractetur locus *de peccato*.

(132) Quamquam hic Vir Doctus Systema Theologiae non reliquit, tamen rationem *Arminii* theologicam cognoscere facile est ex ejus *Operibus Theologicis*, quae haud diu post ipsius obitum singulatim, Lugduni vero Bat. a. 1629. 4. et postea saepius (ibid. et Francof. 1631 et 1635.) conjunctim, edita sunt. De ipso cf. *Ypeij*, *Beknopte Gesch.* III. 281 sqq.

(133) Hic praecipue memorandi sunt, cum *Confessione Remonstrantium* (1621.), ejus *Institutionum Theologicarum Libri VI*; opus praeclarum, sed ad umbilicum non perductum, quippe cui auctor immortuus est, editum in ejus *Operibus Theol.*, Amst. 1650. f. m. Goudae 1665. cum praef. *A. Poelenburgi*, et denuo Amst. 1670. II. Voll. f. m. cum praef. *Steph. Curcellaei*.

(134) Hujus etiam *Institutiones Religionis Christianae*, *Libris VIII.* comprehensae, non absolutae sunt. Leguntur in ejus *Operibus Theol.*, Amst. 1675. f. m.

(135) *Theologia Christiana*, *ad praxin pietatis ac promotionem pacis Christianae unice directa*, Amst. 1686. 4., dein vero ibid. 1695, 1700, 1715, 1730. et Basileae 1735. f. m. (Quintae editioni addita est *Joannis Clerici in Limborchium Oratio funebris*, uti et *Limborchii Relatio historica de origine et progressu controversiarum in Foederato Belgio de Praedestinatione*, quae jam in quarta comparuerat).

(136) *Spicilegium Theologiae Christianae Philippi à Limborch*, Amst. 1726. f. m.

(137) Propter Viri Ill. scripta theologica, v. c., *de Religionis Chr. veritate*, — *de Satisfactione Jesu Christi*, alia. Collecta sunt in *H. G. Operibus Theol.*, Amst. 1679. et Basileae 1732., IV. Voll. f. m.

(138) Praesertim propter ejus *Epistolas theologicas*, *in quibus varii Scholasticorum errores castigantur*, sub nomine *Liberii de Sancto amore* editas Irenopoli (Salmurii) 1679.

(139)

(139) *De vera Religione Libri V*, Racov. 1630. 4. (Belgice 1641.). — Mitto *Valentini Schmalzii, de Divinitate Jesu Christi* (Racov. 1608.) et *de Munere Christi prophetico* et — *regio* scripta; quibuscum jungenda duplex Ejusd. *Refutatio librorum M. Smiglecii*, Racov. 1614 et 1616. 4.; — ut et *Christophori Ostorodii Institutiones Theologicae*, — atque *Conradi Vorstii Compendiolum.* De quibus cf. *Ypeij*, l. c. III. 242 sqq.

(140) *Religio rationalis, seu de rationis judicio, in controversiis etiam theologicis et religiosis adhibendo, Tractatus*, 1685. 12.

(141) *Liber de Deo et attributis Ejus*, Racov. 1630. 4. (1663.). Add. *Catechesis Ecclesiarum Polonic.*, al. Distinguendus est *Joannes Crellius* a *Samuele Crellio*, qui *Catechismum Unitariorum* scripsit. — Caeterum plures hîc memorari poterant; in his *Joannes Woltzogen*, cujus exstat *Compendium Religionis Christianae*, Irenopoli (Amstelod.) 1656, — et *Joannes Becius*, qui vernacule (Belgice) scripsit *Institutionem Christianam*, editam Amst. 1678. 8. — Pleraque vero *Socinianorum* scripta, quae quidem apud ipsos in honore habebantur, collecta et conjunctim edita sunt in *Bibliotheca Fratrum Polonorum, quos Unitarios vocant*, Irenopoli (Amst.) et Eleutheropoli (Roterodami) 1656 et 1668. VIII, vel (si addas *S. Przipcovii Cogitatt. in Matth.* caet., Eleuth. 1692.) IX. Voll. f. m.

(142) Conf. §. 72. anm. 4. Sect. VI. pag. 339.

(143) *Dogmata Theol.*, Paris. 1684. III. Voll. f. m.

(144) *Disputt. in Thomae Summam*, Moguntiae 1619. XIX. Voll. f. m.

(145) *Commentarius in Thomae Aquinatis Theologiam*, Ingolstadii 1606. f. m. *Comm. ac Dispp. in S. Th.*, Lugd. 1631. IV. Voll. f. m.

(146) *Theologia Scholastica*, Moguntiae 1693. f. m.

(147) *Theologia Scholastica, speculativa, practica*, Ingolst. 1636. — Add. Ejusd. *Disputt. in omnes Summae S. Thomae partes, cum Supplemento.*

(148) *Theologia Scholastica in Divum Thomam*, Mogunt. 1669. VII. Voll. 4.

(149) *Theologia speculativa et practica juxta Sanctorum Patrum dogmata*, Paris. 1671. VII. Voll. — *Theologiae Clericorum Seminariis accommodatae Summarium*, Paris. 1694.

(150) *Theologia dogmatica et moralis secundum ordinem Catechismi Concilii Tridentini*, Paris. 1693. f. m.

(151) *Exposition de la Foi catholique*, Paris. 1672. et saepius. *Operum* (*Oeuvres complètes de B.*) novae ed. (XLIV. Voll. Paris. 1828. 8.) Tomo XXXI.

(152) *Augustinus, seu doctrina S. Augustini de humanae naturae sanitate, aegritudine, medicina, adversus Pelagianos et Massilienses*, Lovanii 1640. f. m. et Paris. 1641. f. m.

(153) Doctissimi Praesulis *Confessio Christianae Fidei, Graece et Latine*, ed. 1633 (et 1645.) tantopere nonnullos offendit, ut a. 1638. crudelissima nece de improviso sit interemtus.

(154) Edita est hujus Metropolitani *Orthodoxa Confessio*, Amst. 1662. Lips. 1695. et saepius, e. g. Neo-graece 1699. Bucaresti.

(155) *Tentamen Theologiae dogmaticae, methodo scientifica pertractatae*, Bernae 1741. et Francof. 1747. III. Voll. 8. et *Compendium Theol. dogm. et mor.*, Francof. 1745. 8.

(156) *Theologia dogmatica methodo scientifica pertractata, cum praefat. C. Wolfii.* Pars I. prodiit Halae, 1745. et Pars II. L. B. 1747.

(157) *Instruction Chrétienne*, Genevae 1754. III. Voll. 8.

(158) *Theologoumena, sive Doctrinae de Religione Christiana ex natura Dei perspecta repetendae capita potiora*, Heidelb. 1806. 8. Add. Ejusd. *Einleitung*, supra (§. 86. ann. 5. pag. 439.) memorata.

(159) *Fr. Schl.* Theologus Berolinensis, *Der Christliche Glaube, nach den Grundsätzen der Evangelischen Kirche in Zusammenhange dargestellt*, Berolini 1821. II. Voll. 8. et denuo 1830. et seq. II. Voll. 8. Hic autem Vir Doctus, quamquam ad Societatem *Reformatorum* pertinuit, censendus est, scripsisse e mente *Euangelicorum*, qui *hodie* dici cupiunt, id est, eorum ex *Lutheranis* et *Reformatis*, qui, spreta de dogmatibus, de quibus olim praecipue inter eos dissensus erat (*praedestinationis absolutae* ex hac, *praesentiae realis et corporeae in, cum et sub pane, in Sacra Coena*, ex illa parte) pugna, tantis olim animis commissa, in unam Societatem ecclesiasticam coaluerunt. Hunc *Schleiermacheri* Librum, qui multis dudum displicuerat; id quod vel ex *Epistola* apparet, quam (in *Ullmanni* et *Umbreiti*, *Gieseleri* item, *Lückii*, *Nitzschii*, *Theol. Studiën und Kritiken*, Tom. II. pag. 255 sqq. et pag. 481 sqq.) sui defendendi gratia scripsit auctor; — hunc igitur non paucis in locis, licet modeste, redarguit *Jo. Chr. Frid. Steudel*, Theologus Tubingensis, opere, quod inscripsit: *Die Glaubenslehre der Evang. protest. Kirche*, caet. Tubingae 1834. 8.

(160) *Grundlegung zur wahren Religion*, Turici 1746. XII. Voll. 8. Conf. supra §. 82. ann. 7. pag. 408.

(161) *Compendium Theol. Dogmaticae*, Halae 1777. 8.

(162) *Institutiones Theologiae Dogmaticae*, Hanov. 1777. II. Voll. 8.

(163) *Institutiones Theol. Dogmaticae*, Francof. ad Viadr. 1779. 8.

(164) *Schema Institutionum Theologicarum*, Gron. 1773. 8.

(165) *Institutiones Theologiae Theoreticae, tam elencticae quam theticae*, L. B. 1788. 8. — Poterant hîc etiam commemorari: *Jacobi van Nuys Klinkenberg*, *Onderwijs in den Godsdienst*, Amst. 1780. XII. Voll. 8. et *Hadriani Buurt*, *Beschouwende Godgeleerdheid*, Amst. (ex quarta ed.) 1776. VII. Voll. 8.

(166) *Pars Theologiae Christianae theoretica*, Harderovici 1801. 8. et iterum Gron. 1818. II. Voll. 8.

(167) *Compendii Theologiae Christianae ordo et argumentum. Pars theoretica*, L. B. 1808. 8. et iterum 1814. postremo 1827. 8.

(168) *Christelijke Godgeleerdheid naar de behoeften van onzen tijd*, Worcumi 1811. 8. De quo opere conf. *Bijdragen tot de beoefening en ge-*

*geschied. der Godgeleerde Wetenschappen*, Tom. I. (1813.) p. 276—333.

(169) *Monogrammata Theologiae Theoreticae*, Amst. et Harderov. 1817. 8.

(170) Ejus scripta sunt: *Definitiones zur Grundlegung der Theologie; — Fundamenta Theologiae Christianae; — Compendium der Christlichen Lehre; —* et *Grundlegung der Theologie*, Halae 1703.

(171) *Institutiones Theologicae de credendis et agendis*, Halae 1716. III. Voll. — *Institutt. Theologicae*, Halae 1695.

(172) *Oeconomia salutis Euangelica, in justo articulorum nexu, methodo demonstrativa digesta, et uti acuendo spirituali judicio juvandaeque memoriae, sic etiam Christianae praxi accommodata*, Halae 1728. In hunc librum *Jo. Jac. Rambachius* Praelectiones scripsit (*Dogmatische Theologie*, ed. Francof. 1744. II. Voll.).

(173) *Institutiones Theologiae Dogmaticae*, variis observationibus illustratae, Francof. et Lips. 1741. II. Voll. 4.

(174) *Institutiones Theologiae exegetico-dogmaticae*, Tubingae 1739.

(175) *Institutiones Theologiae Dogmaticae et Moralis*, Tubingae 1720. 8.

(176) *Examen theologicum acroamaticum, universam Theologiam thetico-polemicam complectens;* ed. cum animadvv. *Romani Feller*, Holmiae 1750. (1763.) 4.

(177) *Liber doctrinalis Theologiae purioris*, Brunsvigae 1767.

(178) *Breviarium Theologiae Dogmaticae*, Goettingae 1775. 8.

(179) *Elementa Theologiae Dogmaticae*, Noribergae 1741. (1764, 1781.) II. Voll. 8.

(180) *Compendium Theologiae Dogmaticae*, Goett. 1760. 8. Germanice ibid. 1784. 8.

(181) *Compendium Theologiae Dogmaticae*, Goett. 1761, 1774. 8.

(182) *Theologia Dogmatico-polemica, cum Compendio Historiae Dogmatum succinctae*, Erlangae 1774. (1780, 1789.) 8. Germanice Giessae 1781. 8.

(183) *Theologiae Dogmaticae Compendium theoretico-practicum*, Lips. 1785. ex altera ed.

(184) *Grundriss der Dogmatischen Theologie*, Francof. ad Viadr. 1760. 8. — *System der Dogmatischen Theologie*, Norib. 1775. II. Voll. 8. — *Gedanken von der wahren Lehrart in der Dogmatischen Theologie*, Francof. ad Viadr. 1789. 8. alia. Belgice quoque versa sunt ista scripta.

(185) *Institutio Theologiae Christianae in Capitibus Religionis theoreticis, nostris temporibus accommodata*, Norib. et Altorfi, 1780. (1782, 1784, 1787, 1791. et 1797. cura *Jungii*) II. Voll. 8. — *Christlicher Religionsunterricht nach den Bedürfnissen der Zeit*, ibid. 1785—1803. XII. Voll. (a VI°. inde *Jungius* ad Latinam auctoris Institutionem, libertate tamen aliqua usus, opus continuavit) 8. Operis auctor, *Doederleinius*, etiam Latine *Compendium* evulgavit.

(186)

(186) *Epitome Theologiae Christianae*, Lips. 1789. 8. (auctior ed. 1791., quinta ibid. 1820.). Germanice versa est ab *J. H. Adolpho Schneider* (Halberst. 1795. 8.) et ab *J. F. Haynatz* (Lips. 1798. 8.). Ad hanc Epitomen et alii et *Tieftrunkius* (v. ann. 204.) suas in Dogmaticen Praelectiones accommodarunt. Ex nostratibus etiam nonnulli, ut *Muntinghius* et *Lotzius* (v. ann. 166, 169.), eadem praeprimis sunt usi. Auctoris vero *Commentarium exegetico-historicum in suam Th. Chr. Epitomen*, ex Praelectionibus Scholasticis, edidit *Carolus Augustus Hempel*, Halae Sax. 1797. II. Voll. 8.

(187) *Doctrinae Christianae Pars theoretica e Sacris Literis repetita*, Stuttg. 1793 et 1807. 8. Germanice cum animadvv. *C. C. Flatti*, ibid. 1803 et 1813. 8.

(188) *Vorlesungen über die Dogmatik*, cum supplementis literariis ed. ab *Jo. Gottfr. Immanuele Berger*, Ambergi et Solisbaci 1801. 8. (et saepius, quintum 1824.; cum novis additt. literar. auct. *H. A. Schott*). — *Epitome Th. Chr. e F. V. R. Acroasibus academicis descripta, pluribusque Obss. aucta* ab *J. G. Chr. Hoepfnero*, Lips. 1805. 8. (et auctius 1819.). — Particula Epitomes etiam legitur in Summi Viri *Opusculis Acad.* (Lips. 1808 sqq. II. Voll. 8.), Tom. II. pag. 494—528.

(189) *Handbuch der Dogmatik der Evangelisch-Lutherischen Kirche*, Lips. 1814. II. Voll. 8. (iterum 1821., tertium, auctius et emend., 1828., cui postremae ed. addita est, separatim etiam ibid. eod. a. ed. Dissertatio (*Abhandlung*) *Ueber die Grundansichten der theol. Systeme, in den dogmatischen Lehrbüchern der Herren Proff. Schleiermacher und Marheinecke, so wie über die des Herrn Dr. Hase*). — *Versuch einer systematischen Entwickelung aller in der Dogmatik vorkommender Begriffe, nach den Symbolischen Schriften der Evangelisch-Lutherischen Kirche und den wichtigsten dogmatischen Lehrbüchern ihrer Theologen*, Lips. 1805. 8. (auctius et emend. 1819, omissis verbis: *Versuch einer*). — *Lehrbuch der Religion und der Geschichte der Chr. Kirche*, Gotha 1824. (auctius et emend. 1827.).

(190) *System der Christlichen Dogmatik, nach dem Lehrbegriff der Lutherischen Kirche im Grundrisse*, Lips. 1809 et 1825. 8.

(191) *Epitome Theologiae Chr. Dogmaticae*, ibid. 1811. 8. iterumque 1822. auctior et in nonnullis haud parum immutata.

(191*) *G. C. K., Vorlesungen über die christl. Glaubenslehre nach dem Lehrbegriff der evangelischen Kirche;* — ex auctoris, fato functi, *αὐτογράφῳ* ed. a *Carolo Thilo*, Halae 1827. II. Voll. 8.

(192) *Evangelische Glaubenslehre*, ed. e *Joachimi Christoph. Bertram* schedulis, cum auctoris autographo diligenter collatis, a *Joanne Sal. Semlero*, qui, praeter *Praefationem*, *Animadvv.* et *Introductionem historicam in Theologiam Dogmaticam* addidit, Halae 1759. III. Voll. 4.

(193) *Institutio ad doctrinam Christianam liberaliter discendam*, Halae 1774. 8. — *Versuch einer freiern theologischen Lehrart*, ibid. 1777. 8.

8. Alia multa Viri Doctissimi scripta, ad Dogmaticam pertinentia, praetermittimus.

(194) *Lehrbuch der Dogmatik und Dogmengeschichte*, Goett. 1800. 8. (etiam tanquam Vol. II. operis, inscripti: *Grundrisse der Tugend- und Religionslehre:* — porro 1801, et tertium plane refusum, 1809.).

(195) *Betrachtungen über die in der Augsburgischer Confession enthaltenen und damit verknüpften Göttlichen Wahrheiten*, Berolini 1731. IV. Voll. 4. (*Canzius* Volumina Vtum et seqq. ad IX usque addidit a. 1743. et *Ahlwardtus*, Griphiswaldiae 1742. II. Voll.).

(196) *Compendium Theologiae purioris*, Tubingae 1752. 4.

(197) *Oeconomia salutis N. T., seu Theologia revelata dogmatica, methodo scientifica adornata*, Jenae 1737. III. Voll. 4. (Rudolst. 1765. IV. Voll. 4.).

(198) *Introductio in Theologiam revelatam*, Jenae 1744.

(199) *Introductio in Theologiam revelatam*, Jenae 1744. — *Institutiones Theologiae Dogmaticae*, ibid. 1749.

(200) *Institutiones Theologiae Dogmaticae*, Jenae 1755.

(201) *Theologia revelata Dogmatica*, Regiomonti 1759. 8.

(202) *Entwurf einer wissenschaftlich-praktischen Theologie nach den Grundsätzen des Christenthums und der Vernunft*, Goett. 1797. 8. — *Summa Theologiae Christianae*, Goett. 1803. Germanice (*Inbegriff der Evangelischen Glaubenslehre*) ibid. 1805. (Novam Latini opusculi editionem curavit auctor Erlangae 1808. *correctam* eam et *auctam*. Tertium *Summa*, *castigata et aucta* prodiit Lipsiae 1816. 8. Quartum Lipsiae 1830. 8. Conf. supra §. 82. ann. 1. pag. 407. et §. 85. ann. 6. pag. 433.) — *Ausfürlicher Unterricht in der Christl. Glaubenslehre*, Norib. 1807, 1808., Tom. I. Pars I et II. Reliqua desiderantur.

(203) Vid. ann. 194.

(204) *Dilucidationes ad theoreticam Religionis Christianae partem*, Berol. 1793. II. Voll. 8. — Ejusd. *Censur des christl. protest. Lehrbegriffs, nach den Principien der Religions-Kritik*, Berolini, 1791 sqq. III. Voll. 8.; Tom. I. iterum 1796.

(205) *Lehrbuch der Christlichen Dogmatik*, Giessae, 1800. 8. Altera vero editio inscribitur: *Christliche Religionslehre*, ibid. 1808. 8.

(206) *System der reinen, populär-praktischen, Christlichen Religionslehre*, Lips. 1820. Pars I. 8. (Altera Pars *Theologiam Moralem* continet).

(207) *Grundriss der allgemeinen Religionslehre*, Lips. 1808. 8.

(208) *W. M. L. d. W.*, *Dogmatik der Evangelisch-Lutherischen Kirche, nach den Symbolischen Büchern und den ältern Dogmatikern*, Berolini 1816. 8. iterumque 1821. — *Aug. Detl. Chr. Twesten*, *Vorlesungen über die Dogmatik der Evangelisch-Lutherischen Kirche, nach dem Compendium des Herrn Dr. W. M. L. d. W.*, Hamb. Tom. I. 1826. tertium emendatius 1834. 8.

(209)

(209) *Einleitung in das Studium der Dogmatik*, Lips. 1820. 8.

(210) *Grundlehren der Dogmatik*, Berolini 1819. 8. iterumque 1827.

(211) *Monogrammata Theologiae Christianae Dogmaticae*, Erlangae 1819. 8.

(212) *System der christlichen Lehre*, Bonnae, 1829. 8. — *F. H. C. Schwarz*, *Aphorismen zur Vereinigung der christlichen Glaubens- und Sittenlehre; mit Hinweisung auf Dr. C. J. N.'s Syst. d. chr. L.*, in *Ullmanni* et *Umbreiti Studien und Kritiken*, ad a. 1832., Partic. I. pag. 107—128.

(213) *Lehrbuch des Christlichen Glaubens*, Helmst. et Halae 1764. 8. — *Religion der Vollkommnern*, Berolini, 1793. 8.

(214) *Versuch eines biblischen Systems der Dogmatik*, Gothae 1769. II. Voll. 8. Etiam Belgice prodiit. — *Systema Theologiae Lutheranae orthodoxum*, *cum brevi notatione dissensionum*, Halae 1785. 8.

(215) *System der Philosophie*, *oder Glückseligkeitslehre des Christenthums*, *für die Bedürfnisse seiner aufgeklärten Landesleute*, *und anderer*, *die nach Weisheit fragen*, *eingerichtet*, Züllichaviae 1778. (1780. 1786.) 8. Etiam Belgice redditum, Amst. 1781. 8. (ubi et a. seq. prodierunt Ejusd. *Wijsgeerige Ophelderingen*).

(216) *Compendium Theologiae Christianae theoreticae biblico-historicae*; Altona 1791. et iterum 1792. — *Handbuch zum gelehrten und systematischen Studium der Christlichen Glaubenslehre*, ibid. 1801. IV. Voll. 8.

(217) *Lineamenta Institutionum fidei christianae historico-criticarum*, Helmst. 1793. et emend. 1795. 8.

(218) *Institutiones Theologiae Christianae Dogmaticae*, — *addita singulorum Dogmatum historia et censura*, Halae, 1815. 8. et saepius, septimum 1833. — (Censuram *Borgerus* in hocce *Compendium* scripsit, editam in *Bijdragen tot de beoefening en Geschiedenis der Godgeleerde Wetenschappen*, Tom. IV. pag. 878—900.).

(219) *Darstellung des Dogmatischen Systems der evangelisch-protestantischen Kirche*, *nebst historischen und kritischen Bemerkungen* — *zur Beförderung eines gründlichen Studiums der Dogmatik*, Jenae 1822. 8.

(220) *Vorlesungen über die Christliche Glaubenslehre*, *nach dem Lehrbegriffe der Evangelisch-protestantischen Kirche*. Post celeberrimi auctoris obitum edidit *Carolus Hase*, Lips. 1829. 8.

(220*) *Aug. Ludw. Christ. Heydenreich*, *Die eigenthümlichen Lehren des Christenthums — — reinbiblisch dargestellt*, Weilb. Tom. I. 1833. 8. — *Aug. Hahn*, *Lehrbuch des christlichen Glaubens*, Lips. 1828. 8.

(221) Scripsit *Jo. D.* — *De Praedestinatione et Gratia*, Amst. 1745. 4. — Item Libros duos, — alterum *De Bonis Novi Foederis et futuro hominum statu*, — alterum: *De Baptismo et S. Coena*, ibid. 1746. 4.

(222) *Summa universae Theologiae Christianae secundum Unitarios*, Clau-

Claudiopoli, 1787. 8. Hujus scripti auctorem alii habent *Georgium Markosum*, Theologiae Professorem, alii *Stephanum Lazak*, Praesulem, alii *Michaëlem Lombard*, alium alii.

(223) *Theocletus Polyides*, ex Macedonia in Germaniam cum excurreret, eleëmosynas quaesitum ad redimendos Graecos, in servitutem Turcicam redactos, ibi edidit opus, Graecae Ecclesiae doctrinam de fide et moribus accurate exponens, inscriptionem praeferens hanc: *Sacra tuba fidei apostolicae graecanicae orientalis Ecclesiae*, 1736.

(224) *Theophanes Procopowicz*, Archiepiscopus Novogrodiensis, scripto consignatam reliquit *Christianam orthodoxam Theologiam*, *in Academia Kioviensi — adornatam et propositam*, ed. Regiom. et Mosquae, 1773 sqq. IV, vel V. Voll. 8. Opus autem, eruditione et moderatione commendabile, dolendum non ad finem (non ultra doctrinam *de peccato*) perductum esse. Conf. *Ypeÿ*, *K. G. d. XVIIIe Beuw*, XI. 161—174. et *Letterk. Gesch. d. System. Godg.* I. 219. in ann.

(225) Archiepiscopus hicce Mosquensis ex archetypo Rossico Germanice edidit, Rigae 1770 et Petroburgi 1776., opus, Mosquae a. 1774. Latine versum, quod inscribitur: *Rechtgläubige Lehre, oder Kurzer Auszug der Christlichen Theologie.* Principe loco inservire debebat instituendo Principi Rossico, *Paulo Petrowitsch.*

(226) *Christoduli — Catechesis sacra, sive sacrae divinaeque Liturgiae explicatio, et examen Ordinandorum, methodo erotematica, in publicum Ecclesiae usum institutum, a fratre Christoduli, Nicolao Bulgaro, compilatum*, Graece ed. 1760 et 1772. Latine versum opus prodiit in *J. F. le Bretti Magazin zum Gebrauch der Staaten-und Kirchen-geschichte* (Stettin. 1771 —1788. X. Voll. 8.), Tom. II. pag. 541—565.

(227) *Dogmata Christianae orthodoxae religionis*, Mosquae 1773. Germanice a *Joanne Gottfrido Reichel* versa, ibid. 1773. In nonnullis ad *Protestantium*, in his ad *Reformatorum*, e schola potissimum *Cloppenburgii* et *Cocceji*, sententias accedit.

(228) *Considérations sur la doctrine et l'esprit de l'Eglise orthodoxe*, Vinariae, 1816. 8. Germ. redd. ab *Aug. v. Kotzebue*, Lips. 1817. 8.

(229) *Antonii T. Praelectiones Theologicae*, Paris. 1725. XVI. Voll.

(230) *Joannis Laur. Berti Theologia historico-dogmatico-scholastica*, Romae 1739. III. Voll.

(231) *Caroli Renati B. Summa S. Thomae hodiernis Academiarum moribus accommodata, sive Cursus Theologiae universalis, juxta mentem, et, in quantum licuit, juxta ordinem et litteram D. Thomae in sua Summa, insertis pro re nata digressionibus in Historiam Ecclesiasticam*, Würceburgi, 1758. III. Voll. f. m. *Jesuitis* et *Molinistis* non minus, quam *Jansenistis* et *Protestantibus*, auctor se opposuit.

(232) *Praelectiones Theologicae*, Viennae, 1775. V. Voll. 8.

(233) *Theologiae theoreticae tractatus*, Ingolstadii, 1776. VII. Voll.

(234) *Praelectiones in Acad. Ticinensi* 1787. A liberalitate auctor laudatur.

(235) *Simperti Schw. Praktisch-katholisch Religions-handbuch für nachdenkende Christen*, Salsburgi 1784. IV. Voll. 8. Tertia, aucta et emendata editio prodiit a. 1793.

(236) *Engelberti K. Institutiones Theologiae Dogmaticae*, Vindob. 1788. II. Voll. 8. Post secundam, a. 1801. et tertiam, a. 1807., novam ibidem editionem a. 1821. paravit *Zieglerus*, Episcopus. Hoc Systema Theologiae est ex optimis, et Dogmatum historiae etiam rationem habens.

(237) *Handbuch der Christl. Religion*, Bambergi et Würceburgi 1793. III. Voll. et saepius, quintum 1818. 8.

(238) *Die ganze Christ-katholische Religion*, Augustae 1779. V. Voll. 8. — *Neueste Theologie des Christenthums*, ibid. 1800. V. Voll. 8.

(239) *Religionshandbuch*, Vindob. 1806. III. Voll. 8.

(240) *Freie Darstellung der Theologie in der Idee des Himmelreichs: oder, Neueste Katholische Dogmatik*, Bamb. et Würceb. 1815. III. Voll. 8.

(241) *M. Dobmayer Systema Theologiae Catholicae; opus posthumum, cura et studio Theodori Pantaleonis Senestréyi* editum Solisbaci 1807. VIII. Tomis, 8. praeter Appendicem ad Tom. IV. — Tomus I. continet *Encyclopaediam et Methodologiam;* Tomus II. *Theologiae Catholicae doctrinalis seu theoreticae generalis* Partem I., s. *rationalem;* Tomus III. ejusdem Partis II, s. *positivae*, Cap. I. *de Authentia documentorum Christianismi, seu Bibliorum*, et Cap. II. *de Religione a Christo tradita;* Tomus IV. ejus Caput III. *de Ecclesia a Christo instituta;* cui Appendix adjicitur *de Regula fidei ac Theologiae Catholicae;* Tomus V. *Theologiae Catholicae Dogmaticae seu theoreticae specialis* Partem I, s. *Theologiam*, stricte dictam; Tomus VI et VII. ejusdem Partem II, s. *Christologiam;* denique Tomus VIII. Partem III. s. *Dice-*vel *Dicastelogiam.* — Opus, valde diffusum, ex quo multa disci possunt minime vulgaria, cujusque auctor scriptis etiam Protestantium, praesertim vero recentiorum, diligenter usus est, in Compendium redegit *Emmeranus Salomon*, Theologus Ratisbonensis, inscriptum: *Mariani D. Institutiones Theologicae in compendium redactae*, Solisbaci 1823. II. Voll. 8. — Scriptoribus autem, hucusque memoratis, multo etiam plures addi possint; v. c. *Nicolaus l'Herminier*, *L. Habertus*, *P. Annatus*, *P. G. Antoine*, *J. Opstraet*, *A. Boucat*, caet. praesertim *Gmeinerus*, *Brandmeyerus*, *Bauerus*, *Peutingerus*, *Onymus*, caet. Vid. *Schicked.* pag. 405.

(242) *An die unbescheidenen Verehrer der Heiligen, besonders Mariä. Eine Belehrung nach der ächtkatholischen Glaubenslehre*, Hadamari 1801. 8.

(243) *Ueber die religiöse Aufgabe unserer Zeit*, Francof. ad Moen. 1819. 8.

(244) *Apologie des dogmatischen Protestantismus, nach seinen Kirchlichen und Christlich-religiösen Verhältnissen zum reinen Katholicismus*, Stuttg. 1815. 8.

(245)

(245) *Institutiones Theologiae Dogmaticae*, Ingolst. 1782. IV. Voll. 8.

(246) *Theologia specialis theoretica*. Landshuti 1802. IV. Voll. 8. — Quid sit, quod hîc *Systematis Theologiae*, ab Ill. *Leibnitio* adornati, quodque Romano-Catholicis adnumerarunt plures, non meminerim, infra §. 91. patebit.

(247) Ne in Franco-Gallia quidem, si ex nonnullis speciminibus, quae exhibentur ab auctoribus Ephemeridum, quibus *Archives du Christianisme* nomen est (IIe Série, Tom. I. N°. 24. pag. 200.), recta fieri possit hac de re conjectura. Nam ab alio auctore (nempe libri, qui inscribitur: *La journée du Chrétien sanctifiée par la prière et la méditation*), cultus (*λατρεία*) *Josephi*, qui matris Domini maritus fuit, commendatur verbis Pharaonis (Gen. XLI. 55.): *ite ad Josephum; ὑπερλατρεία* Beatae Virginis, rogatu populi Israëlitici (Jud. VIII. 22.), Gideoni facto: *Dominare nostri* (nobis), *tu et filius tuus*: — ab alio autem (Schedulae: *Le Christianisme comme puissance civilisatrice*, insertae scripto periodico: *Le Dominicale*, III. Livrais. (1833.) pag. 33.), haud minus insulse, quam temere et impie, verba Christi (Jo. V. 12., — perperam ibi citata, tanquam Cap. I. 6. occurrentia): *Qui habet Filium*, *habet vitam*, *qui non habet Filium*, *non habet vitam*, in alienum prorsus sensum contorquentur. Imperitus auctor: *Les apôtres*, inquit, *poursuivant l'oeuvre de leur maître*, *firent connaître la vie sociale*, *dont il avait parlé: » Celui qui a un fils*, *» a la vie*, *celui qui n'a pas de fils*, *n'a pas la vie."* Quae quomodo homini, non ebrio aut mente capto, excidere potuerint, intelligi vix posse videtur. Et tamen scripta sunt, typis descripta et a millenis lecta, — in ea urbe, quae cultioris Europae metropolis ab aliis omnibus dici vult et salutari!

*Qualibus in tenebris — —*
*Degitur hoc aevi quodcunque est!*

## §. 89.

### *Studii ratio et Subsidia.*

Quod saepius jam monuimus, non, nisi a propaedeuticis studiis bene paratum, Theologiae Studiosum accedere debere ad Dogmaticen, hîc ante omnia repetendum est denuo. Nam *illa* non tantum aditum ad *hanc* parant, sed *hujus* tanquam vita sunt et anima. Sine illis *populari* quidem, minime vero *eruditae*, Theologiae locus est. Neque sane Biblicis effatis colligendis et *ad verbum recitandis aut describendis*, qui nonnullorum sive error est, si-

ve vafrities (1), Theologiae Dogmaticae studium absolvitur. De hujus igitur ratione insuper aliquid monendum. *Primum* autem Studiosi esse videtur, Doctoris alicujus publici, vel, si fieri possit, plurium, praelectionibus interesse assidue, et in scholis accurate enotata aut excerpta diligenti meditatione domestica quotidie repetere; ad notionum definitiones et distinctiones et Locorum Sacrae Scripturae, quae ad thesium confirmationem afferuntur, lectionem germanam sensumque et, quem dicunt, nervum probandi, perpetuo attendere; argumentorum vim religiose ponderare, eorumque *classes*, quas vocare solent, memoriae mandare. *Mox* vero diversorum Doctorum institutiones inter se conferre, alias ex aliis augere, explere, et, si quid nondum recte intellexerit Studiosus, aut aliqua de re dubium ipsi oboriatur, hoc annotare. *Tum* Magistrorum dictatis lectionem atque meditationem adjungere alicujus *Compendii* optimae notae, nec nimis exilis; qualia sunt *Theologia Muntinghii*, *Storrii*, *Reinhardi*, *Doederleinii*, et, prae multis aliis, ob exegeticam subtilitatem, necessariorum et minus talium prudentem discretionem, verborumque in maxima copia parcimoniam et concinnitatem, laudanda *Epitome Mori*. *Porro* ad legenda, vel data opportunitate consulenda *majora* quaedam, hoc in genere, *Opera* nunc transeat. Quorum imprimis legenda sunt et perlegenda, quin iterata interdum industria relegenda talia, quibus aliquis ex insignioribus Theologiae Locus peculiariter et dedita opera pertractatur. Quorsum pertinent Tractatus, Commentationes, Dissertationes et similia scripta. Uno etiam tenore legenda sunt paucula eorum opusculorum, quibus universa Theologia theoretico-practica breviter, ad omnium usum, exponitur. Nam, neque ipsorum usus omnino negligendus videtur, et tamen, in qualibet Ecclesiastica Societate, tantus est, tamque ingens illorum numerus, ut omnia et singula legere vix unius sit per totam vitam hominis. Itaque vel optimorum faciendum esse delectum apparet. Qui quomodo

do sit instituendus, si quaeratur; nobis quidem videntur principe loco commendanda esse primorum post Reformationem Scriptorum hujusmodi scripta; in his, praesertim *Philippi Melanchthonis Loca* (2) et *Joannis Calvini Institutio* (3). Alia vero Opera, quibus uberius de Dogmatica exponitur, pervolvenda ea potius sunt quam perlegenda, et Lexici veluti loco habenda, atque identidem, ubi opus est, attentius consulenda. In horum quidem numerum praecipue referre licebit *Gerhardi Loca*, a *Cotta* illustrata (4), *Martini Vitringa* ad *Camp. Vitringa Aphorismos* annotata (5), et *Bernardini de Moor Commentarium in Marckii Medullam perpetuum* (6). Atque in eumdem fere censum referenda videantur scripta Doctorum Veteris Ecclesiae, veluti *Hilarii*, *Augustini*, similiumque, praecipue *Joannis Damasceni*. Quibus omnibus insuper addendus erit unus et alter ex recentiorum optimis, ut, quae superiore et nostra aetate paulo aliter, quam antea, sint constituta vel enunciata, cum antiquiorum decretis utiliter conferantur. *Jamque* simul observentur diversarum, quibus usi sunt Theologi, *methodorum* (*analyticae*, ejusque *duplicis* generis, et *syntheticae*, hujusque vel *demonstrativae*, vel *mathematicae*, porro *vulgaris*, *philosophae*, *comparativae*, *symbolicae*, *biblicae*) vera ratio, causae, commoda et incommoda (7). *Postremo* haud inutile erit, suo marte, sive *Tabulas*, universum Theologiae Dogmaticae argumentum et multiplicium in ea tractandarum rerum ordinem atque nexum ostendentes, componere (8), sive uberiorem aliquam Systematis totius *Analysin* concinnare, quae paucis verbis, sed perspicue, indicet notionum definitiones, theorematum confirmationem per argumentorum praecipuorum summam, distinctionem denique affinium opinionum, refutationem contrariarum atque objectionum exceptionumque solvendarum fontes. In his autem omnibus haud parum adjumenti Studioso afferre poterunt Praeceptorum, de rebus ipsis, aut de

le-

legendis libris, ab eo consulendorum, monita: tum et scriptorum, de optimis in hoc genere libris referentium (e. g. *Buddei*, *Walchii*, *Noesselti*, *Wineri*, caet.), crebra inspectio: imprimis vero continuata, neque unquam intermissa, studia exegetico-critica, historica et philosopha. Hisce enim studiis, quod ex ante dictis liquido consequitur, tantum non omnia contineri videntur, quibus Theologiae cultori tandem aliquando opus erit, cum, e discentium sodalitio in docentium censum translatus (antea enim hoc fieri non debet), Systema Dogmatices, quale illud esse oporteat, suo marte adornare cupiat. Verum quippe Literarum Sacrarum sensum, etiam in dictione tropica, plurimorum de eadem re effatorum comparatione, indagare, dignoscere et intelligere, ea ipsum docebunt, et diversi generis imagines et loquendi formulas, eas etiam, quae, quid sibi velint, ex peculiari hominum, qui certo quodam tempore ac loco vixerunt, conditione atque cogitandi ratione demum videatur accurate intelligi posse, ad universas notiones dextre revocare. Eademque effectura putamus, ut duplex error evitetur, *et* veterum ille atque recentiorum nonnullorum, plus justo sapere, atque ipsa τοῦ Θεἰου βάθη ἀνεξερεύνητα καὶ ἀνεξιχνίαστα ἐρευνᾶν gestientium, *et* istorum exigui ingenii praeposteraeque pusillanimitatis hominum, qui, in solo verborum Scripturae sono acquiescentes, ad rerum ipsarum rationem, mutuum nexum et causas, quantum illud fieri possit, indaganda, nolunt aut nequeunt accedere (9).

(1) Egregia mihi quidem, et ad hunc locum adhibenda, videntur, quae *Joannes Davides Michaëlis* in Praefatione suae *Dogmaticae*, pag. XIII sqq. scripsit: » Ego — — in Theologia dogmatica insignem, quam praedicant, bi» blicae dictionis utilitatem in dubium vocare audeo. — — Quid facere inu» tilius — — possumus, quam verba eadem repetere, de quorum mente di» sputatur? Tibi enim, qui illa repetis, quid significant? Si, *hoc ipsum*, » inquis, *quod sacris literis;* non me doces, sed incertum relinquis: hoc » enim, quid sacris literis significent, illud erat, quod a te, dogmatum sa» crorum praeceptore, discere volebam. Felicem me etiam, si non omnino

» car-

» carbonariam illam scenam agere destinasti: sed a tuis me scholis ad exe-
» geticas remittis. Hoc tamen quid est, nisi provinciam deponere, quam
» susceperas, ac profiteri, non posse me a te doceri, quid sacrae lite-
» rae dicant, sed quibus verbis utantur?" caet. (nam omnia legenda ad pag.
usque XXXIII. Haec vero docent, quomodo intelligenda sint, quae pag. LI.
habet: » Totam paene ex philologia et philosophia consistere arbitror Theo-
» logiam dogmaticam; ex historia autem ecclesiastica et lectione patrum et
» veterum theologorum, non parum accipere et copiae et ornamenti." caet.)
Pag. autem LII sqq. sic pergit: » Philologico labore perfunctus, de rebus,
» quas tradant sacrae literae, philosophatur theologus; id est, quaerit, quan-
» tum ejus fieri potest, quo quidque modo, et cur ita contingat. — — Vix
» homo est de plebe, paulo religiosior attentiorque sacro codici, qui non in-
» terdum ita philosophetur; quod facere eum docet et paene cogit liber coe-
» lestis, ipse saepe rationes rerum reddens, et lectorem vel indoctum neces-
» sariis tamen φιλοσοφουμένοις initians. Frequentius autem et impensius
» idem facere debet, qui non catechismum indoctis, sed erudiendis futurisque
» theologis theologiam praeit dogmaticam." caet.

(2) Vid. §. praec. ann. 84. pag. 461.

(3) Vid. §. praec. ann. 76. pag. 460 sq.

(4) Vid. §. praec. ann. 129. pag. 467 sq.

(5) *Doctrina Christianae Religionis, per aphorismos summatim descripta, ed. sexta, cui nunc accedit* Ὑποτύπωσις *Theologiae Elencticae, in usum Scholarum domesticarum Campegii Vitr. procurante Martino Vitr., qui Praefationem, Prolegomena, et adnotationes adjecit, nec non analysin Theodori Scheltingae*, Arnhemiae 1751. IX. Partt. X. Voll. 4. Conf. §. praec. ann. 111. pag. 465.

(6) *Commentarius perpetuus in Johannis Marckii Compendium Theologiae Christianae Didactico-Elencticum*, L. B. 1761. VI. Voll. cum uno (VII°.) Supplementorum, 4. Conf. §. praec. ann. 110. pag. 465.

(7) Non vacat de singulis hic fuse dicere. Praeter modo laudatos, *Martinum Vitringa*, in *Prolegomenis*, et *Joannem Davidem Michaëlis*, in *Praefatione*, aliosve, praesertim conferri poterit *Joannes Geo. Walchius*, in Opere, quod inscripsit *Miscellanea Sacra, sive Commentationum ad Historiam Ecclesiasticam Sanctioresque Disciplinas pertinentium Collectio* (Amst. 1744. 4.), Libro III. Exerc. VI. *de variis Theologiam tradendi methodis*, pag. 676—707.

(8) De his quidem non eadem omnium Virorum D. est sententia. Ut tamen rerum diversissimarum nexus, et quomodo aliae ab aliis pendeant, accurate intelligatur, vix ullum subsidium aliud, majore cum utilitatis fructu, adhibere poterit futurus Theologus. Conf. inter alia *Michaëlis Uhlich, Unterweisung eines Vaters zu einem fünfjärigen academischen Fleiss und Lebenswandel für seinen Sohn* (Halae 1765. 8.), pag. 60. ubi et alia monita utilia inveniuntur.

(9) Atque his quidem paucis, quae nunc (in altera ed.) huic §. addidimus, respondere conati sumus desideriis Viri illius Docti, qui honorificam nostrae Encyclopaediae (ex priore ed.) mentionem facere dignatus est, in *Ephemeridibus Theologicis* (quae inscribuntur: *Godgeleerde Bijdragen*), Tomo VII. (a. 1833.) pag. 94—111. Quae enim flagitat (pag. 107 et seq.), *iis triplice* hoc praecepto facile satisfieri posse videtur: — 1. Vide accuratissime, quid Sacer Codex *revera* doceat (nec tantum, quid prima specie *docere videatur*), atque illud Oraculi divini instar habe. — 2. A nimia curiositate et perverso subtilius distinguendi definiendique, quae *μυστηριώδου* plena sunt, abstine, *μὴ ὑπερφρονῶν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονῶν εἰς τὸ σωφρονεῖν.* — 3. Neque Scholae, cui maxime faveas, decreta invitis Scriptoribus Sacris obtrudas, et ita utaris ratiocinandi meditandique facultate, ut veteris illius dicti memorem te praestes: » Philosophemur, sed paucis: nam omnino » non placet." — Caeterum, plura qui cupiat, eum ablegamus ad *Prolegomena* operis *Steudeliani*, supra (supra §. 88. ann. 159. pag. 470.) excitati.

## §. 90.

### *Theologia Symbolica.*

*Symbolum*, ex usu Ecclesiastico, si minus antiquissimo (1), certe post Concilium Nicaenum vulgatissimo (2), significat certam doctrinae formulam, dogmata complectentem, de quibus qui consentiebant, illâ ipsâ ab aliis cupiebant distingui. Olim quidem tales formulae paucae erant numero et satis simplices, postea vero et mole et numero valde auctae sunt: unde *Libri Symbolici* suam quoque originem traxerunt. *Antiquiora*, quae quidem potissimum merentur cognosci, praeter illud, quod *Apostolicum* vulgo, minus tamen recte (3), vocari solet, sunt *Nicaenum* (4), quocum arctissime *Constantinopolitanum* conjungitur (5), tum *Athanasianum*, falso dictum (6); denique *Chalcedonense* (7). *Serioribus* vero temporibus plurima fuerunt introducta Symbola, sive Symbolica Scripta. Quorum primum fortasse *Confessio Augustana* est, valde illa memorabilis, quaeque, una cum nonnullis aliis scriptis, formulariae doctrinae *Lutheranorum* regendae inservit (8). *Reformati* diversa habent Symbola in diver-

sis

sis regionibus; in nostra patria *Confessio*, a *Guidone de Brez* adornata, et *Catechismus Palatinus* dudum invaluerant; quibus deinceps additi *Canones*, de quatuor vel quinque doctrinae capitibus, in *Synodo Dordracena* constituti (9). Mitto *Mennonitas*, sive *Teleiobaptistas*, quippe inter se dudum dissentientes (10). *Romano-Catholicis* Symbolicorum librorum in numero et honore sunt *Concilii Tridentini Decreta*, *Professio fidei Tridentinae* et *Catechismus Romanus* (11). Sunt autem, qui Symbolorum Ecclesiasticorum usum plane, vel ex parte, repudient, et *singuli* Viri Docti (12) et integri *Coetus* (13). Alii vero nimis praeclare de iis, veluti si divinae essent originis et auctoritatis, statuunt (14). Media hic quidem, ut plerumque, via incedendum: atque de obligatione, qua obstringi solent ad iis subscribendum publici Religionis Doctores, quid statuendum sit, hinc facile colligitur (15). — Quicquid vero sit, ab hisce Symbolis dicta *Theologia Symbolica* ea, sive pars est, sive forma aut species, Systematicae Theologiae, quae ipsam Religionis doctrinam ita exponit, uti quidem, in diversarum Sectionum sive Societatum (*Sectarum*) ecclesiasticarum Symbolicis Libris, ea continetur, atque intelligi a sociis et explicari solet. Itaque potest alia esse, et est revera, *Lutheranorum* ac *Reformatorum*, horum alia ac *Romano-Catholicorum*, reliquorumve Theologia Symbolica. Neque desunt Scripta *majora* vel *minora*, quibus, qui peculiari cuidam formulae adhaerebant, doctrinam sacram, ex ejus mente atque ad ejus normam, exposuerint (16). Nostra vero potissimum aetate nonnulli Viri praeclari paulo aliter, quam antea, et, ut verum fateamur, multo utilius, rem tractare coeperunt. Nimirum ita instituerunt, ut, diversis istis Christianae Religionis intelligendae et explicandae rationibus inter se collatis, inde, quid, in quaque formula Ecclesiastica, praeprimis laudandum sit aut vituperandum, et quomodo quaeque, ad ipsum Sacrum Codicem comparata, sese ha-

beat, accuratius, et, quantum quidem ejus fieri possit, sine partium studio, judicare docerent. Quod praesertim egerunt *Planckius* (17), *Marheineckius* (18), *Marshius* (19), *Winerus* (20), *Hauptus* (21), et ex parte quoque *Hagenbachius* (22). Sic autem instituta Theologiae Symbolicae expositio, ut ad Locos doctrinae, de quibus dissentiunt diversis utentes doctrinae formulis Christiani, egregie illustrandos, ita ad minuendas et mitigandas, quin pedetentim componendas et tollendas, lites et controversias, apprime est accommodata. Futurus igitur Theologus, in eam sedulo incumbens, *et* ingenium acuet ad distinctam rerum definitionem et subtilem demonstrationem, *et* simul, ad liberalitatem veram, moderationis et tolerantiae matrem, atque ad prudentiam, germanae orthodoxiae patronam, animum informabit (23). Caeterum, praeter reliqua, jam indicata, subsidia, utendum ipsi erit *Bibliotheca*, qualem instruxit *Koecherus* (24).

(1) *Symbola*, sive *Signa*, a *Dionysio*, *Augustino* et aliis, dicta fuisse *Sacramenta*; *Theologiam* igitur *Symbolicam*, ex hac loquendi consuetudine, illam esse doctrinae Christianae partem, quae de *Sacramentis* sit: — ex alio autem usu omnem humanam Theologiam, quatenus *intuitivae* et *visionis* opponatur, *Symbolicam* quoque vocari, observavit, in Baumgarteniani operis censura, *Jo. Aug. Ernestius*, in *Neue Theol. Bibliothek*, Tom. II. pag. 586.

(2) Conf. *Gerardus Jo. Vossius* (*de tribus Symbolis*, *Apostolico*, *Athanasiano et Constantinopolitano* (Amst. 1642 et 1662. 4. et in *Operibus*, Tom. VI. pag. 507 sqq.) Diss. I. §. 18. *Jo. Bern. Carpzovius* (in *Isagoge ad Libros Symbolicos Ecclesiar. Lutheran.* pag. 2.), citati, cum pluribus aliis, a *Buddeo* in *Isagoge*, pag. 394.

(3) De hujus Symboli origine et historia, post alios, egregie egerunt: *Petrus King* (in libro, cui, vernacule scripto, titulum fecit: *The history of the Apostels Creed with Critical Observations on its several Articles*, Londini a. 1702. et seq. 8. edito, qui vero, Latine a *Gotthofredo Oleario* versus, prodiit Lipsiae 1706. 8. Basileae 1750. 8. et tertium L. B. 1765. 8. quemque Belgice *Jacobus van Zanten* interpretatus est), et — *Joannes Ern. Imman. Walchius* (in *Antiquitatibus Symbolicis*, *quibus Symboli apostolici historia illustratur*, Jenae 1772. 8.). Addendi autem illis sunt, qui non *Apostolici*, quod vulgo dicitur, tantum, sed aliorum etiam, histo-

riam

riam enarrarunt, *Gerardus Jo. Vossius* (in *Dissertt.*, ann. praec. laud.), et *Joannes Rud. Kiesling* (in *Historia de usu Symbolorum*, *potissimum Apostolici*, *Nicaeni*, *Constantinopolitani et Athanasiani*, *in Sacris tam veterum quam recentiorum publicis*, Lips. 1753. 8.): ut et *Christoph. Pelargi Schola fidei* (Francof. 1601. 8.). — Explicarunt autem Symbolum Apost. plurimi; e quibus memoramus, praeter citatum supra (§. 88. ann. 105. pag. 464.), *Casparum Olevianum*, — praecipue *Joannem Pearson* (in *Exposition of the Creed*, Lond. 1659. f. m. et saepius; qui liber, a *Simone Jo. Arnoldo*, ad quintam ed., Latine versus, prodiit Francof. ad Viadr. 1691. 4., et cum praefatione *P. E. Jablonskii*, ibid. 1741. 4. Belgice vero a *Matthia Neef*, Traj. ad Rhen. 1681. 4.), — *Mosen Amyraldum* (in *Exercitt. duabus*, *altera in Orat. Domin.*, *altera in Symbolum Apostolorum*, Salmuri 1663. et nitidius Ultraj. 1767. 8.): et — *Hermannum Wits* (in *Exercitt. in Symbolum Apostolicum et Orationem Dominicam*, Amst. 1697. 4.). Plures vero alios qui sibi indicari cupiat, adeat *Joannem Christoph. Dorn* (in *Bibliotheca Theologica Critica* (Francof. et Lips. 1721. 8.) Lib. VIII. Cap. I. sive Parte II. pag. 432 sqq.), — *Jo. Geo. Walchium* (in *Biblioth. Theol. Sel.* Tom. I. Cap. III. Sect. 1.), — *Jo. Franc. Buddeum*, aliosque id genus Scriptores. Attentionem praesertim merentur *Laurentius Valla*, *Desiderius Erasmus*, *Ludovicus Ellies Du Pin*, *Jacobus Usserius*, *Georgius Ashwell*, *Gisbertus Voetius*, *Jo. Henr. Heideggerus*, *Ægidius Strauchius*, *Guil. Ern. Tentzelius*, ut et *Niemeierus*, *Neumannus*, *Schmidius* caet. — Addendus autem omnibus est, qui de aliis Symbolis antiquioribus scripsit, *Christianus Guil. Frid. Walchius*, in *Bibliotheca Symbolica veteri*, Goett. 1770. 8.

(4) De hujus Symboli, a. 325. contra Arianos conditi, historia, praeter modo (ann. 3.) memoratos, *Vossium* et *Kieslingium*, consuli poterunt *Joannes Henr. Heideggerus* (in *Comment. de Symbolo Nicaeno-Constantinopolitano*, quae est in Ejus *Dispp. Selectis*, Vol. II. pag. 716 sqq.), *Michaël Walter*, *Jo. Guil. Baier*, *Jo. Fechtius* et *Georgius Bullus* (indicati a *Walchio*, l. c. pag. 311.) qui Symbolum illud defenderunt. Ex iis, qui in eo explicando elaborarunt, memorandi: *Casparus Cruciger* (in *Symboli Nicaeni enarratione*, Vitemb. 1648. 8.), — *Philippus Melanchthon*, (in *Explicat. S. N.*, ed. a *Jo. Sturione*, ibid. 1661. 8.) et — *Jo. Casp. Suicerus* (in libro inscripto: *Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum expositum et ex antiquitate ecclesiastica illustratum*, Traj. ad Rhen. 1718. 4.).

(5) Conditum in Concilio Constantinopolitano, a. 381. Hoc revera cum Nicaeno ita cohaeret, ut, quod vulgo *Nicaenum* dicitur, multo melius *Nicaeno-Constantinopolitanum*, a *Suicero*, *Heideggero*, aliisque, modo (ann. 4.) memoratis, vocatum fuerit.

(6) De hoc Symbolo praecipue consulendi, praeter *Henricum Rixner*, (in *Disp. theol.* continente *Symboli Athanasiani perbrevem descriptionem historicam*, caet., Helmst. 1675. 4.), — *Jo. Henr. Heideggerus* (in *Disp. de S. Ath.*, in *Dispp. Sel.* Voll. II. pag. 745 sqq.), — *Guil. Ernestus Tentzel* (in libro inscripto: *Judicia Eruditorum de S. Ath.*, Gothae 1687. 12.), — *Jos. Antelmius* (in *Nova de S. Ath. disquisitione*, Paris. 1693. 8., qui *Vincentio Lirinensi* Symbolum tribuit), — *Daniel Waterland* (in *Critical History of the Ath. Creed*, Cantabr. 1724 et 1728. 8.), — *Domin. Maria Speronius* (in *Diss. duabus de Symbolo, vulgo S. Athanasii*, Paris. 1751 et 1753.), et — *Eduardus Harwood* (in *Diss.* vernacule scripta, Germanice edita, *Ueber die Athanasianische Lehre*, in *Vier Abhandlungen*, Berolini 1774. 8.). Hic vero postremus magis jam referendus est ad eos, qui Symbolum Athanasianum explicare studuerunt; e quibus memorantur a *Walchio* (l. c. pag. 313.) *Venantius Fortunatus*, *Bruno* Herbipolensis, *Richardus*, *Christoph. Cornerus*, *Paulus Laurentius*, *Jo. Roesslerus*, *Gilb. Genebrardus* et *Davides Pareus*. Sed hos verbo indicasse sufficiat.

(7) In Concilio a. 451. habito, quo damnatus est *Eutyches*, conditum est. De cujus historia consulendi, qui de Symbolis antiquis scripserunt. Cf. ann. 3.

(8) De *Augustanae Confessionis* historia, praeter alios, in his Scriptores Historiae Ecclesiasticae, praesertim recentioris (quos inter hic praecipue eminet *J. G. Planckius*, in *Geschichte der Entstehung des protestantischen Lehrbegriffs*, Tom. III.) legendi sunt: *Ernestus Salomo Cyprianus* (in *Historie der Augsburgischen Confession*, Gothae 1730 et saepius 4.), — *Christianus Aug. Salig* (in *Vollständ. Hist. der Augsb. Conf.* Halae 1733. III. Partt. 4.), et, ne *Danielem Gerdesium*, *Zachariam Webberum*, *Wigandum Selneccerum*, *Schmidium*, *Dorscheum*, *Dilherrum*, alios, aut, antiquiores his, *Chytraeum*, *Mullerum*, caet., excitem; *Carolus Aug. Märtens* (*Ueber die symbolischen Bücher der evangelisch-lutherischen Kirche*, *ihre Entstehung*, *Geltung und Vereinigung mit der evangelisch-reformirten Symbolen*, Halberst. 1830. 8. (De quo Opere cf. *Hall. Allgem. Literat.* 1831. *Ergzbl.* N°. 113—115. et *Leipz. L. Z.* 1831. N°. 191.). — Explicuerunt eam Confessionem admodum multi, ex quibus memorasse sufficiat *Henricum Alting* (in *Exegesi Confessionis Augustanae*, Amst. 1747. 4.) et *Joannem Gustavum Reinbeck* (in *Betrachtungen über die in der augsb. Conf. enthaltene und damit verknüpfte göttliche Wahrheiten*, continuatis ab *Israële Theoph. Canzen*, Berol. 1733. IX. Partt. 4.). Plures alios qui sibi indicari cupiat, adeat *Walchium* (l. c. Sect. II. pag. 314 sqq.), *Buddeum* (in *Isag.* Lib. II. Cap. 2. §. 7. pag. 426 sqq.), alios. Cum autem Secularia traditae Imperatori Confessionis anno 1830. tertia celebrarentur, plurima in lucem emissa sunt scripta, ipsam Confessionem ejusque historiam denuo in memoriam revocantia et illustrantia; quorum nonnulla, a *Danzio*, *Fuch-*

*Fuehsio*, *Haanio*, *Rotermundo*, *Facio*, *Schieblero* (*Guil. Felzio*) *Hilbenzo*, *Meyero*, *Sittigio*, *Mertenso*, *Engelo*, *Schotto*, *Fikenschero*, *Rudelbachio*, *Wohlfahrto*, *Ammono* jun., *Heringo*, *Funko* ut et *Joanne Augusto Henrico Tittmann*, adornata, breviter censentur in *Ephemeridibus Jenensibus* (*Allgem. Literaturz.*) ad a. 1830. N°. 94, 95 et 101. et *Halensibus* ad eumdem a. N°. 123—126. Ultimo a nobis loco indicatum, *Tittmanni* nempe, doctissimi Viri, Opusculum praesertim legendum est futuro Theologo, inscriptum: *Die Augsburgische Confession, deutsch und lateinisch, nach den Originalausgaben Melanchthons*, Dresdae 1830. 8. Plura enim, quam pollicetur titulus, praestat; quid tandem sibi voluerit *Melanchthon* et egerit in singulis articulis, accurate ostendens. Observari autem meretur, hanc Confessionem in quaque editione aliquam, in ea vero, quae a. 1540. prodiit, satis notabilem, mutationem esse passam. Quae male habuit Lutheranorum quam plurimos, perplacuit Reformatis; ita quidem, ut Confessioni, sic mutatae, et alii subscripserint, et *Joannes Calvinus*, *Hieronymus Zanchius* et *Petrus Martyr*. Uti et dudum postea eamdem, secundum primum et originale exemplar Saxonicum, sine ulla haesitatione recipere, sua subscriptione ornare, et pro basi intime conjungendae utriusque Protestantium familiae agnoscere paratos se declararunt Theologi Reformati, qui Lipsiensi (quae vocatur) Conferentiae, mense Martio a. 1631. habitae, interfuerunt. Vid. lectu dignissimum, rarum vero, *Antonii Hulsii* Opusculum, inscriptum: *Conferentie over de Augsburgsche Confessie, gehouden tot Leipzig a.* 1631., *met een historische en theologische deductie, gevende grondige kennis van alle verschillen tusschen ons* [*Hervormden*] *en de Lutherschen, hoe en wanneer dezelven zijn opgekomen, en hoe ze zouden konnen bijgelegd worden*, etc. (Bredae, 1657. 12.) pag. 48 et 79. Quid? quod fere inter Symbolicos libros Augustanam Confessionem Reformati recipere visi sunt, addenda ea Reformatae Ecclesiae Confessionibus in *Corpore et Syntagmate Confessionum fidei reformatae*, de quo mox ann. seq. dicendum. — Praeterea observandum, statim, postquam Imperatori publice tradita esset et in Comitiis praelecta Confessio, eam refutare studuisse Theologos Pontificios, imprimis *Joannem Fabrum* et *Joannem Eck*. Ab his vero adornata Confessionis refutatio, licet jam Imperatori praelegeretur mense Augusto ejusdem anni 1530., cujus mense Junio exeunte tradita fuerat ipsa Confessio, non tamen lucem adspexit ante a. 1572. Verum quae, inter praelegendum audita, calamo fuerant excepta, *Philippus Melanchthon* statim refutanda suscepit; cujus *Apologia Augustanae Confessionis*, jam mense Septembri ejusdem anni, Imperatori exhibita, atque, novis aucta et emendata curis, anno sequente 1531., publici juris facta est. Primae editionis, nisi apud *Chytraeum*, nullum amplius exstat exemplum: aucta vero et emendata, in *Operibus*, cum *Lutheri* (Tomo IV. ed. Jenensis), tum ipsius *Melanchthonis* (Tomo I.), comparet, estque saepius recusa, atque inter Symbolicos Libros recepta. De ejus historia, praeter *Sleidanum*, *Chytraeum*, *Coelesti-*

*tinum*, *Seckendorfium*, praesertim *Henr. Pippingius* (in *Histor. Einleit.* etc. c. 5.), *Ad. Rechenbergius* (in *Append. tripartita ad Libros Symbol.* c. 3.) et *Mich. Weber* (in *Kritische Geschichte* etc. II. 291 — 414.) consulendi sunt. Quod vero memoratam modo *Confutationem* attinet; quoniam editio *Fabricii* (in *Harmonia*, Colon. 1573.) ab editione *Chytraei* (in *Hist. A. C.*, a. 1578.), ne de *Coelestiniana* (in *Hist. Comitior. Aug. a.* 1530. *celebrator.*, a. 1597.) dicam, haud parum differt; de vera lectione non ambigere non potuerunt Viri Docti: donec *Christianus Georgius Müller*, a. 1809., Lipsiae ederet Opus inscriptum: *Formula Confutationis Augustanae Confessionis, cum Latina e Cod. MS., qui in Bibliotheca* Julii *Pflugii Cizensi asservatur, tum Germanica ex Actis Tabularii Moguntini, nunc primum in lucem edita. Cum Lectionibus vulgaribus contulit et notis illustravit C. G. M. Accessit Formula Confutationis Confessionis Tetrapolitanae Latina, nunc quoque primum edita.* Haec igitur scriptio augendis vel emendandis iis inservire poterit, quae duo alii *Mülleri*, alter *Joannes Joachimus* (*Historie von der Evang. Stände Protestation und A. C.* Lib. III. cap. 25.), alter *Joannes* (in *Explicatione A. C.*), exhibuerant. Est autem Germanice repetita a *Jo. Guilielmo Schöpff* (*Die Widerlegung der Augsb. Confession* etc., Lips. 1831. — Ediderat autem hicce Scriptor, aliquot annos ante, Libros Symbb. (Vid. *Allgem. Kirchenz.* a. 1827. N°. 98.). Sed plus satis de his. In viam redeamus. — Praeter ipsam Confessionem Augustanam ejusque *Apologiam*, alia quoque scripta, quae Ecclesiae Lutheranae Symbolica sunt, hic breviter indicanda videntur. Possunt autem memorari *Philippi Melanchthonis* Consilia, Ecclesiarum Inspectoribus data (*Unterricht für die Visitatoren;* cujus operis ultima editio a *Strobelio*, Altdorfi a. 1777. 8. procurata est, addita *Introductione historica*). Haec quidem scriptio, quoniam Pastores in Saxonia obligatione, sermones suos ad ejus normam componendi, tenebantur, a nonnullis pro primo omnium Libro Lutheranae Ecclesiae Symbolico habetur. Atqui magis eo faciunt *Articuli Smalcaldici*, ab ipso *Luthero* a. 1537. concinnati, Concilio scilicet universali, cujus cogendi spem fecerat Paulus III, P. M., offerendi: quae tamen res, cum Concilium, Mantuae celebrandum, non haberetur, aliter evenit. Distinguendi autem sunt hi Articuli, qui, *Libro Concordiae* inserti, Symbolicam auctoritatem nacti sunt, a *Formula*, quae tribus annis post (a. 1540.) *Smalcaldiae* quoque adornata est, sed nunquam in Symbolicos recepta Libros. De *Articulis* vero, quos, ann. criticis illustratos, accuratius edidit *Philippus Marheinecke* (Berol. 1817. 4.), legi poterunt, quos paulo ante indicavimus, *Sleidanus*, *Seckendorfius*, *Rechenbergius*, *Pippingius*, praesertim vero *Joannes Bened. Carpzovius* (in *Isagoge in Libros Symbolicos Ecclesiarum Lutheranarum*, peculiariter *ad Artt. Smalc.*, *cum continuatione Joannis Olearii*, saepius et a. 1725. 4. Lipsiae edita) et *Dan. Laurentius Balthenius* (in *Diss. historica de Artt. Sm.*, Regiomonti, 1729. 4.). Porro huc refertur *Lutheri* uterque *Catechismus*, tam *major* ille, quam *minor;* quippe *Symbolici* declarati ab Ordinibus (Statibus) re-

reformatis, in *Epitome formulae Concordiae*, quam *Rechenbergerus* edidit. Uterque vero Catechismus a. 1529. in lucem exiit; saepissime postea recusus, in alias linguas transfusus, Commentariis illustratus. Conf. *Walchii Bibl. Sel.* I. 454 sqq. Ultimo vero loco memoranda hic *Formula Concordiae*, cujus concinnandae ansam dederunt lites et turbae, quibus Lutherana Ecclesia agitata fuit a Synergistis, Interimistis, Adiaphoristis, Crypto-Calvinistis, aliis: quae vero et Reformatis oppido displicuit, nec ab omnibus Lutheranis recepta est, quin a nonnullis eorum cum indignatione repudiata. Sed longum sit hujus historiam *Formulae* enarrare. Cujus rei otium fecerunt *Rudolphus Hospinianus* (in opere inscripto: *Concordia discors*, Tiguri 1607. et Genevae 1678. f. m.) et, qui ei se opposuit, *Leonardus Hüttenus* (in libro, titulum praeferente: *Concordia concors*, Vitemb. 1614. f. m. Lips. 1690. 4.). Praeter alias editiones, commendari meretur *Joannis Georgii Walchii Christliches Concordienbuch, worinn sämmtliche gewöhnlichste Symbolische Schriften der Evangelisch-Lutherischen Kirche deutsch und lateinisch enthalten sind; mit historischen Einleitungen herausgegeben*, Jenae 1750. 8. Cui add. *Sigism. Jacobi Baumgarten Erläuterungen der im christlichen Concordienbuch enthaltenen Symbolischen Schriften der Evang. Luth. Kirche*, Halae 1747. 8. Nostra memoria, a. 1817, 1827. nova, eademque accurata et nitida, *Librorum Symbolicorum Ecclesiae Euangelicae* [Lutheranae] editio procurata est Misenae, forma 8va, a *Joanne Augusto Henrico Tittmann*. Quacum omnino conf. eorumdem Librorum recensio, quam procuravit *C. A. Hase*, eod. fere tit. Lips. 1827. De aliis quibusdam scriptis, non illis quidem Symbolicis, sed ad Symbolica quodammodo accedentibus, conferatur *Buddeus*, l. c. §. 8. pag. 437 sqq.

(9) Apud Reformatos, praeter *Tetrapolitanam* Confessionem, in Comitiis Augustanis Imperatori traditam, sed ab ipso non acceptam (vid. *Jo. Sleidanus*, *De statu religionis et reip. sub Carolo V.*, Lib. VII., item *Dav. Chytraeus*, et reliqui Scriptores de Confessione Augustana); praeter hanc igitur, quae tamen in Symbolicos Libros Ecclesiae Reformatae nunquam recepta est, in censum hic venire forsitan videatur *Catechismus Calvini*, quippe qui tantam in Reformata Galliae Ecclesia auctoritatem obtinuit, ut singulis diebus dominicis, usque ad Nannetensis Edicti revocationem post meridiem explicaretur; quin in nostris etiam Ecclesiis Gallo-Belgicis, iisdem horis, ad illius normam, Religionis doctrina, sermonibus sacris, hodieque exponatur. De quo Catechismo conferendus est *Jacobus L'Enfant* (in *Diss. de Catechismis*, p. 101 sq., ubi et de multis ejus versionibus, in his *Graeca*, ab *Henr. Stephano*, et *Hebraica*, ab *Immanuele Tremellio* adornata, agit.). Verum ne hic quidem Libellus, quamquam Ecclesiis in summo honore habitus, proprie loquendo, Symbolicus habetur. Sunt vero alia Scripta, quorum, sive ubivis, sive alicubi, apud Reformatos, major est auctoritas. *Catechesis* quidem *Palatina* (*Catechismus Heidelbergensis*), a *Zacharia Ursino*, adjuvante *Casparo Oleviano*, jussu Electoris, Friderici III. conscripta, primum lucem adspexit a. 1563.; mox saepissime repetita est, tam

La-

Latine, quam Germanice, et in quam plurimas linguas transfusa; in Belgicam quidem a. 1568. Loquimur autem de Catechismo *minore*; nam et *majorem Ursinus* conscripserat, qui Belgice quoque versus prodiit Amstelodami a. 1790. Immensa autem est Interpretum illius libelli, apud Nostrates praecipue, copia. Inter celebriores referri merentur: ipse *Ursinus*, *Davides Pareus*, *Antonius Hulsius*, *Salomo van Til*, *Joannes d'Outrein*, *Petrus van Hoeke*, *Joannes van der Kemp*, *Balthasarus Bekker*, *Hermanus Alexander Roëll*, *Hieronymus van Alphen*, *Albertus Schultens*, cujus Commentarium, Belgice redditum, edidit *Joannes Barueth*, caet. et, ex recentioribus Batavis, *Ouboterus*, *Palierius*, *Gerardus Benthem Reddingius*, *Jo. van der Linden*, et ex exteris *Henricus Simon van Alpen*, *Joannes Jacobus Stolz*, *Davides Muslin*, alii. De *historia* Catechismi prae caeteris (e. g. *Alpenio*, in *Prolegomenis*, aliisque) dignus est qui legatur *Joannes Christophorus Koecher* (in *Catechetische Geschichte der reformirten Kirche*, Jenae 1756. 8., qui liber etiam Belgice versus est). Haec igitur Palatina Catechesis, multis profecto nominibus laudanda, passim in Ecclesiis reformatis, in Symbolicos Libros recepta est. Sed idem non est dicendum, verbi causa, de *Confessionibus Helvetica*, *Gallica*, *Anglicana*, *Scotica*, quae non nisi in patria sua auctoritatem habent. De iis vero qui plura cupiat, legat, quae de singularum origine et historia habentur in Prolegomenis operis, quod primum a. 1581. Genevae editum est cum inscriptione: *Harmonia Confessionum fidei orthodoxarum et reformatarum Ecclesiarum*; dein autem a. 1612., et accuratius a. 1654. 4., repetitum, sed magnopere mutatum, cum titulo: *Corpus et Syntagma Confessionum fidei, quae in diversis regnis et nationibus Ecclesiarum nomine fuerunt authentice editae, in celeberrimis conventibus exhibitae, publicaque auctoritate comprobatae*, caet. Continentur priori hujus Voluminis parte Confessiones *Helvetica* (cui *Basileënsis* a. 1531. subjungitur), *Gallica*, *Anglicana*, *Scotica*, *Belgica*, *Polonica*, *Argentinensis* (*Tetrapolitana*): altera vero Confessiones *Augustana*, *Saxonica*, *Wirtembergica*, *Electoris Palatini*, *Bohemica* et *Consensus Ecclesiarum Majoris et Minoris Poloniae*, *Lithuaniae*: et in fine additur *Basileënsis* recusa a. 1647., atque *Cyrilli Lucaris*, *Patriarchae Constantinopolitani*; *Confessio* item *Polonica*, *in Conventu Thoruniensi* a. 1645. *proposita*: denique *Catholicus Veterum*, *qui Patres vocantur*, *ex Verbo divino — — in omnibus fidei Christianae articulis consensus*. Symbolicorum autem Ecclesiae Reformatae Librorum novam editionem eamque praestantissimam, a. 1827. 8., Elberfeldi in lucem emisit Theologus Bonnensis celeberrimus, *Joannes Christ. Guil. Augusti*, inscriptam: *Corpus Librorum Symbolicorum, qui in Ecclesia Reformatorum auctoritatem publicam obtinuerunt. Novam collectionem instituit, dissertationem historicam et literariam subjunxit et indices rerum verborumque adjecit J. C. G. A.* Insunt autem hujus Syntagmatis Parti *priori*

*Tres*

*Tres Helveticae Confessiones*, *Gallica*, *Anglicana*, *Scotica*, *Belgica*, *Canones Dordraceni*, *Confessio Hungarica*, *Conff. Polonicae*: — *alteri* vero Parti *Conff. Bohemica*, *Tetrapolitana*, *Marchica* (sive *Jo. Sigismundi*), *Colloquium Lipsiacum* (*Lipsiense*) a. 1631., *Declaratio Thoruniensis* a. 1645., *Formula Consensûs Helvetica*, *Catechismus Genevensis* et *Catechismus Heidelbergensis*. Est autem in *Marchia* Symbolicum Scriptum illa *Confessio Joannis Sigismundi*, *Electoris Brandeburgici*, quam et in suam Collectionem recepit *Augustius*, quaeque primum edita est a. 1614. Cum ea vero saepius conjunctim evulgata sunt, itidem ab *Augustio* denuo exhibita, duo scripta, *Colloquium* nempe *Lipsiense* a. 1631. (cf. ann. praec. pag. 487.), et *Declaratio Thurinensis* (*Thoruniensis*) a. 1645., ed. e. g. Cüstrini 1695., Berolini 1714. 4. Conf. *Pauli Ern. Jablonskii Theses theol. circulares ad illustrand. Confess. Electoris* etc. Francof. ad Viadr. 1738. 4. et *Danielis Henr. Hering*, *Histor. Nachricht von dem ersten Anfange der Evang. Reform. Kirche in Brandenb. und Preussen* etc. Halae 1778. 8. — In *Helvetia* auctoritas magna est *Formulae Consensûs Helveticae*, quam mandante, Senatu Tigurino, *Joannes Henr. Heideggerus* concinnavit, primum in ea urbe editam a. 1675. 4. De qua conf. *Jo. Jac. Hottingerus*, in *Succincta ac genuina formulae Cons. Helv. historia*, ed. in *Bibl. Brem.* VII. 4. 669. et separatim, Latine et Germanice, cum epistolis publicis, Turici 1723.; et auctor anonymus *des Mémoires pour servir à l'histoire des troubles arrivées en Suisse*, *à l'occasion du Consensus*, Amst. 1726. 8. — In *Anglia* valent *XXXIX. Articuli*, *quos* imprimis explicuit laudabiliter *Gilbertus Burnet*, in *Exposition of the thirty-nine Articles of the Church of England*, Lond. 1700. f. m. — In nostro autem *Belgio* (olim *Foederato*) Symbolicus liber ex his omnibus una est *Confessio Belgica*, composita a *Guidone de Bres*, qui *Gallicam Confessionem* potissimum secutus est, auxilio usus *Hadriani Saraviae* et *Hermanni Modeti*; quique insuper cum aliis, quos nancisci poterat, Viris doctis piisque, antequam ederetur, illam communicavit, ut, si quid displiceret, detraheretur, emendaretur, si quid deesset, adderetur. Vid. *Epistola Saraviae ad Utenbogardum*, in *Epistolis praestantium Virorum* (cit. §. 39. ann. 26. pag. 130.), Epist. 181. Propterea recte tanquam *Belgicarum Ecclesiarum* Confessio edi potuit, primum Gallice a. 1562., dein Germanice et Belgice a. sequente, itemque a. 1566. et saepius. Propterea et a Synodis Antverpiensi a. 1566., Medioburgensi a. 1581., Dordracena denique a. 1618. (Sessionibus 144. et duabus sequentibus), et a Nobilissimis et Principibus in Civitate Belgica Viris, quin ab ipsis Ordinibus, summo Magistratu, approbata et recepta est. Postremo autem loco inter Reformatae in Belgio Ecclesiae Symbolicos Libros, vel, ut Nostrates eos vocare amant, *Formulas Unitatis s. Consensûs* (*Formulieren van Eenigheid*) recensentur *Canones Dordraceni*, quibus Patres, celebratae Synodo Dordracenae adscripti, sententiam de *quinque Articulis*, quos *Remonstrantes*, qui vocabantur, proposuerant, dixerunt. Qui Canones, quamquam uni-

verse a Reformatis recepti, tamen lapsu temporis, primum in Anglia, dein in Germania, Helvetia, Gallia et alibi haud parum auctoritatis amiserunt. Cujus rei primam fortassis ansam praebuerunt Epistolae Theologorum Anglorum, qui Synodo aderant, *Joannis Hales* et *Georgii Balcanqual*, quae, ut in *Epistolis praest. Virorum* comparuerant, sic seorsum, inscriptae: *Historia Concilii Dordraceni*, editae sunt a *Joanne Laur. Moshemio* (Hamburgi 1724. 8.); qui cum *Tractatum* iis addidisset *de auctoritate Concilii Dordraceni*, *paci Sacrae* (Lutheranorum nempe cum Reformatis) *noxia*, satis illum iniquum et acerbum, *Stephanus Vitus* ei *Apologiam* opposuit, *in qua Synodus Dordr. et Reformata fides vindicaretur* (Casselis 1726. 8.), addens suae *Apologiae Vindicias* (ibid. 1728. 8.) contra ea, quae *Kromayerus*, *Clericus*, *Hochstetterus*, *Colerus*, *Moshemius* et anonymus Censor Apologiae reposuerant; quae cum nimis leves Lutheranis viderentur, exiit in lucem Hamburgi a. 1732., auctore *Georgio Lud. Oeder*, *Modesta et Solida Responsio ad Cl. Viri St. V. iniquissimum librum, quem inscripsit Apologiam*, caet. — De Symbolicis autem Reformatae in patria nostra Ecclesiae Libris plura cupientem ablegamus ad *Joannem Ens* (in: *Kort historisch berigt van de publieke Schriften, rakende de Leer en Dienst der Nederduitsche Kerken van de Vereenigde Nederlanden, zijnde de Formulieren van Eenigheid en de Liturgie* etc. Amst. 1746. 4.) et ad *Annaeum Ypeij* et *Jo. Jacobum Dermout* (in *Gesch. der Nederl. Herv. Kerk*, Tom. I. pag. 305, 446—499. II. 229 sqq.).

(10) In diversas, multasque adeo, sectiunculas abierunt *Mennonis Simonis* discipuli. Duae vero fuerunt olim et sunt hodieque praecipue eorum Sectiones, altera ad *Socinianos*, ad *Calvinianos* altera, proxime accedentes. Et illi quidem Confessione, quae aliqua valeat auctoritate, non carere non possunt. Hi vero plures habent, quarum antiquissima a. 1581. auctores habet *Joannem de Ries* et *Lubertum Gerardi*. De his autem aliisque huc pertinentibus conferendus est prae reliquis *Hermannus Schijn*, in: *Geschiedenis der Christenen, welke — Mennoniten genaamd worden* (Amst. 1743. 8.), Tom. I. Cap. 7. pag. 238—281.

(11) De *Tridentino Concilio* iisque, qui ejus historiam conscripserunt, *Paulo Sarpio* et *Sfortia Pallavicino*, cf. supra dicta §. 72. ann. 4. num. VIII. pag. 344., quibus multa poterant addi Vid. e. g. *Buddeus*, in *Isag.* pag. 444. Uti autem non omnes Romano-Catholici omnibus se Concilii decretis submiserunt (renitente ex. gr. eorum quibusdam Cleri Trajectini insigni parte; vid. *Batavia Sacra*, T. II. haud longe ab initio), aliis vero universo Clero Gallicano (vid. *Hector Gottfr. Masius*, *Jo. Alb. Fabricius*, *Henr. Pippingius*, atque *Jo. Frid. Mayerus*, quos citavit *Buddeus*, l. c. pag. 445. et *Gisb. Voetius*, in *Politica Eccl.* I. 239.; quibus add. *Guilielmus Broes*, *De Kerk en de Staat in wederzijdsche betrekking*, Tom. III. pag. 142. et alibi); — ut igitur non desunt in praecipuis Theologis Romanensibus, qui a Concilii Tridentini decretis dissentire in nonnullis audeant, ita nec promiscue de eo-

eorum sensu, quomodo intelligendus sit, eadem per omnia omnium est sententia. Quod vel ideo minus est mirandum, quod ne dimidia quidem pars dogmatum, quae Pontificii amplectuntur, hujus auctoritate Concilii sit ita explicata, ut lites et controversiae de vero eorum sensu sint diremtae. (Vid. e. g. *Jo. Laur. Moshemii Streittheologie der Christen* (ad §. seq. citand.) Parte I. Cap. I.). Vulgo tamen et a plerisque Concilium illud ultimum sine exceptione admittitur; certe in iis quae *de fide* sunt; ideoque recipiuntur fere *Canones et Decreta Sacro-S. Oecumenici et Generalis C. Tr.* (Romae 1564. f. m. et saepius ed.); recipitur universe *Professio*, quae mox secuta est, *fidei Tridentinae*. Inter editiones ipsius Concilii eminet ea, quae Coloniae 1664. 8. prodiit. Interpretum autem et defensorum Concilii magna seges est: in illis vero principatum tenet *Dionysius Petavius*, in his *Didacus de Paiva De Andrada*, sive *Andradius*. Sed nec impugnatorum exigua est aut spernenda copia: quorum principes sunt *Martinus Chemnitius* (in *Examine C. Tr.*, quod primum a. 1565 ad 1573. IV. Partibus, dein saepius, optime autem a *Georgio Christ. Joannis*, Francof. ad M. 1707. f. m. editum est), et *Jo. Henr. Heideggerus* (in *Anatome C. Tr. historico-theol.* Tiguri 1672. II. Voll. 4. et in *Tumulo C. Tr.* ibid. 1690. II. Voll. 4.). — *Professionem* vero *fidei*, secundum Concilii Tridentini sanctionem, a. 1564. Idibus Novembris, concinnandam curavit Papa Pius IV, publicavit 1566. Romae f. m. et 8.; cui subscribere coguntur, qui vel muneribus Ecclesiasticis admoventur, vel ab alia quapiam Ecclesia ad Romanensem transeunt. Hanc vero refutandam et alii sumserunt, et *Valerius Alberti*, et alter aliquis, qui se *Innocentium Deodatum Sincerum* vocavit. (Vid. *Buddeus*, l. c. pag. 447.). — Quod vero *Catechismum Romanum* attinet; hic *Pii IV*, *P. M.*, *jussu*, primum Romae 1566. 8. in lucem emissus est, saepiusque recusus Coloniae, Antverpiae, et alibi. Utrum *Sirletum*, Cardinalitiae dignitatis Virum, solum auctorem habuerit, an plures, de eo disputatur. Uti autem valde magnifice de eo Pontificii sentiunt; sic nec defuere, qui eum interpretarentur et defenderent, nec Protestantes, qui adorirentur, tanquam quo gravissimi errores vel promulgentur vel dissimulentur. In illis celebratur *Joannes Chapeauville*, in his *Jacobus L'Enfant*. (Vid. *Budd.* l. c. pag. 337 sqq.). Sunt autem et in Ecclesia Pontificia aliqui, qui hunc Catechismum negent esse scriptum Symbolicum; maxime ideo, quod ei veluti ad latus positus sit *Catechismus Bellarmini*. Hanc opinionem professus est ipse *Brennerus* in libro, quem inscripsit: *Das Gericht, oder die Aufdeckung der Unwissenheit und Unredlichkeit Lutherischen Doctoren der Theologie und Pastoren, in Darlegung des Katholischen Lehrbegriffes* (Bambergi, 1829. 8.), pag. 60. Caeterum neque de aliis Romanensium Catechismis hoc loco dicendum existimamus (de quibus cf. idem *Buddeus* l. c. pag. 339 et 444.), neque de *Confessionibus* Ecclesiae *Graecae* aut *Catechismis*, e. g. de *Confessione Gennadii* sive *Georgii Scholarii*, de *Confessione Eccl. Gr. orthodoxa Petri Mogilae* (cf. §. 88. ann. 154. pag. 470.), de Actis *Jeremiae* Patriarchae Con-

Constantinopolitani cum Theologis Tubingensibus, de *Confessionibus Melet. Pegae*, *Maximi Marguini*, *Georgii Cortesii*, *Metrophanis Critopuli*, aliorumque scriptis, ex parte huc pertinentibus, veluti *Christophori Angeli*, *Eustratii Joannidis Zialowskii*; praesertim vero *Gregorii* Protosyncelli (in *Συνόψει τῶν θείων καὶ ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων*), *Nicolai Cabasilae* (in *Expositione Liturgiae*), *Joannis Nathanaëlis* (*Περὶ τῆς ἱερᾶς λειτουργίας*) et *Nicolai Bulgari* (in *Κατηχήσει ἱερᾷ*).

(12) Praeter Naturalistas, Indifferentistas, similisque farinae alios homines, hic praesertim intelliguntur Viri Docti, quales fuerunt *Godofredus Arnold*, *Christianus Thomasius*, *Joannes Locke*, alii. Vid. *Buddeus* l. c. pag. 473 sq.

(13) *Sociniani*, cum libertatem de rebus divinis sentiendi, nullis prorsus limitibus circumscriptam, tueri se profiteantur, Symbolicos Libros vix possunt habere. Et tamen *Catechismus Racoviensis*, cujus primas veluti lineas duxisse videtur *Valerius Schmalzius*, ex ipsius *Fausti Socini* scriptis desumtas, cuique emendando et ornando postea manus admoverunt *Joannes Crellius*, *Jona Schlichtingius*, *Andreas* et *Benedictus Wissowatius*, *Joachimus Stegman*, *Martinus Ruarus*; hic igitur magnam apud eos auctoritatem nactus est, et elogio insignitus *Catecheseos Ecclesiarum Polonicarum, unum Deum Patrem — — confitentium.* De quo, ut et de impugnatoribus, *Wolfgango Franzio*, *Nicolao Arnoldo*, et *Matthia Wren*, cf. *Budd.* l. c. pag. 456. — Quod ad *Remonstrantes*, sive *Arminianos*, attinet; et hi vulgo profitentur eam sentiendi libertatem, quae vix publicam Confessionem, de qua omnes consentiant, Librosve Symbolicos, admittere videatur. At vel sic tamen exstat eorum *Confessio*, quam Vir eruditissimus, *Simon Episcopius*, a se compositam, reliquis Remonstrantium, quotquot nancisci poterat, Theologis, antequam ederetur, expendendam obtulit. Ea Belgice primum a. 1621. prodiit, mox vero et Latine. Saepius vernacule edita est, e. g. tertium (sine urbis indicio, sed, ut vocatur, *onder 't Cruys*) a. 1630. 8., quintum Roterodami 1665. 8., octavum L. B. 1782. 8. Hanc autem Confessionem examini subjecerunt Theologi Lugduno-Batavi, *Joannes Polyander*, *Andreas Rivetus*, *Antonius Walaeus*, *Antonius Thysius*, scribenda *Censura in Confessionem sive Declarationem sententiae eorum, qui — Remonstrantes vocantur* (L. B. 1624. 4. Belgice versa a *Walaeo*, ibid. 1627. 4.): contra quorum Censuram Remonstrantes a. 1630. ediderunt *Apologiam*, quam *Vedelius* (in *Arcanis Arminianismi*) adortus, ab his vapulavit. Sed ista ulterius persequendi locus hic non est. Caeterum, ante aliquot annos, Rev. *Paulus van der Breggen Pauw*, multis visus est, *Societatis* Remonstrantium sententiam et dogmata accurate ostendere velle; ipse tamen aliter mentem et consilium postea explicuit. De quibus, cui volupe est, adeat Ephemerides, cum Literarias (*Recensent, ook der Recensenten*, Tom. II. pag. 391 sqq. et Tom. III. pag. 41 — 78 et 521 sqq.) tum Theologicas (*Bibliotheek van Theologische Letterkunde*, Tom. VI. pag. 709 — 727.).

(14) Pauciores quidem disertis verbis, nec tamen prorsus nulli, hanc suam mentem esse declararunt. Plures vero ita locuti sunt vel et scripserunt, aut certe ita egerunt, ut ab ista opinione proxime se abesse ostenderent. Hos enumerare velle infinitum sit: ad illos vero *Gottl. Wernsdorfium* pertinere, *Joannem Georgium Neumannum* et *Samuelem Schelgnigium*, qui *θεοπνευστίαν* veteribus Lutheranae Ecclesiae doctoribus tribuerit, videre est apud *Buddeum*, l. c. pag. 475.

(15) Hanc inierunt, quotquot Symbolicis Scriptis *ideo* tantum, et *eatenus* tantum, auctoritatem tribuunt, *quod* et *quatenus* hi Sacro Codici, authentico Revelationis divinae veluti archivo, consentiant. Praeterea vero huc referendi, qui pacis et ordinis causa ea retinenda esse, iisque universe, maxime in ipsis thesibus, sive dogmatibus, adhaerendum statuerunt. Postremo et illi, qui non temere dissensum ab iis affectandum, neque eo palam, sine causa, profitendo turbas ciendas esse in singulis Coetibus, statuunt. Atqui justo ulterius Symbolicorum Librorum auctoritatem extendunt, qui Sacris eos Libris aequiparant, aut certe ne transversum quidem unguem, ne in forma exponendi quidem, aut in ratione enunciandi, aut in argumentorum delectu, ab iis discedere audeant. Quae omnia sunt vel inepti hominis et parum docti, vel cui servile ingenium est et minime liberale (Conf. quae *Gisb. Bonnetus*, Vir Cl., suo jam tempore scripsit, Dissertationis mox laudandae pag. 236 sqq.). Paci profecto Ecclesiasticae adjuvandae, nequaquam vero impediendo libero rerum examini aut sistendis in recta rerum divinarum notitia progressibus, inservire Symbola debent. Quod qui observare omittunt, vix a Romano-Catholicis, in Tridentinae Synodi verba jurantibus, distinguendi videntur. Haud prorsus male *Fichtius* (in *System der Sittenlehre*, §. 527.) discrimen illius venerationis, qua Protestantes, quaque Romanenses, Symbola, si utrique sibi constare velint, prosequi par est, his verbis significarit: „*Der Protestant geht vom Symbole aus ins Unendliche fort: der Papist geht zum Symbole hin, als zu seinen letzten Ziele. Wer das letztere thut, ist ein Papist in der Form und dem Geiste nach; obgleich* „*die Sätze, über welche Er die Menschheit nicht hinaus lassen will,* „*der Materie nach, ächt Lutherisch oder Calvinisch u. s. w. seyn mö*„*gen.*" Atque hoc ipsum spectasse videntur, sibique voluisse Nostrates, decreto Synodi Nationalis Belgicae a. 1816.: de quo, prae aliis, consulendus est Cl. *Jodocus Heringa*, E. F., in exiguae molis scriptione, sed quae ulterioris et copiosioris, quod pollicitus est Vir prudentissimus, Operis veluti *πρόδρομος* est, titulum praeferente: *Berigt aangaande zeven stellingen* etc. Traj. ad Rh. 1834. 8. Utinam Deus Viro grandaevo caeterumque occupatissimo vires largiatur et vitam, quo moderatiorum Theologorum orthodoxorum sententiam, quam et ipse amplectitur, perspicue exponere et aptis exemplis illustrare, atque idoneis argumentis, historicis, philosophis, Biblicis, stabilire, denique eorum, quibus minus placuerit Ejus *Relatio*, ratiocinationibus feliciter satisfacere, quin, si fieri possit, haud ita sero satis-

tisfacere possit. Caeterum et in Germania et in Belgio Viri Docti exstiterunt, praesertim a Seculo inde superiore medio ad nostram fere aetatem, qui de hoc argumento suam sententiam, aliis aliam, cum orbe literato caeterisque aequalibus communicarent, et de *Tolerantia* Ecclesiastica, pro sua singuli sententia, diversimode statuerent. Haud pauca eo pertinentia disci possunt ex *Henrici Martini Gothofredi Koester Neuesten Religionsbegebenheiten, mit unpartheyischen Anmerkungen*, Giess. 1778 et seqq. (Belgice sub titulo: *Berigten betreffende de Nieuwe Hervormers in Duitschland*, Traj. ad Rheu. 1791. IV. Voll. 8. et *Schriften voor en tegen het Koninkl. Pruiss. Religionsedict van den* 9 *Julij* 1788.; ibid. 1792. II. Voll. 8.). Inter Germanos seculi superioris laudantur, praeter *Jo. Sal. Semlerum*, (cum in aliis scriptis, hac de re exponentem, tum in *Epistolis*, §. 83. ann. 6. pag. 420. citatis), *Joannes Theoph. Toellner* (*Unterricht von Symbolischen Büchern überhaupt*, Züllichaviae, 1796. 8.) et Anonymus (in *Abhandlung von dem wahren Werth und rechten Gebrauch der Symbolischen Bücher nach den Grundsätzen der Protestanten*, in *Vermischten Abhandlungen und Urtheile*, Parte I. pag. 47 sq. et Parte II. pag. 322 sqq.). In praesentis vero seculi Scriptoribus praecipue claret Theologus Hafniensis, *J. C. G. Johannsen* (in: *Allseitige wissenschaftliche und historische Untersuchung der Rechtmässigkeit der Verpflichtung auf Symbolische Bücher überhaupt, und die augsburgische Confession insbesondere*, Altonae, 1833. 8.). Quibus, ob argumenti affinitatem, addi possit *Frederici Germani Ludke* Commentatio, cui, Belgice versae, titulus est: *Verhandeling over de Verdraagzaamheid en Gewetensvrijheid*, caet. Traj. ad Rhen. 1776. 8. In nostra patria praesertim magnis animis de legitima et repudianda tolerantia dimicatum est, postquam duo Viri Clarissimi, *Didericus* quidem *van der Kemp*, Theologus Lugduno-Batavus, *de bona spe, quae Ecclesiae Reformatae etiamnum superesset*, *Gisbertus* vero *Bonnet*, Theologus Trajectinus, *de tolerantia in religione in vitium et noxam vertente*, publice dixissent. Hos enim vehementer adortus est, scriptis patrio sermone libellis, quibus *Speciminis* (*Proeve*) et *Epistolarum* (*Brieven*) titulum fecerat, Juris-Consultus Groninganus, *Henr. Goodricke*; contra quem uterque Vir Cl. se vernacule defendit; ille quidem edendis *Vindiciis* Orationis suae (*De gronden der goede hoop voor Neêrlands Hervormde Kerk verdedigd*, L. B. 1770. 8.), hic vero conscribenda accuratissime de Tolerantia Dissertatione (*Verhandeling van eenige bijzonderheden betreffende de Kerkelijke Verdraagzaamheid*, Traj. ad Rhen. 1770. 8.): quibus tamen denuo *Goodrickius* sua quaedam reposuit. Verum ista ulterius persequi nobis hîc quidem non vacat, unum item et alterum ex recentioribus scriptis Nostratium de Symbolicis Libris indicasse contentis. Sunt autem sequentia: Anonymi *Vrijmoedige gedachten over de zoogenoemde Formulieren van Eenigheid* (sine indicio auctoris, loci, bibliopolae, anni, sed ed. circa a. 1795.); Anonymi (quem *Joannem Antonium Lotze*,

*V.*

V. C., esse, quaedam dicta (v. gr. pag. 111.) ostendunt) *Geschiedkundig Betoog, dat de Symbolische Boeken geen nadeeligen invloed op de Godgeleerde Wetenschappen hebben*, Dordraci 1821. 8.: et *J. C. H. Sander, Over den invloed der Geloofsformulieren of zoogenaamde Symbolische Boeken in de Protestantsche Kerken*, Koogae ad Zanam fluv. 1825. 8. Utrique ultimo citatae Commentationi ansam dederat *Quaestio*, a. 1818. a. *Societate Theologica Teyleriana* proposita: neutra quidem oblatum tulit praemium; ambae tamen habent, quo se commendent; et *Lotziana* quidem eo etiam et praesertim, quod Scriptores praecipuos indicet, de variis, huc pertinentibus rebus utiliter consulendos. Add. *Joannis van Eyk Verhandeling over de ware Christelijke Verdraagzaamheid*, Amst. 1820. 8.

(16) Pertinent huc v. gr. ex superioris seculi scriptis, praeter jam supra citata Opera *Carpzovii*, *Walchii*, *Baumgarteni* aliorumque, etiam prae caeteris *Christiani Frid. Boerneri Institutiones Theologiae Symbolicae*, Lips. 1751. 8. Quibus addenda sunt: *Christiani Frid. Guil. Walchii Breviarium Theologiae Symbolicae Ecclesiae Lutheranae*, Goett. 1765. et denuo 1781. 8.; *Joannis Salomonis Semleri Apparatus ad Libros Symbolicos Ecclesiae Lutheranae*, Halae 1776. 8.; *Samuelis Theophili Wald Theologiae Symbolicae Lutheranae descriptio*, Halae 1786. 8.; *Joannis Ludovici Schulze Handbuch zur Symbolischen Theologie*, Halae 1790. 8. Ex hujus vero XIX Seculi Scriptoribus praecipue memorandus *Joannes Augustus Henr. Tittmann*, (in *Institutione Symbolica ad sententiam Ecclesiae Euangelicae*, Lips. 1811. 8.). Minoris momenti sunt *C. L. A. Yelini* et *Hechti* scripta; *illud* quidem inscriptum: *Versuch einer historisch-literarischen Darstellung der Symbolischen Schriften der Christlichen, besonders der Evangelisch-Lutherischen Kirche, als Beytrag zum leichteren Studium der Christlichen Symbolik*, Nürnbergi 1829. 8. (quod ad ann. 8. non minus commode referri possit): *hoc* vero, ἀνονύμως editum, sub titulo: *Die Lehre der Symbolischen Büchern unserer Evangelisch-Lutherischen Kirche*, Neostadii 1830. 8. (Vid. *Jen. Allg. Literaturz.* ad a. 1829. N°. 181.).

(17) *Gottl. Jac. Planck, Abriss einer historischen und vergleichenden Darstellung der dogmatischen Systemen unserer verschieden Christlichen Hauptpartheien*, Goett. (ex tertia ed.) 1822. 8. Ejusdem vero auctoris alibi citavimus opus, inscriptum: *Geschichte der Entstehung, der Veränderungen und der Bildung unseres protestantischen Lehrbegriffs*; quod etiam quodammodo huc pertinet.

(18) *Philippi Conr. Marheinecke Christliche Symbolik, oder historisch-kritische und dogmatische comparative Darstellung des Katholischen, Lutherischen, Reformirten und Socinianischen Lehrbegriffs, nebst einem Abriss der Lehre und Verfassung der übrigen occidentalischen Religions-parteyen, wie auch der Griechischen Kirche*, Heidelbergae 1810—1813. 8. Operis nondum perfecti Sectio I. *tribus* prioribus Voluminibus ex-

exhibet: *Das System des Katholicismus in seiner systematischen Entwickelung.* (Sperandum, fore ut Viro docto vita viresque divinitus concedantur ad eximium opus plane, ut inceptum est, ad finem perducendum!) — Ejusd. *Institutiones Symbolicae, doctrinarum Catholicorum, Protestantium, Socinianorum, Ecclesiae Graecae, minorumque Societatum Christianarum summam et discrimina exhibentes*, Berolini 1812. iterumque auct. et emend. 1825. tertium 1830. 8.

(19) *Herberti Marsh*, Episcopi Cantabrigiensis, *Comparative View* caet. Utilissimi Operis utilior etiam interpretatio Germanica, quippe annotationibus et supplementis ditata, prodiit Solisbaci, 1821. 8. auctorem habens *Jo. Christoph. Schreiterum*, inscripta: *Vergleichende Darstellung der protestantisch-Englischen und Römisch-Katholischen Kirche, oder Prüfung des Protestantismus und Katholicismus, nach dem gegenseitigen Gewicht der Grundsätze und Lehren.*

(20) *Georgi Benedicti Winer Comparative Darstellung des Lehrbegriffs der verschiedenen christlichen Kirchenpartheien, nebst vollständigen Belegen aus den symbolischen Schriften derselben in der Ursprache*, Lips. 1824. 4.

(21) *Caroli Gerhardi Haupt Tabellarischer Abriss der vorzüglichsten Religionen und Religionsparteien der jetzigen Erdbewoner, insonderheit der Christlichen Welt, enthaltend Nachrichten über — — die Hauptsächlichsten Lehren dieser Religionen — — auch Angabe — — ihrer Glaubensbücher* caet. Quedlinburgi et Lipsiae 1821. f. m.

(22) *Tabellarische Uebersicht der Dogmengeschichte bis auf die Reformation*, Basileae 1828. 4. — Caeterum *Jo. Aug. Mohlerum* non hic loci, sed §. seq. (ann. 24.), indicandum putavimus.

(23) Nimirum Theologiae Symbolicae, *generalioris* illius quidem (uti a nonnullis, in his a *Bertholdo*, in *Theol. Wissenschaftskunde*, §. 160. (Tom. II. pag. 219., vocatur), studium *primum* quidem ostendet, in quot et quam gravibus doctrinis vel omnes, vel plerique certe, Christiani homines, etiam qui a se invicem omnium maxime dissentire censentur, tamen conveniant: quod fieri vix posse videtur, quin animum jam ad mutuam tolerantiam et lenitatem compositurum sit. *Dein* dissensum ipsum, ubi locum habet, accuratius et aequius aestimare docebit, quippe saepissime res tangentem minoris momenti, haud raro distinctiones justo subtiliores, quin nonnunquam, si vera fateri liceat, ad λογομαχίαν referendum: quod denuo viam sternet ad pacem et concordiam. *Porro* ex diligenti hoc studio hunc quoque utilitatis fructum percipere dabitur, ut, in quaque Communione Ecclesiastica discernantur, quae ad formulam doctrinae, ex ipsorum Symbolicorum Librorum, publice receptorum, indicio revera pertineant, et quae nonnullis tantum Theologis, tali Societati adscriptis, priva fuerunt: quae res denuo dici vix potest, quantopere et minuat dissensum et leniat atque mitiget; nam longe abest, ut duriora quaelibet, sive enunciata, sive decreta, quae nonnullis acrioris ingenii doctoribus, praecipue in disputandi fervore, elapsa ali-

aliquando sunt, aut adeo mirifice placuerunt, universae, ad quam illi pertinebant, Christianae Ecclesiae Sectioni jure meritoque, tanquam ab ea agnita, possint tribui. *Postremo* in rebus, de quibus divortium est sententiarum, gravioris illis, et gravissimi adeo ponderis et momenti, judicandis, is, qui dissentientium Confessiones, tam quoad modum sententiae, quae praeplacuit accurate declarandae, quam quoad demonstrandae ejusdem et vindicandae, damnandarumque contrariarum opinionum modum, diligenter et sine ira aut studio perpenderit, reliquis multo plus videbit, atque ad verum, cum inveniendum, tum ab iis, quae, licet falsa, veri tamen speciem, eamque interdum haud ita parvam, praeferant, prudenter observanda quavis dictionis ambiguitate et notionum confusione, subtiliter distinguendum, tum vero explicandum aliisque persuadendum, multo erit aptior. — Caeterum, et hoc loco, possit fortassis haud inutiliter conferri Oratio n. *de Theologo vere liberali* (cit. §. 8. ann. 2. pag. 7.).

(24) *Johannis Christophori Koecheri Bibliotheca Theologiae Symbolicae et Catecheticae, itemque Liturgicae*, Guelpherb. 1751. 8. Addi possunt Opera, qualia ann. 2, 8, 9, 16. recensuimus: uti et, in peculiari argumento versati, *Jacobi Guilielmi Feuerlini Bibliotheca Symbolica Lutherana*, Goett. 1752. 8., dein *insigniter aucta* ab *Joanne Barth. Riederer*, Altdorfi 1768. II. Voll. 8.

## §. 91.

## *Theologia Polemica.*

Arcte cum Symbolica cohaeret ea, sive pars Theologiae, sive forma, quam post *Bechmannum* (1), vulgo *Polemicam* (2), vocant, haud paulo melius ab aliis *Elencticam* (3), ab aliis *Antitheticam*, ab aliis *Criticam* nuncupatam (4). Versatur ea in judicandis controversiis, de religione motis, redarguendis erroribus et vindicanda ab adversariorum objectionibus veritate. Cum autem controversiae spectent *religionem*, tam *naturalem*, quam *revelatam*, possit hic, ut a plerisque factum est, agi de Atheorum, Deistarum, Pantheistarum, Gentilium, Judaeorum Muhammedanorumque erroribus. Verum ablegantur illi hodie potius ad *Naturalem Theologiam* (§. 82.) et *Apologeticen* (§. 55. coll. 49—54.). In Polemica Theologia magis agitur de recte definiendo et judicando isto dissensu, qui diversis Ecclesiis, quae vocari solent, sive Societatibus (Sectis) Christianorum, secum invicem intercedit

de fidei capitibus, divina Revelatione nobis traditis, quomodo sint ex Sacrorum Scriptorum mente explicanda. Talis autem discrepantia, quantumvis ab Hierarchia Papali olim coërcita severe et repressa, omni fere seculo locum obtinuit. Neque res aliter habere se posse videtur, *cum* propter arctos, quibus intelligentia humana circumscripta tenetur, limites, diversissimumque cognitionis et humanitatis, in quo diversi generis, patriae, conditionis homines constituti sunt, gradum, *tum* propter efficacitatem, quam animi perturbationes, ira praesertim et odium, neque non fastus et superbia, ad corrumpendam judicii sinceritatem habere solent (5). Quicquid sit, occupatur Theologus Polemicus in redarguendis alienis de religionis Christianae doctrina sententiis, prouti hae solennibus doctrinae Formulis, sive Symbolicis scriptis, ab aliter sentientibus sunt expressae et enunciatae. Nam his qui convenienter sentiunt et docent, *orthodoxi* vulgo a suis vocari solent, dissentientes *heterodoxi*, aut, si dissensus est de gravioribus doctrinae capitibus, *haeretici*. Istae igitur controversiae, quae *externae* audiunt, ut plurimum, graviores esse censentur: contra *internae* (*domesticae*), id est, quae eidem doctrinae formulae ecclesiasticae addictos homines Christianos vel sic a se invicem disjungunt, plerumque, nec tamen semper, leviores, et omnino tales, in quibus major dissentiendi et disputandi concedenda videatur libertas. Igitur posterioris generis controversiis missis, vel certe leviter tantummodo tactis, Theologia Polemica, nisi unice, certe praecipue, versatur in tractandis prioris generis litibus, sive *externis*. In his autem *antiquiores*, obsoletas dudum et consopitas, fere omittit, *recentiores* vero, quae hodieque agitantur et Christianos homines etiamnum in diversas veluti familias separant et dissociant, tractat de industria. Quod quam sit utile, neminem praeteribit reputantem, veritatem unam esse in quacunque controversia, errores esse posse et solere multiplices; maximi pretii esse veritatem, potissimum qui-

quidem in gravioribus quaestionibus, nec tamen non etiam in iis, quae leviores habentur; nullum esse errorem, quin magis minusve noxius sit et verae hominis, sive dignitati, sive felicitati, infestus (6). Quodsi igitur cujusvis hominis, praesertim honestiore loco nati, est, de re qualibet paulo graviore, adeoque praecipue de una omnium gravissima, religione, quid in tanto sententiarum, in diversa abeuntium, divortio verum censendum sit, quaerere: multo magis isti Scientiae, cui haec veri disquisitio unice proposita esse debet, operam dare Theologum futurum oportet, quippe cujus erit olim, verioris scientiae religionis et custodem esse et vindicem (§. 1.). Permagni tamen ad veritatem et agnoscendam et rite tuendam refert, optimo modo Elencticae Theologiae studium institui. Neque hoc tam ad rei tractandae rationem, sive, quam vocant, *methodum* spectat, quam ad *consilium*, quod sibi Elencticae Studiosus proponat. Nam, quod ad *illam*, perinde fere est, utrum, Compendii alicujus Theologici ordinem secutus, in singulis Capitibus dissensum observes, veriorem sententiam electurus, stabiliturus et contra obloquentes defensurus; quae ratio magis recepta est et tironum usibus accommodatior: an, secundum diversas Sectas, ita controversias pertractes, ut cujusque Sectae vel Haereseos origo et progressus observetur, primarium et veluti fundamentale dogma (quod, si erroneum est, πρῶτον ψεῦδος dici solet) eruatur, reliqui porro errores ex illo, tanquam fonte, manantes, distincte perpendantur, quidque veri iis junctum sit candide agnoscatur, falsum accurate indicetur, atque sic, quaestionis statu diligenter indicato, verior sententia, dilucide exposita, demonstretur et vindicetur, solutis obloquentium exceptionibus et objectionibus; quae posterior ratio provectiorum peritia usui magis inservit. Sed haec leviora sunt, illud gravius, *consilium*, quod Polemicae studio obtinere cupiat Theologus, esse debere controversiarum diminutionem, minime vero augmentum. Non enim pacifici hominis, qualem esse oportet Theologum (7), est, exaggerandis dis-

dissidii causis, aut exasperandis discordibus animis, sibi placere, sed potius lenire animos et lites componere. Id quod obtinebitur candore et liberalitate. Nam duo fugienda sunt extrema. *Alterum* quidem illud, quo *dissensio*, quamquam vere adest, ita dissimulatur, ut omnis fere evanuisse, vel adeo ne exstitisse quidem, aut, licet in gravissimo argumento versetur, nullius, vel admodum exigui, ponderis esse et momenti videatur: quod quomodo cum honestate in concordiam possit redigi, videant, qui illam rem agant. *Alterum* vero vitandum extremum illud est, in quod *incidunt*, qui ubivis fere haereses et schismata et migratam fidei Christianae regulam subodorantur, et quamlibet dissidentiae rimulam in scissuram et hiatum vehementius diducunt (8), nec vulnera patiuntur cicatricibus obduci, quemvis errorem, levissimum quoque, exitialem censentes, religionis jugulum petentem, et ex animo, veri odio incenso, profectum. Enimvero, uti veritatis causa nihil lucratur dissimulatione, sic neque rigore intempestivo et protervo, caritatis et philanthropiae oblito. Tum demum Theologia Elenctica summo, quod intendi debet, consilio satisfaciet, cum *primum* quidem, quicquid fictum est aliquando de controversiis, sive id ignorantia factum sit, sive odio, sive aliis de causis, prorsus excludatur (9); *tum* dissensus, ubi adest, candide exponatur (10), at simul ea, de quibus inter dissidentes sententiis, in ipsa hac discrepantia, tamen conveniat, plane et plene ostendantur et agnoscantur (11); *porro*, ubi durius enunciata, salva veritate, in mitiorem sententiam possint accipi, haec, non illa, germana Sectae sententia habeantur (12): *adhaec*, cum non quaelibet singulorum Theologorum, huic illive Societati adscriptorum, dicta, imprudentibus iis, disputandique fervore correptis, forte elapsa, aut adeo quaevis dogmatum tradendorum et declarandorum ratio singulis nonnullis priva, arripiantur, quo major sit cavillandi, disputandi, calumniandi materia, sed ea tantum, quae ab ipsa Secta universe ut sua

sua sunt agnita et declarata; potissimum vero, quae in Symbolicis cujusque Ecclesiae libris offenduntur (13); *insuper*, quando abstineatur, et ab usurpandis minus idoneis ad errantes refellendos argumentis, et a dissimulanda vi, quae in eorum argumentationibus, licet universe improbandis visis, vel sic tamen insit, et vero a quibusvis generis conviciis, scommatis, atque duobus istis vitiis, quae barbaris nominibus (ut ipsa barbara sunt), *haeretificationis* nempe et *consequentiarum fabricae*, interdum appellantur: *denique*, cum nunquam, ne in acerrima quidem pro optima causa disputatione, negligatur sanctissimum illud, quo demum observando errantes in rectam viam reduci possunt, praeceptum τοῦ ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ (14). Hoc autem agens Theologus (quod utinam omnes semper egissent!) adjuvabitur egregie, tam aliis subsidiis, quae aliae Disciplinae, Philosophia praecipue, Historia et Philologia, ut et reliquae Theologici studii partes, subministrant, quam *Operibus*, quae, de hac praesertim Theologiae Sectione, a praestantioribus diversarum formularum Theologis sunt adornata. Ex Reformatis huc pertinent, alios ut mittam (15), *Spanhemius* (16) et *Stapferus* (17), ex Lutheranis *Grapius* (18), *Moshemius* (19), *Baumgartenus* (20), alii (21); quibus ex Romano-Catholicis addendi *Bellarminus* (22), *Bossuetus* (23) et, ne de compluribus aliis dicamus, *Mohlerus* (24); quibus adde alios insuper, qui insigniorem aliquam Polemicae partem attigerunt, Scriptores praeclaros (25). Quibus accurate legendis et, adhibito lectioni judicio sincero, perpendendis, id consequetur Theologus, ut *et* ipse persuasionem de veritate nanciscatur, melius in dies fundatam, *et* paci ecclesiasticae apud suos et apud alienos consulat, *et* odia litesque componere, quin fortassis etiam aliquos, a veri studio alienos, veritati lucrari queat.

(1) Observat *Theodorus Fridericus Stange*, in *Theol. Symmictis*, Tom. I. pag. 162., antiqui quidem moris esse, disputationes de doctrinarum ve-

veritate cum *bello* comparare, novitiam vero esse denominationem *Polemicae* Theologiae, quippe quam primum usurpasse *Friedmannum Beckmannum*, cujus *Theologiam Polemicam Joannes Franciscus Buddeus*, Praefatione sua ornatam et commendatam, denuo ediderit Jenae 1710. 4.

(2) *Πόλεμος bellum* significat. Itaque *Polemicae* nomen ominosi quid et sinistri habere videtur; quasi contentiosum, bellique gerendi cupidum redderet studiosum suum. Atque ea denominatio propterea videtur in causa fuisse, cur apud humaniores quam plurimos haecce Theologiae pars in contemtum abierit. Enimvero Scientia, quae in diversis ab ea, quam veram habeamus, opinionibus ad veritatis normam revocandis, erroribusque refutandis recte versari docet Theologum, cum pacis mutuaeque tolerantiae amore et studio omnino in concordiam redigi potest. Nam, quos errare putemus, quid sit, quod tanquam inimicos tractemus, aut odio potius, quam caritate et misericordia, prosequamur? Ut de controversiis, etiam in religionis negotio, recte et accurate judicemus, tranquilla mente, animi affectibus non conturbata, opus est. In non veris caetera doctrinis, quas *haereticas* per contemtum vocare solent, inest plerumque aliquid veri, quod indagare nos oportet et justo aestimare pretio. Denique argumentis, ad persuadendum idoneis, utendum est, non telis. Ex Pauli Apostoli doctrina; Theologum, *δοῦλον Κυρίου*, decet, *διδακτικὸν εἶναι, μὴ πλήκτην, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἐκτρεπόμενον τὰς ἀντιθέσεις τῆς ψευδονύμου γνώσεως, καὶ τὰς μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις, αἳ γεννῶσι μάχας· οὐ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, ἀνεξίκακον, ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μή ποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας* perveniant, 1 Tim. III: 2. 3. VI: 20. 2 Tim. II: 23—25. etc.

(3) *Elenctica* Theologia dicta est, v. gr., a *Francisco Turrettino*, convenienter iis, quae Paulus jam dixerat: *πᾶσαν γραφὴν θεόπνευστον καὶ ὠφέλιμον εἶναι πρὸς ἔλεγχον*, et *τὸν Ἐπίσκοπον δεῖν τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν*, 2 Tim. III: 16. Tit. I: 9. *Stangius* autem docet (l., ann. 1. cit., pag. 163 sqq.), scribendum esse orthographice *Elenctica*, non vero, quod nonnullis in usu est, *Elenchtica*, *Elencthica*, *Elenchthica*.

(4) *Antitheticam* dixit v. gr. *Augustius*, in *Lehrb. der Dogmengesch.* — *Criticam*, *Muntinghius*, in *Theol. Theoreticae* parte altera.

(5) Vix fieri posse, ut omnes ad unum homines de quibusvis rebus, etiam in religionis negotio, plane eadem statuant, ipsa rei natura docere videtur: omnis certe aevi experientia, rem ita se non habuisse, clamat. Quod ipsum cuivis, qui hominem se esse meminerit, humanique, aut quod homini accidat, nihil a se alienum putet, non potest non gravissimo esse ad colendam pacem et sectandam tolerantiam argumento. Nemo errat volens: nemo omnis erroris immunis est. Modesti igitur hominis est, et se errare posse, nec raro in errore versari, fateri, et eos, qui errent, neque lubentes errare, neque scientes. Praestantissima universe, et quae accurate perpendantur dignissima sunt, quae monuit anonymus auctor (fortasse Rev. *Fokko*

*Lief-*

*Liefstink*) in opusculo, quod inscripsit: *Verzameling van Aanmerkingen over de nuttigheid van het opmerken van de verscheidenheid der menschelijke gemoederen bij de beoefening der Godgeleerdheid*, Leovardiae 1798. 8. Cui adjungatur *Heliae Meder Proeve van onderzoek naar het al of niet betamelijke en noodzakelijke van het gedurig veranderende der menschelijke begrippen en Kerkelijke leeringen omtrent de waarheden van het Christendom*, Gron. 1804. 8.

(6) Legi etiamnum merentur *Gisberti Bonnet Vijf Leerredenen ter aanprijzing van onderzoek in zaken, den Godsdienst betreffende*, Traj. ad Rhen. 1793. 8. — De Polemicae Theologiae utilitate judicari etiam poterit ex iis, quae Rev. *Guil. Broes* scripsit in luculento Opere (*De Kerk en de Staat, in wederzijdsche betrekking, volgens de Geschiedenis*, Amst. 1830. III. Voll. 8.), Tom. II. pag. 195.

(7) Plurima, quae ad hunc locum pertinent, videantur in Oratione n. *de Theologo vere liberali*, pag. 21 sqq. cum ann. et in Orat. *de injusto Theologici studii contemtu*, pag. 44 sqq. cum ann.

(8) Procul dubio plurimae lites et controversiae, antequam in nervum erumperent, evitari potuissent, quin postea quoque, salva veritate, consopiri et componi, si id agere hominibus placuisset. *Moshemio* judice (in *Instit. Hist. Eccl.* pag. 909.), „rite qui cuncta ponderet, libenter *Lutheranis* cum „*Reformatis* nihil amplius certaminis esse fatebitur." Et tamen cum Reformatis, neque in Germania, neque in Helvetia, societatem ecclesiasticam Lutherani inire voluerunt. Conf. *Hulsius* (cit. ann. 8. §. praec.), *Heumannus* in *Diss. Syll.* pag. 654., *Stäudlinus*, in *Kirchl. Geogr. und Statist.* I. 76. Ipse *Moshemii* animus, in *Consultatione* (§. 90. ann. 9. cit.), quantopere a pace alienus apparet! Vicissim Antistes Tigurinus *Breitingerus* Regis *Gustavi Adolphi* imaginem, quoniam hic Lutheranismo faverat, in publicam Bibliothecam aegre admisisse fertur. (Vid. *Jen. Allg. Literaturz.* ad a. 1806. pag. 492.). Alia similia mitto, neque ea refricare lubet, quae, nostra adhuc memoria, multorum Protestantium iniquum in se mutuo animum palam fecerunt. Legendum omnino commendamus *Planckii* scriptum: *Ueber die Trennung und Wiedervereinigung der getrennten christlichen Hauptpartheyen*, Tubingae 1803. 8. — Similiter, quae patriam Ecclesiam quondam dilacerarunt, dissidia *Remonstrantium* et *Contraremonstrantium*, quam facile praeveniri vel componi potuissent, si moderationis et prudentiae leges non fuissent utrimque migratae, si a jurgiis et clamoribus, ab usurpandis formulis durioribus et ab iniqua earum interpretatione, pariter abstinuissent Theologi! Ex una enim parte Dei in omnibus independentia, ex altera Ejus aequitas et sapientia utrique dissentientium parti non in confesso esse non poterat. — Difficilius multo videtur dissensum tollere, qui *Protestantes* inter et *Romano-Catholicos* locum obtinet. Si enim ad ipsam Ecclesiae Pontificiae naturam et constitutionem, si ad praecipuas, quas sequi solet, et, sibi ut constet, sequi debet, agendi regulas, si denique ad tot

tot optimorum Virorum, pacis et concordiae studiosorum, quae frustranea semper fuerunt, conamina (conferatur, ex multis, *Henr. Conradus Arend*, in *Diss. de Colloquiis charitativis Sec. XVI. per Germaniam irrito eventu institutis*, recusa in *Jo. Fr. Buddei Miscellaneis Sacris*, Parte III. pag. 403 sqq. praesertim pag. 429—476.) attendas; non praeclara sane spes affulget, brevi futurum esse (aliquando enim, quod pie credimus, procul dubio fiet), ut in unam denuo Societatem *Catholici*, qui vocantur, et *Acatholici* coalescant. Quamdiu interna Romanensium jurgia et schismata, v. gr. Jesuitarum et Jansenistarum, non tolluntur; quamdiu dissidium eos inter et *Graecam* Ecclesiam perdurat; parum profecto probabile est, quicquid aliqui moliantur, cum Protestantibus Romam, Protestantes in gratiam cum Roma esse redituros. Sane non ea ratione quaesita pax optabilis esset, qua eam *Bossuetus* et *Leibnitius* quaesivisse videntur. Uti enim *ille*, in sua *Fidei expositione*, omnem dederat operam, ut vix ullam veri nominis discrepantiam esse doceret Protestantium doctrinae et Pontificiae; quo in candorem ingenuum vehementer peccavit: ita *hic* in *Systemate Theologiae*, quod scripto reliquit, atque ex Bibliothecae Hannoveranae, in qua dudum delituerat, latebris in lucem protractum est, multo, quam par erat, plura Romano-Catholicis, quo facilior scilicet esset reconciliatio, concessit, atque, quod negari non posse videtur, quaedam (ut ante eum immortalis quoque memoriae *Hugo Grotius* fecerat) scripsit, cum vera Protestantismi ratione vix aut ne vix quidem in concordiam revocanda. Editum autem est primum Parisiis 1819. 8., cum praefatione *Laurentii Doller*, dein Moguntiae eodem, et iterum sequenti anno, Latine et Germanice, hac inscriptione: *Leibnitzens System der Theologie, nach dem Mspte v. Hannover — ins Deutsche übersetzt von Andreas Rafs und Nikolaus Weis*, caet. — De eo conferantur scripta *Krugii* et *Schulzii*, de quibus refertur in *Ephemeridibus Goettingensibus* (*Gott. Gel. Anz.*) ad a. 1827. F. 78. coll. iisd. ad a. 1821. F. 52. Add. *Leipz. Allg. Literaturz.* ad a. 1827. N°. 148., *Jen. Allg. Literaturz.* ann. 1822. N°. 216—218. et ann. 1830. N°. 21., item *Heidelb. Jahrbüch. der Literat.* ann. 1827. F. 10. pag. 946 sqq. — Quamquam autem ex iis, quae *Schulzius* praecipue in medium attulit, abunde apparet, *Leibnitium* neque ad Romanensium Sacra unquam transiisse, neque illis, in praecipuis, nedum omnibus, de quibus cum ipsis disputant Protestantes, rebus assensum praebuisse; vix tamen dubium nobis, post editum ejus Systema, relinquitur, quin *Joannes Georgius Müller*, in *Reliquien*, Voll. I. (ex Belgica Rev. *Wunderi* versione inscripta: *Gedenkwaardigheden uit de Geschiedenis der Hervorming*, pag. 233.) recte et ex vero scripserit: „Leibnitium procul dubio nonnullis Pontificiae doctrinae capitibus clanculum favisse." *Fuhrmannus* (*Wörterb. d. K. G.*, I. 337.) fatetur quoque, *Bossuetum* ipsi, haud secus ac *Molano*, initio fucum fecisse. Itaque vix erat, quod *Lanjuinaisius* ipsum *le savant et zélé protestant* vocaret (in censura *Llorentiani* scripti: *Portraits des Papes*, in *Revue Ency-*

*cyclop.* ann. 1823. (m. April.) pag. 58 sq.), aut *Carolus Coquerellus* (ibid. pag. 70.) ipsi locum vindicaret in Museo celebrium Protestantium (*le Musée des Protestans célèbres*).

(9) Quis, v. gr., nesciat, *Epiphanium* vel non unam haeresin plane finxisse, vel certe, nonnullorum dicta perverse et inique interpretando, alienam ab eorum mente sententiam iis tribuisse? Quid de *Nestorio* dicam, minime gentium ea opinato, propter quae a Concilio Ephesino a. 431. damnatus est? Mitto plura.

(10) Ad haec et sequentia conf. *Sam. Werenfelsii Dissertatio de Controversiis Theologicis rite tractandis*, *Opuscc.* Tom. I. pag. 575 sqq.

(11) Egregia sunt, et sequentibus etiam dictis nostris lucem afferentia, quae sapientissimus Senex, *Jacobus Hinlópen*, hac de re scripsit in Meditatione: *Over de vereeniging van alle ware Christenen*, in: *Vervolg van Overdenkingen*, pag. 169 sqq. praecipue pag. 179—182. Conf. etiam *Gisb. Bonnetus* (l. ann. 6. c.) pag. 153.

(12) Sic, v. g., ut hoc utar, Pontificiorum de Ecclesiae *auctoritate* opinio, si ex durioribus nonnullorum enunciatis (veluti illo, quod *Hosius* ipse tuitus esse legitur: „*Scriptura Sacra*, *si auctoritate Ecclesiae destituitur*, „*non plus per se valet*, *quam Æsopi fabulae*;" vid. *Hermanni Venema H. E.* Sec. XVI. §. 519. Tom. VI. pag. 574.) censetur, admodum crassa est, et vix ulla refutatione digna. Sed multo tolerabilior est, quantumvis ne sic quidem probanda, cum intelligitur, ut *Hosius* eam procul dubio intellectam voluit („*nisi nos doceret Ecclesiae auctoritas*, *hanc Scripturam esse* „*canonicam*, *perexiguum apud nos pondus haberet*:" vid. *Venema*, l. c.), et uti *Du Pinius* dictum *Augustini* („*Euangelio non crederem*, „*nisi me Ecclesiae commoveret auctoritas*;" *Epist. Contra Manich.* c. 5.) interpretatus est in: *Discours prélim. sur la Bible*, Lib. II. cap. 1. §. 8. Tom. II. pag. 12. — Idem vero valet de aliis quibuscunque Ecclesiis, etiam *Lutherana* (v. gr., in doctrina de descensu Jesu ad inferos, de divinis ejus omnipraesentiae reliquisque, cum humana natura communicatis, attributis); de *Mennonitica* (v. c., in quaestione, num aliqui *denuo* sint baptismo tingendi (vid. quomodo hanc rem explicet *Gerardus Hesselink*, in *Uitlegk. Woordenb.* Tom. I. pag. 135 sqq. *prioris* ed. Amst. 1798. 8., nam in altera ed. anni 1805. haec omissa sunt), item de magistratûs munere non obeundo, de bello non gerendo, caet.): et de nostra ipsorum *Reformata* Ecclesia (e. gr., in doctrina de praedestinatione, ac de vitiositatis, qua omnes affecti sunt, labe; de qua vid., mox laudandus, *Bonnetus* in Epistolis duabus *de Rationis in religionis negotio auctoritate*). Profecto non tam alieno ab illa animo essent multi, si minus ad duriuscule enunciata, magis vero ad ipsam doctrinae Ecclesiasticae naturam et tenorem universum, prouti ab eruditis et moderatis Theologis ea est exposita, attendissent. Multum bonae frugis inest libro, ἀνωνύμως edita, inscriptionem praeferenti: *Het ongegronde van sommige vooroordeelen tegen de*

*Gereformeerde Kerk*, *derzelver Leere*, *Leerwijze*, *Leden en Inrigting*, Leov. 1808. 8. Cui add. (*F. Liefstinkii*) *Gedachten over de regte behandeling van eenige voorname Leerstukken van de Gereformeerde Kerk*, ibid. 1795. 8. et (Ejusd.) *Zedige Gedachten over eenige Volksbegrippen in de Gereformeerde Kerk*, *derzelver bronnen en geneesmiddelen* (ibid. ann. 1790., nisi fallimur, at sine auctoris, editionis, loci annive indicio ed.).

(13) Leg. *Gisb. Bonnet Aanmerkingen op het tweede stuk des Briefs van — — Paulus van Hemert*, *over de Rede en haar gezag in den Godsdienst* (Traj. ad Rhen. 1786. 8.), pag. 47—54.

(14) Praeter ea, quae *Moshemius*, *Stapferus* aliique, mox laudandi, *Werenfelsius* item, *Jo. Alph. Turrettinus*, *J. J. Zimmermannus* aliique, alibi (modo ann. 7. p. 506.) a nobis indicati, ad hanc rem pertinentia scripserunt, adhuc legendi sunt: *Joannes Franc. Buddeus*, cum in *Isagoge*, tum praecipue in Programmate *de Theologiae Polemicae Studio*, *solide ac sobrie instituendo*, quod repetitum est in Ejus *Miscellaneis Sacris*, s. *Dissertationum aliarumque Commentt.*, *ad Theol. Hist. Eccl. et recentiores controversias spectantium*, *Collectione* (Jenae 1727. 4.), Parte I. pag. 494 sqq. Cui addatur etiam *Petri Conradi Oratio de necessariis Theologi Polemici virtutibus*, quae in *Museo Helvetico* repetita invenitur, Parte V.

(15) Huc pertinent *Johannes Hoornbeek* (in *Summa Controversiarum cum infidelibus*, *haereticis*, *schismaticis*, Traj. ad Rh. 1653. 8.); *Franciscus Turrettinus* (in *Institutione Theologiae Elencticae in tres partes distributa*, Genevae 1686—1699. III. Voll. 4. *Novae* editioni (Traj. ad Rhen. 1701. 4.), praeter *Benedicti Picteti* Orationem de vita et obitu auctoris, et *Operis Encomium* auctore *Melchiore Leydekker*, *quartum* Volumen additum est, *Disputationes Turrettini de Satisfactione Christi*, ut et *de Circulo Pontificio* et *de Concordia Jacobi et Pauli in art. Justificationis*, complexum); *Leonh. Ryssenius* (in *Summa Theologiae Didactico-Elencticae*, Bremae 1703. 8. et saepius); *Campegius Vitringa* (in *Hypotyposi Theologiae Elencticae;* vid. §. 88. ann. 111. et §. 89. ann. 5.); *Fridericus Adolphus Lampe* (in *Rudimentis Th. Elenct.*, Bremae 1729. 8.); *Daniël Wyttenbach* (in *Theol. Elenct. initiis*, Francof. 1759. iterumque 1763—1765. II. Voll. 8.): *Samuel Endemann* (in *Sciagraphia*, *s. primis lineis Theol. Polemicae*, Marburgi 1783. 8.); *Hulsius*, *van Til*, *Gerdesius*, caet.

(16) *Friderici Spanhemii* Filii *Controversiarum de Religione cum dissidentibus hodie Christianis*, *prolixe et cum Judaeis*, *Elenchus historico-theologicus*, ex quinta ed. (quae titulum ita praefert ut indicavi, dum priores, sive omnes, sive aliquot saltem (Lugd. Bat. 1697. Amst. 1701. Basil. 1719.) habent: *Selectiorum de Religione Controversiarum*, *etiam cum Graecis et Orientalibus et cum Judaeis*, *nuperisque Antiscripturariis*, *El. h. th.*) Lugd. Bat. 1757. 4. — Alius generis est *Friderici S. F. Opus*, in-

inscriptum: *Vindiciarum Biblicarum, sive Examinis Locorum Controversorum N. T., Libri duo*, Heidelbergae 1663. 4. In hoc enim Loca Sacrae Scripturae, a Matth. I. ad Matth. XVI: 18., ita tractantur, ut, quae de iis in controversiam adducta sint, perpendantur, et Reformatorum sententia vindicetur. Hanc autem rationem secutus quoque est πολύγραφος ex Nostratibus *Franciscus Ridderus*, in Opere, quod, inscriptum: *Apollos*, IV spissis Voll. in f. quarta, Roterodami a. 1666. in lucem emisit.

(17) *Joannis Frid. Stapfer Institutiones Theologiae Polemicae universae, ordine scientifico dispositae*, Tiguri 1743. et saepius, quartum 1757., V. Voll. 8. Belgica interpretatio debetur Viro Ven. *Antonio de Stoppelaar* (V. Tomis, VI. Voll. 8.).

(18) *Zachariae Grapii Systema novissimarum Controversiarum, seu Theologia recens controversa, quatuor tomis absoluta*, caet. Quod cum jam, exeunte Sec. XVII. aut ineunte XVIII, *paucos intra annos quarta vice praelum expertum esset*, denuo, sed accuratissime et locupletius, prodiit cum praef. *Alberti Joachimi de Krakevitz*, Rostochii 1738. 4.

(19) *Joannis Laurentii Moshemii Streit-theologie der Christen, nach den Vorlesungen des sel. Herrn Kanzlers ausgeführet und mit Anmerkungen versehen von Christ. Ernst von Windheim*, Erlangae Parte I et II. 1763. 4. Belgice librum interpretatus est Vir Rev. *A. A. van Moerbeek* (Traj. ad Rhen. 1771. 8.).

(20) *Siegmundi Jacobi Baumgarten Untersuchung Theologischer Streitigkeiten, mit Anmerkungen, Vorrede und fortgesetzten Geschichte der Christlichen Glaubenslehre herausgeg. von Joh. Sal. Semler*, Halae 1762. III. Voll. 4.

(21) Verbi gr., *Joh. Fabricii Consideratio variarum Controversiarum cum Atheis, Gentilibus*, caet., Helmst. 1704. 4. et Ejusd. *Consid. Controversiarum, quae Euangelicos inter et Romano-Catholicos Reformatosque agitantur*, ibid. 1715. 4.; *Jo. Geo. Walchii Historisch-theol. Einleitung in die Religionsstreitigkeiten, welche sonderlich ausser der Luth. Kirche entstanden*, Jenae 1733. V. Voll. 8. et Ejusd. *Einl. i. d. Religionsstreit. der Luth. K.* ibid. eod. a. III. Voll. 8.; *Jo. Franc. Buddei Grundsätze der Theol. polem.* cum praef. *Jo. Geo. Walchii* ibid. 1751. 8.; *Jo. Petr. Reuschii Theol. polem.* ibid. 1754. 4. (opus inchoatum); *Jo. Christoph. Koecheri Vollständiger Abriss aller, jemals in der Welt bekannten und üblichen, Religionen*, ibid. 1753. et iterum 1756. 8.; *Jo. Ern. Schuberti Institutt. Th. polem.* ibid. 1757. IV. Partt. 8.; *Jo. Frid. Grüneri Institutionum Theol. polem.* Libri IV. (ed. *G. Ch. Knapp*), Halae 1778. 8.

(22) *Roberti Bellarmini Opus de Controversiis Christianae Fidei adversus hujus temporis haereticos*, Ingolstadii 1701. *Opp.* Tomo IV. f. m. — Quoniam vero, quos de *Justificatione*, quae vocari solet, scripsit, quinque Libri omnium maxime arcem et caput Christianae religionis tangunt, legi merentur *Rob. B. Politiani, Soc. Jesu Theologi, Cardinalis, de Justi-*

 *fi-*

*fication impii Libri V., explicati et castigati studio Davidis Parei*, Heidelb. 1615. 8.

(23) *Jac. Benign. Bossueti Exposition de la doctrine de l'Eglise Catholique sur les matières de controverse* (cit. §. 88. ann. 151. pag. 469.); cujus secundae editioni a. 1679. auctor adjunxit Prologum galeatum (*Avertissement*), qui in novissima etiam et splendida Operum Condomensis, postea Meldensis Episcopi, Tomo XXXI. praemittitur. Caeterum huic *Bossueti Expositioni* omnino addenda sunt alia Ipsius scripta polemica, veluti *Réfutation du Catechisme du Sieur Paul Ferry* (Opp. nov. ed. Tom. XXXII.), *Défense de la Tradition sur la Communion sous une espèce* (Opp. Tom. XXXIII.), *Avertissemens aux Protestans* (Opp. Tom. XXIX et XXX.), quin et *Recueil des pièces concernant un projet de réunion des Protestans à l'Eglise Catholique* (Opp. Tom. XXXIV et XXXV.); ante omnia vero *Histoire des Variations des Eglises Protestantes*, Paris 1687. iterumque 1691. ac saepius, IV. Voll. 12. (Num in nova ed. jam repetita sit, nescio; liber mihi certe nondum redditus est).

(24) *J. A. Mohler*, *Symbolik*, *oder Darstellung der Dogmatischen Gegensätze der Katholiken und Protestanten*, *nach ihren öffentlichen Bekenntniss-schriften*, Moguntiae 1831., iterumque 1832., tertium, auctius et emendatius, 1834. 8. — Hoc Opus, quod quantopere plurimos adverterit et plurimis placuerit; duplex in tam brevi temporis spatio repetitio satis ostendit; hoc igitur ad *Polemicam* potius, quam ad *Symbolicam*, quam titulus pollicetur, pertinet. Conf. quae observantur a Censore, in *Goett. Gel. Anzeige*, ad a. 1834. St. 181—184. Mirum igitur non est, inventos esse Viros ex Protestantibus Doctos, qui severiori ipsum examini subjicerent. Eminent in his potissimum Viri Cl., *F. Chr. Baur* et *C. J. Nitzsch*, ille in Tubingensi Academia, hic in Bonnensi, Theol. Professor Euangelico-Lutheranus. Et *Mohleri* quidem Collega, *Baurus*, diligenter conscriptam Commentationem, cui titulum fecit: *Der Gegensatz des Katholicismus und Protestantismus*, *nach den Principien und Hauptdogmen der beide Lehrbegriffe* (*mit besond. Rücksicht auf M's Symbolik* etc.), inseruit Ephemeridibus Theol. Tubingensibus, quas ipse edit et cum ipso *Kernius*, *Schmidius* et *Steudelus*, Viri Cl. (*Tübinger Zeitschrift für Theologie*, Jahrg. 1833. Partt. III. et IV. Quae res male habuit *Mohlerum*, qui Collegae quaedam iracundius regessit, scriptis *Novis* de hisce *Disquisitionibus* (*Neue Untersuchungen der Lehrgegensätze zwischen den Katholiken und Protestanten; eine Vertheidigung gegen die Kritik des — Prof. Baur*, caet. Mogunt. 1834. 8. Quas tamen denuo refutandas sumsit *Baurus*, in Ephemerid. Tubing. (*Tüb. Zeitschr. f. Th.*), ad a. 1834. Parte III. pag. 127—248. Utrumque *Bauri* scriptum separatim etiam editum est. — Quod vero Rhenanum Theologum, *Nitzschium*, attinet; hic Ephemeridibus Theologicis: *Theol. Studien und Kritiken*, quas, ipso *Gieseleroque* et *Lückio* adjuvantibus, edunt *Ullmannus* et *Umbreitus*, Tom. VII. (*Jahrg.* 1834.) inserendam curavit suam ad *Moh-*

*Mohleri* Polemicam responsionem (*Eine protestantische Beantwortung der Symbolik von Dr. M.*), Parte I. pag. 1—55. Parte II. pag. 221—275. Parte III. pag. 481—528. et Parte IV. pag. 850—888., denique Tom. VIII. (1835.) Parte II. pag. 393—438.

(25) Duplex potissimum Scriptorum polemicorum genus hic in censum venit. Nam *alii* certae alicui *Sectae*, erroris in omnibus characteristicis dogmatibus convincendae, operam dederunt: alii vero *partem* unam alteramve ex praecipuis *doctrinae*, quam ipsi profiterentur, Ecclesiasticae a secus sentientium contradictione et objectionibus vindicandam sumserunt. Ex utroque genere duo exempla, speciminis ergo, afferamus. *Romano-Catholicae*, quae dici solet, Ecclesiae dogmata, quibus a reliquis Christianorum Sectionibus, praesertim a Protestantium Coetibus, illa distinguitur, impugnarunt Reformatores, qui vocantur, *Hulricus Zuinglius*, *Martinus Lutherus*, *Philippus Melanchthon*, *Joannes Calvinus*, caeteri: ex iis autem, qui hos exceperunt, praecipue commemorandi *Martinus Chemnitius* (in *Examine Concilii Tridentini*, 1565 sqq. IV. Partt., Genev. 1641. et saepius, optime a *G. C. Joannis* ed. Francof. ad M. 1707. f. m.); *Daniel Chamierius* (in *Panstratia Catholica*, Genev. 1626. IV. Tomis, III. Voll., Francof. 1627. et, edente *Jo. H. Alstedio*, 1629. V. Tomis, f. m. *Epitome Operis*, s. *Ch. contractus*, prodiit Genev. 1643. f. m.); *Joannes* item *Cabeliavius* (in *Catholyk Memorieboek*, L. B. 1661. II. Voll. 4.); *Guil. Chillingworthus* (*The Religion of Protestants a safe way to salvation*; cujus Operis Franco-Gallica interpretatio (inscripta: *La Religion protestante, une voye sûre au salut*), additis *J. Halesii Dissertationibus*, Amstelodami edita est 1730. III. Voll. 12.) et, plures ut mittamus, *Joannes Dallaeus* (multis variique generis scriptis, e. g. *De vero usu Patrum*, e Gallico sermone Latine reddito a *J. Mettayero*, Genevae 1686. 4.; — *Adversus Latinorum de Cultûs religiosi Objecto traditionem Disp.*, Genevae et Carentonii, 1664. 4. — *De sacramentali, sive auriculari Latinorum Confessione Disp.*, Genevae, 1661. 4., caet.). Protestantibus vero repugnarunt, Pontificia dogmata commendantes ac defendentes, quotquot ex illa familia, sive de *Historia Ecclesiae*, sive de *theoretica*, vel et de *practica* religionis Christianae parte scripserunt; in his Coryphaei, *Baronius*, *Bellarminus*, *Bossuetus* (supra, suis locis, jam indicati, §. 74. ann. 4. pag. 364. et hac ipsa §. 91. ann. 22 et 23. pag. 509. et 510.): uti et minus clari quam plurimi; in his, *Maynardus* (*La Religion protestante convaincue de faux*, Par. 1740. II. Voll. 12.), *Ph. Laur. Verhulst*, latens sub nomine *L. Zeelander* (*De vaste gronden van het Cath. Geloof* etc. Gandav., 1738., et ex tertia ed. 1746. c. supplemm. VII. Voll., 8.), *L. De Foerius* (*Verdediging van de onverdraagzaamheid der Ro. Kath. Kerk*, e Gallo-Francico sermone Belgice redd. Amst. 1816. 8.), *B. Wilbrinkius* (*Het gezag der H. Kerkvaderen*, Traj. ad Rh. 1808. 8.), *J. Bramerus* (*Het Kerkbestuur* etc., Dav. 1817. 8.), *Handhav. d. Waarh.*, ibid. 1821. II. Voll. 8., *J. G. A. Müller* (*Het grond-*

*grondbeginsel der Protest. Kerk getoetst*, ibid. 1817. 8.). Mitto *Prechtlium*, *Hagelum*, *Brennerum*, *Flatzium*, alios. — *Socinianorum* decreta refutare studuerunt, v. causa, *Joannes Hoornbeek* (in *Socinianismo confutato*, Traj. ad Rhen. 1650. III. Voll. 4.); *Nicolaus Arnoldus* (in *Religione Sociniana*, s. *Catech. Racov. major — — refutata*, Franeq. 1654. et 1671 4.); *Theodorus Le Blanc* (*Principes contre les Sociniens*, Hamburgi 1718. II. Voll. 8.); *Ge. Lud. Oederus* (in *Catechesi Racoviensi edita et refutata*, Francof. et Lipsiae 1739. 8.), aliique multi. Ea vero decreta stabilire sategerunt *Crellius* (uterque; cf. §. 88. ann. 141. pag. 469.), *Jon. Schlichtingius* (in *Ann.* et *Emendd.* ad *Catech. Pol.*, Belg. redd., Eleuth. 1667. 4.), *Christoph. Ostorodus* (e. g., in libro, cui, e Germ. Belgice reddito, titulus est: *Onderwijzinge van de voornaamste hoofdpunten der Christelijke Religie* (sine loci indicio) 1689. 8., alii. — Haec duo de *priore* genere sufficiant. Quod ad *alterum*; doctrinam de excellentiore Jesu Servatoris natura contra Arianos et Socinianos defenderunt, inter alios, *Georgius Bull* (in *Defensione fidei Nicaenae*, Oxonii 1688. 4.); *Joannes Fridericus Flatt* (in *Commentatione de Symbolica Ecclesiae nostrae de Deitate Christi sententia*, Goett. 1788. 8. rep. in Ej. *Opuscc. Acad.* ed. a *Car. Frid. Süskind*, Tub. 1826. 8. pag. 135 sqq.); *Hermanus Royaards* (in *Diatribe de divinitate Jesu Christi vera*, Traj. ad Rhen. 1791. II. Partt., 8.); *Geo. Frid. Seiler* (*Ueber die Gottheit Christi*, Lips. 1775. etiam Belgice redd.); *Dionysius van de Wijnpersse* (in *Commentt. Haganae Soc.* ad. a. 1794.), alii. — Doctrinam de Jesu Christi, pro hominum peccatis, ad impetrandam iis poenae immunitatem, mortui, meritis, contra *Socini* asseclas defenderunt, inter alios, *Hugo Grotius* (in *Defensione fidei Catholicae de Satisfactione*, L. B. 1617. 4.); *Andreas Essenius* (in *Triumpho Crucis*, *sive fide Catholica de Satisfactione*, Traj. ad Rhen. 1666. 4.), et, quam plurimos alios ut mittam, ex recentioribus, *Hieronymus van Alphen* (*Eenige Leerstukken van den Protestantschen Godsdienst verdedigd*, Traj. ad Rhen. 1775. 8., qui *Joanni Augusto Eberhard* (in: *Neue Apologie für Socrates*, Belgice, Hagae Com. 1773. 8.) se praecipue opposuit); *Georgius Frid. Seiler* (*Ueber den Versöhnungstod Jesu Christi*, Erlangae 1778. et iterum 1782. II. Voll. 8., etiam Belgice, Traj. ad Rhen. 1798. 8.); *Joannes Dav. Michaëlis* (*Gedanken über die Lehre der Heiligen Schrift von Sünde und Genugthuung*, Goett. et Bremae 1779. 8.); *Allardus Hulshoff* (*Gesprekken over de Voldoening*, Amst. 1795. 8.), Scriptores, quorum Commentationes *Societas Hagana pro vind. Rel. Chr.* identidem praemio dignas censuit et edidit, (ut *H. H. Ten Oever* a. 1791., *Fo. Liefstink* a. 1792., *Sam. Jo. v. d. Wijnperssc*, a. 1798.; *Jo. A. Lotze*, 1798. et 1802., *Did. Car. Harmsen* a. 1804.), alii.

§. 92.

## §. 92.

### *Theologia Moralis.*

Pars doctrinae Christianae *practica*, sive de iis exponens, quae homini Christiano, ex divina voluntate, Euangelio revelata, *agenda* et praestanda incumbunt; etsi cum *theoretica*, sive de iis, quae *cognoscenda* sunt et fide amplectenda, tam intime conjungitur, ut nullo modo ab ea in institutione, sive populari, sive subtiliore, omnino divelli queat (1); si tamen seorsum, quantum ejus fieri potest, considerata, erudite et ad Scholae severitatem tractatur, existit illa Theologiae Systematicae sive forma, sive pars, quae *Theologia Moralis* dicitur. Vocatur haec a nonnullis *Ethice* Christiana, quippe ἠθικὰ Euangelii διδάγματα explicans: quamquam ipsum *Theologiae Moralis* argumentum (sive materia), in quo philosopha ratione pertractando elaborat, hac denominatione non minus commode indicari posse videtur. Nam ipsa *Ethice*, quae complexus est praeceptorum moralium, Christiano homini observandorum, divinae et originis est et auctoritatis, quippe a Jesu ipso Ejusque Legatis, viris divinis, cum humano genere communicata: *Theologia* vero *Moralis*, sive *theologica Morum doctrina*, haud secus ac *Dogmatica*, humanae inventionis scientia est, et, quatenus seorsum, a Dogmatice sejuncta, exponi hodie solet, insuper novitia (§. 85 et 86.). Non autem confundenda est *Theologia*, de qua hic loquimur, *Moralis* cum *Morali* (doctrina) *Biblica* (2), quae *practica* pars est *Theologiae Biblicae.* In qua dedita opera tractanda prae caeteris laborem collocavit suum *Bauerus* (3): quocum *Kellnerus* (4), *Gamborgius* (5), *Vlotenius* (6), *Bergerus* (7) et *Stäudlinus* (8) jungi possunt. Caeterum plurimi, supra (§. 85.) indicati, *Biblicae Theologiae* Scriptores, dum *theoreticam* praecipue partem illustrabant, *practicam* quoque vel tractarunt, vel certe attigerunt (9). Sed nec *Theologia Moralis* eadem est,

est, quae *popularis* doctrinae Morum Euangelicae expositio, etiamsi *systematico* ferme ordine facta (nam de ea, quae fit *Sermonibus* sacris (10), librisve, sive *Asceticis* (11), sive *Catecheticis* (12), quin a nostra disciplina sit distinguenda, nemini facile dubium erit). Haec enim pars est illius *Theologiae practico-popularis*, de qua supra (§. 84.) sermo fuit (13). Hanc tamen partem pauci seorsum tractarunt; in his *Christophorus Guil. Theophobos* (*Fürchtegott*) *Jena* (14), et *Georgius Jacobus Ludov. Reuss* (15). Sed *Theologia Moralis*, quae stricte dicitur, eadem ratione se habet ad *practicam* Christianae doctrinae partem, qua *Dogmatica Theologia* ad *theoreticam*. Habetque illa suas pariter difficultates gravissimas (16): ad quas superandas pari etiam, quo haec, modo *Hermeneutica* atque *Historia* utitur, prae caeteris tamen *Philosophia*. Hae enim disciplinae auxiliatrices concurrunt singulae ad illustranda uberiusque exponenda, suo item loco proprio et ordine collocanda, tum ad confirmanda, ex principiis et causis veluti elicienda, atque rectae Rationis decretis commendanda, denique strenue vindicanda Sacri Codicis, Novi praesertim Foederis, placita et praecepta moralia. Atque hinc pronum est, *et* de *fonte* hujus doctrinae, *et* de diversis ejus, sive *partibus*, sive *formis*, pronunciare (17). Nam *fons* Theologiae Moralis alius esse nequit, ac fons ipsius Ethicae Christianae; quae aliunde disci non potest, quam ex Novi Testamenti libris. Atqui hi niti deprehenduntur Veteris Foederis libris, ad eosque provocare, et haud pauca ab iis mutuari. Eadem quoque utriusque Instrumenti origo est divina, idem emendandi et ad veram salutem adducendi humani generis consilium. Igitur et Prophetarum voces Apostolorum enunciatis, Mosisque institutio praestantissimae Jesu doctrinae adjungenda est; certe in iis, quae non diserte abrogata sunt, vel novae Oeconomiae indoli adversa; imprimis vero in iis, quae in Christi Apostolorumque decretis, vel sumuntur, vel confirmantur. Et profecto eximia sunt, quae de morum castitate ve-

veraeque pietatis ratione praecipiunt *Samuel*, *Davides*, *Salomo*, *Asaphus*, *Jesaïas*, *Jeremias* et reliqui. Sed, et in Veteri, et in Novo Testamento, praeter doctrinas *theoreticas* (18), in quibus plurimorum officiorum caussae, incitamenta, subsidia sunt posita, duo praecipue attendi merentur; nempe, cum *exempla* facinorum et hominum, tam bonorum, in his perfectissimum Sancti Servatoris exemplum (19), quam malorum; quibus nimirum exemplis virtutis et vitiorum natura et effectus egregie illustrantur; tum *praecepta* morum, ubivis veluti sparsa per universum Codicem Sacrum. Ubi tamen ea adhibenda cautio est, ne *positiva* ejusmodi praecepta, quae *certi* alicujus *temporis locique* hominibus, peculiares ob causas, proposita fuerunt et injuncta, temere confundantur, neque cum *Legibus* Dei *moralibus*, proprie dictis, quae *aeternae* sunt, in ipsa Dei hominumque natura fundatae; neque cum *positivis* illis *universalibus*, quae, haud secus ac *morales*, et omni tempore, et ubivis locorum, omnes ad obedientiam obstringunt, certe eos omnes, qui, per earum promulgationem, peculiaris hujus quoque obligationis facti sunt certiores; quales nunc quidem esse quoslibet constat, quibus Euangelica innotuit veritas (20). Quae res, de qua praestantissimi Viri superiore et nostra memoria diligentius, quam olim, exponere coeperunt (21), jam ostendit, primario fonti addendum esse alterum secundarium, rectam *Rationem*. Ad hanc enim ipsi non raro provocarunt Viri Sancti (22); hujusque usu, in adornando perfecto officiorum Christiani hominis systemate, prorsus careri non potest. Neque enim disertis verbis omnia illa et singula declarata leguntur; quorum nimirum non pauca ex eo, quod Christianae religionis *ingenio* et indoli universe conveniat, alia item ex perfectissimo *Christi exemplo*, in quantum nobis ad imitandum proponitur, derivanda sunt (23). Quod vero ubi ex Logices, item Critices Sacrae et Hermeneutices, praeceptis fit, facile suo loco relinquimus spissos Operum de *Conscientiae* (aut officiorum

 *col-*

*collisionis*) *casibus* acervos, quibus dudum obscurata fuit Ethice; atque omnino, si quid bonae frugis ista continet *Casuistica* (24), id cum *Theologia Morali* conjungimus (25). *Ascetica* vero, a pristinae severitatis nimiae et superstitionis purgata sordibus, partem omnino Disciplinae moralis continet: ostendens quippe optimam, animi morbos medendi et ex praeceptis Euangelicis bene ac beate vivendi, rationem (26). Idem fere valet de *Mystica*, pura nempe illa, nec erroribus inquinata, in quos, omni fere aevo, qui *Mystici* dicebantur, prolapsi sunt, et nemo, nisi diligentissime sibi caveat, non facillime prolabitur (27). Denique *Paracletica*, pro varia vocis acceptione, aut popularis doctrinae Moralis Christianae expositio est, aut peculiaris, ad consolandos afflictos et peccata lugentes, illius doctrinae usus (28).

(1) Ea de re diximus olim in Oratione, supra §. 55. ann. 1. pag. 220. indicata. Manca profecto *Theoreticae* (Dogmaticae) partis tractatio est, a qua abest diligens *practici* singulorum dogmatum *usûs* expositio. Vicissim, in *Practicae* partis enarratione, officiorum hominis Christiani forma, caussae, obligationis argumenta, incitamenta et subsidia, e *theoretica* potissimum parte repetenda sunt.

(2) *Biblische Moral* Germanis dicitur.

(3) Cujus huc pertinentia scripta citavimus §. 83. ann. 16. pag. 423.

(4) *Johannis Guil. K.*, *Die Gebote Jesu Christi*, Lips. 1784., iterumque 1789. 8. — Sed auctius et emendatius, *Brentano*, praemissa etiam praefatione, Opusculum repetiit Bambergi et Würzburgi 1808.

(5) *A. G.*, *Die Moral Jesu, gesammlet, geordnet, übersetzt und erläutert: aus dem Dänischen von Karl Christian von Gehren*, Hafniae 1805. 8. item Schnepfenth. 1817. 8.

(6) *Guilielmi Antonii van Vloten*, *de Praktijk des Bijbels, of het Zedekundig Onderwijs der gewijde Schriften*, Amst. 1798. VI. Voll. 8.

(7) *Immanuëlis B.*, *Versuch einer moralischen Einleitung in das Neue Testament*, Lemgoviae, 1797. III. Voll. 8.

(8) *Caroli Frid. S.*, *Lehrbuch der praktischen Einleitung in alle Bücher der Heiligen Schrift*, Goett. 1816. 8. Accessit Vol. IV., cui titulus etiam est: *Reine Moral des N. T.*

(9) Conf. ibi (i. e. §. 83.) ann. 22—26. — Scriptis *Keizeri*, hanc partem spectantibus, ibidem ann. 25. indicatis, addendum etiam illud est: *Christelijke Geloofs- en Zedeleer, afgeleid uit de twee Brieven van Paulus*

*lus aan de Korinthers*, Amst. 1827. 8. — *Kaiseri* vero operis: *Biblische Moral* (Erlangae 1821. 8.) Sectio prima est alterius Tomi *Biblicae*, quae huic auctori debetur, *Theologiae*, ibi quoque ann. 17. memoratae. — Denique non praetermittenda *Muntinghii Historia Humanitatis*, ejusdem §f. ann. 10. in fine laudata.

(10) Inter alia quam plurima, huc pertinet Opusculum, e Germanico idiomate Belgice redditum, quod inscribitur: *Leerredenen over eenige Geboden der Wet Gods*, Lugd. Bat. 1793. 8. Caeterum, praeter eos, quorum sacrae Conciones in *Catechismos*, (*Lutheri*, *Calvini*, *Palatinum*, caet.) exstant, quos in practica institutionis parte, ad singula Decalogi praecepta, de Moralibus quoque exposuisse novimus; praeterque eos, qui de integris quibusdam Codicis Sacri Libris, aut insignioribus aliquot ejus partibus, orationes sacras scripto reliquerunt, quibus — *vel* Virorum Sanctorum admonitiones morales interpretarentur (quod, e. g., fecit Parens meus, *Theodorus Adrianus*, cujus optimi eruditissimique Viri immaturum obitum diu luxerunt omnes boni, equidem lugere, dum vivam, non desinam, ultimis Tomis Concionum in Epistolam ad Colossenses (*Nagelatene Leerredenen over Paulus Brief aan de Kolossensen*, Traj., Amst. et Gron. 1784. V. Voll. 8.); — *vel* derivata ex insignioribus Historiae Sacrae partibus praecepta morum (porismata moralia, doctrinas mor.) de industria illustrarent (ut olim, ex Ruthae Libro, *Jacobus Crucius* fecerat, et diu post *Philippus Serrurier*, e vitae Davidis historia *Paulus Bonnet*, *Martinus Stuart* et *Petrus van der Breggen Paauw* ex Josephi fatis, aliique ex aliis multi): — praeter illos igitur nonnulli excitari possint, qui concionando id praecipue egerunt, ut *moralem* potissimum Euangelicae doctrinae partem declararent auditoribusque commendarent; veluti ex Anglis *Tillotsonus*, *Sharpius*, *Blairius*, ex Franco-Gallis Reformatis *Saurinus*, *Supervillii*, *Chaufepiéus*, *Vernèdius*, *Lulinus*, *Bouillerius*, *Ravius*, caet., ex Germanis *Lessius*, *Jerusalemus*, *Spaldingius*, *Zollikoferus*, *Reinhardus*, ex Belgis *Gisbertus Bonnet*, *Jacobus Hinlópen*, *Joannes van Loo*, *Ewaldus Kist*, *Cornelius Fransen van Eck*, et haud ita multi alii.

(11) Numero paene infinitis: plerisque vero palmam facile praeripuit *Ewaldus Kist*, paulo post laudandus.

(12) Quorsum pertinent, v. c., *Amosi Lambrechts Kort begrip der Bijbelsche Zedekunde in twee- en- vijftig Lessen*, (Doetinchemi, saepius ed. sed sine annorum indicio); *Henrici van Heyningen Beknopt Zamenstel der Christelijke Zedeleer voor de Jeugd* (Hagae Com. 1824. 8.): ne eos memorem, qui theoreticam religionis doctrinae partem cum morali conjunxerunt (quales sunt, v. c., *Jo. Guil Tilanus*; *Pfeifferum* secutus; *Albertus Brink*, *Tilanum*; *Lucas Egeling*, pluresque alii).

(13) Vid. praecipue ad istam §. adscripta ann. 14., ubi palmarii hoc in genere Scriptores recensentur.

(14) *Die Bildung zur christlichen Tugend: oder praktische Bearbeitung*

*tung der Moral des Christenthums, grösstentheils, nach einem dazu entworfenen vollständigen Auszuge aus Reinhards Moralsystem, in gemeinfasslicher, andringender Darstellung, mit untergemischten Charaktergemälden: ein Handbuch der Sittenlehre Jesu*, caet. Quedlinburgi et Blankenburgi, 1819. 8. Ad hujus vero operis normam dilectissimus Filius, *Theodorus Adrianus*, inceperat Belgice, suo Marte, conscribere Opus, cui titulum fecerat: *De weg tot Christelijke Volkomenheid; of de Christelijke Zedeleer, eene aanwijzing ter behoorlijke ontwikkeling onzer vermogens: een Handboek voor den ongeletterden meer beschaafden stand; grootendeels naar F. V. Reinhards Zamenstel der Christelijke Zedeleer bearbeid*; cujus una tertia pars Groningae prodiit 1826. 8., duae reliquae, quas ipsi, immatura morte humanis rebus eheu! erepto, concinnare datum non est, a me, si Deus vitam viresque et otium largiatur, primae adjicientur.

(15) *System der reinen, populär-praktischen, Christlichen Sittenlehre.* — Tomus I. prodiit Lipsiae 1818. 8. (Alterum Tomum nondum vidimus). — Seorsum haberi potest: verum et conjunctim cum Tomo I. Operis, quod inscripsit auctor: *System der r. p.-pr. Chr. Religions-und Sittenlehre*, cujus alteram partem constituit, dum prior prodiit ibid. 1816. 8. — Possit autem ex parte huc etiam referri opus *Joannis Henrici Gebhardt*, inscriptum: *Die angewandte Sittenlehre, mit besonderer Rücksicht auf das Christenthum: ein Handbuch einer durchaus populären Moral für Prediger*, Erfordiae 1801. IV. Voll. 8.

(16) Conf. prae caeteris *Joannis Christophori Doederlein* Programma *de difficultatibus in tradenda Christiana morum doctrina*, recusum in Ejus *Opusculis Theol.* (Jenae 1785. 8.) pag. 187—212.

(17) De iis quae hic in §. sequuntur, conferri possunt plerique Theologiae Moralis Scriptores: in his *Morus*, in *Theol. Moral.*, Tomo I. in *Introd.* pag. 6—30.

(18) Cf. *Morus*, l. c. pag. 3. et *Reinhardus* in *Chr. Mor.* Tom. I. Introd. pag. 15.

(19) Atqui hac in re non committendum est, ut, quae Jesus, tanquam summus Dei Legatus et Messias, in hisce terris peregit, confundantur cum iis, quae tanquam unus ex hominibus. Quamquam et in illis, non quidem ipsa facta, at vero animus, quo ea perfecit, ad imitandum nobis proponitur. Conf. Phil. II. 5 sqq. Praeter *Morum*, l. c. pag. 33., et *Reinhardum*, l. c. pag. 20. conf. *Seilerus* (*Hermeneutik* §. 288.) et *Flattius* (*Bemerkungen über das Beyspiel Jesu*, in ipsius *Magazin für Chr. Dogmatik und Moral*, I. 170 sqq.). Add. *Diss.* n. *Hagana*, ad a. 1803. *de argumento ex doctr. mor. desumto*, §. 7 et 8.

(20) Postrema haec spectant *positiva universalia*, quae vocari solent, *praecepta* Quibus, ita intellectis, ut rem in contextu proposuimus, locus in Morali doctrina Euangelica denegari non posse videtur. Huc enim pertinet fundamentale praeceptum *fidei* et *fiduciae* omnis, quod ad salutis aeter-

nae

pae consequendae negotium, collocandae *in Jesu Christo*; itemque praeceptum de celebrandis duobus *ritibus*, *inaugurali* altero, altero *mnemonico*. Sed haec quaestio olim illustria *Hugonis Grotii* (*de Jure Belli ac Pacis*, Lib. I. Cap. I. §. 15.), *Christ. Thomasii* (in *Diss. de Crimine Bigamiae*, — in *Institt. Jurisprud. divinae*, Lib. I. Cap. II. §. 63. et 119 sqq. — sed et (ubi contrariam priori sententiam tuetur) in *Fundam. Juris Nat. ac Gentium*, Lib. I. Cap. V. et in *Obss. Halens.* Tomo VI. Obs. 6. §. 43. et Obs. 27.), *Jo. Franc. Buddei* (in *Element. Philos. pract.* Parte II. Cap. II. §. 13. pag. 213., et contra, in *Institt. Theol. Moral.* Parte II. Cap. I. §. 2. pag. 370.) aliorumque ingenia exercuit. Praecipue referebatur quaestio ad Leges — de *incestu* (Lev. XVIII et XX. vid. *Grotius* l. c. Lib. II. Cap. V. §. 12. *Heumannus*, in *Nova Dissertt. Sylloge*, Vol. I. pag. 188. 192 sqq. 201. et *Michaëlis*, in *Jure Mosaico*, Tom. II. pag. (Belg. vers.) 260, et de *Legg. matrimonialib.* §. 24 sqq.), — de *polygamia simultanea* (XIX. 3 sqq. v. *Michaëlis*, de *J. M.* II. 173 sqq.), — *de divortiis* (Matt. V. 32. 1 Cor. VII. 10. vid. *Michaëlis*, l. c. pag. 307 sqq.), — de *Mariti* in Uxorem *Imperio* (Gen. III. 16. Eph. V. 22, 23. Col. III. 18. 1 Tim. II. 12. 1 Petr. III. 1—6. vid. *Grotius*, l. c. Lib. II. Cap. V. §. 8., *Intt.*, praesertim *Treuerus*, ad *Pufendorfium*, *de Officio Hominis et Civis*, Lib. II. Cap. II. §. 4. et *Janus Brand*, in *Diss. Jurid. de imp. mar. in uxorem*, Lugd. Bat. 1810. 4.; ubi et *Wolfii*, *Kantii*, *Fichtii* sententias exquirit; conf. tamen observata in *Algem. Konst- en Letterb.* ad a. 1811. Tom. I. pag. 345—350.), — de *carne cruda cum sanguine non comedenda* (Gen. IX. 4.), — *de homicida*, *pecore etiam hominem occidente*, *interficiendo* (ibid. comm. 5 et 6., — conf. *J. G. Daries*, in *Obs. J. N. et Gent.* Vol. I. Obs. 35. §. 1, 2. et *Buddeus*, in *Introd. ad Hist. Philos. Hebr.* pag. 20. et *Hist. Eccl. V. T.* Tom. I. pag. 156.), uti et — *de Sacrificiis*, praesertim expiatoriis (vid. *Buddeus*, in *Hist. Eccl. V. T.* Tomo I. pag. 115. et *Ernestius*, mox laudandus, pag. 220 sqq.) quin et — de *mundorum* immundorumque *animalium* discrimine (de quo cf. *Michaëlis*, in *Theol. Typica* §. 34. in scholio): quibus postremo addi et — lex de colendo *Sabbatho* debet (cf. *Werenfelsius*, *de Logomachiis Eruditor.*, (*Opuscc.* Tom. II. pag. 21 sqq.), *M. Vitringa* ad *C. V. Aphor.* IV. 472. *Doddridgius*, *Lectt. Acad.* III. 208 sqq. (Belg. vers.), *Koppius*, mox citandus, pag. 307 sqq. et *Ernestius*, l. c. pag. 208 sqq.). — De hac autem quaestione, quae hodie minoris momenti et ponderis solet a plerisque aestimari, et in qua judicanda non semper accuratissime distinctae esse videntur notiones *positivi* et *arbitrarii*; de hac, inquam, universe legenda est *Simonis Brand van Someren Diss.* moralis, praeside *Meinardo Tydeman*, V. C., Traj. Bat. 1778. publice defensa, *de Legg. divinis posit. universalibus.* Add. *Jo. Aug. Ernestius* (in *Vindiciis arbitrii divini in constituenda religione*, repet. in *Opuscc. Theol.* p. 169 sqq.), *Dan. Joach. Köppen* (*Der Bibel, ein Buch göttlicher Weisheit*, ex Belg. Vers., Tom. I.

pag.

pag. 202 sqq.) et *Jo. Chr. Doederlein*, in *Instit. Theol. Chr.* §. 93. Obs. 6.; quosque laudat, *Jo. Theoph. Toellnerus* et *Jo. Casp. Velthusenus.* Prioris autem Commentatio in *Dissertt. Legati Stolpiani* ad a. 1769., una cum *Herm. Andr. Pistorii*, *Laurentii Meyer* et *Allardi Hulshoff* lucubrationibus, edita est; posterioris vero, cum *Pistorii* Commentatione emendata atque *Corollario* aucta, in *Commentt. Theol. Velthuseni*, *Kuinölii* et *Rupertii*, Tom. III. pag. 185 sqq. 318 sqq. et 216 sqq. Consul. etiam *Jo. Barbeyracius*, ad *Sam. Pufendorfium*, de *J. N. et G.* Lib. II. Cap. III. §. 5.

(21) Hic, praeter *Morum*, l. c. pag. 29. *Reinhardum*, l. c. pag. 23. *Schmidium*, l. c. §. 26., aliosque id genus Scriptores, legatur *Guilielmus Tobias Lang* (*Ueber die a priori und a posteriori aufgestellten Principien der Beurtheilung, was in der Christlichen Religions-urkunde locale und temporelle, oder allgemeingültige Lehre sey*, in *Flattii Magaz.* VII. 1 sqq. VIII. 99 sqq.): qui quidem theoretica potissimum decreta spectat, rationem imprimis habens dictorum *Herm. Aug. Niemeyeri*, in *Briefe an Religionslehrer*, I, 118., sed, vel sic tamen, et hoc loco meretur conferri; porro *Jo. And. Geo. Meyer* (in *Beytrag zur endlichen Entscheidung der Frage: in wie fern haben die Lehren und Vorschriften des N. T. bloss eine locale und temporelle Bestimmung, und in wie fern sind dieselben von einem allgemeinen und stets gültigen Ansehen*, Hannov. 1805. 8. Belgica Versio, quae Amstelodami a. 1811. 8. prodiit, titulum praefert: *Onderzoek aangaande hetgeen in de Leeringen en Voorschriften van Jezus en de Apostelen tijdelijk en plaatselijk, of voor alle tijden, en van algemeen geldend gezag is*). Add. *Bijdragen over hetgeen in de Leerstellingen en Voorschriften van Jezus en de Apostelen betrekking had tot de personen, tijden en plaatsen, in en onder welken zij leefden;* in *Soc. Hag. Commentt.* ad a. 1813.). Quaedam etiam hac de re habent, e. g., *Car. Guil. Flügge* (in *Versuch einer hist. krit. Darstellung des bisherigen Einflusses der Kant. Philos. auf alle Zweige der wissenschaftl. und prakt. Theol.* I. 301 sqq. II. 593 sqq.), *Jo. Guil. Chr. Tenckinck* (*Verhandeling over de uitstorting van den Heiligen Geest*, Amst. 1808. 8., pag. 417—423., qui et alios Scriptores laudat), *Jo. Chr. Doederlein* (in *Opusoc. Th.* pag. 187. et — *Chr. Sittenlehre* §. 82.), *Jo. Fr. Flatt* (*Chr. Mor.* pag. 1 sqq.) alii.

(22) Praecipua, huc pertinentia, loca sunt: Phil. IV. 8. 1 Cor. X. 15. Rom. II. 12 sqq. Act. IV. 19. Rom. XII. 2. Eph. V. 10. 1 Thess. V. 21. 1 Cor. XI. 12.

(23) Conf. e. g. *Reinhardus*, l. c. pag. 26. Lectu imprimis digna videntur, quae habet *Jo. Geo. Marezollus*, in libro, Belgice sub auspiciis Viri Cl. *E. Tinga* verso, titulum praeferente: *over de bestemming van den Kerkelijken Redenaar*, pag. 54 sqq.

(24) Officia interdum officiis opponi et veluti secum invicem pugnare videntur.

tur. Neque tamen vera officiorum collisio locum unquam potest habere. Prius ab usu et experientia docemur, posterius ab ipsa recta Ratione, quae nec sibi ipsa contraria esse potest, nec istum constantiae defectum in divinis Euangelicisque praeceptis agnoscere. Hinc dudum soliciti fuerunt Philosophi et Theologi de optima officiorum, ad speciem secum invicem pugnantium, componendorum ratione. Quorum commemoratione abstinemus, duos ex iis laudasse contenti, qui nuperius hanc rem egerunt, Viros doctissimos. Sunt autem Jurisconsultus alter, alter Theologus; ille quidem *A. J. Deiman*, hic vero *D. Kanngiesser*. Prioris Commentationem *Legati Stolpiani Curatores* praemio ornarunt, utriusque typis (Lugd. Bat. 1818. 4.) describendam curarunt. Add. *Lud. Ad. Schroeder Steinmetz Spec. Ph. Jur. de Officiorum et jurium, quae dicitur, collisione*, Gron. 1800. 8. — *Casuistica* vero disciplinae Ecclesiasticae debere videtur originem, praesertim *libris poenitentialibus*, in quibus, quid poenitentiam acturis faciendum esset, definiebatur. Vid., qui ad *Mabillonium* (Parte II. *de Studiis monasticis*, Cap. VII. pag. 296.) provocat, *Buddeus*, in *Isag.* pag. 626. Quem, et hac de re omni, et de *Casuistis* inter *Scholasticos*, qui *Moralistis* quodammodo opponebantur, conferendum commendamus. Memorat autem *Buddeus*, ex illis quidem, *Raymundum de Pennaforti*, *Henricum Hostiensem* (i. e. *de Segusia*), *Astensem*, *Bartholomaeum a S. Concordia*, *Raynerium*, alios. Ex iis vero quam plurimis, qui, post repurgata Sacra, in Romanensi Ecclesia Casuisticam tractarunt, paucos delibat, e. g. *Martinum ab Azpilcueta*, vulgo *Navarrum* dictum, *Thomam Sanchez*, *Franciscum Toletum*, *Vincentium Filliucium*, alios. Tum ad *Lutheranos* hujus generis Scriptores conversus, loquitur de *Friderico Balduino*, *Casparo Finckio*, *Ludovico Duntio*, *Georgio Koenigio*, *Arnoldo Mengeringio*, *Joanne Conr. Dauhauero*, *Andrea Pricknero*, *Joanne Adamo Osiandro*, *Samuele Schelguigio*, *Fridemanno Bechmanno*. Quibus addit, qui *Responsa* et *Consilia* theologica dederunt; quos inter eminet *Philippus Jacobus Spener* (de quo praestantissimo Viro, ut et de ejus in Disciplinam Theologicam et Religionem Christianam meritis, nunc, post alios plures, quos consulto omittimus, consulendus est *Guilielmus Hossbach*, in: *Philipp Jacob Spener und seine Zeit*, Berol. 1828. II. Voll. 8.). Postremo *Reformatae* Ecclesiae Casuistas aliquot laudat, nempe *Guilielmum Amesium*, *Joannem Henr. Alstedium*, *Guilielmum Perkinsium*, *Robertum Sandersonum* et *Andream Rivetum*. Quos omnes verbulo hic tetigisse sufficiat: plura cupientem ad *Buddeum* ablegamus ipsum, l. c. pag. 628—642. Poterant autem et alii *Consiliorum* theologicorum editores, in his *Baumgartenus*, verbi c., *Bornerusque* citari; sed satis erit indicasse *Horreum Loyi Casuisticum* (*Auserlesenes Casuistisches Magazin*), cujus primum Volumen editum est Pappenhemii 1783. 8. (Vid. *Leon. Bertholdus*, *Theol. Wissenschaftskunde*, §. 173. Tom. II. pag. 238.).

(25) Quod et alii fecerunt et *Ammonus*, in quarta sui Libri editione. (Cf. mox §. 94. ann. 47.).

(26)

(26) Ἄσκησις Graecis erant exercitia, quibus corporis in animo movendo vi occurrere, et semet ipsos vincendi dexteritatem et consuetudinem contrahere conabantur Pythagorei et Stoici. Hos imitati *Essaei* et Judaeis et *Therapeutae* miram et plerumque nimiam morum severitatem secum in Christianam Societatem transtulerunt. Hinc exorti Ἀσκηταί, qui primum quidem majori, quam reliqui, studio, quin sedulitate, in externa pietatis exercitia, preces, jejunia, cultum Dei publicum, abstinentiam quoque a licitis caeteroquin oblectationibus, et similia, incumbebant; mox vero ulterius etiam progressi, omnem vitae civilis lucem exosi, *Anachoretae* facti sunt, aut in *Coenobia* se contulerunt, Ἀσκητήρια inde dicta, obscuram ibi vitam Monasticam acturi: denique, in corpore variis modis immani crudelitate castigando, peculiarem quaesiverunt et longe excellentissimam animi vitaeque sanctitatem. Ἀσκητική propterea complexus erat regularum, ab iis, qui Ἀσκηταί et esse et videri vellent, observandarum. De quarum exiguo et nullo fere pretio postquam melius, atque Paulinis monitis (1 Tim. IV: 8. 2. Tim. III: 5. Col. II: 21 — 23.) convenientius, statui coepit, missa quidem facta et valere jussa est frivola ista institutio ascetica; nomen tamen ipsum retentum est et translatum in eam Theologiae Moralis partem, quae est de morbis animi recte sanandis, tum et de conservandae augendaeque pietatis et virtutis, cum incitamentis, tum adminiculis et subsidiis, illisque dextre adhibendis. Praestantissimum hujus generis opus debetur *Ewaldo Kist*, vernacule conscriptum, titulum praeferens: *Beoefeningsleer, of de kennis der middelen, om als een waar leerling van Jezus Christus getroost en heilig te leven: waarin de ziekten van het menschelijk verstand en hart, die de ware beoefening van het Christendom in den weg zijn, met derzelver oorzaken en geneesmiddelen, worden voorgedragen*, Dordraci 1804. II. Tomis (IV. Voll.) 8. Hoc enim Opus omnia ea abunde praestat, quae in ejusmodi libro merito quaeras, evitatis tantum non omnibus, quae in plerisque Asceticae institutionibus deprehenduntur, vitiis et defectibus. Ab ipso autem auctore praeclaro spissum Opus in compendium redactum est (*Beknopte Beoefeningsleer, waarin de middelen om als een waar leerling van Jezus Christus getroost en heilig te leven, gelijk ook de ziekten ent. worden voorgedragen*, ibid. 1815. II. Voll. 8., iterumque 1828.): quae Epitome Germanice (raro exemplo!) reddita a Viro Ven. *Arn. van der Kuhlen*, Vesaliae a. 1827 et seq. II. Voll. prodiit, inscripta: *Christliche Ascetik, oder Uebungslehre, worin die Mittel u. s. w. vorgetragen werden.* Laudandum etiam, quippe ab evidenti et accurata rerum expositione magnam habens commendationem, nobis videtur Opus, quod, post *Kistium*, in lucem emisit *J. Corstius*, *Over de Wedergeboorte en de Heiligmaking* (*zijnde Vervolg eener Proeve van Bijdragen tot de Zede- en Beoefenings-leer van het Christendom*), Amst. 1823 II. Voll. 8. — Caeterum libri, quibus, quae ad praxin pietatis, vel pertinent, vel referri solent, populariter, nec ad Scientiae severitatem scholaeve legem exacta, tractantur, numero pae-

paene infinito exstant, et *ascetici*, ut plurimum, libri, Nostratibus fere *practici* (*praktikale schriften*), vocantur. Quoniam vero in illorum non paucis minus id agitur, ut intelligentia lectorum accurata divinarum rerum et moralium scientia augeatur, quam quidem ut eorum sensus, phantasia, affectus moveantur, atque *hac* potissimum ratione pietas doceatur et commendetur, facile fieri posse, ut interdum magis noceant, quam prosint, nemo non videt. Hinc, in maxima talium scriptorum multitudine, bonorum tamen mira esse solet paucitas. (*Sherlock*, *Erskine*, *Doddridge*; — *Sturm* et *Tiede*, *Ewald*, *Seiler*, *Rosenmüller*; — *Brakel*, *Lodestein*, *Borsius*, *van Leeuwaarden* caet.; nec in omnibus probandi illi, et aliis tamen (*Smijtegeld*, *e. g.*, *Myseras*, *Labadie*) haud dubie praeferendi).

(27) De *Mysticae* (Theologiae) origine, progressu et fatis conferantur et alii, quos citat, et ipse *Buddeus*, l. c. pag. 600—624. Quocum jungatur *Annaeus Ypeij*, in *Kerkel. Geschied. der XVIIIe Eeuw*, Tom. X. pag. 148—663. Ex iis vero, quae et illi et alii narrant, apparet, parum interesse *Asceticos* inter et *Mysticos*; nisi quod in *his* plures etiam fuerint, qui, quid sibi vellent, vix aut ne vix quidem ipsi scivisse videantur. Eadem autem Mysticae est, quae Asceticae, origo. Pariter utraque, per omnes fere rei Christianae epochas, suum in Ecclesia locum tuita est. In antiquis, praeter alios, a *Justino Martyre* inde, praecipue eminet *Dionysius*, falso dictus *Areopagita*, qui mysticam doctrinam quodammodo in systematis formam redigere conatus est, scripto περὶ τῆς μυστικῆς Θεολογίας. Ferreis medii aevi temporibus, Mysticorum meliorum, *Bernardi* Claraevallensis, *Bonaventurae*, *Richardi* et *Hugonis de Sancto Victore*, caet., conatibus multum debuerunt aequales; id imprimis, ut, sive in laicis hominibus, crassissimae ac putidissimae superstitioni atque impotenti Clericorum hierarchiae subjectis, sive in Viris doctioribus, sed qui disputando de nugis saepe et tricis sibi maxime placebant, non omnis plane sincerae pietatis studium deficeret. Quam et alere studuerunt eorum successores, *Gersonus*, *Taulerus* ejusque aequalis, vulgo minus notus, *Henricus Suso*, cognomine *Amandus* (de quo leg. *J. Görres*, *H. S's*, *genannt A.*, *Leben und Schriften* etc., Regensb. 1829. 8.), porro, *Rusbroeckius*, *Grootius*, *Thomas a Kempis*, *Arndtius*, alii. Post Reformationem nonnulli quidem Mysticam emendare studuerunt, ut, apud Nostrates, *Voetius*, *Teellinckius* uterque et plures: alii vero in absurdissima quaevis prolapsi sunt; quales fuere (ne *Quakeros*, qui per contemtum dicuntur, excitem, in quibus tamen sunt venerabiles admodum homines) *Bourignonia*, *Schurmansia*, *Poiretus*, *Weigelius*, *Boehmius*, *Hochmannus*, *Dippelius* et magno numero plures, in his *Imm. Swedenborgius* (cujus Viri, plane singularis, minime indocti, quin rerum naturalium in paucis periti, et, vel sic tamen, maxime fanatici, Opera, Germanice, partim ab *J. F. Imman. Tafel*, partim a *Lud. Hofacker*, reddita, Tubingae, ab a. 1823 ad 1830. VIII. Voll. 8. denuo repetita sunt). Omnes enumerare Mysticos nihil attinet, nedum de plerisque referre. Id unum observatu dignum videtur,

tur, ad nostram usque memoriam propagatam esse, inter Christianos homines, Mysticam Theologiam, una cum omnibus pristinis hominum, *Mysticismo* et *Fanaticismo* deditorum, deliramentis, imo et criminibus. Cujus rei documenta haud ita pridem in Anglia, Germania, Helvetia et alibi exstiterunt et exstant etiamnum. Conferatur *Eusebii Salverte* Opusculum (*Traité des Sciences occultes*, Par. 1830. 8.) et alterum *Walteri Scott* (*Demonology and Witchcraft*, Lond. ex altera ed. 1830. 12.), quo utroque ostenditur, quaenam sint extrema, in quae ruere soleant, quorum exaltata phantasia intelligentiae fucum facit, praecipue si accedant praestigiatores, qui eorum credulitate abutantur,

*Ut populum fallant, optataque praemia tollant.*

Add. *Pauli Jordens* scriptiuncula: *Ueber die zu fürchtende Folgen des Mysticismus*, Altenb. 1830. 8. (de quo vid. *Leipz. Allg. Literaturz.* a. 1831. N°. 191.). — Quod tamen non est ita intelligendum, quasi in iis, qui *Mystici* vocantur et vocari cupiunt, vel qui plus justo in Mysticam cogitandi rationem proni sunt, non inveniantur etiam, aut non omni ferme memoria inventi sint, homines vere pii. Nam tales revera fuisse plures eorum, satis certo constat, et esse etiamnum lubentes credimus, cum vel dubitare, nedum negare, vetet Caritas. Multa autem hac de re omni disci poterunt ex *Joannis Georgii Zimmermann* scripto: *Ueber die Einsamkeit*, Troppaviae 1785. IV. Voll. 8. (etiam Belgice verso), ex *Joannis Henrici Jung* (*Stilling*) fabula romanensi, inscripta: *Theobald, oder der Schwärmer*, quae Belgice versa prodiit Dordraci II. Voll. 1792. 8., et, alios ut mittam, ex *Joannis Ludovici Ewald, Briefe über die alte Mystik und den neuen Mysticismus*, Lipsiae 1822. 8.; ex *Henrici Schmid* libro, qui inscribitur: *Der Mysticismus des Mittelalters in seiner Entstehungsperiode dargestellt*, Jenae 1724. 8.: et ex *Joannis Christiani Augusti Heinroth Geschichte und Kritik des Mysticismus aller bekannten Völker und Zeiten*, Lips. 1830. 8. Quibus haud inutile fuerit addidisse *C. A. Eschenmayeri Religionsphilosophie*, Parte *secunda*, quae est de *Mysticismo*, Tübingae 1822. 8. Add. etiam, vix tamen magnopere laudandus, *Georgius Chr. Rud. Matthaei*, in libro, qui inscribitur: *Der Mysticismus, nach seinem Begriffe, Ursprunge und Unwerthe*, Goett. 1832. 8. (de quo refertur in *Rheinwaldi Allg. Repert.* ad a. 1834. N°. 3.). — Mysticis, ut plurimum, accensentur *Separatistae*, *Inspirati*, *Illuminati*, *Pietistae* quoque, *Methodistae*, aliique. Quod num semper salva justitia et aequitate fiat, non hic disquirendi locus est. De *his* vid. *Ypejus*, l. c. pag. 1—86.: de *illorum* vero ratione *M. C. Fr. Duttenhofer* (§. 72. ann. 4. Sect. VII. pag. 343. cit.), *E. Stange*, *Ueber Schwärmerey, Christlichen Mysticismus und Proselytenmacherey*, ed. cum praefatione *E. G. A. Boeckeli*, Altenb. 1827. 8.; *W. E. Weber*, *Ueber die mystischen Tendenzen unsrer Zeit*, Darmst. 1829. 8.; et Anonymus, *Ueber die Quellen des Mysticismus, mit besondrer Berücksichtigung uns-*

*unserer Zeit*, Bremae, 1830. 8. Quibus addi *Chr. Fr. Aug. Fritzsche* possit, possint et alii (l., modo c., a nobis indicati).

(28) *Paracletica*, a παράκλησις, pro diversa hujus vocis acceptione (de qua vid. *Schleusnerus* et alii in *Lexicis in N. T.*), vel *omnem* moralem *institutionem* Christianam indicat, vel *peculiariter* eam partem, quae docet, „afflictos, vel calamitatibus oppressos, vel morbo laborantes, erigere, „solatio adjuvare, atque ad mortem rite praeparare." Quorsum pertinent, praeter *Bellarmini*, *Perkinsii*, *Hoornbeekii*, *Heideggeri*, *Pfeifferi*, *Drelincurtii*, *Placettii*, *Molinaei*, *Eenhoornii* scripta de *arte bene moriendi*, imprimis *Christ. Hansenius*, in *Theologia paracletica generali et speciali*, et *Salomo van Til*, in *Theol. Paracl.* Traj. ad Rhen. 1714. II. Voll. 4. Quibus veluti a latere adstant *Adamus Rechenbergius*, (*de Officio Ministri verbi paracletico*), *Joannes Jac. Hottingerus* (*de Consolatione Euangelica in tentationibus*), *Christ. Eberhardus Weissmann* (*de vero et falso solatio*), caet.; quos indicat *Martinus Vitringa* in *C. V. Aphorism.* Tom. I. pag. 34 sqq.

§. 93.

## *Ethices Christianae et Theologiae Moralis fata.*

Quae haud raro confusae sunt a Viris Doctis, *Ethices Christianae* (quae ab Ethica *philosopha*, quoad fontem, argumenti partem et majorem praestantiam (1), distinguitur) et *Theologiae Moralis*, notiones ideo distinguendae videntur, quod in priore posterior, tanquam in materia, systematico et scholastico modo tractanda, elaborat (§. praec.). Id quod ab initio factum non esse constat. *Vixdum* enim duo effluxerunt secula cum dimidio, ex quo, tanquam peculiaris suique generis disciplina, cum in libris Theologorum, tum in scholis, tractari Theologia Moralis incepit. Omni quidem aevo moralia Euangelii, universaeque adeo Scripturae Sacrae, praecepta exponi consueverunt et commendari a Theologis; quamquam non eadem semper industria; cujus rei causae in promtu sunt (2). Verum una cum theoreticis doctrinae praeceptis (dogmatibus) proponi, ut plurimum, solebant, iisque intermisceri; donec, post leviora *Danaei* veluti praeludia (3), *Amyraldus* (4) et praesertim *Calixtus* (5), utriusque generis praecepta seorsum, et moralia quidem diligentius, quam antea moris fuerat, tractanda

esse, suo omnibus exemplo persuaderent. Hinc distingui *Ethices Christianae historia* potest et debet ab *historia Moralis Theologiae*. Nam *illam* ab ipsius Servatoris temporibus, *hanc* a Sacrorum Reformatione, quae vocari solet, Sec. XVI. instituta, cujus tanquam foetus est, repetendam esse apparet. Utramque tamen historiam plerique enarrando conjunxerunt. Quod eo minus habet incommodi, quoniam priora quindecim Secula magis ad *Ethices* historiam, tria vero sequentia magis ad historiam *Theologiae Moralis* pertinent. Itaque nonnulli omnem eam in *tres* describunt periodos, quarum *prima* ad Seculum quintum vel sextum, *secunda* inde ad repurgata Sacra, *tertia* ad nostra tempora decurrit (6): alii vero aliter (7). *Prima* autem nobis magis corripienda videtur, quippe *purae* Ethices Christianae periodus dicenda, nec priorem Seculi secundi partem dimidiam excedens. In hac, praeter ipsos Viros Sanctos, Jesum et Apostolos, *Patres* tantum *Apostolicos* offendimus, doctrinae moralis puritate se commendantes (8). Et tamen apud ipsum etiam *Hermam*, qui iis accenseri solet, jam leviora corruptionis initia offenduntur, graviora apud aliquot *Gnosticorum* familias (9). Verum ex quo tempore ad Presbyteri munus illi potissimum admoveri inceperunt, qui antea, dum Ethnicorum Sacris adhaerebant, Literas et Philosophiam erant professi, magis corrumpi doctrina Euangelica, ut theoretica, ita et practica, coepta est (10). Sed, in *secunda* hac, sive *corruptae* Ethices Christianae, periodo, quatuor praecipuae distinguendae videntur epochae. Nam principio corruptionis tantum *initia* observari poterant, praesertim in nimia severitate sita (11); mox *incrementa* cepit corruptio, aucta, cum severitate praepostera, etiam externorum rituum et caerimoniarum copia, atque adamata magis magisque vita contemplativa et ab hominum consortio vitaeque civilis luce remota (12); *culmen* tandem attigit corruptio, obscuris illis, a sexto ad duodecimum fere, Seculis; ita ut, si ab *Albigensibus* et praecipue *Valdensibus* discesseris, vix usquam, sive apud Praesules, sive apud gre-

gregarios (laïcos) homines Christianos, quicquam inveniretur, praeter tenuissimas Ethices, quam Christus docuerat, reliquias. Quae profecta et ipsae prorsus exstinctae fuissent, nisi aliqua *nunc* demum *medela* corruptioni, in dies latius serpenti, fuisset praeparata. Haec vero, quantulacunque esset, debebatur partim *Scholasticis*, qui vocabantur, Theologiae et Philosophiae Doctoribus, partim *Mysticis* (13); quorum *illi* subtiliorem doctrinae Christianae institutionem, *hi* popularem tradentes, ignorantiae, cum Clericorum, tum Laïcorum, et Hierarchiae, omnem libere meditandi facultatem et conatum reprimenti, tollendae, minuendae certe, operam dabant, nonnullis simul erroribus pedetentim emendatis. Possunt igitur aliquatenus *Reformatorum* praecursores haberi. Ab his vero, omnium consensu, *tertia* inchoatur, eademque *instauratae* Ethices Christianae, periodus. In qua tamen denuo distingui necesse est tempora *ante Calixtum*, cum adhuc minus diligenter ea, nec seorsum tractabatur, quippe nondum in Scientiae formam redacta; et *sequentia*, cum existere coepit *Theologia Moralis*, stricte sic dicenda. Quae vero ipsa diversas fatorum vicissitudines experta est; prouti primis post Reformationem temporibus *Aristotelica* potissimum, postea *Leibnitiano-Wolfiana*, recentissima autem memoria *Critica*, philosophandi ratio, neque haec unius generis (nam a *Kantio* immane quantum distant *Fichtius*, *Schellingius*, *Hegelus*, alii), exponendae, confirmandae, ornandae (utinam non et pervertendae interdum!) *Ethicae* Euangelicae adhiberi consuevit. Verum ista ulterius persequi non hujus loci est. Unum observamus, praecipuos in hac excolenda Disciplina profectus ab eo inde tempore fecisse Theologos, quo praeclaris, quae summi Jurisconsulti, signum praeferente immortali Nostrate, *Hugone Grotio*, de naturali Lege et Jure publico scripserant, Operibus diligenter uti coeperunt. Caeterum, plura cupientes ablegamus, partim ad illos Scriptores, qui Religionis et Societatis Christianae *Historiam* enarrarunt (14), partim ad eos, qui

qui *Introductionem* in universam Theologiam ejusque Historiam Literariam ediderunt (15); partim et praecipue ad *Scriptores* de *Ethices* Christianae vel *Theologiae Moralis historia* (16): partim denique ad *Compendiorum* Theologiae Moralis et *majorum* hujus generis *Operum* Auctores, qui in *Prolegomenis* historiam quoque doctrinae tangere consueverunt, aut adeo in eam uberius enarrandam latius excurrere instituerunt (17).

(1) Ex iis, qui hoc argumentum tractarunt (infra §. 95. ann. 10. verbo indicandis), nunc tantum excitamus *Paulum Chevallier*, in: *Een Zestal van Kerkelijke Redevoeringen over sommige algemeene gronden der Zedeleer*, Orat. V et VI. pag. 174 sq.

(2) Legatur acutissimi, in Illustri Daventriensium Schola, dum vixit, Professoris, affinis nostri, *Cornelii Fransen van Eck*, Oratio *de praecipuis causis Ethicae Christianae a plurimis Christianis nimis neglectae*, Daventr. 1799. 4.

(3) *Lamberti Danaei Ethices Christianae Libri III*, Genevae 1577.

(4) *Mosis Amyraldi La Morale Chrétienne*, Salmuri 1652. III. Voll. 8.

(5) *Georgii Calixti Epitome Theologiae Moralis*, a. 1634. edi coepta, sed a. 1662. 4. Helmstadii recusa, una cum *Digressione de arte nova, quam commentus erat Bartholdus Nihusius.* Vid. *Buddei Isag.* pag. 583., ubi ad *Meierum* provocat.

(6) Ita v. c. *Franciscus Volcm. Reinhard*, in *System der Christl. Moral*, Vol. I. Introd. pag. 19 sqq. *Joannes Guil. Schmid*, in *Theolog. Moral*, pag. 34 sqq.

(7) Sunt e. g., qui *primam* periodum ad Seculum usque XII. producant, uti *Gothofredus Less*, in *Handbuch der Chr. Moral*, pag. 123 sqq.; alii *secundam* ab *Augustino* ad *Calixtum*, *tertiam* ab hoc ad *Kantium*, *quartam* ad nostra usque tempora proferunt; uti *Sam. Georgius Lange*, in *System der Theol. Moral* (Lips. 1803. 8.). Mitto plures.

(8) Conf *Guilielmus Münscher*, *Ueber den Zustand der Christlichen Sittenlehre in den ersten Zeitaltern nach dem Tode der Aposteln*, in *Henkii Neues Magazin für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, Vol. I. pag. 337 sqq.

(9) Vid. *Münscherus*, l. c. pag. 354 sqq.

(10) Notissima est controversia de meritis veteris Ecclesiae Doctorum, qui Patres Ecclesiae vocari solent, in doctrinam Euangelii moralem; quae agitata est, ex *una* parte a *Joanne Barbeyracio*, cum in praefatione, quam Franco-Gallicae interpretationi *Pufendorfiani* Operis de *Jure Naturae et Gentium* praefixit, §. 9 sqq., tum in *Traité sur la Morale des Pères de l'Egli-*

*l'Eglise*, Amst. 1728. 4.; ex altera vero parte a *Remigio Ceillier*, in *Apologie de la Morale des Pères de l'Eglise*, Paris. 1718. 4.

(11) Apud *Justinum Martyrem*, *Athenagoram*, *Irenaeum* (vid. *Münscherus*, l. c. pag. 365 sqq.); apud *Clementem Alexandrinum* (vid. *Münscherus*, in: *Moralische Ideën des Clemens Alex. und Tertullianus*, in *Henkii Magaz. für Religionsphil.* etc. Vol. VI. pag. 108 sqq.); apud *Tertullianum*, hujusque admiratorem *Cyprianum* (vid. *Münscherus* l. modo cit. pag. 124 sqq.): denique apud *Origenem* (vid. *Münscherus*, in: *Origenes als Sittenlehrer betrachtet*, in *Henkii Neues Magaz. für Religionsphil.* caet. Vol. VI. pag. 132 sqq.). — Unde vero nimis austera ista cogitandi ratio oriatur, quantopere cum vera Religionis, ejusque Christianae, indole pugnet, et qui sint effectus ejus perniciosissimi, disci poterit e. g. ex *Joannis Theophili Toellner Theologische Untersuchungen*, Vol. I. Fasc. I. pag. 108 sqq. (Belgice autem legitur ista scriptio in: *Proeven van den tegenwoordigen smaak der Hoogduitschers in zaken van Godgeleerdheid en Wijsgeerte*, Traj. ad Rhen. 1778. 8., Partic. II. pag. 20—68.).

(12) In ipsis illis Viris, quos caeteroqui merito suspicimus, *Joanne Chrysostomo*, *Basilio Magno*, *Gregorio* utroque, *Nazianzeno* nempe et *Nysseno*, — in *Lactantio*, *Ambrosio*, *Augustino*, *Hieronymo*, hujusmodi errores manifesto observantur.

(13) Vid. §. praec. ann. 27. et conf. adhuc *Gothofredi Arnoldi Historia et descriptio Theologiae mysticae*, Francof. 1702. 8.

(14) *Hermannum Venema*, v. c., *Moshemium*, *Schroeckhium*, *Hamelsveldum*, *Neandrum*, caet.

(15) E. g. *Jo. Fr. Buddeum* (in *Isag.*, Proleg. §. 29—36. pag. 545 sqq.), *Christoph. Matthaeum Pfaff* (in *Introd. in Hist. Theol. Literariam*, Lib. II. §. 9 sqq. Tomo I. pag. 268 sqq.), *Jo. Geo. Walchium* (in *Bibl. Th. Sel.* Tom. I. pag. 1079 sqq.), *Joannem Aug. Noesselt* (in *Anleit. zur Kenntn. der besten allgem. Büchern*, caet. §. 272 sqq. pag. 523 sqq.), *Niemeyerum*, *Keilium*, *Mursinnam*, alios.

(16) Cf. *Berndsius* (§. 72. ann. 4. Sect. VI. pag. 338 sqq. laudatus) pag. 175 sqq., *Millerus*, (ibid. l.) pag. 339 sqq., et, alios ut mittamus, *Stäudlinus*, in Operibus et Opusculis (ibidem quoque pag. 338. citatis).

(17) Postremum imprimis valet de *Guil. M. Leber. De Wette*, cujus *Lehrbuch der Christlichen Sittenlehre u. d. Gesch. derselben* (Berol. 1833. 8.) pro majore parte, in historia tradenda versatur.

## §. 94.

### *Moralis Theologiae Historia Literaria.*

Quae de Ethices et Theologiae Moralis fatis modo (§. praec.) breviter dicta sunt, dubium non est, quin, rite per-

perpensa, Theologo, cum in discenda, tum in tradenda, Disciplina, non uno nomine prodesse possint. In *discenda* illa quidem hactenus, quod ex ista demum narratione intelligere possit, quomodo ad praesentem conditionem et perfectionem disciplina pervenerit, atque ipse, iisdem, quibus omni aevo alii, vestigiis insistendo, ad interiorem rerum, huc pertinentium, cognitionem eniti queat. In *tradenda* vero illa, hac potissimum ratione, quod, quae diversis temporibus ad evolvendam quasi, atque, vel in melius, vel et in deterius commutandam, doctrinae moralis, ejusque Euangelicae, institutionem, vim aliquando habuerint, cernere accuratius, eorumque animadversione adjutus, *et* ulterius in recte institutis progredi, atque ita disciplinae, ad majorem etiam perfectionem evehendae, inservire, *et*, si forte observet, novitia philosophandi ratione a germana puritate Ethices Christianae et sinceritate detractum esse, eo facilius

*nunc retrorsum*
*Vela dare, atque iterare cursus*
Possit *relictos*.

Atqui tales utilitatis fructus ut ex ista contemplatione vel docens vel discens percipiat, partim inspicienda ipsi sunt, partim perlegenda et usu terenda, praecipua quaedam, quaque aetate, recentiore potissimum, de rebus ad hanc Theologiae partem pertinentibus, edita Opera. Jam, in scriptis, cum Patrum Apostolicorum (*Clementis* Romani, *Ignatii*, *Polycarpi*, *Barnabae*, *Hermae*) apud *Justinum* Martyrem, *Athenagoram*, *Clementem Alexandrinum* (praecipue in *Paedagogo*, verum etiam in *Stromatibus*, *Protreptico*, libello de eo: *quis dives servetur* (1), tum apud *Tertullianum* (in plerisque opusculis), *Origenem*, *Gregorium* Thaumaturgum, *Cyprianum*, plurima quidem loca occurrunt, quibus de morum doctrina populariter exponatur: officiorum vero subtilior et systematica declaratio nusquam offenditur (2). Idem vero dicendum de iis, qui post tria se-

secula priora scripserunt. Ex quarto enim Seculo, *Lactantius* (in *Divinis* potissimum *Institutionibus*), *Athanasius* (in nonnullis scriptis passim), *Cyrillus* Hierosolymitanus (in *Catechesibus*), imprimis vero *Basilius Magnus* (in *Homiliis*, *Ethicis*, *Asceticis*, *Concionibus*, caet.), *Gregorius Nazianzenus* et *Gregorius Nyssenus* (in *Orationibus*), *Ephraëmus* Syrus (in omnibus fere scriptis), *Macarius* senior, Ægyptiacus (in *Homiliis* et *Opusculis*), *Joannes Chrysostomus* (in tertia, sive *ethica*, *Sermonum* parte et *Opusculis* aliis), *Ambrosius* (in multis scriptiunculis), *Hieronymus* (in nonnullis opusculis), itemque *Augustinus*, ita rem agunt omnes, ut in paraenetica virtutis commendatione fere acquiescant. Quamquam *Augustinus* jam paulo propius ad Scholasticam docendi rationem accedere videtur (3). — Pauciora quidem ex Sec. V. Scriptoribus, quoniam magis subtilioribus de Dogmatica quaestionibus et controversiis tenebantur, in doctrinam moralem illustrandam haurire licet. Nec tamen spernendum est, quicquid *Cyrillus* Alexandrinus (in *Homiliis*), *Isidorus* Pelusiota (in *Epistolis*), *Salvianus* (in libris *de Providentia*, in *Epistolis* et aliis nonnullis scriptis), denique *Leo I*, Papa (in *Sermonibus*, *Epistolis* aliisque), de rebus moralibus in medium attulerunt (4). — Hinc autem, usque ad repurgata Sec. XVI. Sacra, vix, si a *Scholasticis* nonnullis et *Mysticis* discedas, quemquam offendas, cujus scriptis aliquid, quod operae pretium sit attendere, de morum doctrina contineatur. Non tamen prorsus nihil boni, in pluribus malis, habent *Gregorius I*, *Magnus* cognominatus, Papa (in *Commentariis*, *Homiliis*, libro *Pastoralis Regulae* et *Epistolis*), ejusque imitator, *Isidorus* Hispalensis (in *Commentariis*, *Soliloquiis*, *Sententiarum* libris, aliis), *Beda* Venerabilis (in *Homiliis*), *Flaccus Alcuinus* (in libro de *virtutibus ac vitiis*), ejusque discipulus, *Rabanus Maurus* (in asceticis Tractatibus et *Postillis*), *Haymo* (in *Commentariis* et *Homiliis*), *An-*

*selmus* (in *Meditationibus*, *Homiliis*, *Orationibus*), alii (5). Sed, licet illorum, et *Scholasticorum*, illos insequentium, scripta (eorum nimirum Scholasticorum, qui *Moralistae* audiunt, quo nomine, tam a *Casuistis*, quam a *Canonistis*, distinguuntur), et *Mysticorum*, tum et aliorum, qui Reformatorum praecursores interdum vocantur (*Wiclefii*, v. c., *Hussi*, *Gersoni*, *Nicolai de Clemangis*, *Jo. Nideri*, *Jo. Capistrani*, caet.); licet igitur illorum quoque opuscula peritioribus, quibus subactum est varia eruditione ingenium, utilitatis nonnihil afferre possint, vix tamen tironibus lectio Scriptorum istius aevi (solo *Petrarcha* fortassis excepto) commendanda videtur (6). Longe vero alia ratio est scriptorum de Ethice, quae a Sec. inde XVI. in lucem sunt emissa. Nam in his jam melioris Sacram Scripturam interpretandi rationis agnoscuntur indicia. Itaque post *Desiderium Erasmum*, stricte loquendo, huc non referendum, quamvis nec omnino praetereundum (7), legi merentur *Lutheri Opera* fere omnia; quippe quibus « moralem doctrinam ab erroribus gravissimis repurgavit," licet « Systema seu integrum corpus Theologiae Moralis « non scripserit (8)." Porro, in *Locis Theologicis*, *Philippus Melanchthon* praecipua quaedam Capita, ad practicam doctrinae Christianae partem referenda, una cum theoreticis, tractavit. Quem morem plurimi mox secuti sunt; in his *Joannes Calvinus*, in *Institutione Religionis Christianae* (9). Quamquam hic, in *Commentariis* ad Libros Sacros, data opportunitate, etiam in tractandos Ethicae Christianae Locos praecipuos subinde excurrit. Quod idem cum et alii fecissent, verbi causa, *Petrus Martyr* et *Wolfgangus Musculus*, sparsos in Commentariis *Locos* ejusmodi *Communes* alii postea, inde excerptos, seorsum ediderunt (10). Legendi propterea sunt quoque Virorum doctissimorum Commentarii, cum in alias Sacri Codicis partes, tum praecipue in *Decalogum*; e quibus exempli loco sint perdoctae *Hugonis Grotii* Annotationes (11). Nonnulli, ad hujus ductum Decalogi, Systema *Theologiae Moralis* adumbrare instituerunt

funt; e quibus nunc citasse sufficiat *Joannem Forbesium a Corse* (12). Plerique vero, ut *Chemnitius*, ut *Stackhousius*, ut *Episcopius*, *Curcellaeus*, caet., institutioni Theologiae Dogmaticae praecepta Ethica, sive Practica, ita inseruerunt, ut, vel hic illic et sparsim, vel peculiari aliquo loco (ut, v. c., *Stackhousius* in *quinta* universi Systematis parte) de iis agerent. His quodammodo adjungendus etiam est *Gisbertus Voetius* (13). — Qui vero de Theologia Morali, tanquam peculiari disciplina, cogitaret, ante *Lambertum Danaeum*, nemo fuisse videtur; ergo nec, qui eam de industria deditaque opera pertractandam sumeret. Atqui hoc jam plurimi, postquam *Amyraldus Calixtusque* signum sustulerant, ita agere coeperunt, ut eorum, multorum certe, in hoc genere opera etiamnum, quae diligenter tractentur, sint dignissima. Tales fuerunt, in *Reformatorum* familia, *Joannes Hoornbeek* (14), *Campegius Vitringa* (15), *Hermannus Witsius* (16), *Henricus Hammondus* (17). Pristinam rationem cum nova quodammodo conjunxit *Petrus van Mastricht* (18). Porro commemorandi hoc loco sunt: *Benedictus Pictet* (19), *Joannes la Placette* (20), *Richardus Lucas* (21), *Fridericus Adolphus Lampe* (22), *Joannes Henricus Hottinger* (23), *Joannes Fridericus Ostervald* (24), *Cornelius a Velzen* (25), *Joannes Henricus Altmann* (26), *Joannes Frid. Stapfer* (27), *Samuel Mursinna* (28), *Samuel Endemann* (29), et, alios ut mittam, *Hadrianus Buurt* (30). — Uti vero in horum nonnullis, praesertim serioribus, apparet, quantopere ipsis scripta *Philosophorum*, praesertim *Cartesii*, *Leibnitii* et *Wolfii*, tum et *Jurisconsultorum*, *Grotii*, *Pufendorfii*, *Cumberlandi*, *Thomasii*, aliorum, ad emendandam Ethices Christianae, scientifico, quem vocant, modo tractandae, rationem profuissent: ita in *Lutheranorum* Theologorum plerisque idem cernitur. Nam post *Durrium* (31), *Rixnerumque*, qui *Aristotelicae* rationi addictus fuit (32), aliosque (33),

 haud

haud pauci exstiterunt Theologiae Moralis Doctores, qui nova illa luce grato animo uterentur. Ex quibus memorandi nobis sunt, ante alios, *Joannes Franciscus Buddeus* (34), *Joannes Jacobus Rambach* (35), *Joannes Laurentius Mosheim* (36), ab Anglo-Scotica philosophia non prorsus alienus. — Atqui *Wolfianam* philosophiam praecipue adhibuerunt *Siegmundus Jacobus Baumgarten* (37), *Jeremias Reuss* (38), *Christianus Augustus Crusius* (39), etsi illius se adversarium professus; porro *Joannes Theoph. (Gottl.) Toellner* (40), *Gothofredus Less* (41), *Carolus Christianus Tittmann* (42). Postremus jam aliquatenus rationem habere coepit *Criticae* philosophiae, uti et *Joannes Christophorus Doederlein* (43), atque, *Franciscus Volcmarus Reinhard* (44); minus vero *Samuel Frid. Nathan. Morus* (45); at multo magis *Joannes Guilielmus Schmid* (46), *Carolus Frid. Stäudlin* (47), *Christophorus Frid. Ammon* (48) aliique plures (49), in his *Joannes Henricus Tieftrunk* (50). At vero horum plerique non per omnia *Kantio* assentiebantur, verum et ipsi postea et alii dissensum professi sunt, atque Kantianam sectam, suo quisque modo, reliquerunt. Quorsum prae caeteris multum valuisse videtur *Friderici Schleiermacher* Censura (51). Igitur paulo propius ad *Friderici Henrici Jacobi* philosophandi rationem accedebat *Paulus Siegmundus Vogel* (52); ad rationem *Joannis Henrici Fries*, *Guilielmus Martinus Leberecht de Wette* (53); ad *Jo. Herbarti* denique rationem *C. L. Hendewerk* (54). Aliam vero viam ingressus erat *Joannes Fridericus von Flatt* (55); aliam *Frid. Henr. Carolus Schwarz* (56); aliam *Ludov. Frid. Otto Baumgarten-Crusius* (57); aliam denique, qui ad hos postremus accessit, *Ludovicus Augustus Kähler* (58). Atque hi quidem, quos indicavimus, omnes erant ex utraque *Protestantium* familia numerosiore. — Neque tamen hanc Theologiae partem omnino neglexisse censendi sunt, vel *aliarum* formularum Protestantes, vel adeo *Romano-Catholici*. Nam *illos* quod attinet; *Remonstran-*

*tes*

*tes* non tantum *popularem* Ethices Christianae institutionem egregie adjuverunt (quod et *Teleiobaptistarum* (59) plerique fecerunt), verum subtilem et eruditam insuper. Paucissimi vero ita, ut *Theologiam Moralem* seorsum, et a *Dogmatica* veluti divulsam, data opera explicarent. Quodammodo tamen huc referri potest *Stephanus Curcellaeus* (60). — In *Socinianorum* vero familia praecipue memorabilis est *Joannes Crellius* (61). — Sed nec omittenda nobis sunt *Romano - Catholicorum* Doctorum hac in parte merita. Quamvis enim negari nequeat, Ethicen Christianam, a *Casuistis* et a *Moralistarum*, qui vocabantur, nonnullis, praesertim vero a *Jesuitis* quam plurimis, pessime fuisse tractatam (62); tamen non defuerunt, ipsos inter *Jesuitas* adeo, qui meliora saperent (63); nec magis defuerunt, reliquos inter Romano-Catholicae communionis Ecclesiasticae socios, viri cordatiores, qui Jesuitis obloquerentur (64): quin multi eorum magis minusve laudabilem in exponenda Theologia Morali collocarunt operam. Ex quibus, praeter *Edmundum Voit*, Jesuitam (65) et *Fulgentium Bossaert*, Minoritam (66), nunc nominasse suffecerit aliquos, qui recentiore memoria scripserunt, e. g. *Simpertum Schwärzhüber* (67), *Jacobum Danzer* (68), *Maurum* (vel potius *Georgium Jacobum*) *Schenkl*, Benedictinum (69), *Joannem Geishüttner* (70), *Ferdinandum Wanker* (71), *Antonium Carolum Reyberger* (72), et, alios plures ut omittam (73), *Joannem Michaëlem Sailer* (74), *Michaëlem Ruef* (75) et *Georgium Riegler* (76). Quorum posteriorum plerique *Kantianae* philosophiae decreta vel presse secuti sunt, vel eorum certe perpetuam rationem habuerunt. Sed recentissimi, longe aliam denuo viam ingressi, omne Theologiae Moralis argumentum ad officia *Religionis*, sive *erga Deum* (vel *fidei*, *spei*, *caritatis*), revocarunt; praesertim *H. Schreiberus* (77) et *H. J. Vogelsangus* (78). Atque haec fere sunt, quae ad Historiam Theologiae Moralis Literariam prae caeteris pertinere videantur (79).

(1)

(1) Seorsum editus est libellus et ab aliis, et a Viro Cl. *Carolo Segaar*, Traj. ad Rhen. 1816. 8. — De iis vero, quae modo dicta sunt de *Patribus Apostolicis*, quique illos proxime sunt secuti, conferri praesertim meretur *Guilielmus Münscher* (praec. §. ann. 8 sqq. cit). Quocum jungi poterunt *Steph. Henr. Heyns*, *F. J. J. A. Junius* et *Joannes van Gilse* (in *Commentt. de doctrina morali Pp. App.*, quae praemio dignae fuere declaratae a Facultate Theol. Lugd. Bat. a. 1834. et *Annalibus Acad. L. B.* insertae).

(2) Brevitatis causa de his consulendum commendamus *Jo. Fr. Buddeum*, *Isag. hist. theol.* pag. 553—559. Quisquis vero accuratius etiam et diligentius velit in Patrum Ecclesiae in Ethicam Christianam merita inquirere, adeundi ipsi erunt celebres illi Antagonistae, quorum mentionem fecimus §. praec. ann. 10.

(3) In *Enchiridio de fide, spe et caritate*; — in *Libris contra Academicos*; — et in aliis scriptis. Cf. *Buddeus*, l. c. pag. 559—572.

(4) *Buddeus*, l. c. pag. 572 et seq.

(5) *Buddeus*, pag. 574—576.

(6) Pietatis quidem laude minime omnes illi Scriptores defraudandi sunt, sed plura mala, paucis bonis intermixta, apud eos reperiuntur; argutias infictas et somnia haud raro exhibent; jejuno denique et horrido scribendi genere taedium creant intelligentioribus, dum judicii aciem apud juniores et imperitos obtundunt, hebetant, sensumque pulcri fere exstinguunt. — *Petrarchae* vero laudantur et reliqua scripta pleraque, et quae *de remediis utriusque fortunae* et *de contemtu mundi*, meditatus est. Conf., praeter *Buddeum*, l. c., *Eckius*, mox (ann. seq.) laudandus, pag. 12.

(7) De cujus *meritis in doctrinam moralem* Daventriae publice dixit a. 1804. *Cornelius Fransen van Eck*; quae Oratio post Viri Cl. obitum in lucem (Daventr. 1831. 8.) edita est.

(8) Verbis usus sum *Buddei*, l. c. pag. 582.

(9) Conf. supra, §. 88. ann. 76. pag. 461.

(10) Vid. §. 88. ann. 78 et 80. pag. 461.

(11) In *Annott. ad V. T.* — Repetierunt *Angli Critici* (in *Bibliis Criticis*, Vol. I.).

(12) *Theologiae Moralis* Libri X, in *Forbesii Opp. omnium* (ed. Amst. 1723., IV. Voll. f. m.) Tomo I. Parte II. pag. 1—359.

(13) Quippe qui, in *Disputationibus Selectis*, Tomo III et IV. de *Moralibus* egit, dum per omnes Tomos ita distribuit *Locos* Theologiae *Communes*, ut integrum Theologiae theoretico-practicae Systema fere efficiant.

(14) *Theologia Practica*, Ultraj. 1663. II. Voll. 4. Tertium Tomum additurum auctorem mors antevertit: nec *Petrus de Witte* et *Guilielmus Saldenus*, quod sibi proposuerant, consilium, de edendo ex defuncti Dissertationibus isto Volumine, executi sunt.

(15) *Typus Theologiae practicae*, *sive de vita spirituali ejusque affectionibus Commentatio*, Franeq. 1716. 8.

(16)

(16) *Schediasma Theologiae Practicae*, Gron. 1729. 8.

(17) In Opusculo, quod, ex Anglico sermone Gallice versum, inscribitur: *La pratique Chrétienne*, 1696. — Eodem autem anno Londini editus est liber, inscriptus: *The whole duty of Man*, de cujus, in alias linguas etiam conversi, auctore conf. *Placcius*, in *Theatro Anonymorum et Pseudonymorum*, pag. 516.

(18) Nam in *Theologia Theoretico-practica* (vid. §. 88. ann. 121. pag. 466.) moralia theoreticis intermiscuit: sed et praeterea *Ideam Theol. Moralis* et *Hypotyposin Theologiae Asceticae* seorsum exhibuit.

(19) *La Morale Chrétienne, ou l'Art de bien vivre*, Genevae 1696. VIII. Voll. 8. 1710. II. Voll. 4. Quae Institutio Th. Mor. quantopere ipsis Romano-Catholicis placuerit, vid. apud *Buddeum*, l. c. pag. 595.

(20) *La Morale Chrétienne abrégée et reduite à trois principaux devoirs*, Amst. (ex altera ed.) 1701. 12. — Ejusd. *Nouveaux Essais de Morale*, Amst. (ex altera ed.) 1697. IV. Voll. 12. Quibus add. *Traité de la Conscience*, ibid. (ex nova ed.) 1700. 12., uti et *Traité de la foi divine*, Coloniae, 1697. 12. *La Communion dévote*, Amst. (ex sexta ed.) 1706. 12. *Traité de l'Aumône*, ibid. 1709. 12., et *Traité du Serment*, Hagae Com. 1713. 12. Denique *La mort des Justes, ou la manière de bien mourir*, Ibid. (ex tertia ed.) 1729. II. Voll. 12. — Quibuscum jungi possint, et *Jo. Frid. Ostervaldi Traité contre l'impureté*, Amst. 1707. 8., et alia plura id genus opuscula.

(21) *Practical Christianity*, Lond. 1700. 8.

(22) *Delineatio Theologiae activae*, Traj. ad Rhen. 1727. 4.

(23) *Typus vitae Christianae, delineans Theologiam morum specialem*, Spirae, 1725. 8.

(24) *Tractatus de vera pietate*, Lond. 1727. (Belgice, Amst. 1782. 8.).

(25) *Institutiones Theologiae Practicae*, Gron. 1743. III. Voll. 4. Ejusd. *Medulla Th. Pract.*, Ibid. 1745. 8.

(26) *Principia ethica ex monitis legis naturae et praeceptis religionis Christianae deducta*, Turici 1752. II. Voll. 8.

(27) *Sittenlehre*, ibid. 1757. VI. Voll 8.

(28) *Compendium Theologiae Moralis*, Halae 1778. 8.

(29) *Institutiones Theol. Moralis*, Francof. ad M. 1780. II. Voll. 8.

(30) *Dadelijke Godgeleerdheid*, Amst. 1780. IV. Voll. 8.

(31) *Jo. Conradi D. Enchiridion Theologiae Moralis*, 1662. 4., quod, tredecim annis post, valde auctum denuo prodiit, inscriptum: *Compendium Th. Mor.*, atque tertium, *posthumis* auctoris *annotationibus* locupletatum, lucem a. 1698. adspexit.

(32) *Henrici R. Instructionum Th. Mor. libri duo*, Francof. ad M. 1690. 8.

(33) *Beyerum*, verbi gr., *Strauchium*, *Langium*, *Botsaccum*, imprimis *Schomerum* (vid. *Buddei Isag.* pag 584 sq.), *Olearium*, *Osiandrum*, *Eckardum*, *Pikerum*, caet.

(34)

(34) *Institutiones Theologiae Moralis, variis observationibus illustratae*, Lips. 1711. (1727.) 4.

(35) *Christliche Moraltheologie*, ed. a *Conrado Casp. Griesbach*, Francof. 1738. II. Voll. 4.

(36) *Sittenlehre der Heiligen Schrift*, Helmst. 1735. et saepius, IX. Voll. 4. (Etiam Belgice, Traj. ad Rhen. 1768. 4. ad *quartam* emend. et auct. ed.). Qui ultima *quatuor* Volumina quinque prioribus, ab ipso auctore editis, addidit, *Joannes Petrus Miller*, insuper *Introductionem* (*Einleitung in die Theol. Moral überhaupt und die Moshemische ins besondere*, Lips. 1772. 4.), *Epitomen* (*Auszug aus allen IX. Theilen der M. S. d. H. S.*, ibid. 1772. ex altera ed. 8.), et suum ipsius *Systema* (*Lehrbuch der ganzen Christlichen Moral*, ibid. ex altera ed. 1776. 8.) exhibuit.

(37) *Unterricht vom rechtmässigen Verhalten eines Christen*, Halae 1738. 8. et saepius postea. Ejusd. *Ausführlicher Vortrag der Theologischen Moral*, ibid. 1767. 4.

(38) *Elementa Theologiae Moralis*, Tubingae 1776. 8. — *Introductio in Theol. Mor.*, Jenae 1769. 8.

(39) *Kurzer Begrif der Moraltheologie*, Lips. 1772. II. Voll. 8.

(40) *Grundriss der Moraltheologie*, Francof. 1762. 8.

(41) *Christliche Moral*, Goett. 1777., iterumque 1780, et tertium (mutata inscriptione, *Handbuch der Chr. Mor. und der allgemeinen Lebenstheologie, für Aufgeklärtere*) 1787. 8.

(42) *Christliche Moral*, Lips. 1783., iterumque 1785., tertium vero emendatius 1794. 8.

(43) *Kurzer Entwurf der Christlichen Sittenlehre*, Jenae 1789. iterumque 1791. 8.

(44) *System der Christlichen Moral*, Vitembergae 1788. V. Voll. 8. (Tomi vero quatuor priores pluries recusi sunt, *primus* adeo quinquies; *quintus* post auctoris obitum (cum praefatione *Petri Caroli Guil.* Comitis *de Hohenthal-Königsbrück*, qui *Reinhardi* viduam duxerat) in lucem demum prodiit, affectus, necdum ad exitum plane perductus. — Belgica versio, post aliam alius interpretis minus perfectam, praestantissima parata est a Rev. *Molhuyzen*, Daventriae 1827 sqq. IX. Voll. 8.).

(45) *Akademische Vorlesungen über die theologische Moral*, post *Mori* obitum, cum praefatione ed. a *Christiano Frid. Theopisto* (*Traugott*) *Voigt*, Lipsiae 1794. III. Voll. 8.

(46) *Theologische Moral*, Francof. et Lips. 1794. 8. — Ejusd. *Ueber den Geist der Sittenlehre Jesu und seiner Apostel*, Jenae 1790. 8. et, praeter alia, *Christliche Moral, wissenschaftlich bearbeitet*, Jenae 1797. IV. Voll. 8. (A Volumine inde *secundo*, cui scribendo immortuus est auctor, postremum opus a *C. C. E. Schmid* editum, nec tamen ab ipso, sed ab alio, nescio quo, conscriptum est).

(47)

(47) *Grundriss der Tugendlehre*, Goett. 1798. — *Grundsätze der Moral*, ibid. 1800. — *Philosophische und Biblische Moral*, ibid. 1805. — *Neues Lehrbuch der Moral für Theologen*, *nebst Anleitungen zur Geschichte der Moral und der moralischen Dogmen*, ibid. 1813. (1817 et ultimo 1825.) 8.

(48) *Die christliche Sittenlehre, nach einem wissenschaftlichen Grundrisse*, Erlangae 1795. (iterumque 1797., tertium 1800., denique 1806.) 8. Ejusd. *Neues Lehrb. d. religiöse Mor., u. d. Chr. insbesondre*, Goett. 1800. 8., et *Handbuch der Christl. Sittenlehre*, Lipsiae 1823. III. Tomis (V. Voll.) 8.

(49) Ex. gr. *J. E. C. Schmidt*, *Lehrbuch der Sittenlehre, mit besonderer Hinsicht auf die moralischen Vorschriften des Christenthums*, Giessae 1799. 8.; — *Samuel Gottl. Lange*, *System der Theologischen Moral* (sive, *System der Christl. Theologie*, *Ier Theil*) Lipsiae 1803. 8. — Add. *Fried. Henr. Gebhardt*, *Die angewandte Sittenlehre*, *mit besonderer Rücksicht auf das Christenthum*, Erfordiae 1800. IV. Voll. 8.; qui tamen in hac doctrina exponenda magis propulariter versari sibi proposuit.

(50) *Grundriss der Sittenlehre*, Halae 1803. II. Voll. 8. — *Tieftrunkium*, quippe *Theologum*, hic etiam memorandum censui, quamvis opus ipsum fortasse potius ad *Philosophiae Moralis* Compendia sit referendum.

(51) *Grundlinien einer Kritik der bisherigen Sittenlehre*, Berolini 1803. 8. Quo subtili et cogitato opere minus, vel placuisse videtur Viris doctis, vel certe effecisse, *Jo. Aug. Guil. Gessneri* Critica (*Kritik der Moral*, Lips. 1802. 8.).

(52) *Lehrbuch der Christlichen Moral*, Norib. et Altd. 1803. 8. Cujus operis altera editio, magis contracta, titulum praefert: *Compendium der Chr. Moral zu akademischen Vorlesungen*, ibid. 1805. Hanc vero Epitomen auctor, denuo emendatam, repetiit, ibid. 1824. 8., postquam Erlangae 1823. edere coeperat suas in Compendium Praelectiones, inscriptas: *Ueber das Philosophische und das Christliche in der Christlichen Moral.* Quas utinam praestantissimus Vir aliis aliisque, praeter priores duas, (1823 et 1825.), identidem adauxisset!

(53) *Christliche Sittenlehre*, Berolini 1819. 8. Hujus Operis non nisi Tomos I. et II. (III. Voll.) hucusque vidimus: sed prodierunt ibidem a. 1824. 8. *duo* Volumina, quae fere continuati Operis prioris vice fungi videntur, titulum praeferentia: *Vorlesungen über die Sittenlehre* (IIer Theil, *Die besondere Sittenlehre*, I und II Band). Add. Ejusd. *Wettii Lehrbuch* (§. 95. ann. 17. pag. 529. cit.).

(54) *Principia Ethica, a priori reperta*, *in libris S. V. et N. T. obvia*, Regiom. 1833. 8.

(55) *Vorlesungen über Christliche Moral*, post auctoris obitum ex ejus schedulis ed. a *Joanne Christ. Frid. Steudel*, Tubingae 1823. 8.

(56) *Evangelisch-Christliche Ethik*, Heidelb. 1821. iterumque 1830. II. Voll. 8.

(57) *Ludov. Fr. O. Baumgarten Crusius*, *Lehrbuch der Christlichen Sittenlehre*, Lips. 1826. 8.

(58) *Lud. Aug. Kähler*, *Christliche Sittenlehre* (vel, ut alter fert titulus, *Religion und Christenthum in sittlicher Beziehung*); Partis prioris, sive *theoreticae*, Sectio prior (inscripta: *Entwickelung der religiösen und christlichen Ideen aus der Natur der Seele*) prodiit Regiom. 1833. 8.

(59) Huc prae caeteris referendus *Hermanus Schyn*, in duobus Libris, inscriptis, altero: *De Mensch in Christus*, *of het geestelijk leven der Geloovigen*, *in zijn natuur* etc. Amst. 1725. 8., altero: *Beletselen des geestelijken levens*, ibid. 1727. 8.

(60) Propter duo, huc pertinentia, Opera, separatim edita, alterum inscriptum: *Speculum morum* (*Zedenspiegel der Deugden*, *volgens de Wet der Nature*, *de Wet van Mozes en het Evangelium van Jezus Christus*), alterum: *Compendium Ethices Christianae* (*Kort Begrip der Christelijke Zedenkonst*), quae, una cum aliis nonnullis Tractatibus, vernacule edita sunt, Lugd. Bat. 1674. 4. sub titulo: *De Zedelijke Werken van S. C.*.

(61) *J. C. Franci Prima Ethices elementa.* — Ejusd. *Ethica Christiana*, *cum praefixa Ethica Aristotelica*, *ad Sacrarum Literarum normam emendata* (In *Bibliothecae Fratrum Polonorum* Tomo IV.).

(62) Ab his potissimum, commendanda insana et impia doctrina de *Probabilismo*, de *Peccato philosophico*, de *Reservatione mentali*, de *Methodo dirigendae intentionis.* De quibus quid statuant, disci ex ipsis eorum scriptis optime potest. Quorsum pertinent: *Antonii de Escobar et Mendoza Universae Theologiae Moralis Problemata* (Lugd. 1663. VII. Voll. f. m.), — *Gabrielis Antoine Theologia Moralis universa* (a *Phil. de Carboneano* amplificata et aucta, atque illustrata a *Bonavent. Staidel*, ex ed. nona, sive *Joannis Domin. Mansi*, VI. Voll. Venet. 1776.); — *Hermanni Busenbaum Theologia Moralis* (saepius et Romae 1757. f. m.). Hujusque *Medulla* (ed. 39. Monast. 1667. 16.); — *Bened. Stattler*, Ethica Chr. (Eustad. 1782. 8.).

(63) Unus instar omnium sit *Bourdalovius*, Oratorum Sacrorum inter Gallo-Francos facile princeps. Universe autem moralem doctrinae Sacrae partem Oratores Romano-Catholicorum Sacri, praecipue Franco-Galli, *Massillonus*, e. g., *Flechierius*, *Bossuetus*, pro concione Christiana probabiliter explicuerunt.

(64) Non tantum *Jansenistae*, verum et *Sorbonnistae* et *Spiritualistae* (Mystici). Conff. dicta §. 72. ann. 4. Sect. IV. pag. 335. Praesertim legendae, ibi jam breviter citatae, *Blasii Pascal* Epistolae (*Provinciales*, *ou Lettres écrites par Louis de Montalte à un Provincial de ses amis* — cujus Operis subtilissimi minime spernenda est editio, quae prodiit — *avec les notes de Guillaume Wendrock* (h. e. *Pierre Nicole*), Amst. 1735. III. Voll. 8.); — (De praestantissimi hujus in Gallo-Francis Theologi et Philosophi *Cogitationibus* (*Pensées*), quomodo, ex auctoris mente, jungendae sint et ordinandae, si quis, per hanc occasionem, cognoscere cupiat,

ei satisfaciet *Isaäcus Rust*, duplice *Commentatione: De Blasio Pascale, veritatis et divinitatis religionis Christianae vindice*, Erlangae 1833. 4.). Add. *Perraltii* Ethica Jesuitica (*la Morale des Jésuites, extraite fidelement de leurs livres, par un Docteur de Sorbonne*, Montibus (Hanoniae) 1702. III. Voll. 8.) et — *Parallèle de la doctrine des Payens avec celle des Jésuites*, Amst. 1728. 8. — Tum vero leg. *Nicolai Malebranchii Traité de la Morale* (Roterod. 1684. II. Voll. 12.); — *Petri Nicole Essais de Morale* (Lucemb. 1727. VIII. Voll. 12.); — *Bernhardi Lamy Démonstration de la vérité et de la sainteté de la Morale Chrétienne* (Rotomagi 1726. V. Voll. 12.); — *Antonii Godeau la Morale Chrétienne* (Paris. 1709. III. Voll. 8. et saepius, etiam Augustae Vind. 1793. 8.); — denique *Claudellii Pelletier Pratique et règles des vertus Chrétiennes* (Lugd. 1713. 8.).

(65) *Theologia Moralis, ex solidis probatorum Authorum principiis et variorum casuum fictorum et factorum resolutionibus, usitato in Scholis ordine ac methodo* — — *concinnata* (post *quartam Wirceburgensem* ed.) Lovanii 1761. II. Voll. 8.

(66) *Principia Theologiae Moralis et Scholasticae*, Ipris 1778. et rursus 1781., et Sylvae-Ducis 1805. VI. Voll. 8.

(67) *Christ-Katholisches Religions-Handbuch*, VIer Theil, Salisb. 1787.

(68) *Anleitung zur christlichen Moral*, Franc. et Lips. 1737. III. Voll. 8.

(69) *Ethice Christiana*, Augustae Vind. 1801., iterumque emendatius 1804. III. (vel IV, si *Theol. Pastoralis* additur) Voll. 8.; tertium Strigonii 1823., quartum Viennae, 1825. (Cf. ann. 76.).

(70) *Theologische Moral in einer wissenschaftlichen Darstellung*, Vindob. 1802. III. Voll. 8.

(71) *Christliche Sittenlehre*, Vindob. ex altera ed. 1803. II. Voll. 8.

(72) *Institutiones Ethicae Christianae seu Theologiae Moralis*, Viennae, 1805. III. Voll. 8. Ejusd. *Systematische Einleitung zur Christlichen Sittenlehre oder Moraltheologie*, ibid. eod. a.

(73) E. g., *Joannem Roshirt* (*Institutt. Th. Mor.*); — *Ignatium Ab. Fabiani* (*Grundsätze der Christl. Sittenlehre*); — *Robertum Curalt, Æmilium Reiff, Balduinum Wurzer, Antonium Luby, Wenz. Schanza, Joannem Lauber* et imprimis *Sebastianum Mutschelle* (*Moraltheologie, od. Theologische Moral*, 1801.).

(74) *Handbuch der christlichen Moral*, Monaci 1817. III. Voll. 8. — Cui adjungatur alterum Ejusdem opus, inscriptum *Glückseligkeitslehre* (Monaci 1791. II. Voll. 8. et saepius, etiam in Ej. *Sämmtl. Werke*); Belgice, *Leer der Gelukzaligheid*, cum praefatione *Eelconis Tinga*, Groningae 1808. II. Voll. 8.

(75) *Leitfaden zur christlichen Moral*, Dillingae 1824. III. Voll. 8.

(76) *Christliche Moral, nach der Grundlage der Ethik des Maurus von Schenkl*, Augustae Vind. 1825. III. Voll. 8., iterumque emendatius, ibid. 1829. V. Voll. 8.

(77) *Lehrbuch der Moraltheologie*, Friburgi, Tom. I. 1832., Tomi II. Sect. I. 1833. 8.

(78) *Lehrbuch der christl. Sittenlehre*, Bonnae, Tom. I. (*enthaltend die Religionswissenschaft*) 1833. 8.

(79) Consulto nonnullos alios Scriptores omisimus, minoris illos sive pretii sive celebritatis. Non tamen possumus, quin hic etiam commemoremus duo *Henrici Künhardt* Opuscula, alterum inscriptum: *Die christliche Sittenlehre für die obern Klassen der Gymnasien bearbeitet*, Lubecae 1815. 8. alterum: *Vorlesungen über Religion und Moral*, Lipsiae (ex parabiliore ed.) 1818. 8.

## §. 95.

### *Doctrinae ratio et utilitas.*

Tot igitur Virorum doctorum, qui in hac potissimum Disciplinae theologicae parte industriam laudabiliter collocarunt, operâ quin ad insignem perfectionis gradum hodie evecta sit Theologia Moralis, nullum esse potest dubium. Quamvis omni illo labore et industria nondum id, quod maxime in votis habebant, consecuti illi videantur. Neque enim eo perducta res est, ut jam nihil amplius ad Scientiae consummationem desiderandum relinquatur. Nam, de nonnullis doctrinae partibus, utrum in eam omnino admittendae sint, nec ne, disceptatur; cum non pauci, *Garvium* secuti (1), in his *Niemeyerus* (2), officiis erga Deum, stricte dicendis, locum in doctrina morali denegent. De aliis, sintne ad moralem *Philosophiam* potius, an ad *Theologiam* ableganda, ambigitur; quod valet, verbi gratia, de morali hominis natura, de legibus naturalibus, de imputationis theoria, de felicitatis cum virtute connubio, et pluribus (3). Insuper non eadem omnibus doctoribus ratio, sive, quam vocant, methodus placet elaborandae universae materiae. Sic, verbi causa, *alii* de moralitate, sive voluntatis cum morali lege harmonia, *prius* generatim, *dein* de eadem, prouti in *homine* locum habet, aut certe habere potest et debet, peculiariter agere solent; *alii* duabus his partibus, quas *Ammonus Nomothetices* et *Anthropologiae* nominibus insignivit, tertiam, cum ipso, addunt, quam *Ethicen* dicunt, quippe ostensuram, quomodo, in

in diversis necessitudinis formis, harmonia voluntatis cum Lege morali se manifestet; *alii*, cum *Reinhardo*, omnem rem ad *Anthropologiam practicam* transferunt, quaerentes nimirum, quid homo *sit*, quid *fieri* eum oporteat, et *qua* tandem *via* et ratione illud fieri possit; *alii*, cum *Doederleinio*, animi sensus et proposita ab ipsis actionibus, illorum indicibus, subtilius distinguentes, res arctissima affinitatis conjunctione copulatas, in duas diversas Sectiones divellunt; *alii*, cum eodem *Doederleinio*, *Asceticae* nullum in Morali Theologia locum tribuunt, *alii* primum, uti fere *Tittmannus*, *alii* tertium primarium. Denique, ne plura afferamus, licet plerisque hodie placeat, duas praecipuas statuere omnis Ethicae Christianae, in Scientiae formam redactae, partes, *universalem* alteram, quam nonnulli *Metaphysicam morum*, *Kantii* exemplo, vocant, alteram *particularem* (*Ethicam* stricte dictam); tamen, in utraque accuratius exponenda, diversissimo modo diversi procedunt. Praecipue vero sub judice adhuc lis est, sitne Ethica philosopha, in Morali Theologia, ut haec perfecti Systematis formam induere queat, pro norma (*regulativa*, ut dicere quidam amant) recipienda, nec ne; et, si sit, quorsum hoc et quousque valeat. Certe tantum abest, ut totum doctrinae corpus jam sit omnibus numeris absolutum, ut nondum inter omnes constet, unum tantummodo esse, aut adeo unum duntaxat esse posse, sive in ipsis disertis Jesu Christi effatis, sive ex interiore institutionis Ejus moralis argumento et indole eliciendum, enunciatum vel praeceptum, e quo, veluti e summo principio, singula capita evidenter et nexu necessario deriventur (4); iis ipsis, qui ejusmodi praeceptum omnium primum admittunt, in diversissima abeuntibus (5), aut, illud a se jam esse inventum, vel adeo constitui posse, negantibus (6). Quoniam tamen haec omnia *Theologiae* Morali cum Morali *Philosophia* fere communia sunt (nam, vel ex sola *Christiani Garve* disputatione (7), est notissimum, quot modis doctrinam moralem ex uno summoque principio probabiliter elicere tentarint Philosophi variis temporibus), non magis illius studium, quam hujus,

aut

aut contemni meretur, aut minus utile censeri. Uti enim Philosophi, in maximó licet dissensu de primo summoque praecepto, tamen, cum de peculiaribus, inde derivandis evolvendisque, morum praeceptis quaeritur, plerique omnes, miro modo, secum invicem consentiunt; qua de re *Meisterus* prae aliis egregie exposuit (8): ita Theologi, in ipsius sanctissimi Magistri enunciatis esse talia, quae, bene explicita et applicata, primi et supremi principii requisitis respondeant, uno ferme ore omnes fatentur (9). Quo vero praestantior est morum doctrina, *tam* per se ipsa considerata, quippe ad veram hominis perfectionem accommodata, *quam* comparata cum omni alia arte ac scientia, quae vel in mera contemplatione, vel in rebus minoris momenti, acquiescat; quo item praestantior multis de causis Ethica Christiana est, quam Ethica philosopha (10): eo praestantius profecto, cunctisque prorsus hominibus magis commendandum, ejus studium. Quodsi vero « nulla vitae pars", ex praeclaro *Ciceronis* (11) effato, « neque publicis, neque « privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, « neque si tecum agas quid, neque si cum altero contra« has, vacare officio potest, in eoque et colendo sita vitae « est honestas omnis, et in negligendo turpitudo;" apparet, quantopere quemvis deceat, et cuivis expediat, illius doctrinae, quae in exponendis urgendisque officiis tota occupatur, omnium minime esse rudem. Neque sane Christianae religionis exercitium assensu solo et professione doctrinae continetur, sed, ex disertissimis sanctissimi Servatoris Ejusque Legatorum effatis, praxin officiorum vel maxime includit (12). « Omnes autem homines, qui sese student prae« stare caeteris animantibus, summa ope niti decet," ut semper recte agere, et ex rectae rationis, divinitus nobis inditae, praeceptis, discant: nam « Virtus clara aeternaque habetur (13)." « Nobilitas sola est atque unica Virtus:" sine qua neque « animum regere," ejusque perturbationibus imperare, neque nobismet ipsi aut favere semper, aut placere, neque vera felicitate frui possumus, neque iis respon-

spondere, quae, ex necessitudinis, qua cum Deo et naturae nostrae consortibus jungimur, ratione consequuntur. Quis vero studiosum virtutis fieri se posse speret, sine accurata atque certa moralium praeceptorum cognitione? Quae quo perfectior redditur pleniorque, ac magis familiaris veluti et in promtu, eo profecto esse etiam poterit fructuosior. Uti igitur Ethicae philosophae studium omnibus erectioris ingenii ingenuaeque indolis hominibus perquam commendandum est: ita Christianae potissimum omnibus omnino et singulis. Namque ad quorumcunque hominum, indoctiorum etiam et imperitiorum, captum accommodata ea est, et de omni officiorum genere, non minore perspicuitate, quam puritate, exponit. Universi insuper generis humani, in dissitissimis licet terrae oris degentis, morali perfectioni adjuvandae inservit. Quin divina auctoritate cum sit promulgata, eo ipso, in singulis praeceptis, certissimae est, et maximae in animis flectendis efficacitatis. Quoniam vero, in qualibet doctrina recte percipienda, eo majores fieri solent progressus, quo magis accurata tractatur et ad scholae legem et severitatem accommodata ratione; omnino quemvis, discendae Ethices Christianae cupidum, oportet, eique summopere expedit, non in *populari* ejus expositione subsistere, sed *systematico* ejus, in justam Scientiae formam redactae, studio operam dare. Id vero si valet de omnibus universe hominibus, quibus *vel* erectius ingenium, elegantium Scriptorum lectione facile excolendum, benignior tribuit natura, *vel* nobiliore quam aliis loco nascendi et politiorum hominum societate fruendi contigit opportunitas; si valet de illis, qui facilius aliis in libros incidunt, vel homines, qui religionis et virtutis amorem, imo vero ipsam adeo notionem, ex aliorum animis radicitus evellere allaborant, et hoc scilicet! esse supra vulgus et credulam plebeculam sapere inculcant; si denique valet de iis, qui, aliquando ad rempublicam accessuri, splendidisque in Civitate magistratûs aut judicis muneribus functuri, ad eamque dignitatem non philosopha tantum, sed revelata quoque divinitus

Le-

Legum Naturalium disciplina, informandi sunt; id quod vel ex praestantissimis Jurisperitis et Antecessoribus non pauci diserte sunt professi (14); valet vel imprimis de futuris Theologis. Nisi enim hi subtiliore et erudita Ethices scientia imbuti sint, et in interiores veluti ejus recessus et abdita penetralia discendo se induerint, officio suo minime, ut par est, fungi poterunt. Officium dico, Pastori Christiano incumbens, de *moralibus* non minus, quam de *theoreticis*, Euangelicae doctrinae praeceptis, imo frequentius adeo (15), non tantum pro concione perspicue, graviter et ornate dicendi; verum etiam, data qualibet opportunitate, inter domesticos parietes et sine praevia commentatione (ex tempore), dilucide et ad persuadendum accommodate exponendi. Deficient enim illos, populariter quidem, sed accurate tamen, locum quemlibet ex Ethice Christiana tractaturos, *vel* diligenter definiendi, distinguendique et explicandi facultas, *vel* argumentorum exemplorumque copia et delectus, *vel* obloquentium exceptionibus et objectionibus satisfaciendi peritia, *vel* aptandi ad omnem vitae partem, ad praesentem praecipue casum et rerum conditionem, officii praeceptive dexteritas. Praeterea languebit quoque arida, macieque tanquam confecta oratio, cujus pauperiem calamistratis ac sesquipedalibus verbis et conquisitis undique flosculis frustra compensare annitentur.

(1) In *Philosoph. Anmerkungen und Abhandlungen zu Cicero's Büchern von den Pflichten*, Vol. II. pag. 70—82.

(2) *Populäre und Praktische Theol.* §. 66. pag. belg. Vers. 118 sqq. — Parum abludunt alii et *Lessius*, in *Handb. der Chr. Mor.* pag. 7 et 8. Conf. et *Villaumius*, in *Verhältniss der Religion zur Moral*, p. 184. — Sed et leg. *Beckeri* Progr. *de natura officiorum erga Deum*, hujusque Censura in *Doederleinii Auserles. theol. Biblioth.* Vol. IV. pag. 548 sqq., et *Joannis Frid. Krause* Commentatio (repetita in *Opuscc. Theol.* pag. 293 sqq.) inscripta: *Doctrina de officiis erga Deum judicata ex Christianae religionis et recentissimorum Philosophorum praeceptis.* — Add. *Antonii Petri Guil. Möller Diss.*, ab *Hagana Societate*, a. 1803. praemio ornata et ed., *de efficacitate Rel. Christ.*, *divinitatis ejus argumento*, pag. 98 sqq.

(3) De his jam disputavit *Joannes Dav. Michaëlis*, in Praef. ad suam Ethicen philosopham (*Philosoph. Moral*, ed. a *G. F. Stäudlin*, Goett. 1792. II. Voll.

II. Voll. 8. — Alios mitto. Unum addo, *Wettium* Ethices *Historiam*, quam alii in *Prolegomenis* tangere solent, ipsi doctrinae corpori, tanquam necessariam ejus partem, singulari prorsus exemplo, inserendam putasse. Conf. §. praec. ann. 53. pag. 539.

(4) Sic *Doederleinius* (*Chr. Sittenl.* §. 93—107.), *Flattus* (*Magaz. für Chr. Dogm. und Mor.* III. 133 sqq.), *Planckius* (*Einl. in die Theol. Wissensch.* II. 54 sqq.) alii. Imprimis difficultatem parit, quod ex duobus elementis heterogeneis, altero *positivo* (historica tantum via ac ratione eruendo), altero pure *rationali*, Ethice Christiana constet. Conf. prae aliis *Vogelus*, §. praec. ann. 52. pag. 539. laudatus.

(5) Pro diversis, ut plurimum, Scholis, quibus magis minusve addicti sunt. Longum sit, nec hujus loci, singulos recensere.

(6) Sic v. gr. *Stäudlinus* (*Chr. Mor.* in *praef.* in noviss. ed.).

(7) In luculenta dissertatione, quam *Ethices Aristotelicae* Libris duobus prioribus, a se Germanice redditis, praefationis loco, praemisit, inscriptam: *Uebersicht der vornehmsten Principien der Sittenlehre*; Belgice a *Guil. van Volkom*, cum ann. redd. (Conf. §. 47. ann. 13. pag. 181.).

(8) *Ueber die Gründe der hohen Verschiedenheit der Philosophen im Ursatze der Sittenlehre, bey ihrer Einstimmigkeit in Einzel-Lehren derselben.* Quae Commentatio ab Harlemensi Societate Scientiarum praemio quidem ornata est, nec tamen in ejus Opp., sed seorsum Zullichaviae 1812. 4. edita.

(9) E. g. Matth. V: 48. VII: 12. XXII: 37 sqq. etc.

(10) Notissima sunt hac de re (quam tetigimus jam §. 93. ann. 1.) scripta *Zimmermanni*, *Bernardi*, *Perrenoti*, *Luzacii*, *Crassi* aliorumque; quorum plerosque laudavimus in *Diss.*, a Soc. Hag. probata et ed., *de argum. ex doctr. mor. desumto* (ad a. 1803.) pag. 18 sq. coll. pag. 136 sq. Add. *Lucae Valk Diss.*, ab ead. Soc. prob. et ed. (ad a. 1812.), *de iis, quae Veteres Philosophi* (etiam de moribus) *recte docuerunt, cum* (moralibus) *religionis Christianae praeceptis comparatis.*

(11) Lib. I. *de Officiis*, Cap. II. §. 3.

(12) Conf. e. g. Matth. VII: 24—27. XII: 50. XXII: 34—40. XXVIII: 19. Marc. III: 35. Luc. VI: 46 sqq. VIII: 21. XII: 45 sq. XVII: 10. Jo. VIII: 38 sq. IX: 31. XIII: 17. 1 Cor. XIII: 13. Tit. II: 11—14. Jac. II: 14—26. 2 Petr. I: 9.

(13) Nemo in hisce, etiam me non indicante, notissima *Sallustii* verba non agnoscet (in *Bello Catil.* Cap. 1.), nec in mox sequentibus *Juvenalis et Horatii* versus.

(14) Ex bene multis, quos hîc testes excitare possimus, provocare nunc tantummodo liceat ad *Joannem Jacobum Burlamacqui* (in *Juris Naturalis Elementis* (Genev. 1754. 8.), Parte II. Cap. XIV. §. 16. pag. 322.: cujus Viri praeclari *Principes du Droit de la Nature et des Gens* primum Genevae prodierunt a. 1747. 4., sed recognita et emend. a *Dupinio*, Paris. 1820. IV. Voll. 8.), — et *Fredericum Guilielmum Pestel* (in *Fundamentis* Ju-

*Jurisprudentiae Naturalis*, §. 263., e *quarta* ed. (L. B. 1788. 8.), sed e *quinta* (ibid. 1806. II. Voll. 8.) §. 256 et 293., sive Tom. I. pag. 418 et 488 sq.).

(15) Apposita sunt verba celeberrimi *Gisberti Bonnet*, praeceptoris quondam nostri aestumatissimi, in praefatione, Sermonum Sacrorum (*Verzameling van Leerredenen*, IV. Voll. (Traj. ad Rhen. ex altera ed. 1776. 8.) Tomo secundo adjecta: » Al het onderwijs in het stuk van den Godsdienst moet » voornamelijk zijn ingerigt, om menschen deugdzaam te maken. Vermits nu » de Zedeleer (die ons de aanbevolen pligten leert kennen, de wijze van derzelver beoefening ontvouwt, en gepaste drangredenen voor oogen stelt) geen » ander oogmerk heeft, zoo kan het niet gelochend worden, dat zij boven de » beschouwende Godgeleerdheid den voorrang verdiene." Conf., quae *Gothofredus Less* habet, in libro: *Ueber die Religion, ihre Wahl und Bestätigung*, Tom. I. pag. 22 sq. Exemplo sint pleraque Apostolorum, Petri, Joannis, Jacobi, ipsiusque Pauli, Scripta, et imprimis Orationes, a Jesu ad populum habitae, in his celebris illa, quam *montanam* vulgo vocant, Matth. V — VII.

## §. 96.

### *Discendae doctrinae ratio et subsidia.*

Uti vero ad Systematicam Theologiam nemini accedendum esse saepius jam monuimus, nisi a propaedeuticis studiis recte parato; ita Moralis Theologiae vel frustra *prorsus*, vel parum utiliter certe, operam impendet, *quisquis* non antea Philosophiae, praesertim Psychologiae et Ethicae philosophae, praecepta percepta habuerit, atque in interpretatione Sacri Codicis, Novi praecipue Testamenti, haud poenitendos fecerit progressus. Optandum insuper est, ut Moralis Theologiae studio studium Dogmaticae praemittatur, quam arctissimo cum illa vinculo conjunctam esse, paulo ante observavimus, et materiae partem non contemnendam illi tractandum praebere (§. 86, 88, 92.). Ubi vero jam Studiosus ad hanc Theologicae disciplinae sectionem convertitur, *primum* quidem audiat attente publicos hujus doctrinae *Doctores*, et privatae meditationi adhibeat *Compendium* aliquod, cum a rerum copia et ubertate, tum a perspicuitate imprimis, magnam habens commendationem; qualia sunt, v. gr., *Tittmanni* et *Doederleinii* (1). In primo autem hocce studii curriculo animum ad ea praesertim

tim attendat, quae omnibus in confesso sunt, evidentiora illa, ut plurimum, et vitae bene et beate transigendae vel maxime inservientia: subtiliores vero quaestiones et intricatiores nunc quidem, vel praetereat, vel levius tangat, in aliud nimirum tempus rejiciendas. *Mox* vero et in has accurate inquirere incipiat, et propterea quoque *majus* aliquod *Opus*, diligente et haud interrupta lectione, egregie sibi cognitum et veluti familiare reddere studeat; nos si audiat, *Reinhardum* prae reliquis huic consilio adhibiturus. *Tum* vero liberius evagetur in cognoscendos alios plures, sive ejusdem generis, sive alîus cujuscunque, huic affinis, libros. Nam, praeter universae Theologiae Moralis Compendia et Systemata, nunc porro legenda ea sunt, quae, sive in optimis *Orationibus* Sacris, sive in aliis opusculis, quos *Tractatûs* vocant, quin imo in melioribus hoc in genere *Lexicis* (2), de singulis officiis, sive variis unius Virtutis veluti partibus, praestantissimi omni memoria Viri docuerunt, eaque ad aliquod Compendium, indicis vice functurum, breviter, sed perspicue et accurate, enotanda. Initio igitur a *Sacra Scriptura*, et *Veteris* aeque ac *Novi* Testamenti, ducto, *Patres*, qui vocari solent, primum *Apostolici*, porro *reliqui*, quique hos exceperunt, *Scholasticorum* et *Mysticorum* optimi, ordine perlegantur. Dici enim vix potest, quantum utilitatis futuro Theologo prudens horum Scriptorum indagatio sit allatura. Caveatur modo, ne nimia plerorumque severitas ipsum delectet et ad imitationem rapiat. Neminem profecto tunc poenitebit diligenter legisse, sive *Clementem* utrumque, *Theophilum, Chrysostomum, Basilium, Gregorios, Nazianzenum, Nyssenum* et *Magnum*, *Ambrosium* item, *Augustinum, Hieronymum*, reliquos, sive *Anselmum, Albertum, Thomam*, alios, sive *Bernardum* Claraevallensem, *Bonaventuram*, *Gersonum*, *Taulerum*, caeteros. Horum vero lectioni adjungatur lectio *Philosophorum*, qui de moralibus scripserunt, Graecorum et Latinorum, *Platonis*, v. gr. (3), *Aristotelis* (4), *Æschinis* Socratici (5), *Epicteti* (6),

 *Plu-*

*Plutarchi* (7), *Ciceronis* (8), *Senecae*, *Marci Aurelii Antonini*, *Boëthii* (9); caet. Tandem ad serioris aevi Scriptores conversus, evolvat Studiosus frequenter, et ad sua quosque loca conferat, Juris Naturalis et Ethices philosophae doctores praeclaros, *Grotium* (10), *Pufendorfium* (11), *Vattellum* (12), *Cumberlandum* (13), *Hutchesonum* (14), *Rutherfordum* (15), *Paleyum* (16), *Pestelium* (17) alios (18). Legat item nonnullos ex praestantissimis *popularis Ethices* Scriptores, veluti *Gellertum* (19), *Ewaldum* (20). Adjungat his omnibus *Historicorum*, praesertim *pragmaticorum*, diligentem cognitionem. Pervolvat, e. gr., ex antiquis, praeter Sacros, *Herodotum*, *Diodorum* Siculum, *Polybium* imprimis et *Plutarchum*, *Livium*, *Sallustium*, *Tacitum*, *Suetonium*, *Ciceronem* etiam, in *Epistolis*; item *Flavium Josephum*, *Ammianum Marcellinum*, *Valerium Maximum*, *Curtium*, alios; ex recentioribus *Sleidanum*, *Thuanum*, *Sarpium*, *Brandtium*, *Robertsonum*, *Humium*, *Gibbonum*, *Müllerum*, *Hooftium*, *Stuartum* aliosque (21). Nulla enim officii pars est, quin pragmaticae Historiae contemplatione egregie possit illustrari. Cujus rei idoneus, si quis alius, et locupletissimus testis est *Isaäcus Casaubonus* (22). His autem Scriptores adjungantur, qui de morum eorumdemque doctrinae historia, ejusve parte aliqua, commentati sunt, in his *Seilerus* (23) et *Ewerbeckius* (24); ne *Stäudlinum* denuo excitemus. Tum etiam, qui de recta humanae naturae cognitione (25), de voluntate libera (26), item de conscientia morali (27), egerunt; aut diversas moralis indolis formas (*characteres* morales vulgo vocant) graphice descripserunt, ut, post *Theophrastum* (28), *De La Bruyerius* (29), *Ockersius* (30), *Niemeyerus* (31), *Pöckelsius* (32), alii. Quibus affines sunt, qui *Spectatorum*, *Mentorumque* nomine celebrantur (33). Et cum his tandem legendo consociari poterunt *nonnulli* eorum, qui, sive *Tragoedias* (ut *Æschylus*, *Sophocles*, *Euripides*, *Seneca*, *Cornelius*, *Racinius*, *Voltarius*, *Shakespearius*, *Schil-*

*Schillerus*, *Vondelus*, *Merkenia*), sive *Comoedias* (ut *Aristophanes*, *Plautus*, *Terentius*, *Molierius*, *Sheridanus*, *Langendijkius*), sive *Satyras* (ut *Horatius*, *Juvenalis*, *Persius*, *Rabelaisius*, *Boilavius*, *Sternius*, *Rabenerus*, *Weilandus*), sive *fabulas*, quas vulgo vocant, *Romanenses* (ut *Richardsonus*, *Joannes Timotheus Hermes*, *Jo. Geo. Müllerus*, *Lafontainius*, *Scottus*, *Bekkeria*, *Loosjesius*, caet.) concinnarunt, quibus « quisquis « esset vitae, scriberent, color," vitia perstringerent, veram virtutem legentibus commendarent.

(1) Conf. §. 94. ann. 42 et 43. pag. 538.

(2) Ex quibus indicasse jam suffecerit: *Christiani Frid. Schneideri Wörterbuch über die Bibl. Sittenlehre*, Lips. 1791. 8., emendatius repetitum a *Theopisto* (*Traug.*) *Guil. Hildebrand*, ibid. 1826. 8.

(3) In *Dialogis* nonnullis, in scriptis potissimum *de Republica*, *de Legibus*. Conf. §. 47. ann. 13. pag. 180.

(4) Conf. §. 47. ann. 13. pag. 181.

(5) *Dialogi tres*, ex ed. *Petri Horrei*, Leovardiae 1718. 8.

(6) Conf. §. 47. ann. 13. pag. 181.

(7) Ibidem, pag. 182.

(8) Praecipue in Libris de *Legibus*, de *Rep.*, de *Finibus bonorum*, in *Tusculanis Quaestionibus*, *Paradoxis*, caet. Cf. §. 47. ann. 13. pag. 182., ubi et de sequentibus vid. notata.

(9) *De Consolatione Philosophiae Libri V.*, saepius seorsum (e. g. et Amst. 1625., forma minutissima, et Lugd. Bat. 1656. 8. cum notis *Renati Vallini*) et cum aliis Opp. ed.

(10) *Hugonis G. de Jure Belli ac Pacis Libri tres*, ex recens. *Joannis Barbeyracii*, Amst. 1735. II. Voll. 8. qui Franco-Gallice opus edidit L. B. 1759. II. Voll. 4. Latine opus saepe alias, et a *Meinardo Tydeman*, Traj. ad Rh. 1773. repet.). In quo Opere sunt quidem nonnulla reprehensione digna, quaeque partim eo faciunt, ut hodie minus diligenter, quam olim, a plerisque legatur et relegatur: attamen hanc omnino laudem ne invidia quidem ipsi denegare potest, primum illud fuisse omnium, quo Jus Pacis et Belli, Jus Naturae et Gentium, probabili ratione explicaretur, et in Scientiae formam redigi inciperet. Quo minus, per omnia, facere possumus cum *Censore* operis *Burlamacquiani* in *Bibliothèque Universelle*, ad m. Jan. a. 1829.

(11) *Le Droit de la Nature et des Gens, ou Système général des principes les plus importans de la Morale, de la Jurisprudence et de la Politique, par le Baron* (*Samuel*) *de Pufendorf*, e versione et cum animadvv. *Joannis Barbeyracii*, saepius et Amstelod. 1734, ac L. B. 1759. II. Voll. 4. Ejusd. *de Officio hominis et civis secundum Legem Naturalem* *Li-*

*Libri duo*, cum Obss. *Ottonis*, *Titii*, *Carmichaëlis*, *Treueri* et *Barbeyracii*, Lugd. Bat. 1769. II. Voll. 8.

(12) *Le droit des Gens, ou principes de la Loi naturelle, appliqués à la conduite et aux affaires des Nations et des Souverains, par M. De V.;* repetita (quae se *novam* mentitur et *auctam*) ed. Lugd. 1802. III. Voll. 8.

(13) *Traité philosophique des Loix naturelles — par Richard Cumberland*, e vers. et cum ann. *Jo. Barbeyracii*, Amstelod. 1744. 4.

(14) *Francisci H., System of moral Philos.*, cit. §. 47. ann. 13. pag. 194. — Add. Ejusd. *Philosophiae Moralis Institutio compendiaria, Ethices et Jurisprudentiae naturalis elementa continens*, Roterod. 1745. 8.

(15) *Thomae R., An Essay on the nature and obligations of Virtue;* Cantabrigiae, 1744. 4.

(16) *Guilielmi P., Moral and Political Philosophy* (*Opp.* Tomo II.) Germanice a *Christiano Garve* reddita et annott. ac supplemm. instructa, hoc titulo: *Grundsätze der Moral und Politik*, Francof. et Lips. 1788. II. Voll. 8.

(17) Vid. §. praec. ann. 14. pag. 547.

(18) Praeter *Jo. Franc. Buddeum* (in *Philos. Pract.* et in *Selectis Juris Nat. et Gentt.* Halae 1704. 8.), et *Chr. Thomasium* (in *Jurisprud. div.*), jam alibi memoratos (§. 92. ann. 20.), — plures recenseri hoc loco merentur; ex gr., *Jo. Gottl. Heineccius* (in *Elementis Philos. ration. et moralis*, e quarta ed., Amst. 1740. 8.); — *Lud. Jul. Frid. Hoepfner* (in opere, cui, a *Theod. Christ. Frid. Raydt* Latine reddito, titulus est: *Jus naturae singulorum hominum, societatum et gentium*, (Lingae 1793. et iterum auctiusque 1805.); — *Gothofredus Achenwall* (*Jus Naturae*, ex quarta emendatiore ed., Goett. 1758. 8.); — *Christianus Augustus Crusius* (*Anweisung vernünftig zu leben*, Lipsiae, ex tertia emendatiore ed., 1767. 8. (quam supra indicavimus, §. 47. ann. 14. pag. 185., dum prima ed. a. 1744. prodierat, secunda 1751.); — *Georgius Frid. Meier* (*Philosophische Sittenlehre*, Halae, ex altera emend. ed., 1762. IV. Voll. 8. Belgice vers. a *J. W. van Haar*, Amst. 1774. V. Voll. 8.); — *Jo. Geo. Henricus Feder* (*Abriss der praktischen Philosophie*, Goett. 1769. 8. et saepius); — *Samuel Joannes van de Wynpersse* (in *Institt. Philosophiae Moralis*, Lugd. Bat. 1808. 8.); — *Jacobus* (*James*) *Beattie* (*Elements*, cit. supra §. 47. ann. 13. pag. 193., Volumine II.); — *Joannes Aug. Eberhard* (*Sittenlehre der Vernunft*, Berol. 1781. 8.). Add. etiam — *Caroli Frid. Bahrdt* utilissimum fortasse omnium, quae scripsit, opusculum (*Handbuch der Moral für den Bürgerstand*, Halae 1789., iterumque 1792. 8.), caet. — In gratiam *provectiorum peritia* indicatis Scriptoribus adjicimus etiam, ex recentissimis: *Joannem Frid. Herbart* (in *Allgemeine practische Philosophie*, Goett. 1808. 8.); —*C. A. Eschenmayer* (*System der Moral-philosophie*, Stuttg. et Tubingae 1818. 8.); — *J. E. von Berger* (*Grundzüge der Sittenlehre, der philosophischen Rechts-und Staatslehre und der Religionsphilosophie*, Altonae 1827. 8.) et — *Carolum Ludovicum Michelet* (*Das System der philosophischen Moral, in Rücksicht auf die juridische Imputation, die Geschichte der Moral und das christ-*

*christliche Moralprincip*, Berolini 1828. 8.). Qui postremus nobis hic in memoriam revocat libellum *Henrici Schreiber*, inscriptum: *Das Princip der Moral in philosophischer, theologischer, christlicher und kirchlicher Bedeutung*, Carlsruhae et Friburgi 1827. 8.).

(19) *Christianum Theophob.* (*Fürchtegott*) *G.*, in praestantissimo, omnibusque ingenuae indolis juvenibus commendatissimo opere (*Moralische Vorlesungen*, *Opp.* T. VIII et IX.), quod, a *Joanne Lublink Jun.* accuratissime simul et elegantissime in Belgicum sermonem translatum, inscribitur: *Zedekundige Lessen*, Amst. (ex altera ed.) 1775. II. Partt. 8. Gallofrancica Versio, quam *Pajonus* in lucem exire jussit, minus videtur commendabilis.

(20) *Joannem Ludovicum E.*, in Opere, vernacule conscripto, quod, a dilectissimo filio, *Theodoro Adriano C.*, Belgice redditum, inscribitur: *Menschenbestemming en Levensgenot; Zedekundige Voorlezingen*, Amst. 1814. II. Voll. 8.

(21) De singulis Historicis, quos hic memoravimus, nihil attinet dicere. Conferantur supra dicta §. 34 et 72 et annott. ad easdem. Universe tamen hoc loco conferri velimus, quae habent, e. gr., *Reinhardus*, in *Chr. Mor.* Tom. I. pag. 37 sq. et in Commentatione *de vi, qua res parvae afficiunt animum, in doctrina de moribus diligentius explicanda*, §. 18 sqq. p. 104 sqq. (repet. in *Opuscc. Theol.* T. II. p. 68 sqq. Belg. e vers. *Adami Simons* (*Over de waarde der kleinigheden in de Zedek.*) Amst. 1799. 8.), — *Dan. Wyttenbach*, in Oratione, Amstelodami a. 1785. habita, *de vi et efficacia Historiae ad studium Virtutis* (rep. in *Opuscc.* Tom. I. pag. 184 sqq.), et imprimis — *Joannes Georgius Müller*, in: *Briefe über das Studium der Wissenschaften, besonders der Geschichte*, caet. Turici 1798. 8. Utilissimi operis Belgica interpretatio, novis aucta observationibus, Groningae a. 1803. 8. prodiit, inscripta: *J. G. M. Brieven ter bevordering van het beoefenen der Geschiedkunde, inzonderheid met betrekking tot de Staatkunde.* — Caeterum minime fore putamus, ut quemquam poeniteat, per hanc opportunitatem, quoque legisse Orationes *Eliae Annaei Borgeri* (*de Historiae Doctore, Providentiae divinae administro*) et *Petri Hofman Peerlkamp* (*de praecipua lege Providentiae divinae, ab Historico Doctore observanda*), habitas Lugduni Batavorum ann. 1817 et 1822., et insertas Academiae *Annalibus* annorum 1817 ad 1818 et 1822 ad 1823. (Prior, una cum *Borgeri* Disputatione *de Historia pragmatica*, praemio ab Harlemensi Societate ornata, ad praesentem rem omnino etiam spectante, repetita est Hagae Com. a. 1818. 8.).

(22) In celebrata toties *Dedicatione Polybii*, a se editi, quam inscripsit *Henrico IV*, Franciae et Navarrae Regi christianissimo.

(23) *Geo. Frid. Seileri*, *Ad morum eorumdemque doctrinae historiam animadversiones theologicae*, Erlangae 1771. 4.

(24) *Christianus Gothofr. E.*, *Super doctrinae de moribus historia, ejus fontibus, conscribendae ratione et utilitate*, Halae 1787. 8.

(25) Pertinent huc *Psychologi*, v. c. *Did. Tiedemannus* et *Gerardus van der Voort* (citati supra §. 48, ann. 3. pag. 200.). Alios plures nunc mitti-

timus, veluti *Charpum* (*Histoire Naturelle de l'âme*), *Bonnétum* (*Essai de Psychologie*); quibus praecipue addendi erant: *Moritzius* (in *Magazin zur Erfahrungsseelenkunde*), et, qui aliquam ex praecipuis hujus doctrinae partibus tractarunt, *Muratorius*, v. gr., *Henningsius*, *Zückertus*, alii. — Pertinent huc etiam *Physiologi*, ut *Boerhavius* — ejusque Commentator *Swietenus*, *Hallerus*, *Unzerus*, *Richerandus*, alii. (Conf. supra §. 43. ann. 10. pag. 155 sq.). Pertinent huc insuper, qui *Anthropologiam* scripserunt, ut *Joannes Ithus*, *Ern. Plattnerus*, et, praeter alios, *Immanuël Kant* (cf. §. 48. ann. 3. pag. 200.).

(26) In his facile princeps est *Joannes Georgius Henr. Feder*, cujus merito celebratae praestantissimae *Inquisitiones* (*Untersuchungen*) citatae sunt §. 47. ann. 13. pag. 185. Illis vero add. Ejusd. *Grundlehren zur Kenntniss des menschlichen Willens und der natürlichen Gesetze des Rechtverhaltens*, Goett. 1782. 8.

(27) Quorsum prae caeteris referendus auctor anonymus libri inscripti: *Die grosse Lehre vom Gewissen, in so fern sie die Gesetze der Religion und die Gesetze der Staaten verbindet*, Lips. 1769. 8.

(28) *Theophrasti Characteres Ethici* (*'Ηθικοὶ χαρακτῆρες*), saepius ed., e. g., cum versione Lat. *Isaäci Casauboni* et notis *Joannis Cornelii de Pauw*, Traj. ad Rhen. 1737. 8. Recentiore memoria *Schweighäuserus*, *Siebenkeesius*, *Schneiderus* aliique novas libelli edd. procuraverunt.

(29) *Les caractères de Théophraste, traduits du Grec, avec les caractères ou les moeurs de ce siècle.* Cujus libri commendari meretur editio Amstelodamensis a. 1720. III. Voll. 12.; quae aucta est Clavi (*avec la clef en marge*) et vindiciis operis auctore *Costio.*

(30) De quo conf. dicta §. 48. ann. 3. pag 200.

(31) *Characteristik der Bibel*, Belgice *de Charakterkunde van den Bybel*, Amst. 1779. V. Tom. X. Voll. 8. Nuper praestantissimi Viri doctissimus Filius novam etiamnum laudandi operis, quod tamen auctori postea displicere inceperat, editionem paravit (Halae, 1830. V. Voll. 8.), ad quam cum maxime nova paratur interpretatio Belgica (L. B. 1832 sqq.). — Add. *A. Loosjes*, *Karakterkunde van de Vaderlandsche Geschiedenis*, Harl. 1783., iterumque 1790., II. Voll. 8.

(32) *Caroli Frid. Pockels*, *der Mann; ein anthropologisches Charactergemälde seines Geschlechts;* et — *Charakteristik des weiblichen Geschlechts.* — Belgice: *Karakterschets der Mannen, gegrond op menschkundige waarnemingen*, Gron. et Amst. 1805. III. Tom. VI. Voll. 8. — *Charakterschets der Vrouwen*, Lugd. Bat. 1800. IV. Voll. 8.

(33) Huc pertinent *Richardi Steele* et *Josephi Addison* Opera: *The Spectator*, — *the Rambler*, — *the Guardian* etc. *Justi van Effen* de *Hollandsche Spectator*, — de *Misantrope;* — *Cornelii van Engelen de Philosooph;* *Anonymorum* — (in his *Allardi Hulshoff*) *de Denker;* — *de Examinator*, — *de Pedagoog*, caet. Alia quam plurima id genus opera et opuscula consulto omittimus.

CA-

# CAPUT QUINTUM,

## DE THEOLOGIA PASTORALI.

### §. 97.

### *Officia Theologi Ecclesiastici.*

A *theoretica* Sanctioris Disciplinae parte ad *practicam* conversis, videri nobis possit rerum ordo flagitare, ut et de *Academici* Theologi officiis, et de *Ecclesiastici*, distincte exponamus. Quominus vero *illis* peculiaris locus tribuatur, et alia impediunt, et hoc potissimum, quod, praeter Docentis personam, vix ulla alia *Academico* Theologo sustinenda est, *Ecclesiastico* autem diversa insuper munia obeunda sunt et explenda. Quid? quod Academicum munus ad paucissimos duntaxat defertur, ad plerosque, imo vero tantum non omnes, Theologos Ecclesiasticum. Ad hoc autem rite aliquando obeundum, ab Academicis Doctoribus, Theologiae alumni informandi sunt potissimum et praeparandi. Quae res qualem institutionis subtilitatem, quam in Docente eruditionem et prudentiam, his praesertim, quae vivimus, temporibus, requirat, quis sit, qui, vel sine diserta admonitione, non intelligat (1)? Sed de variis *Ecclesiastae*, sive *Pastoris* (Verbi divini Ministri, Sacerdotis Christiani, Doctrinae Euangelicae Interpretis), officiis data dicendum est opera. Possunt illa quidem, ex ipso instituto Apostolico (2), ad duo praecipua revocari, nimirum ad *docendi regendique* munia. Enimvero utrumque in suas denuo partes describendum est. Nam *docere* debent Ecclesiastae, partim habendis *Orationibus* Sacris, partim familiari *colloquio* instituendo. *Regenda* autem sunt

*Sacra* publica, regendi monitis et exhortatione *animi* hominum, regendus quilibet Christianorum *coetus*. Itaque Ecclesiastico Theologo *quinque* muneribus fungendum est, Homiletae, Catechetae, Liturgi, Pastoris, Gubernatoris. Quae ut rite obire possit, quintuplici scientia imbuatur oportet. Nam *Homiletice*, quae ad recte habendos, in templorum amplitudine, Sermones sacros requirantur, tradit: *Catechetice*, quae ad rudiores et juniores, privata et domestica institutione, erudiendos. *Liturgica* ostendit, quid Sacrorum in Christiana Ecclesia Antistiti praestandum sit, ut universus cultus Dei externus, ex Euangelicae religionis indole et ingenio, rite administretur. *Cura pastoralis* in *internis* singulorum hominum, *Politica* denique *Ecclesiastica* et *Jurisprudentia* in *externis*, et universorum quidem Coetuum (Ecclesiarum) commodis, ut par est, curandis, Theologi prudentiam adjuvat. Harum vero omnium doctrinarum complexus *Theologia Pastoralis* vocari solet; denominatione, non illa quidem admodum propria, sed et brevi, nec prorsus incommoda (3). De hac Theologici studii parte qui ita egerunt, ut vel omnes, modo indicatas, doctrinas, vel certe plerasque, explicarent, eorum praestantissimi diligenter legendi sunt relegendique futuro Theologo. Tales, post antiquiores aliquot (4), aliosque multos, verbo indicandos (5), sunt, verbi gr. *Roquesius* (6), *Ostervaldus* (7), *Niemeyerus* (8), *Graeffius* (9), *Lieftinkius* (10), *Boersius* (11), *Reddingius* (12), *Konynenburgius* (13), *Lessius* (14), *Jacobius* (15), *Kaiserus* (16), *Hüffelius* (17), *Wolffius* (18), *Danzius* (19), *Koesterus* (20), *Krommius* (21) aliique plures (22). His vero addat Studiosus unum itemque alterum eorum, qui vel de Sacri Muneris praestantia (23), ejusve rite exsequendi requisitis (24), universe scripserunt, aut *Symbolas* ad doctrinam pastoralem dederunt (25). Unum eorum, inquam, et alterum legat; nam ingens hodie est, et vero nimius, eorum numerus; longe major certe, quam ut omnes

omnes comparari a discentibus commodeque consuli possint. At vero legat ita, ut cui persuasissimum sit, hanc ultimam Theologici studii partem eo, quod *practica* sit, gravissimam esse, et reliquas inter facile primas ferre et pretii culmen tenere (26). Neque negligat, quae, ad eam felicius excolendam, a Viris doctis, subinde in medium allatae sunt, peculiares de aliqua re, huc referenda, observationes (27).

(1) Quid, creandis *Academiis*, potissimum spectaverint Reges et Principes, quid reapse sit praestitum, ex iis optime colligi potest, quae de earum *historia* memoriae sunt prodita. Legendus propterea est hujus rei cognoscendae cupido *Hermanus Conringius*, qui, *de Antiquitatibus Academicis*, *Dissertationes septem*, (Helmst. 1661. 4.) conscripsit, quas, *una cum Ejus Supplementis*, recognovit *Christophorus Aug. Heumannus*, simul iis *Bibliothecam historicam academicam* adjiciens (Goett. 1739. 4.). Legendi plures alii Scriptores, qui, vel de *omnium* universe, plerarumque certe, vel de singularum *nonnullarum* Academiarum origine et fatis exposuerunt; veluti, ex *priore* genere, *Wolfgangus Justi* (*Elench. Acad.*), *Mendo* (*de Academiis*), *Jac. Middendorpus* (*Acadd. universi orbis*), *Junius* (*Acadd. totius orbis Christiani Catalog.*), *Edm. Richerius*, *Pfeffingerus*, alii; ex *altero*, *Caes. Egass. Bulaeus*, *Crevierius* (ex quo praecipua decerpsit anonymus aliquis in *H. Ph. C. Henkii Magaz.* Tom. VI. pag. 388—444.), qui antiquissimae et celeberrimae Academiae *Parisinae* (quae cum *Coloniensi* de antiquitatis et celebritatis palma certat), *Ant. Woodius*, qui *Oxoniensis*, et, plures ut mittam, *Jo. Christoph. Hofbauerus* et *Aug. Herm. Niemeyerus*, qui *Halensis*, atque *Matth. Siegenbeekius*, qui *Lugduno-Batavae* Universitatis literariae, historiam enarrarunt. (Conf. *D. G. Morhofii Polyh.* Tom I. Lib. I. c. 14. §. 14 sqq. et c. 16. §. 72 sqq. et *Theoph.* (*Gottlieb*) *Stolle Introd. in H. L.* cap. 1. (Germ. §. 93, 95. Lat.). — Add. *Obss. Halens.* Vol. VI. Obs. 18 et 20.). — Legendae *Orationes seculares*, v. c. *Drakenborchii*, *S. Ravii*, *Dorvillii*, *Lennepii* caet. Legendi postremo *Annales* Academiarum, ut *Batavarum* praesertim et *Belgicarum*, qui ab anno inde hujus Seculi decimo quinto edi coeperunt, itemque illi, qui sub auspiciis Illustris *Meermanni* vernacule, aliquot annis ante, in lucem erant emissi. Add. Annales Academiae *Jenensis*, alii.

Sed de recta *Institutionis altioris*, ut vocant, sive sublimioris, praesertim *Academicae*, ratione, ut multi dudum multa philosophati sunt; dum eorum, qui id sibi negotii datum esse putarunt, ut de re intricata suam quoque in medium afferrent opinionem,

*Scinditur incertum studia in contraria vulgus;*

Ita, ante aliquot annos, invitante nostro Rege Augustissimo, sententiam dixerunt Viri, partim quidem Academici, partim vero Politici. *Illorum* autem vota, universarum Facultatum Senatuumque nomine edita, vix publici juris facta sunt, sed paucorum tantum Professorum singulorum (v. gr. *Guil. Henrici Tydeman*, *Jacobi Nieuwenhuis*, *Matthiae Siegenbeek*, *F. de Reiffenberg* et *L. A. Warnkönig*, atque unius *Facultatis Literariae Gandavensis*). *Horum* vero vota, in unum Syntagma collecta, in lucem exierunt, hoc titulo insignita: *Rapport der Commissie*, *bijeengeroepen door Koninklijk Besluit van* 13 *April* 1828. N°. 100., *ter raadpleging over sommige punten*, *betreffende het hooger Onderwijs* (Conf. §, 6. ann. 1. pag. 45.). Neminem, ut putamus, poenitebit consuluisse librum, a *Philippo Guil. van Heusde*, Traj. ad Rh. a. 1829. 8., iterumque 1831., editum, quem inscripsit: *Brieven over den aard en de strekking van hooger Onderwijs.* (Germanice versus a *Joanne Klein*, prodiit Heidelb. et Lips. 1830. 8.). Quocum et alii possint jungi; praesertim *Jo. Dav. Michaëlis*, *Raisonnement üb. d. prot. Universitäten*, Francof. ad M. 1769 sqq. IV. Partt. 8.; — *J. B. Erhard*, *Ueber die Einrichtung und den Zweck der höhern Lehranstalten*, Berol. 1802. 8.; — *Frid. Schleiermacher*, *Gelegentliche Gedanken üb. Universitäten in deutschen Sinn*, ibid. 1808. 8.; — *Car. Villers*, *Coup d'oeil sur les Universités et le mode de l'Instruction publique en Allem. protest.* etc. Casselae, eod. a. 8., et Germanice ab *Fr. H. Hagen.* (De utroque Opere, ut et de *Jo. Aug. Henr. Tittmanni*, *de rebus Academicis Epistola*, Lips. eod. a. ed., conf. *L. Wachler*, in *Theol. Annal.* ad a. 1808. pag. 665—704. Itemque *Hall. Allg. Literaturz.* 1809. N°. 28. et *Jen. Allg. Literaturz.* 1809. N°. 115—117.) Add. *Anonymi* (*zeven Brieven*) *over Universiteiten en Hooger Onderwijs*, L. B. 1828 sq. 8. et *Frid. Guilielmus Klumpp*, qui eodem, quo *Heusdius* nostras, anno, opus edidit, cui titulus: *Die gelehrten Schulen nach den Grundsätzen des wahren Humanismus und den Anförderungen der Zeit* (Stuttg. 1829. II. Voll. 8.). Quibus etiam add. *Savigny*, *Wesen und Werth der deutschen Universitäten* (ex *Rankii Zeitschrift*); cf. *Goett. Gel. Anz.* 1833. St. 34 sq. ubi quaedam *Savignyo* opponuntur a *Jacobo Grimmio.* Multa quoque, eximie dicta, inveniuntur in: *Report made to His Majesty*, *by a Royal Commission of Enquiry into the State of the Universities of Scotland.* (Vid. *Edinb. Review* N°. 119. pag. 196—227.).

Jam, quod de *omni* institutione Academica valet, valet illud quoque de *Theologiae* in Scholis Academicis expositione: et quae Doctoribus, qui *Professores*, more antiquo, vocantur, universe incumbunt, officia, Theologis Academicis praestanda sunt quoque. Itaque „qui cum laude Doctoris munere in Academia fungi cupit" (utor autem verbis *Samuelis Mursinnae*, *de Institutione Scholastica et Academica*, *Encyclop. Theol.* Parte II., §. 16.

et

et 18., quae profecto ad Theologiae Professores non minus, quam ad caeteros quoscunque, pertinent), » eum in doctrinae genere, quod profitetur, be» ne versatum esse et omnem adhibere operam oportet, ut utilissima quae» vis, certo ordine, dilucida et solida ratione, tempore singulis lectionibus » ad finem perducendis definito, auditoribus suis tradat. Idem, ut intelli» gentioribus probetur, nihil faciet ostentationis et solius lucri causa, nec » vanis et callidis applausum quaeret artibus. Bonis suis consiliis omnibus, » quibus potest, prodesse, seque indefessa et continua industria semper aptio» rem reddere studebit ad muneris sui partes recte implendas. — — Conce» denda — — illis est, de iis, quae vera et certa esse judicant, sentiendi » libertas, sine qua nullus major in rerum optimarum cognitione fieri potest » progressus. — — Ut Collegia, sive lectiones Academicae Professorum — — » desideratum habeant usum, non solum, quae ad plenam disciplinae cujus» dam scientiam sunt necessaria, certo complecti debent ordine, sed semper » quoque in iis respiciendum est ad diversas in ejus ad futuram vitam ap» plicatione factas mutationes. — Sic in Theologia, Jurisprudentia et Arte » medica quaedam — — aliam induerunt faciem, quam olim habuerunt. » Eam ergo semper ante oculos habeat cordatus Academiae Doctor, si audi» toribus suis recte vult prodesse." Haec ille. *Heumannus* autem, cujus dicta nobis hic *Mursinnae* verba in memoriam revocarunt, in Introitu Disputationis de *Orebitarum pia erga Eliam beneficentia* (quam repetiit in *Sylloge Dissertationum*, pag. 896 sqq.), » Officinae veritatis" inquit » et » sapientiae esse debent Academiae, earumque Doctores otia, quae ipsis fecit » *Deus*, eum convertere oportet in usum, ut errores publicos corrigant, et » omnis generis veritates collocent in luce clarissima. — — Nihil his opta» bilius, nihil dulcius esse debet veritate: nihil his jucundius deprehensione » erroris alicujus, justaque ejus refutatione et expulsione. Hoc jus est Do» ctorum Academicorum, hoc officium, hic labor, haec voluptas, haec glo» ria. Praecipue autem Theologi Academiarum in id omnem curam et cogi» tationem conferre debent, ut vera fiat ex omni parte Theologia, utque er» rores, sive novi, sive inveterati, sive graviores, sive leviores, e tam san» cta disciplina ejiciantur. — — Licet Academicis Doctoribus esse Academi» cis, hoc est, otio uti ad examinandas sententias usitatissimas, et veras » falsis substituendas. Nec licet hoc tantum, — — sed laudantur etiam, qui » *πάντα δοκιμάζουσι, τὸ καλὸν κατέχουσι*," et quae sequuntur. Quibuscum, si cui volupe sit, conferre possit, eum, quae in Orationibus *de Theologo vere liberali* (pag. 18 sqq.) et *de injusto Theologici studii contemtu* (pag. 52 sqq.) diximus et ad eas annotavimus (pag. 63 et 70.): tum, *Joannis Salomonis Semleri Disputationem de liberali Doctoris S. S. provincia*, repetitam in Ejus *Programmatibus Academicis Selectis* (Halae Magdeb. 1779. 8.) pag. 227 sqq. Sed haec postrema veluti ἐν παρόδῳ.

Ex ante dictis autem apparet, Academici praecipue Theologi esse, omnem disciplinae, quam profitetur, ambitum, variasque, quas ea subiit, mutationes,

nes, atque praesentem ejus conditionem, sive laetam illam, sive tristem, penitus cognita habere, quaeque identidem in disceptationem denuo adducantur, omni sua attentione curaque digna censere: dein vero cum eximia, ista, in dies augenda et emendanda, eruditione theologica conjungendam esse istam in docendo prudentiam, ut auditoribus suis ea tradat, quae scire eorum maximi intersit, eoque modo, quo, iis ne nocere possit scientia ista, caveatur. Quamquam enim eorum auditores, ex una parte, ipsi mox *Doctorum* munere functuri sunt; tamen, ex altera parte, juvenes ut plurimum sunt, quibus ingenium usu rerum et experientia, praeclaraque et varia doctrina nec subactum jam est, nec esse potest. Ut igitur utrumque extremum, alterum quidem, silendo dissimulandi, quae tamen Auditores propediem recte dijudicent necesse, certe optabile est, alterum vero, quaelibet, quae aliqua novitatis specie commendentur, licet vel maxime insulsa sint, aut adeo impia; aut certe molestos animis dubiorum scrupulos injectura, temere effutiendi; ut utrumque evitent, Doctoribus Academicis summopere nitendum videtur. Quod, cum omni tempore religiose observandum est, tum nostra hac imprimis aetate, quae, etsi multis nominibus opportuna Theologico studio dicenda est, tamen, propter eorum, qui vel ipsam religionis, imprimis Christianae, arcem impugnant, vel gravissimas doctrinas ex ea, ceu spuria assumenta, excernere student, copiam, subtilitatem, eruditionem; tum propter diversissima *Rationalistarum* (qui vocari solent), *Supranaturalistarum*, *Mysticorum*, *Ultramontanorum*, et quot non? studia; itemque propter plurimarum, quae disceptandae, recentiore memoria, propositae sunt, quaestionum ad solvendum difficultatem; quae nostra igitur aetas Theologicam institutionem Academicam, nisi prudentia, modestia et pietate caveatur, *periculosae* (quod negandum non est) aleae plenum opus reddere potest. Denique, ne alia tangam officia Theologiae Professorum, uti, v. c., erga *Academiam* (quam, haud secus ac reliqui Doctores publici, ornare debent), et Patriam (cujus antiqua in Literis gloria retinenda ipsis quoque et amplificanda concreditur), ita erga Academiae *Curatores*, omnesque publicos quarumvis artium disciplinarumque Professores, *Collegas* suos; unum addendum superesse videtur. Etenim, ex Regio Decreto, munus *Concionatoris* (Oratoris Sacri) *Academici* ad Theologos in Academiis patriis et Athenaeis delatum est; quo ut rite fungantur, magna denuo requiritur diligentia et circumspectio. Nam habendis pro concione, in templorum luce et celebritate, Sermonibus sacris, talia quidem ipsis potissimum tractanda sunt, quae audire omnium et singulorum auditorum e re esse videntur, eoque omnino modo tractanda, quo quidem sperandum sit, ut a quibuscunque intelligi commode possint, atque ita omnibus universe, qui cultui publico intersint, prodesse: sed, vel sic tamen, ipsis, quippe *Academicis Oratoribus Sacris*, praecipua habenda est *auditorum Academicorum* ratio. Itaque, *partim* ipso *rerum* (materiarum), quas Orationibus tractent, delectu, ad ea, quae res et praesens temporis cujuslibet conditio flagitare videantur, sapienter attemperato,

*par-*

*partim* quoque *tractandi ratione*, elocutione, actione cavendum ipsis esse videtur, ne peritis doctisve viris, nisi nauseam creare, certe minus placeant; *partim* omnis insuper danda opera, ut recte habendarum pro concione Christiana Orationum exempla praebeant Theologiae Studiosis, quae hi concionando (ut minus Latine dici assolet) discant imitari. Similiter vitae morumque integritatis exempla Juvenibus passim monstrabunt, quibus hi ad pietatis virtutisque amorem et studium incitentur et inflammentur. — Horum autem Juvenum (ut in hac observatione desinam), tanquam carissimorum sibi capitum, usibus et generosis studiis, sine iniquo partium studio, inservientes, hujusque propensi in eos animi sui et benevolentiae, etiam in examinibus, tam domesticis, quam publicis, documenta dantes, nihil est, quo minus, egregie spectato diverso diversorum ingenio, pauciores illos, quibus praestantiores caeteris plerisque mentis dotes benigna praebuit Dei providentia, distinguant, atque his, ut ad honorem et dignitatem *Theologiae Doctoris* adspirent, auctores sint. Non enim metuendum est, ne tales eorum Discipuli, quaerendo isto titulo, in modestiam, quae Christianum hominem decet, peccent; quod tamen, et alii identidem, et praesertim satis inepte (sive joco fecerit, sive serio) lectoribus persuadere studuit anonymus auctor libri, Anglico sermone conscripti, cujus titulus est: *Sermons to Doctors in Divinity* (*being the second Volume of Sermons to Asses*) Lond. 1771. 12. Meliora docuit, post alios, *Joannes Frid. Krause*, in *Oratione*, quam repetiit in *Opuscc. Theol.* (Regiom. 1818. 8.) pag. 265—280.

Caeterum ad universum huncce locum conferri possunt *Orationes Theologorum*, praesertim *inaugurales*; exempli gratia, *Francisci Burman*, Fr. filii, *Theologus* (Traj. ad Rhen. 1715.); *Joannis Regenbogen*, *de Theologo perfecto* (Franeq. 1804.); — *Caroli Boers*, *de difficultatibus disciplinae Theologicae professionem prementibus*, *et de potissimis*, *quae illarum mitigationi inserviant*, *levamentis* (Lugd. Bat. 1779.); — *Joannis van Voorst*, *de temporum nostrorum ad promovendam religionis causam opportunitate* (Franeq. 1788.); *Theodori Adriani Clarisse*, *de nostrorum temporum ad rite excolendam Theologiam opportunitate* (Gron. 1825.); *Hermanni Bouman*, *de Belgio*, *disciplinae Theologicae*, *nostra inprimis aetate*, *sede pulcherrima et maxime opportuna* (Traj. ad Rhen. 1823.); *Bartholdi Regneri De Geer*, *de Theologia*, *nostra aetate in Belgio feliciter exculta* (Franequerae hab., Groningae ed. 1826.); *Isbrandi van Hamelsveld*, *de statu rei Christianae hodierno*, *laeto an tristi*; *quidque in posterum de eo sperare vel timere debeamus* (Traj. ad Rhen. 1784.); *Gerardi Joannis Nahuys*, *de subtilioris Ethnicismi*, *inter Christianos nostra aetate serpentis*, *noxis atque remediis* (Lugd. Bat. 1781.); *Hermanni Royaards*, *de doctrinae Christi judicio hodie regundo* (Traj. ad Rhen. 1792.); Ejusdemque *de iis*, *quae animum erigant demissum contemplantium hodie rem Christianam* (ibid. 1803.); *Jodoci Heringa Elizae F.*, *de Theologiae in Scholis insti-*

*stitutione, ad praesentem Reipublicae Christi conditionem prudenter accommodanda* (ibid. 1794.); — porro *Gabriëlis van Oordt, de juvenibus ad Sacerdotium Christianum formandis, Doctoris religionis Christianae Academici officio, cum praecipuo, tum gravissimo ac praestantissimo* (ibid. 1804.); *Lucae Suringar, de muneris doctrinae Christianae interpretum praestantia, a futuris Religionis Christianae doctoribus rite aestimanda* (Lugd. Bat. 1815.); *Wesseli Alberti van Hengel, de elementis disciplinae theologicae bene ac diligenter pertractandis* (Franeq. 1815.): — denique *Michaëlis Bertling Or.*, (§. 12. ann. 6. pag. 11. cit.), *Pauli Chevallier, de fructibus, qui ex juste temperata cogitandi libertate in Theologum redundant* (Gron. 1752.); *Ewaldi Hollebeek, de damnis, quae praejudicia in rem theologicam inferunt, deque optima iis occurrendi methodo* (ibid. eod. anno); Ejusdemque *de Theologo non vere orthodoxo, nisi vere pio* (Lugd. Bat. 1762.). Mitto alias quam plurimas; nam infinitum sit omnes, aliqua ex parte huc referendas, excitare. Utinam praestantiores repeterentur, *Syllogis* collectae, quo magis omnium universe usibus inservirent!

(2) Apostolos Christianis coetibus, ut primum colligi Christo Domino inciperent, praefecisse *Rectores*, et aliunde colligitur, et ex locis disertis apparet, v. gr. Tit. I: 5. coll. c. 7. 1 Tim. III: 5. V: 17. Hebr. XIII: 17, 24. coll. c. 7. 1 Petr. V: 1—3. Simul vero hi loci aliique plures docent: 1) tum temporis nondum discrimen fuisse Ἐπισκόπους inter et Πρεσβυτέρους, sed illud fuisse nomen muneris, hoc dignitatis; 2) omnes eos *regendae* Ecclesiae admotos fuisse, non vero omnium, sed aliquorum tantum (1 Tim. V: 17.), fuisse, ut cum hocce regendi munere munus *docendi* conjungerent; 3) *regimen* illud intelligendum esse curam, administrationem, cum universae Ecclesiasticae Societatis, tum singulorum hominum, ei adscriptorum, minime vero imperium in eorum animos et conscientiam (1 Petr. V: 3.); a quo vel ipsi Apostoli, quamquam caeteros Christianos omnes auctoritate longissime antecellentes, valde alienos se professi sunt (2 Cor. I: 24.), et omnino, siquidem dicto obedientes esse vellent Magistro, et sublime Ejus exemplum imitari, profiteri se et praebere debebant (Matth. XX: 25—28. coll. Luc. XXII: 25—30. Matth. XXIII: 8, 10. Add. Jac. III: 1. Matth. X: 24 sq. Luc. VI: 40. Jo. XIII: 1—14. et alia. Conf. etiam 3 Jo. c. 9.). Quamvis igitur ea essent auctoritate Apostoli, ut sibi licere putarent, Christianos caeteros, eorumque adeo Antistites, jubere, quae fieri oportere censerent (Philem. c. 8. ἐπιτάσσειν τὸ ἀνῆκον, coll. 1 Thess. IV: 2, 11. 2 Thess. III: 4, 6, 10, 12. 1 Tim. VI: 13.), atque hanc potestatem in paucos alios conferre (1 Tim. I: 3. IV: 11. V: 7, 17.): tamen et malebant ipsi precibus uti, quam mandato (Philem. l. c. 2 Cor. V: 21. VI: 1. 1 Thess. IV. 2.), et suos, ne imperium affectarent, graviter adhortabantur (1 Petr. V: 3.), atque propterea se ipsos συμπρεσβυτέρους, δούλους Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, Διακόνους Χριστοῦ, Εὐαγγελίου, τῆς καινῆς διαθήκης, Συνέργους

τῆς

τῆς χαρᾶς vocabant (1 Petr. V: 1. Tit. I: 1. Jac. I: 1. Rom. I: 1. Gal. I: 10. 2 Petr. I: 1. Jud. c. 1. itemque Phil. I: 1. Col. IV: 12. — Eph. III: 7. VI: 21. 2 Cor. III: 6. — 2 Cor. I: 24. coll. Rom. XVI: 3. 2 Cor. VIII: 23. Phil. II: 25. caet.), omnemque illam gubernationem Ecclesiasticam modesta *Διακονίας* denominatione insigniebant (Act. I: 17, 25. VI: 4. Rom. XI: 13. 2 Cor. III: 8. IV: 1. 1 Tim. I: 12. item Eph. IV: 12. Col. IV: 17. etc.). Conf. *Huberti Phil. de Kanter Commentatio de l.* 1 Petr. V: 1—4., a Facultate Theologica Leidensi praemio ornata, et edita in *Annall. Acad. Lugduno-Batavae* ad a. 1821 et 1822. — Jam vero, quoniam et ipse Apostolos Jesus creaverat (Matth. X. et alibi), et hi, quicquid agerent, id *πρεσβεύοντες ὑπὲρ Χριστοῦ* (2 Cor. V: 20.), Ejus igitur verbis et auctoritate, et Spiritûs Sancti, quo ducebantur, impulsu agebant; intelligitur, quare et quo sensu Christus ipse *dedisse* (i. e. constituisse) *Pastores et Doctores* (Eph. V: 11.), et hi a Spiritu Sancto Ecclesiae praefecti esse (Act. XX: 28.) dicantur. Unde de institutione muneris Ecclesiastici vere divina satis constat (conf. etiam Rom. XII: 3—8. 1 Cor. XII et XIII.). Quae ipsa facit, ut neque de gravissimo, quo institutum sit, consilio dubitare cuiquam liceat, neque de summa, qua splendeat, praestantia et dignitate, neque de maxima, quam praestet, utilitate. Sed ista hîc digito tetigisse sufficiat.

(3) Dudum est, cum Doctores Christianorum publici, qui iidem, ut plurimum, publicis eorum Sacris praeerant, amabili atque modesto *Pastorum* nomine insignirentur. Usûs origo ab ipso Christo (Jo. XXI: 15—17.) atque Apostolis (Eph. IV: 11.) derivanda videtur: ita tamen, ut Dominus, tanquam *'Αρχιποιμὴν* (1 Petr. V: 4.), ab inferioris ordinis Pastoribus ita distingueretur, ut solus *κατ' ἐξοχὴν* diceretur *ὁ Ποιμὴν καὶ 'Επίσκοπος τῶν ψυχῶν* (1 Petr. II: 25), *ὁ Ποιμὴν ὁ καλὸς* (Jo. X: 11.), quin imo *εἷς Ποιμὴν* (Jo. X: 14, 16.). Quoniam igitur de iis etiam, quae *agenda* Pastoribus incumbunt, praecipere, ad *Theologicam* institutionem pertinet; brevitatis causa, *Pastoralis Theologiae*, *latiore* sensu sumta, denominatione, complectimur, quaecunque ad locum hunc latissime patentem, de diversis sanctissimi muneris partibus, referenda esse videantur. Incommoda quidem est denominatio, sed vix incommodior, quam admissa prius *Theologiae Exegeticae* et *Historicae* denominatio. Qui *arctiore* significatione eam acceptam cupiunt, vix videntur mentem distincte proponere. Quo vero sensu *Theologia Pastoralis* pars dici possit *Theologiae Moralis*, haud difficile est ad intelligendum, quippe de peculiari quodam officiorum hypotheticorum genere exponens. Plura mittimus.

(4) *Primum* omnium locum hîc sibi merito vindicant praecepta *Apostolorum*, praesertim *Pauli* in Epistolis ad *Timotheum* et *Titum*, quas plerumque *Pastorales*, ab argumento praecipuo, vocare consueverunt. *Proximus* vero ab his locus cedit *Patribus*, qui dicuntur, Ecclesiae; in his *Cypriano* (in *Epistolis IV et V*, itemque in *Libro de singularitate Clericorum*), *Ephraëmo* Syro (*de Sacerdotio*; Opp. Tom. VI.), *Ambrosio* (in Libro

bro *de Officiis Ministrorum*), *Hieronymo* (in Epist. *de Vita Clericorum*, Opp. Tom. IV.), *Augustino* (Libro IV. *de Doctrina Christiana*), *Gregorio Magno* (in Libro *Regulae Pastoralis*), *Isidoro Hispalensi* (in *Epist. de Sacerdotum in Ecclesia officio*). *Tertio* loco memorandi essent *medii*, quod vocant, *aevi* Scriptores: sed praeter unum *de dignitate Sacerdotali* librum, qui inter *Ambrosii* opera fertur, quemque alii *Anselmo* tribuunt, alii *Gerberto*; vix quisquam, a quo haec Theologiae pars tractata sit, memorari potest. Itaque ad recentiores convertimur, qui, inde ab instaurata Sec. XVI. Euangelii sinceritate, multo diligentius, quam olim, de recte obeundo munere Ecclesiastico egerunt.

(5) E quibus praecipue memorandi: *Oliverus Bowles* (*de Pastore Euangelico Tractatus*, Lond. 1655. 12.; quem recudendum Groningae 1739. 8. curavit *Cornelius à Velzen*, V. C.); *Christianus Kortholt* (*Pastor fidelis*, Hamb. 1698. 12.); *Joannes Ludov. Hartmann* (*Pastorale Euangelicum*, saepius ed., praesertim Norib. 1722. 4.); *Hieronymus van Alphen* (*Succinctae Tabulae de Cura animarum*, Traj. ad Rhen. 1730. 4.); *Salomo Deylingius* (*Institt. Prudentiae Pastoralis*, Lips. 1739. 8.); *Henricus Ravesteyn* (*De Nasireër Gods tot den heiligen dienst toegerust; of heilzame raadgeving aan Studenten, Proponenten en jonge Leeraren, hoe zij in het huis Gods met vrucht kunnen verkeeren*, Amst. 1743. III. Voll. 4.); *Ludovicus Chr. Mieg* (*Meletemata*, s. *de officio Pastoris Euangelici publico et privato*, Francof. 1747. 4.); *Christianus Timoth. Seidel* (*Pastoral-theologie*, Helmst. 1749. 8.); *Siegmundus Jac. Baumgarten* (*Kurzgefaste Casuistische Pastoraltheologie*, *erläut. und herausgg. von Joh. Fried. Hesselberg*, Halae 1752. 8.); *Joannes Laurentius von Mosheim* (*Pastoraltheologie*, ex alt. ed. Lips. 1763. 8.) *Volkmarus Dan. Spörl* (*Volständige Pastoraltheologie* caet. Norib. 1764. 8.); *Joannes Jac. Plitt* (*Pastoraltheologie*, Francof. 1766. 8.). Mittimus alios antiquiores: recentiores paulo post (ann. 22.) memorabimus.

(6) *Petri R.*, *Le Pasteur Evangélique*, *ou Essais sur l'excellence et la nature du Saint Ministère; sur ce qu'il exige de ceux qui en sont revêtus* etc. Basileae 1723. 4. (Germanice versum opus a *Frederico Eberh. Rambach* editum est Halae 1741. III. Voll. 8.).

(7) *Joannis Frid. O.*, *De l'exercice du Ministère Sacré* (Partie II. *du Gouvernement de l'Eglise*), Amst. 1737. 8. (Belgice redditum opusculum ibidem prodiit 1739. 8.).

(8) *Augusti Hermanni N.*, *Homiletik*, *Pastoralwissenschaft und Liturgik* (qui liber Partem *alteram* constituit operis, quod inscribitur: *Handbuch für Christliche Religionslehrer*, II. Voll.), ex quarta ed. Halae 1800. 8., ex quinta 1807. e sexta 1823 et 1827.

(9) *Joannis Frid. Christoph. G.*; *Die Pastoraltheologie in ihrem ganzen Umfange*, Goett. 1803. II. Voll. 8.

(10) (*Fokkonis Liefstink*) *Gedachten over het Predikampt in de Gere-*

*reformeerde Kerk, en deszelfs regte waarneming naar de gesteldheid van dezen tijd:* — et *Vervolg van de Gedachten over het Predikampt* cast. Leovardiae 1792 et 1804. 8.

(11) *Caroli B., Handboek voor jonge Predikanten*, Lugd. Bat. 1807. 8. Hunc equidem librum, et propter salubria, quae continet, praecepta, et propter insignem rerum copiam elegantemque ordinem, Studiosis Theologiae de meliori nota commendandum censeo.

(12) *Gerardi Benthem R., Mijne Gedachten over het Leeraarsambt*, Amst. 1809. 8.

(13) *Joannis K., Lessen over het Leeraarsambt in de Christelijke Kerk*, Traj. ad Rhen. 1802. 8.

(14) *Gothofredi L., Ueber Christliches Lehramt, dessen würdige Führung und die schickliche Vorbereitung dazu*, Goett. 1790. 8.

(15) *Joannis Frid. J., Ueber Bildung, Lehre und Wandel protestantischer Religionslehrer*, Francof. et Heidelb. 1808. 8. (Quem libellum optimae notae, Belgice versum, Noviomagi edidit *Stephanus Hanewinkel* eod. anno).

(16) *Theophili (Gottlieb) Phil. Christ. K., Entwurf eines Systems der Pastoraltheologie*, Erlangae 1816. 8.

(17) *Ludovici H., Die Schule der Geistlichen, oder Ansichte und Vorschläge, eine zweckmässigere Erziehung der Evangelischen Geistlichen betreffend*, Giessae 1818. 8. Ejusdem: *Ueber das Wesen und den Beruf des Evangelisch-Christlichen Geistlichen; ein Handbuch der praktischen Theologie in ihrem ganzen Umfange;* ibidem 1821. (iterumque auctius et emendatius 1830.) II. Voll. 8. (Belg. vers. a Rev. *Busch-Keizer*).

(18) *Friderici Ludov. Theod. W., Der Evangelische Predigerstand, nach seiner Wirksamkeit, seinen Bedürfnissen und Erfördernissen dargestellt*, Luneb. 1823. 8.

(19) *J. T. L. D., Die Wissenschaften des geistlichen Berufs im Grundrisse*, Jenae 1824. 8.

(20) *Friderici Burch. K., Lehrbuch der Pastoral-wissenschaft, mit besonderer Rücksicht auf Pastoral-Weisheit*, Chilon. 1827. 8.

(21) *Joannis Jac. K., Der Evangelische Prediger in seiner Vollkommenheit (Winke für alle, welchen der Predigerstand am Herzen liegt, besonders für angehende Theologen, aus dem praktischen Leben mitgetheilt)*, Francof. ad M. 1828. 8.

(22) Alios indicant *Buddeus*, *Pfaffius* (*Hist. Th. Liter.* III. 342 sq.), *Walchius*, *Noesseltus* aliique. Nonnullos e recentioribus liceat jam indicatis superaddere. Nimirum huc etiam pertinent, e. g., *Frid. Henr. Car. Schwartz, der Christliche Religionslehrer in seinem Daseyn und Wirken*, Heidelb. 1798. 8.; Anonymi *Practische Bemerkungen, die Führung des Evangelischen Predigtamts betreffend* (Hernnhuti) 1814. 8.; *M. K. Hermanni, Der Seelsorger in seinen wichtigsten Amtsgeschäften*, Pragae 1814.; *Friderici Ant. Wallroth, Ideen über den geistlichen Stand*

*Stand, seine Bestimmung und Wirksamkeit* (*Ein wort zu seiner Zeit, für Prediger und solchen, die es werden wollen*), Erfordiae 1820. 8.; *Nic.* (*Claus*) *Harms, Pastoraltheologie, in Reden an Theologie Studierende*, Chil. 1830. II. Voll. 8. *Joannis Barott, Synopsis Theologiae Pastoralis, Candidatorum Theologiae et munus pastorale ineuntium usibus adornata*, Dresdae 1822. 8.

(23) Horum nonnullos hic memorandos existimamus, qui, si vel assensum non in omnibus mereantur, universe tamen lectu digni sunt. Pertinent ad hunc censum: (*Nicolaus Statius Müller*) *De Zedemeester der Kerkelijken, onderzoekende — — waarom — — zoo weinig de ware Godsdienstigheid bloeijende bevonden, veelmin een algemeene Kerkvrede bevorderd wordt*, Amst. ex altera ed. 1766. II. Voll. 8.; *Georgius Frid. Seiler, Von der frühen Bildung des Predigers*, Erlangae 1773. 8. Ejusd. *Grundsätze zur Bildung künftiger Volkslehrer*, ibid. 1783. 8.; *J. G. Herderus*, in *Briefe über das Studium der Theol.* Vol. IV. Ejusd. *Provincialblätter*, oppos. libello *Joannis Jac. Spalding*, inscripto: *Nützbarkeit des Predigtamts*, Berolini, ex nova ed. 1794. 8. (Belgice versum est *Spaldingii* opusculum; de quo vid. *Biblioth. Belg.* (*Nederl. Biblioth.*) Tom. IV. pag. 569 sqq.); *J. H. von Nölting, Das weise Verhalten eines rechtschaffenen Predigers*, Hamb. 1803. 8.; *Joannes Ludov. Ewald, Ueber Predigerbeschäftigung und Predigerbetragen*, Lemgoviae 1785. IX. Voll. 8.; *Christianus* (*Guil. Goede*), *Onderzoek, of en in hoe verre de Leeraars van Jezus godsdienst er zelve oorzaak van zijn, dat het Christendom zoo weinig vruchten toont bij deszelfs belijderen; met opgave van eenige middelen om dit kwaad te verhelpen* (sine loci annive indicio); *C. F. Sangershausen* (ex Germanico idiomate Belgice versa, Commentatio) *Over den geestelijken Stand*, Goudae 1792. 8.; *Joannes Severin Vater, Glaube, Kirche, Priesterthum*, Lips. 1814. 8.; Anonymi *Die Bestimmung des Evangelischen Geistlichen*, Heidelb. 1815. 8.; *Carolus Henr. Sack Werth u. Reiz d. Th. u. des geistl. Standes*, Berol. 1814. Belg. auct. *El. Ann. Borger. Waarde en schoonheid der Godgeleerdheid en van den Geestelijken Stand*, Bredae 1819. 8. Add. *Friderici Strauss Glockentöne*, qui liber Belgice, sub auspiciis *Guilielmi Antonii Ockerse* versus, Amstelodami 1818. III. Voll. 8. prodiit, inscriptus: *Kerkklokstoonen. Herinneringen uit het leven van een' jongen Geestelijken.*

(24) Ex iis, qui hanc sacri Muneris praestantiam data opera ostendere aggressi sunt, sufficiat indicasse *Albertum Brink* et *Thomam Hoog*, ut et *Cornelium Swaving*; quorum Commentationes praemio ornatae sunt et editae ab Hagana Societate, ad a. 1793.

(25) Horum tantus est numerus, ut, qui omnes enumerare vellet, diem se et chartas deficere deprehensurus esset. Sufficiat igitur e tot scriptis unum tantummodo, et alterum item, retulisse *recentiorum*. Itaque ante omnes hic memorandus, ex Germanis quidem, *Christianus Guil. Oemler*, in *Repertorio über Pastoraltheologie und Casuistik, für angehende Prediger*

*diger*, Jenae 1786. IV. Voll. 8., ex Nostratibus vero *Jodocus Heringa*, *E. F.*, in: *Kerkelijke Raadvrager en Raadgever*, Traj. ad Rhen. 1819. huc usque III. Voll. 8. Porro, ut mittam *Horrea* (*Promtuaria*, *Magazine*) *Telleri* et aliorum, *Jonathani Schuderoff*, *Jahrbücher für Religions-, Kirchen-und Schulwesen*, Lips. 1806. (*Neue Jahrbb.* 1822.) LVI. Voll. 8.; *Jo. Frid. Röhr*, *Predigerliteratur*, (*Neue — Neueste Predigerl.*) Cizae 1810. 8. sqq. — Ej. *Krit. Predigerbiblioth.*, Neos. ad O. 1820 sqq. et — *Magaz. f. chr. Prediger*, VII. hucdum Voll. 8.; — *Bail*, *Archiv* (*C. F. Brescius*, *Phil. Ludov. Muzel*, et *Chr. Guil. Spieker*, *Neues Archiv*) *fur die Pastoralwissenschaft*, *theoretischen und praktischen inhalts*, Züllichaviae 1819 sqq. 8.; *F. Guil. Hildebrandt*, *Repertorium für die Angelegenheiten des Evangelisch-Christlichen Predigtamts*, Misenae ab a. 1825. 8. caet.

(26) Ita *Frid. Schleiermacherus*, in: *Kurze Darstellung des Theol. Studiums* (Berol. 1811. 8.).

(27) Quales sunt, quas *Car. Frid. Nitzschius*, Bonnensi Programmate, a. 1831., tradidit, *Observationes ad Theologiam practicam felicius excolendam.* Cujus Scripti ansam modo indicatum *Schleiermacheri* opusculum dedisse videtur. Tribus autem constat sectionibus, quarum hujusmodi est inscriptio: Sect. I, *de notione Officii Ecclesiastici recte constituenda*; — Sect. II, *de adornando Theologiae practicae aedificio et neglecta nimium politica parte*; — Sect. III, *de eo*, *quod*, *unaquaque in disciplina partis prioris*, *ad proximum perfectionis gradum promovenda*, *imprimis spectandum sit.*

## §. 98.

## *Homiletice.*

Itaque sacri Muneris pars non ultima, quin ex nonnullorum sententia, prima omnium et praecipua (1), *Concionibus* (quae vulgo, licet minus Latine dicuntur), id est, Orationibus, de doctrina Christiana pro concione Ecclesiastica habendis, continetur. Quae cum olim communi *Homiliarum* (Ὁμιλιῶν) nomine fere designarentur, licet aliqui interdum *Sermones* (Λόγους) ab illis distinguerent (2); factum est, ut Ars, vel Scientia, quae Conciones recte componere et recitare docet, *Homiletica* a plerisque diceretur (3). De cujus, etiam in Academiis (4), tradendae discendaeque *utilitate* nemo facile dubitabit, qui, quanti intersit ad decus religionis et hominum salutem, secum perpendat, vera tantum atque

que utilia publice tradere Doctores, et recte, atque uti par est, ea in re versari (5). Quamvis enim, neque solis praeceptis quisquam, quem *natura prius non intus* ad oratoriam artem formaverit, probabilis *Concionator* (qui vocatur) effici possit (6), nedum eximius Orator sacer (Natura enim optima est eloquentiae, etiam sacrae, quod facunde *Ravius* ostendit (7), magistra); neque fortasse desint prorsus exempla Virorum, qui, in Scholis Rhetorum Christianorum non versati, vel sic tamen Eloquentiae sacrae laude floruerint; tamen, universe, ut *ars sine divite vena*, ita *rude ingenium*, nec in hac arte, nec in ulla alia, quicquam valet. « *Tum* demum, *cum ad naturam* « *eximiam atque illustrem accesserit ratio quaedam con*« *formatioque doctrinae, illud nescio quid praeclarum* « *ac singulare solet existere* (8)." Qui vero artem minus a praeceptoribus, aut e libris de ea exponentibus didicisse videri possint, eos legendis et audiendis sacris Oratoribus, ipsos sibi, abstractione facta, praecepta scripsisse, atque judicium ad bona a malis discernenda, ingenium ad praestantissimorum Homiletarum imitationem acuisse et informasse, credibile est (9). Atqui hoc ipsum tamen et multum omnino temporis et laboris, melius profecto impendendi, absumserit necesse est, nec, nisi exterorum certe (quos interdum *profanos* inepte vocant) Rhetorum praecepta legissent et memoriae mandassent, feliciter successurum fuisse videtur. Quin vel sic apud plurimos eorum nonnulla remanserunt,

*Remanentque adhuc prisci vestigia ruris* (10).

Falluntur autem egregie, qui nihil interesse putant, sacramne componendam et dicendam habeas, an aliam quamvis (*secularem*, quam dudum vocarunt) Orationem (11). Habet illa profecto quaedam sibi priva et peculiaria, ad quae attendere, quorumque rationem habere Oratorem Sacrum decet. Jam hoc est ipsum illud, quod *Homiletices* studium do-

docebit futurum Theologum. Haec enim Scientia, quomodo in omnibus unam Christianorum οἰκοδομὴν (12), tanquam summum, qui feriendus sit, scopum, ipse spectare possit et debeat, ostendit. Haec, quomodo, ad urgendam morum et animi emendationem adjuvandosque continuos in virtute et pietate Christiana profectus, in Sermonibus sacris et componendis et habendis, omnia referenda sint, docet. Itaque et de *materiae* delectu, et de *forma* praecipit. Et *materiae* quidem, quoniam est uberrima, quippe quaelibet continentis, quae cum vera religione, eaque Christiana, aliquo modo revera conjunguntur, *naturalis* igitur religionis, divina Creationis et Providentiae opera contemplantis, dogmata, *historiam* biblicam omnem, maxime Jesu Christi (13), ut et Apostolorum (14), praecipue vero universum *Euangelicae* doctrinae argumentum, tam quoad theoreticam partem, quam quoad practicam (15); — hujus igitur tam amplae materiae, quam totam profecto singula quaque Oratione sacra complecti minime possit Orator Sacer, quaenam partes vel saepius aut rarius, vel uberius aut brevius, tractandae sint, explicandae, commendandae; quomodo et in iis, quarum optio non datur, versandum, et, ubi libera est optio, prudenter ad ea respiciendum sit, quae vel loquentis persona, vel id, quo auditores potissimum indigeant, vel temporum ratio, minime semper eadem, postulare videantur, Homiletice tradit. Eadem Theologum, in pericopa e Sacro Codice, qua explicanda, ex antiquo more eoque laudabili (16), tractandam materiam, recte illustret; in tali igitur invenienda et deligenda pericopa ita ipsum adjuvat Homiletice, ut res, de qua agendum sit, ex ea plane et plene, atque ratione iis congrua, quae quoque tempore potissimum spectentur, elici possit; et vicissim uberior doctrinae expositio ad eam apte accommodari. Quod vero *formam* Orationum sacrarum attinet, Homiletices est docere, *primum* quidem, quid Sacro Oratori cum omni alio Oratore commune sit, et quomodo illius, non minus quam hujus, propositum in eo cernatur, ut *per-*

*spi-*

*spicue doceat* auditores, et docendo iis *persuadeat*, ut attentos eos docilesque reddat et dicendi *suavitate* teneat, ut animos eorum vehementer *commoveat* et orationis *gravitate* flectat; denique ut aculeos in eorum animis relinquat. *Dein* vero, quomodo hoc propositum, tractandis diversi generis pericopis biblicis et materiis dogmaticis, moralibus, historicis, *festalibus* item, et iis, quas *passionales* barbare nuncupant, denique propheticis, optime possit consequi; quidque commentando de *Catechismi Palatini* Sectionibus, et alibi, et in patria nostra potissimum, spectari debeat; quomodoque *casuales*, qui vocari solent, Sermones sacri instituendi sint. *Porro*, quid observandum sit in singulis Orationis sacrae partibus, tam necessariis, quam accidentalibus; praecipue vero in exordio, in contextûs sacri explicatione, quae multis de causis singularem diligentiam postulat Concionatoris (17); in uberiore materiae, pericopa biblica contentae, expositione, sive liberiore illa, sive ipsis Scripturae verbis magis adstricta; postremo in accommodatione ad emendationis animi pietatisque commendationem, quam *applicationem* vulgo vocant; qua ultima ut nunquam tuto careat Sermo sacer (18), tamen non necesse est, eam, quod vulgo fit, in postremam Orationis partem rejici, cum per totam Concionem saepe possit apte et utiliter dispergi. *Praeterea* viam monstrat ad recte *meditandum* de dicendis, sive ad eorum *Inventionem* (19); ad illa accurate, dialectica ratione et ita, ut consilio Oratoris optime satisfaciant, *disponenda*; ad argumenta, persuadendis et movendis auditoribus imprimis idonea, luculenter proponenda, *amplificanda*, ornanda (20); ad *conscribendas* diligentissime Orationes, aut, si quando opus sit, sine praevia commentatione, *ex tempore* habendas; et quae talia plura sunt (21). Denique, quoad *elocutionem*, quomodo *Sermonis* puritati et elegantiae sine calamistri usu, quomodo ejusdem gravitati sine frigore et tumore, studendum sit, docet (22); quomodo conscripta facile et brevi tempore *memoriae* fi-

fideli mandanda (23): uti et, quomodo *pronuncianda* sint, atque, per *actionem* vere oratoriam, ab inani histrionum gesticulatione, nec minus a puerili vel rusticana immobilitate alienam, auditorum animo et pectori veluti insinuanda (24). In hisce igitur tradendis occupatur *Homiletice;* quam ita optime percepturum putamus Theologiae Studiosum (quem dudum generalibus Rhetorices praeceptis imbutum sumimus), si, *principio* quidem, in disciplinam se tradat Praeceptori, artis peritia ad eum certe modum spectabili, ut discipulis et theoretica praecepta dare, et facunde dicendi exemplum praeire queat; *dein* vero hujus monitis et exemplo adjungat lectionem praeclarorum de Homiletice Scriptorum, veluti *Erasmi* (25) et *Hyperii* (26) ex antiquioribus; *Tillii* (27) vero, *Knibbii* (28), *Gisberii* (29), *Schuberti* (30), *Moshemii* (31), ex illos mox insecutis: ex recentioribus denique, plures alios ut mittam (32), *Hengelii* (33). *Porro* attendat ad *historiam* Homileticae artis, tam *antiquiorem*, de qua *Hoornbekius* (34), *Ferrarius* (35), *Hildebrandus* (36), *Eschenburgius* (37), consulantur, quam *recentiorem*, de qua *Ypejus* (38), *Ammonus* (39) et plures (40), sunt meriti. *Tum* ea quoque observet, quae de variis, quae perhibentur, Concionum generibus, aut concionandi *methodis*, harumque optima, *Hollebekius* aliique (41) sunt philosophati. Legat *item*, et accurate perpendat, optimorum cujusvis aevi Oratorum Sacrorum *Sermones*, atque observet, ubi lapsi sint; ut a vitiis, a quibus ne praestantissimi quidem artifices semper immunes fuerunt, sibi cavere discat, et vero ad imitandam eorum praestantiam ingenium informet (42). *Ultimo* autem loco saepissime retractet, quae *de Oratoria arte* antiquitus et nuperius eximii Rhetores tradiderunt (43) et ipsas *Orationes*, quas, qui in hac arte, quaque aetate, principatum tenuerunt, scripto consignatas, posteritati quoque cognoscendas, admirandas, imitandas tradiderunt (44).

(1) In Ecclesia Romano-Catholica, quidquid ad Liturgiam, quae externi cultûs divini officia et caerimonias regit, pertinet, primas fert: minoris habetur divini Verbi (quam vocant) praedicatio. Protestantes vero tantum non omnes, certe si ab *Episcopalibus* Anglis discesseris, plus huic tribuere solent, quam illi. Ex his vero aliqui multo pluris habent *Sermones*, quam catecheticam rudiorum institutionem. Quin non pauci uno Orationum Sacrarum habendarum munere ita Pastoris officium absolvi putant, ut reliquas ejus partes flocci pendant, et, si ipsi Ecclesiastae sunt, negligenter tractent. Quod cum per se jam non ferendum est, tum multo minus, quando istis Orationibus non illud semper et praecipue tractatur, quod revera Christianae religionis arx, caput aut summa dici meretur. De hac vero re permulti egerunt; unum hîc, sed cum judicii discretione legendum, commendamus, *Joachimum Christianum Gass*, qui, in libro: *Ueber den christlichen Cultus* (Vratislav. 1815. 8.), quaedam omnino vere et recte monuit. Multum autem, hac in quaestione dirimenda, pendet ex judicio de religiosi cultûs Christiani pretio; utrum nempe ei praestantia tribuatur absolute, an vero tantummodo quatenus subsidium praebet internae pietatis alendae. Priorem sententiam nobis verisimiliorem videri, dudum fassi sumus in *Commentatione*, quam Societas *Pro salute publica* a. 1803. probavit et edidit: *Over de beste middelen om — — den eerbied voor den openbaren Godsdienst te herstellen*, pag. 47 sqq.: nec dissimulavimus, potissimum secutos nos esse Rev. *Govertum Janum van Rijswijk*, meritissimum, nunc Emeritum, in Teleiobaptistis Ecclesiastem, ad §. 100. laudandum. (Vid. *Comment.* c. pag. 45.).

(2) *Ὁμιλία* Graecis est *conversatio*, *colloquium*. Sic et in Novo Testamento, 1 Cor. XV: 33., occurrit. Quoniam autem primo tempore breves tantum, et ad familiaris confabulationis simplicitatem paene accedentes, exhortationes lectioni Sacrae Scripturae, in Ecclesia Christiana, superaddi solebant; facile fieri poterat, ut hae modesta *ὁμιλιῶν* denominatione insignirentur. Postea vero illa aliis etiam Orationibus Sacris adhaesit, e. g. *Chrysostomi*, *Basilii*. (Conf. *Suiceri Thesaurus Ecclesiast.* Tom. II. pag. 472 sqq.). Id quod eo fieri facilius poterat, cum et ad *τὸν Ὅμιλον* (*τὸ Πλῆθος*) haberentur, et nonnihil adhuc haberent cum colloquiis commune. Unde *Photius* (ap. *Suicerum* l. c. pag. 473.) de sacris *Chrysostomi* Concionibus ait, Volumen quidem, quo contineantur, inscribi *Sermones* (Orationes); cum tamen loquendo se ad populum convertat *Chrysostomus*, cum interroget, respondeat, polliceatur, idque sine certo dispositionis ordine, videri illos *Sermones Homilias* potius dicendos esse (*Ἔνεστι δὲ συνιδεῖν, ὡς εἰ καὶ ΛΟΓΟΙ ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν τὸ βιβλίον, — — ἀλλὰ μᾶλλον ἐοίκασιν ὉΜΙΛΙΑΙΣ τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι — — ὡς παρόντας ὁρῶν τοὺς ἀκροατὰς, οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἀποτείνεται, καὶ ἐρωτᾷ, καὶ ἀποκρίνεται, καὶ ὑπισχνεῖται: — — συνεχῶς καὶ ἐπιμόνως — — καὶ οὐχὶ σὺν οἰκονομίᾳ τινι, παρίστησιν Ὁμιλίας αὐτὰς εἶναι· ὁμιλεῖ δὲ ταύτας τῷ πλήθει*).

No-

Nostra aetate *Homiliae* peculiare Orationum Sacrarum genus continere solent, quo vix *thema* aliquod pertractatur; sed pars quaedam Scripturae Sacrae paulo, quam pro more, longior explicatur, et ad usum practicum ita convertitur, ut, si diversae illius Pericopae particulae diversi generis porismata moralia continere deprehendantur, ea singulatim suo loco et ordine, nec secum invicem, ad unum thema adornandum, arte et apte conjuncta, exponantur et ad vitae usum convertantur. Tales sunt v. c. Homiliae *Eylerti*, *Reddingii*, aliorum. Interdum tamen et vinculo quodam conjunguntur, ut una quaedam idea vel sententia primaria, veluti filum Ariadneum, per totum Sacri textûs veluti labyrinthum ducens, imprimis teneatur, ad eamque singula referantur. Tales sunt quaedam *Reinhardi* Homiliae. Ab utroque genere denuo distinguendae, quas vocant, *Exercitationes Biblicae* (*Bijbeloefeningen*, Nostratibus, ab aliquot inde annis, dici solitae), quales *Reddingius*, *Visserus*, *van Heyningen*, alii, ediderunt. Quae tamen ipsae cum ita possint institui, ut ad vulgarem Concionum rationem accedant, aliqui tales *Exercitationes Biblicas Concionibus exhibitas* in publicam lucem emiserunt, veluti *Jodocus Heringa Eliae F.* (*Tiental Bijbeloefeningen in Leerredenen*, Amst. 1818. 8.). Mitto alias Concionum denominationes, in his barbaram illam *Postillarum*, ita dictarum, quod *post illa* (quae scilicet ad cultum divinum proxime pertinere censebantur) haberi solebant.

(3) Ab Ὁμιλίᾳ verbum Ὁμιλεῖν etiam notionem *publice pro concione dicendi* traxit. Mox inde Ὁμιλητική (τέχνη vel ἐπιστήμη) novam significationem, artis vel doctrinae de Homiliis componendis et habendis, nacta est: dum olim Graecis Ὁμιλητικὸς *politum* hominem, *elegantem*, quippe bene cum aliis conversandi dexteritate praeditum, significabat. Ecclesiastici Scriptores istum Ὁμιλητικῆς significatum adhuc ignorarunt. Quis primus sic dixerit, me latet.

(4) Mirari subit, aliter statuisse summum *Joannem Augustum Ernestium*, in *Nova Biblioth. Theologica*, Tomo VIII. pag. 655 sqq. Et veremur, ne tanti Viri exemplum complures ejus admiratores in paradoxae, nec probandae, opinionis pertraxerit societatem. Idem autem ad §§. seqq. observetur.

(5) Ex vero dixit *Claudius* (*Claude*), Theologus in Parisiensi Reformatorum quondam Ecclesia: » *Un Sermon froid et pauvre fait plus de mal* » *dans une heure, que cent beaux Sermons ne sçauroient faire de bien.*" (*Traité de la composition d'un Sermon*, Chap. IV. *Oeuvres posthumes*, Vol. I. (Amst. 1688. 8.) pag. 193.

(6) *Concionis* vox et de populo congregato, et de oratione ad eum habita, usurpatur. Hinc *Concionari* idem est, quod orationem habere ad populum congregatum. Igitur *Concionator* in genere is est, qui talem habet orationem. Jam in malam quidem partem accepta vox occurrit apud *Ciceronem* (*Catilin. Orat.* V. c. 5.): dudum tamen est, cum a serioris aevi Scriptoribus aliter, medioque significatu Δημοδιδασκάλου (*Volksleeraar*, si-

signate *Ecclesiastae*, *Prediker*) usurpetur. Et putem, nimis fastidiosos esse, qui hoc aegre ferant. Imprimis, quia nec *Homiletae* vox, neque *Oratoris Sacri*, prorsus et ex omni parte notioni respondet, quam barbara *Praedicatoris* denominatione exprimere conantur. Hanc vero ipsam, itemque affines *Praedicationis* et *Praedicandi* (Euangelii), non spernam, si aptiores non suppetant. Neque opus esse putem, Graeca *κήρυξ*, *κηρύσσειν*, *κήρυγμα*, licet biblica sint, hic ita ad partes vocare, ut *Rudolphus Stier* fecit in libro, quem inscripsit: *Kurzer Grundriss einer biblischen Keryktik, oder, eine Anweisung, durch das Wort Gottes sich zur Predigtkunst zu bilden*, Halae 1830. 8.

(7) Oratione, habita Lugd. Bat. 1805. et edita 1806. 4.

(8) *Cicero*, *Pro Archia Poëta*, Cap. VII.

(9) » *Die Homiletik glaubte ich entbehren zu können, da ich schon » auf der Schule Rhetorik studirt hatte.*" Sunt verba *Francisci Volem. Reinhard*, in excellenti illa Scriptiuncula, cui titulum fecit: *Geständnisse, seine Predigten und seine Bildung zum Prediger betreffend* (Solisbaci 1810. 8.) pag. 49. (Belgice libellum *J. F. Cramer v. Baumgarten* interpretatus est (*F. V. R.*, *Iets over zijne leerredenen en zijne vorming tot Prediker*), Gron. 1812. 8.). Eo autem excusatius tunc peccavit eximius Vir, cum, quo majore industria in artem concionandi postea incubuit, tum, quod ex paulo ante dictis apparet, discendi opportunitatem quoque ipsi defuisse. (» *Eben so wenig war es möglich, über* Homiletik — — *etwas Brauchbares zu hören*).

(10) Ingenio et dicendi gravitate minime destitutus Chiloniensis Orator Sacer, *Claus Harms*, *Methodistarumque* Anglorum haud pauci, hic, exempli loco, possunt excitari. Alios, etiam ex Nostratibus, consulto praetermittimus.

(11) Conf. e. g. *J. G. Herderus*, in *Brieven over de Godgeleerdheid*, Tomo IV. pag. 190 sqq. Add. *Nicolaus Gothofr. van Kampen*, in *Diss. a Societate Literaturae Belgicae Leidensi* praemio ornata, et edita Dordraci 1831. 8., inscripta: *Verhandeling over de Vraag: Welk is het wezenlijk kenmerkend onderscheid der Welsprekendheid van den Kansel, van de Pleitzaal, van de Raadsvergadering en van de Gehoorzaal?* De qua Dissertatione, uti et de re, quam tractat, ipsa, conferri omnino meretur (quomodo demum cunque de ista censura cogites) Rev. *S—r* (*Steenmeyer*, Pastoris Arenacensis), Epistola, vel Commentatio epicritica, *Symbolis Theologicis* (*Godgeleerde Bijdragen*) Tom. VII. sive a. 1833. pag. 428—475. inserta, cui ipsi praelusisse videtur Vir D. Epistolis, de *Eloquentia*, eaque *publica*, et de *Rhetorica*, scriptis. Vid. *Godgel. Bijdrag.* Tom. VI. (a. 1832.); pag. 710—732 et 893—926. et Tom. VII. pag. 116—141 et 280—310. Tres Commentationes, ad eamdem rem pertinentes, nondum typis excusas, se daturum pollicitus est Vir D. (Tom. VI. pag. 926.): quam fidem ut brevi liberet, vehementer optamus. Cff. infra, a. 32 et 42, citandi Scriptores.

(12)

(12) Ad unam *Οἰκοδομὴν* omnia referenda esse in Sermonibus Sacris, ex iis satis apparet, quae habentur Eph. V: 12. coll. Act. XX. 32. 2 Cor. X: 8. XIII: 10. Hanc autem intelligendam esse crescentem in dies sanctitatem vere Christianam, partim ex citatis locis patet, partim ex aliis, v. c. Rom. XIV: 17—19. XV: 2. 1 Cor. VIII: 11. XIV: 3—6, 17, 19. et 1 Thess. V: 11. Quoniam autem, nisi recte perceptâ Euangelica doctrinâ, sincera pietas locum habere nequit, pietas vero sola cognitione veritatis et assensu minime constat, sensus denique animi pii nonnisi vita et factis spectantur; patet, veri nominis *οἰκοδομὴν* ibi duntaxat obtineri, ubi auditorum *intelligentia* recta et fructuosa religionis scientia augetur, *animus* (sentiendi facultas) ita commovetur, ut cieantur amoris erga Deum et Servatorem, grati laetique animi, obedientiae, fiduciae, similesque sensus, denique *voluntas* flectatur ad decernenda praestandaque omnia, quae ex Ethices Christianae praeceptis, amplificando Dei Jesuque honori et adjuvandae communi omnium saluti, imprimis inserviant. Ex hisce autem, quomodo corrigendae sint, vel perversae, vel minus accuratae multorum de *οἰκοδομῇ* (*Stichting*, *Erbauung*, *Edification*) opiniones, jam abunde liquet. Conferatur autem et hic *Kampenus*, modo (ann. 11.) l. pag. 13 sqq. Et add. *Bernardi Klefeker* Opusculum, quod inscripsit: *Die lichtvolle Behandlung der Religionswahrheiten im Kanzelvortrage, nach ihrer Nothwendigkeit und ihren Erfordernissen dargestellt*, Altonae, ex altera ed., 1824. 8.

(13) Ad hunc locum, e multis aliis, referendum, legendum commendem *Ernestum Theoph. Winkler*, in Praefatione Operis, inscripti: *Versuch über Jesu Lehrfähigkeiten und Lehrart*, Lips. 1797. 8., quod, Belgice versum, Groningae prodiit a. 1814. 8.

(14) Fuerunt dudum aliqui, suntque etiamnum, licet minore quam olim numero, qui argumenta, ex Naturae praestantia, elegantia, ordine, consiliis pro summa Dei potentia, sapientia, benignitate petenda, nollent in eorum censum referri, de quibus, ex umbone sacro, pro concione Christiana diceretur. Quae opinio quomodo in eos cadere potuerit, quibus Sacri Codicis Libri, veluti Jobaeum Carmen, Psalmi, Salomonis Scripta, Jesaïae aliorumque Prophetarum Vaticinia, Apostolorum Sermones (Act. XVI. XVII.) et Epistolae (e. g. Rom. I: 19, 20.), prae caeteris vero optimi sanctissimique Servatoris Orationes, in summo honore essent, haud facile videtur ad explicandum. Et tamen, cum *Toellnerus*, evulgando opusculo, quod inscripserat: *Aufruf an den Predigern, Gott in die Natur zu predigen* (Francof. ann. 1765. 8.), hujus rei utilissimae reapse faciendae signum tolleret, popularium plurimi ad audaciam Viri et temeritatem stupebant, nec eam probabant. Pedetentim tamen aliqui ipsum sequi inceperunt; in his *H. P. Portnerus*, cujus Sermones aliquot, in tali aliquo argumento versatos, Belgice versos, edidit Theologus et Philosophus, primum Groninganus, tum Amstelodamensis, tandem Leidensis, *Samuel Jo. van de Wynpersse*; — porro *Jo. Lud. Ewaldus*, cujus aliquas ejusmodi Conciones Belgice (cum titulo: *Korte Natuurpreken*) vertit Ornatissima *Anna Maria Moens*; item —

*Zer-*

*Zerrenner*, in *Predigten für die liebe Landleuten*. Quos imitati Nostrates, *Joannes van Loo*, *Allardus Hulshoff*, *Stephanus Muntendam* (ne de me ipse quid dicam), suo singuli modo, de nive et tonitru, de pluvia et hieme, de vere novo et hieme, de quatuor adeo anni tempestatibus, de astris, aliisque id genus rebus, ita pro concione dixerunt, ut ad unius Dei perfectissimi reverentiam et amorem auditores adhortarentur. Dolendum autem, ex *una* parte, tam paucos esse etiamnum inter Nostrates, qui vel possint (nam non omnes Physicis disciplinis, ut par est, dant operam) vel velint (aut fortassis audeant) ejusmodi exempla sequi: ex *altera*, non defuisse, maxime inter Germanos, qui, in extrema ruendo, de optima colendarum arborum ratione, de Solani Tuberosi (pomi terrestris) colendi utilitate, de pascendis in stabulis potissimum bobus, et similibus rebus, potius, quam de praecipuis doctrinae Christianae capitibus, in Ecclesia exponerent. — Uti autem diversa Creationis opera, ita Providentiae quoque, largam satis copiam praebent rerum (materiarum), quas concionando exornare, maxima cum audientium utilitate, possit Orator Sacer. Ostenderunt hoc excellentes Nostrates (ne de aliis nunc dicam) Concionatores, qui insigniores aliquas *Historiae*, praesertim *Biblicae*, partes Sermonibus Sacris illustrarunt; veluti uterque *Bonnetus* (*Gisbertus* et *Paulus*), *Joannes van der Roest*, *Martinus Stuart*; ne viventes adhuc, quique ut diu humanis rebus intersint vehementer optamus, memorem, *Palmios*, *Broesios*, *Markenos*, alios. Quomodo vero Historia et *Universalis*, et *Patriae* imprimis, aut *Ecclesiae*, Concionibus utiliter tractari possit, post alios, ostendere conati sumus Oratione Sacra in Ps. LXXVIII: 12—14. habita ann. 1814. (*Het hooge Godsbestuur in de Geschiedenissen der laatstverloopene jaren geëerbiedigd; Viertal Leerredenen*, (Roterod. 1814. 8.), pag. 104 seqq.). Praecipue hic in censum veniunt Sermones, natali *Reformationis*, aut *Augustanae Confessionis* die, habiti, similesque: ut et *Jo. Geo. Rosenmülleri* Opusculum, cui titulus est: *Bemerkungen über merkwürdige Begebenheiten des achtzehnten Jahrhunderts, in Rücksicht auf Religion und Sittlichkeit, in Predigten vorgetragen*, Lips. 1801. 8.: quod, Belgice redditum et multis iisque utilibus annotationibus auctum a Rev. *P. Koumans Brouwer*, prodiit Leovardiae a. 1807. 8. Fortassis ab hocce loco non alienum sit, excitasse *Victorini Gothofredi Facilides Dissertationem theol., de εὐκαιρίας Homileticae observatione, Oratoribus Sacris nostri temporis maximopere commendanda*, Peningae 1830. 4.

(15) Sane non laudandae Conciones, in quibus ne verbum quidem, aut vix ullum, occurrit de Jesu Christo, hominum, peccato infelicium, ex benigna Dei voluntate, Servatore, Ejusque in humanum genus meritis. Non laudandae, quibus id, quod Deus prae caeteris tradi vult miseris mortalibus (2 Cor. V: 18—21.), silentio dissimulatur. Quamquam, ex altera parte, nec illae laudem merentur, in quibus subtiliora, sive Conciliorum decreta, sive Theologorum philosophemata, cum ipsa Christi doctrina ita permiscentur

tur

tur et confunduntur, ut aegre a se invicem distingui queant, aut certe non habetur ratio captûs et intelligentiae auditorum. Conf. 1 Cor. III: 2. et dicta ad §. 84.

(16) Licet per se non plane necessarium sit, et interdum, maxime in antiquâ Ecclesia Latina, omissum, ita Sermonem sacrum instituere, ut, pro basi universae institutionis, certa quaedam ponatur pericopa biblica: tamen ille mos commendatur ab antiquitate et utilitate. Est enim jam a Christo ipso ejusque Sectatoribus primis (Luc. IV: 16 sqq. Act. VIII: 28. *Justini Martyris Apolog.* I. §. 87.), vel, si mavis, ab Judaica Synagoga repetendus. Neque caret profecto Sacer Codex infinita copia et varietate locorum, e quibus utilissimae admonitiones quovis tempore hauriri, et ad quorum veluti ductum res divinae tractari commodissime possint; divina insuper Revelationis auctoritate haud leve pondus dicendis addente: dum simul et adjuvandae apud auditores interioris Bibliorum cognitionis occasio Concionatori sponte nascitur, et ipse in praestantissima ista ac prorsus necessaria scientia proficiendi necessitatem ipso usu quotidie magis docetur.

(17) Leg. elegans *Joannis Henrici van der Palm*, *Oratio*, c. §. 64. ann. 1. pag. 280. Add. (*Joannis Wagenaar*) *Zeven Lessen over het Verhandelen der Heilige Schrift*, *in de Godsdienstige Bijeenkomsten*, Amst. 1752. 8.

(18) Fuere qui hac de re longe aliter statuerent. Haud pauci ex *Joannis Cocceji* discipulis, in illustrando (utinam non in obscurando!) contextu sacro toti, parum vel nihil pretii huic Sacrae Orationis parti statuebant. Ab *Frederico Adolpho Lampe* meliora edocti complures, *Voetianis* ex hac parte accesserunt; hinc per contumeliam a suis nomen *Austerorum* (*Ernstigen*), vel et *Versatilium* (*Gezwenkten*) nacti. Nonnullis, ante aliquot annos, visus est *Elias Annaeus Borger*, in Epistola quadam (*Brief over de Toepassingen achter de Leerredenen*, quae invenitur in Ephemeridibus Literariis (*Tijdschrift van Kunsten en Wetenschappen*) ad a. 1813. pag. *Miscellaneorum* 410 sqq.) alienum ab *Applicatione*, quam vocant, animum, quin satis ei infensum et iniquum, prodidisse: sed alii potius, commendare voluisse Virum praeclarum putant eam concionandi rationem, qua admonitiones, cohortationes et reliqua id genus pericopae biblicae, aut thematis inde eruti, expositioni, jam inde ab initio, et per totum adeo Sermonem, intersperguntur. Id quod omnino saepe utiliter fieri potest et commode, nec tamen propterea semper et in quolibet casu.

(19) Hac de re, praeter alios, legendus imprimis est *Fridericus Augustus Crome*, in Scripto: *Ueber die Meditation des Predigers*, Lips. 1820. 8. Cujus veluti basis est *Garvii* de *Meditatione* Exercitatio, quae inserta legitur Ejus *Tentaminibus* (*Versuche*) Vol. II. pag. 245 sqq. Magna diligentia in hocce opusculo ista pertractata est materia.

(20) Praeter eos, qui, cum de industria Oratoriam artem docerent, hunc etiam locum tetigerunt, veluti *Quintilianum* (Libro VIII. *Institt.*

*stitt. Orat.* C. III et IV.), *Schellerum* (Parte I. *Praeceptorum Styli bene Latini, impr. Ciceroniani*, Cap. II ad X, et Parte II.), alios, conf. *Toellnerus*, in Commentatione, quae invenitur in Ejus *Vermischte kurze Aufsätze*, Vol. II. Parte I. pag. 309—327., quaeque, Belgice reddita, inscribitur: *Wat heet, de Waarheden van den Godsdienst interessant voorstellen? En wanneer wordt derzelver voorstel interessant?* (*Proeven van den tegenwoordigen smaak der Hoogduitschers in zaken van Godgeleerdheid en Wijsgeerte*, Parte I. pag. 64 sqq.). Longe profecto erret, nostra quidem sententia, qui omnia hic absolvi putet cumulandis, vel certe apta ratione usurpandis, tropis et schematibus. Quod ut recte intelligatur, adeundi, praeter Rhetores, tam antiquiores, quam recentiores, e quibus unum *Blairium* denuo nominatim memorasse suffecerit, etiam illi, qui de *Æsthetica* scripserunt, veluti *Homius*, *Riedelus* aliique. Sic, verbi c., *Georgius Frid. Meier*, Philosophus Halensis, in optimae frugis opere, hodie tamen multis jam incognito, cui titulus: *Anfangsgründen aller schönen Wissenschaften*, Tomo I. (Halae III. Voll. ex alt. ed. 1754. 8.), praeter alia, Sect. II. pag. 69 sqq. egregie agit *von dem aesthetischen Reichthume der Gedanken;* Sect. III. pag. 117 sqq. *von der aesth. Grösse der Gedanken;* Sect. V. pag. 251 sqq. *von der Lebhaftigkeit der Ged.;* Sect. VII. pag. 420 sqq. *von dem Sinnlichen Leben der Ged.* Quae omnia quantopere ad rem praesentem faciant, quis non videat?

(21) Nondum nos poenitet eorum, quae, ante hos viginti et quinque annos, ea de re scripsimus, in *Annotationibus* ad Belgice a nobis redditum et valde auctum *Joannis Lud. Ewaldi* libellum: *Ueber Declamation und Kanzelvortrag*, Heidelb. 1809. 8. (cit. §. 32. ann. 12. pag. 77.) pag. 200—216. Quamquam aliis nonnullis nostram qualemcunque sententiam non omni ex parte probavimus; in quibus, e. g., est anonymus auctor *Annotationum* ad opusculum, cui, ex Germanico idiomate in Belgicum transfuso, titulus est: *Iets over de gebreken op den Predikstoel* (*uit het Hoogduitsch vrij gevolgd: met breedvoerige Aanteekeningen*), Gorinchemiae, 1829. 8. Vid. ibid. pag. 11—17. Forte fortuna, dum in hisce scribendis occupabamur, incidimus in observationem, quae rei, de qua agitur, haud mediocrem lucem afferre videatur. Nimirum aliquo loco, ubi ejusmodi quid omnium minime quaesivissemus (apud *Joannem Timoth. Hermes*, in Fabula romanensi, quae inscribitur: *Verheimlichung und Eil*, Tomo II. pag. 58 sq.), sequentia offendimus, ad rem praesentem egregie facientia: » *Junge Zettler, alte Betler; d. h., wer in der Jugend über eine* Scia- » graphie *predigt, gewöhnt sich an das* Extemporiren, *welches bei einiger* » *Bekanntschaft mit den Wahrheiten, bei reicher Einbildungskraft und* » *bei Sprachfluss, nicht schwer ist: aber* hernach *ist ein solcher übel* » *dran! Von strenger Logik weiss er nichts, weil das* indulgere genio » *ihm verdorben hatte; von durchgedachten Wahrheiten hat er wenige* » *im Kopf; die Einbildungskraft ist kalt, oder durch das zu oft wieder-*

» *hol-*

» *holte Aufgebot matt geworden; die Sprache, welche immer vernach-*
» *lässigt, wenigstens nie studirt und nie der Feile unterworfen ward,*
» *ist roh, steif und stockt, und das Gedächtniss, als nie geübte Kraft,*
» *ist todt. Dann muss er von überal her kümmerlich zusammen raffen,*
» *was derjenige aus sich selbst nimmt, der viel, und nie dasselbe nie-*
» *derschrieb, durchdachte und vortrug, und der nunmehr nothfals sehr*
» *hörenswerth* extemporirt, *indess er immer elender* salbadert." In his etsi quaedam paulo severius dicta videantur; universe tamen Auctoris, cum ista scriberet, sexagenario majoris, observationes, cum hic, tum in sequentibus d. l., quae diligenter perpendantur, omnino sunt dignissimae.

(22) De his ut conferendi sunt Rhetores; ita non sine utilitatis fructu legetur Opusculum *Caroli Geo. Guil. Crome*, inscriptum: *Versuch einer Vervolkommnung der geistlichen Beredsamkeit durch das Studium der alten Klassiker*, Hannoverae 1825. 8.

(23) Hac de re vid. quae scripsimus in libro, modo ann. 21. indicato, p. 217 sqq. Neque profecto est, quod sententiam, ibi proditam, mutemus propter ea, quae alii, ut contrariam lectoribus persuaderent, in medium attulerunt; quos inter e. g. anonymus auctor est libri, qui tunc temporis nobis nondum innotuerat, inscripti: *Abhandlung über die Schädlichkeit des Auswendiglernens der Predigten*, Berolini 1791. 8.; cujus argumentum exhibuit, addita brevi censura, *Geo. Frid. Seiler*, in: *Beylage zu den Gemeinnützigen Betrachtungen der neuesten Schriften, welche Religion, Sitten und Besserung des menschlichen Geschlechts betreffen*, ad a. 1791. pag. 217 sqq.

(24) De *actione*, quaeque ad eam pertinent, Rhetorum potissimum est exponere. Conferri tamen et possint ab *Ewaldo* et nobis dicta in libro paulo ante citato, pag. 365 sqq.

(25) *Desiderii Erasmi Ecclesiastes, sive de ratione concionandi* Libri IV. Basileae 1535, 1543, 1554. 8. — in *Opp.* Tomo V. edit. 1704. Praecipua, ab *Erasmo* in hoc opusculo tradita, praecepta, Germanice versa, cum docta Introductione et Annotatione, *Joannes Valentinus Henneberg*, Erfordiae et Gothae a. 1822. 4. evulgavit sub titulo: *Erasmus von Rotterdam für Prediger seiner und unserer Zeit.*

(26) *Andreas Hyperius, De formandis Concionibus*, Marb. 1562. et postea, e. g. Halae 1781. ed. *Wagnitzio.*

(27) *Salomonis van Til Methodus Concionandi*, Dordraci, sine anni indicio, 12. Eadem cum *Commentario* ad Partes I et II., cui add. *Tractatus brevis de formulis loquendi, ad stylum pro cathedra adornandum*: itemque, praeter alia, *Bibliotheca Theol. selectissima*, Traj. ad Rhen. 1727. 4.

(28) *Davidis Knibbe Manuductio ad Oratoriam Sacram*, Lugd. Bat., ex tertia ed. Batava, 1683. II. Voll. 8.

(29) *Blasii Gisbert* (e Soc. Jesu) *l'Éloquence Chrétienne dans l'idée et dans la pratique*, saepius ed., e. g. Lovanii 1763. 8. et cum notis *l'Enfantii*, Amst. 1728. 8.

 (30)

(30) *Joannis Ernesti Schubert Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit*, Jenae 1750. 8.

(31) *Joannis Laur. a Mosheim Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit*, Erlangae, 1762. 8. (Belgice: *De Predikkunde, of Aanleiding tot de geestelijke Welsprekendheid* etc. (cf. §. 14. ann. 3.). Add. *Over 't Ambt, de Pligten en Voorregten van een Evangeliedienaar*, ex Latino sermone Belgice redd., Lugd. Bat. 1773. 8.

(32) Quos omnes et singulos referre longum sit. En tamen quosdam: *Joannis Reuchlin Liber Congestorum de arte praedicandi*, Pforzhem. 1504. 4.; *Philippus Melanchthon, de Officiis Concionatoris*, Opp. Tomo II. ed. Viteb. 1562. f. m. (Plures alios, *Wellerum*, e. gr., *Baemeisterum*, *Leyserum*, *Hulsemannum*, *Olearium*, caeteros, mittimus, indicatos a *Bertholdo*, *Th. Wissenschaftsk.* §. 205. II. 292 sqq.); *Johannis van der Waeyen Methodus Concionandi*, a Filio ed. Franeq. 1704. 12.; *Joachimi Langii Oratoria Sacra*, Francof. 1707. 8.; *Campegii Vitringa Animadversiones ad methodum Homiliarum Ecclesiasticarum rite instituendarum*, Franeq. 1721. 8.; *Friderici Adolphi Lampe Breviarium Institutionum homileticarum*, *ed. a. Daniele Gerdes*, Gron. 1747. 8.; *Joannis Gust. Reinbeck Grundriss einer Lehrart erbaulich zu predigen*, Berol. 1743. 8.; *Joannis Frid. Stapfer Abhandlung von der besten Art zu predigen*, Duisburgi 1757. 8.; (*Joannis Davidis Heilmann*) *Der Prediger und seine Zuhörer, in ihrem wahren Verhältniss betrachtet*, Goett. 1764. 8.; *Gothofredi Less Betrachtungen über einige neuere Fehlern im Predigen*, Goett. 1765. 8. (auctius et emend. in Ejusd. *Opuscc. Theologici, Exegetici atque Homiletici argumenti*, ibid. ex altera aucta et emend. ed. 1780. II. Voll. 8., Tomo I. pag. 50—198.); *Joannis Frid. Grüner, Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit*, Halae 1765. 8.; *Samuelis Mursinna Homiletica, sive de recta Eloquentiae Ecclesiasticae ratione*, Halae 1761. 8. *Philippi Doddridge, Lessen over het zamenstellen en uitspreken van Predikatien* etc., ex Anglico idiomate Belgice vers. et ed. Roterod. 1770. 8.; *Gotthilf Sam. Steinbart Anweisung zur Amtsberedsamkeit Christlicher Lehrer unter einem aufgeklärten und gesitteten Volke*, Züllichaviae, 1779. 8.; *Caroli Frid. Bahrdt Rhetorik für geistliche Redner*, Halae 1780. 1784 et 1798. 8.; *Joannis Ger. Marezoll, Ueber die Bestimmung des Kanselredners*, Lips. 1793. 8., Belgice, cum aliquot obss. Cl. *Eelconis Tinga*, Franeq. 1803. 8.; *Christophori Frid. Ammon Handb. d. Anleitung zur Kanzelberedsamkeit*, Goett. 1799. Norib. 1812. 1826. 8.; *Joannis Frid. Guil. Thym Historisch-Kritisches Lehrbuch der Homiletik*, Halae 1800. 8.; *Joannis Aug. Herm. Tittmann Lehrbuch der Homiletik*, Vratislaviae 1804. Lips. 1824. 8.; *Henrici Aug. Schott Die Theorie der Beredsamkeit, mit besonderer Anwendung auf die geistliche Beredsamkeit, in ihrem ganzen Umfange dargestellt*; cujus Operis (cui praecesserat Ejusd. *Kurzer Entw. e. Th. d. Bereds.* caet. Lips. 1807. 1815.), nimis quidem diffusi, caeterum tamen per-

perquam laudandi, Volumen I, titulum praeferens peculiarem: *Philosophische und religiöse Begründung der Rhetorik und Homiletik*, prodiit Lips. 1815. et emendatius, 1828.: Volumen II, inscriptum: *Die Theorie der rednerischen Erfindung, mit besonderer Hinsicht auf geistlichen Reden dargestellt, und an Beispielen erläutert*, prodiit ibid. 1824. et auctius atque emendatius, 1833. 8. Voluminis III Sectio *Prior*, inscripta: *Die Theorie der rednerischen Anordnung, mit besond. Hins. auf geistl. Reden darg. u. an Beisp. erläut.*, edita est 1827. 8.; denique Ejusd. Voluminis *altera* Sectio, inscripta: *Die Theorie der rednerischen Schreibart und des äusseren Vortrags, mit besond. Hinsicht* etc. 1828. 8.; *J. G. Grotefend, Ansichten, Gedanken und Erfahrungen über die geistliche Beredsamkeit*, Hannoverae 1824. 8. (Mittimus denuo multos e recentioribus, v. gr., *Hoffmannum*, *Meierum*, *Herderum*, et, e recentissimis, *Thiessium*, *Cannabichum*, *Dahlium*, *Kaiserum*, indicatos a *Bertholdo*, l. c.) Novissimus, quem legimus, e Germanis, est *Carolus Gothofr. Bauer*, in: *Paragraphen als Grundlage zu Vorlesungen über die Homiletik*, Lips. 1826. 8. Nolimus autem hoc loco omitti *Abbatis* (postea Cardinalis) *Maury Essai sur l'Eloquence de la Chaire*, Paris. 1771. II. Voll. 8. et saepius. Cui Operi accessit alterum, inscriptum: *Principes de l'éloquence pour la Chaire et le Barreau*, Par. 1789, 1810. II. Voll. 8.; cujus Anglica versio debetur *Joanni Neal Lake* (*The principles of eloquence, adapted to the Pulpit and the Bar*, Lond. 1793. 8.).

(33) *Wesseli Alberti van Hengel*, Collegae nostri aestumatissimi, *Institutio Oratoris Sacri*, Lugd. Bat. 1829. 8.

(34) *Joannes Hoornbeek, de Concionibus Veterum*, in *Miscellaneis Sacris*, Libro I. Cap. IX.

(35) *Bernardinus Ferrarius, de ritu Sacrarum Ecclesiae Veteris Concionum*, post Mediolanensem a. 1621. et Lugdunensem ed., cum praef. *Joannis Georgii Graevii*, Ultraj. 1692. 8. A quo etiam insertum est opusculum suo *Antiqq. Romanar. Thesauro*, Tom. VI. pag. 1—230.

(36) *Joachimi Hildebrand Dissertationes de Concionibus Veterum*, Helmst. 1661. 8.

(37) *Francisci Bernardini Eschenburg Versuch einer Geschichte der öffentliche Religionsvorträge in der Griechischen und Lateinischen Kirche, von der Zeiten Christi bis zu der Reformation*, Jenae 1785. II. Voll. 8.

(38) *Annaei Ypeij Kerkelijke Geschiedenis der XVIIIe Eeuw*, Tomo V. pag. 386 sqq. Tomo VIII. pag. 515—703. Tomo IX. pag. 176—179. 225—230. 413 sqq. Tomo XII. pag. 567—593. Quibuscum conferantur, quae idem passim ea de re tradit in: *Beknopte Letterkundige Geschiedenis der Systematische Godgeleerdheid*, praecipue Tomo II; quaeque idem *Ypejus* et *Dermoutus* memorant in: *Geschiedenis van de Hervormde Christelijke Kerk in Nederland*, praesertim Tomo I. pag. 481 sqq. II. 404 sq. III. 369 sqq. IV. 67—77, 281. et alibi.

(39) *Christophori Frid. Ammon Geschichte der Homiletik seit d. Wieder-*

*derherst. d. Wissenschaften*, Goettingae 1804. 8. (Primum Volumen sequentia, quod sciamus, nondum exceperunt. Quodsi aliquando fiet, erit universum hoc opus Volumen I. insignis Operis, inscribendi: *Geschichte der praktischen Theologie, oder der Homiletik, Katechetik und Pastoral, seit der Wiederherstellung der Wissenschaften.* Quae ipsa *Practicae Theologiae* Historia *tertiam* tunc partem continebit *undecimae* Sectionis immensi Operis Eruditorum Goettingensium, de quo dictum §. 39. ann. 8. pag. 124.) His autem Scriptoribus addi possunt nonnulli alii; veluti *Philippus Geo. Schuler*, in: *Geschichte der Veränderungen des Geschmacks im Predigen* caet., Halae 1792. III. Voll. 8. c. Symbolis (*Beyträge*) ibid. 1799. 8.; *Jonathanus Schuderoff*, in: *Versuch einer Kritik der Homiletik, nebst einem beurtheilenden Verzeichnisse der seit Mosheim erschienenen Homiletiken*, Gothae 1797. 8.; *Joannes Guil. Schmid*, *tertio* Volumine suae *Anleitung zum populären Kanzelvorträge*, Jenae 1795. III. Voll. 8. — Quaedam peti quoque possunt de rebus, Homileticen in patria nostra spectantibus, ex *Henrici Collot d'Escury Hollands roem* etc. Tom. IV. Sect. II. (l. §. 20. ann. 3.) pag. 401—414. et Annott. pag. 731—751.; item ex *Nicolai Gothofr. van Kampen*, *Geschiedenis* (l. §. 20. ann. 3.).

(40) Haud pauci eorum, qui de *Homiletica* data opera exposuerunt, de ejus Historia quoque egerunt. Exempli gratia, post *Petrum Roques* (l. §. 97. ann. 6. pag. 564. c., pag. 1—160.), *Moshemius* ann. 31. citatus) in libro: *de Predikkunde*, §. 5—14. Tom. I. pag. 38—109., — *Thymius* (ann. 32. laudatus) §. 32—52. pag. 36—86., — *Schmidius* (ann. 39. c.) aliique brevem historiae conspectum exhibuerunt. — Alios nonnullos, qui Symbolas ad hanc historiam dederunt, etiam ex Nostratibus, consulto praetermittimus. — Vehementer dolendum, *Cornelium Fransen van Eck*, quominus, quam meditabatur, Homiletices in Belgio historiam ederet, morte subitanea fuisse impeditum. Quo magis, Virum Cl. et eloquentiae Sacrae laude imprimis florentem, *Abrahamum Des Amorie van der Hoeven*, id quod ex nuper (Leov. 1835. 8.) editarum Ejus *Orationum S.* praefatione accepimus, hanc rem cum maxime agere, gaudemus.

(41) Prae aliis de optima concionandi methodo legenda est *Ewaldi Hollebeek Dissertatio Theologica de optimo Concionum genere, qua ea divinas Literas e suggestu sacro exponendi methodus, quae vulgo Anglicana dicitur, modeste defenditur, et simul a praecipuis, quae Viri Docti in contrarium adducunt, argumentis placide vindicatur*, Lugd. Bat. (ex secunda eaque aucta ed.) 1770. 8. Quinque annis ante, Ven. *Courtonne*, Pastor Gallo-Belgicus Leovardiensis, hac ipsa de re scripserat Commentationem (*Verhandeling over de Predikkonst in 't algemeen, en over de beste en nuttigste manier van Prediken in 't bijzonder; als mede een Onderzoek over de gebreken van den, onder ons in gebruik zijnde, Prediktrant, — door een gematigd Godgeleerde*), quam praemisit Belgicae suae interpretationi opusculi *Guilielmi Wotton*, inscripti: *Some Thoughts concerning a proper Method of studying Divinity*, Lond. 1734. 8; quae Versio (*W. W. Bedenkingen over de beste wijze van studeren in de Heili-*

*lige Godgeleerdheid* caet.) prodiit Leovardiae 1765. 8. Isti vero Commentationi anonymus aliquis, latens sub nomine *Alethophili Irenaei*, quaedam ironice regessit in Epistola (*Brief aan den gematigden Godgeleerden* etc.) Roterodami eod. ann. 8. — Ad hunc locum referendus quoque est *Davides Fordyce*, in Opusculo, quod, ex Anglico idiomate, Belgice redditum, inscribitur: *Verhandeling over de Predikwijze*, Lugd. Bat. 1764. 8. — Caeterum, novissimum hoc in genere, quod nobis quidem innotuit, scriptum est *Commentatio Jacobi Gerardi Henrici Sandbrink*, a Facultate Theologica Trajectina praemio ornata, et in *Annalibus Acad. Traject.* ad ann. 1821—1822. ed., ad Quaestionem de eo, *quid*, cum triplex potissimum genus concionum censeatur, *in singulis universe praestabile habendum, et in delectu faciendo imprimis spectandum sit.* In hac Commentatione *et* aliqui, quos omisimus, *Scriptores* indicantur, *et* ad *historiam* pertinentia nonnulla memorantur quoque.

(42) » *Vielleicht wären meine Predigten früher besser geworden,* » *wenn ich wenigstens nun die Arbeiten der Meister in diesem Fache* » *zu Hülfe genommen und studirt hätte.* — — *Erst, nachdem ich schon* » *einige Jahre Oberhofprediger gewesen, fing ich an, mich mit dem* » *Geist und der Manier der berühmtesten Deutschen, Französischen und* » *Englischen Prediger bekannt zu machen.* — — *Nun fand ich in den* » *Arbeiten dieser Männer freilich tausend Vorzüge, die ich an meinen* » *Predigten vermisste.* — — *Aber nun war ich zum Nachahmen zu alt* » *geworden.* — — *Möchten sich aber jüngere Prediger durch mein Bey-* » *spiel warnen lassen!* — — *Zu einer zweckmässigen Bildung des Pre-* » *digers wird es* — — *nicht wenig beytragen, wenn Er die grössten* » *Meister in seiner Kunst bei Zeiten kennen lernt, und ihre Werke stu-* » *dirt;* — — *um sein Gefühl für das Wahre, Schöne und Grosse zu* » *schärfen, seinen Geschmack zu berichtigen, und sich dann eine eigne* » *Methode zu bilden*, caet. Haec *Reinhardus*, in *Geständnisse*, caet. Ep. VIII. pag. 86—88. Id vero, quod de optimarum Concionum *lectione* valet, etiam, imo magis, valere de earum *auditione*, propterea que Studioso operam dandam esse, ut laudatissimos quosque Oratores Sacros, pro concione dicentes, saepissime audiat, quidque singulis privum sit, diligenter observet, admonitione non indiget. Illud vero addendum, ne mediocrium quidem Oratorum Sacrorum, aut adeo eorum, qui vulgo minus placere soleant, Sermones, publice habitos, spernendos esse et fugiendos. Nam ex illis haud raro talia discuntur, quae ex praestantissimorum Concionatorum Orationibus disci nequeunt: et vitia, quibus Theologus futurus, licet ipse nesciat, jam leviter coinquinatus est, ipsi nunc ita indicantur, ut non possit non omni studio ea fugere velle et evitare. Vera igitur videtur, paradoxa caeteroquin, *Hermetis* (l., modo ann. 21. pag. 578. c., pag. 59.) sententia: » *Ich be-* » *haupte, von demjenigen Kandidaten sey nichts zu erwarten, der nicht* » *sehr viele, mitunter auch* schlechte, *Prediger hört.*" Quicquid autem de observatione, quam hic tetigimus, statuatur; id quidem certum est, praestan-

stantissimos, sive ex antiquitate, sive ex seculis novissimis (nam ferrea *medii aevi* tempora vix quicquam, si a *Bernardo*, Claravallensi Abbate, discesseris, protulerunt, commemoratione dignum) Oratores Sacros a futuro Concionatore accurate legendos esse. Jam in *illis* eminere, nisi *Origenem* (quem *Oratorem*, diserta Disputatione, *Jo. Anton. Karsten* celebravit, Gron. 1824. 8.), certe *Chrysostomum* (de quo Cl. *Abr. Des Amorie van der Hoeven* vernacule egit, Delphis 1825. 8.), *Basilium Magnum* (de quo *Combertus Guil. van der Pot*, Amst. 1835. 8.), *Gregorium Nazianzenum*, *Augustinum*, similesque, nemo nescit. In *his* vero, praeter *Reformatores*, *Lutherum* praesertim et *Calvinum*, tot celebrantur, ut praestet fere neminem nominatim indicare, quam, nonnullis memorandis, aliorum fortasse famae detrahere. En tamen nonnullos, sed pauciores tantum! In *Britannis*, post *Lattimerum*, cum *Luthero* hac parte comparandum, *Andrewsium*, *Hallium*, *Taylorum*, praecipui sunt *Barrovius*, *Tillotsonus*, *Sherlockius*, *Atterburius*, *Burnetus*, *Clarckius*, *Butlerus*, *Fosterus*, *Rogersius*, *Hornius*, *Horsleyus*, *Porteus*, *Paleyus*, *Wattsius*, *Doddridgius*, *Enfieldus*, *Sharpius*, *Blairius*, *Chalmersius*. Qui vero haud ita pridem magnopere praedicari a multis solebat, *Eduardus Irving*, Orator Sacer Methodistarum (de quo, inter alios, magna cum laudum celebratione, retulit *Amadeus Pichot* (in: *Voyage historique en Angleterre et en Ecosse*, Paris. 1826. III. Voll. 8.), postquam sapere desiit, Fanaticismo quippe, peregrinarum Linguarum χάρισμα sibi tribuenti, obnoxius redditus, pristinam gloriam, apud omnes certe, qui sani sunt sincipitis, tantum non penitus amisit. De ipso, ejusque discipulis, in his *Armstrongo*, mentis prorsus impote reddito, post alios, vid. *Godgel. Bijdragen*, Tom. I. (1827.) pag. 308 sqq. et 654 sqq. et add. oculati testis relatio in: *Morgenblatt für gebildete Stände*, ad ann. 1832. N°. 251.). In *Franco-Gallis*, *Reformatae* Ecclesiae addictis, praecipue laudantur, ex Seculi XVII. et sequentis Oratoribus Sacris, *Du-Boscius*, *Claudius*, *Werenfelsius*, *Ostervaldus*, *Jaquelotus*, *Abbadius*, praesertim vero *Jacobus Saurinius* (de quo vid. *Moshemius* l. c. pag. 104 sqq. et nonnemo in Diario, inscripto: *Archives du Christianisme du XIXième Siècle*, ad mensem Novembris 1830. pag. 481 sqq., ubi nova *Sermonum* ejus, quae cum maxime paratur, editio Parisiensis, VIII. Voluminibus, 1829. 8., censetur): ex serioribus e. g. *Rabaudus St. Etienne*, *Mestrézatus*, *Marronus*, *Coquerellus*, *Monodus* uterque, *Vinetus*, *Felicius* caet. Quibus add. *Lullinus*, *Chaisius*, *Guiotus*, *Supervillii*, pater et filius, *Chatelainius*, *Huëtius*, *Vernedius* uterque, *Chaufepiéi*, pater, filius et nepos, *Bouillierius*, *Guicheritus*, *La-Saussayus*, *Eschausierius*, *Ravius*, quorum plerique in hac nostra patria floruerunt, uti adhuc florent et alii et *l'Angius*. In *Germanis*, post *Spenerum*, *Frankium*, *Langium*, *Rambachius*, *Reinbeckius*, maxime vero *Moshemius*, *Sackius*, *Jerusalemus*, *Schubertus*, *Spaldingius*, *Zollikoferus*, *Hermetes* tres; *Helveti* item, *Toblerus*, *Hessus*, *Lavaterus*, *Pfenningerus*, *Gesnerus*; in novissimis vero Germanis, praeter *Reinhardum* et

et *Schleiermacherum*, qui ad beatiores jam sedes, quod speramus, abierunt, *Ammonus*, *Eylertus*, *Dräsekius*, *Harmsius*, *Schottus* aliique multi in magno honore sunt. (Qui vero plura de recentioribus Oratoribus Germanorum Sacris rescire cupiat, adeat *Henricum Doering*, in libro, quem inscripsit: *Die deutsche Kanzelredner des XVIIIen u. XIXen Jahrhunderts, nach ihrem Leben und Wirken dargestellt*, Neapoli ad Orlam, 1830. 8., de illis probabiliter referentem: ita tamen, ut, auctore Censore Halensi (*H. Allgem. Literaturz.* ann. 1831. N°. 137.) nonnulli, a *Doeringio* omissi, addi meriti essent; v. c. *Senffus*, *Westphalus*, *Herzliebus*, al.). — Apud *Batavos*, ante alteram seculi proxime praeterlapsi partem dimidiam, pauci exstiterunt, qui Oratoriam Sacram feliciter excolerent, et vix quisquam laudari potest, si a *Vollenhovio*, *Mooneno* et *Nyloë* apud Reformatos, ab *Houbakkero* apud Mennonitas, a *Brandto* apud Remonstrantes, discedas. Postquam vero *Ewaldi Hollebeek*, *Pauli Chevallier*, et praecipue *Gisberti Bonnet*, opera effectum esset, ut melior concionandi ratio introduceretur, continuo multi exstiterunt eximii Oratores. Ipse *Bonnetus* Orator erat, unus omnium perfectissimus; cujus a praestantia magni Viri frater et aemulus, *Paulus*, et ex discipulis nonnulli proxime aberant, ut cum Magistro comparari quodammodo possent: veluti (ut Parentem nostrum, *Theodorum Adrianum*, modestiae causa omittam) *Gerardus de Haas*, *Hermanus Joannes Krom*, *Gerardus Joannes Nahuys*, *Carolus Boers*, *Daniel Albertus Reguleth*, *Joannes van der Roest*, *Joannes van Loo*, *Petrus Henricus van Lis*, *Guilielmus Antonius Ockerse*, et permulti alii, ex *Bonneti* schola profecti. *Hollebeekio* sua pleraque, hac in parte, debuerunt *Ewaldus Kist*, *Broërius Broes*, *Joannes van Voorst*, *Cornelius Fransen van Eck*, et, qui hodie principatum in hac arte apud Nostrates tenet, *Joannes Henricus van der Palm*. Fuerant tamen et inter laudatorum modo Eloquentiae Sacrae in Belgio Confoederato instauratorum aequales, qui palmam iis redderent dubiam, ut v. c. *Jacobus Hinlópen*, *Carolus Segaar*, *Philippus Serrurier*, alii. Postea autem plures exstiterunt, ut *Jodocus Heringa Elisae F.*, *Guilielmus Broes* (frater *Broërii*, filius *Petri*, qui ipse jam eloquentiae laude apud Amstelodamenses floruerat), *Elias Annaeus Borger*, *Isaäcus Joannes Dermout*, *Isaäcus Sluiter*, *Abrahamus van Bemmelen*, *Wesselus Albertus van Hengel*, alii. Ex *Teleiobaptistis* prae caeteris celebrantur *Allardus Hulshoff*, *Matthias Siegenbeek*, *Nicolaus Messchaert*, alii. Remonstrantes superbiunt praestantissimo *Martino Stuart*, genero ejus, *Abrahamo Des Amorie van der Hoeven*, *Friderico van Teutem*, *Nicolao Swart*, aliisque nonnullis. Ex *Lutheranis Sterkius*, *Baumius*, *Tisselus*, *Ebersbachius*, *Noordenhoutus*, *Statius Muller*, *Nieuwenhusius*, *Dekkerus-Zimmerman*, *Matthesius*, alii, praecipue hic cum encomio memorandi. Verum ab hocce loco discedere nobis non licet, antequam verbulo etiam mentionem injecerimus praestantissimorum in *Romano-Catholicis* Oratorum Sacrorum. Quos inter Franco-Gallos eminere in vulgus notum est; praecipue vero *Bourdalovium*, *Bossuetum*, *Massillonum*, *Flechierium*. Minus autem cognitus vulgo est Abbas *Poulle*,

*le*, cujus eloquentiam magnis, sed justis, ut equidem puto, laudibus ornavit, defectus tamen silentio non dissimulans, *P. L. Lacretelle* senior (*ainé*), in Commentatione de *Eloquentia Sacra* (*De l'éloquence de la chaire, considérée dans les premiers Orateurs*, (cf. §. 22. ann. 5 et 7. pag. 33., *Opp.* Tomo I. pag. 127—210.), pag. 148—153., pag. 174—175.: ut mirari subeat, *Joannem de Chénier* (in: *Tableau historique de l'état et des progrès de la Littérature Française, depuis* 1789., Cap. IV. (editionis Bruxellensis a. 1824. 8. pag. 69.) illum dixisse: „*abondant, pompeux, mais prolixe et sans varieté.*" Caeterum, quos idem *Chénierius* paulo severius tractat, *Cheminaisus*, *Boismontus*, *Beauvaisius*, *Mauryus*, dignissimi illi quoque sunt, quibus legendis et meditandis inhaereat futurus Orator Sacer, ingeniumque suum eo ipso ad pulcri et venusti sensum magis magisque formet. Magnopere quoque laudantur *P. C. Frey de la Neuville*, e Societate Jesu, qui ineunte Sec. XVIII. floruit, et *Henricus de Boulogne*, Archiepiscopus Viennensis designatus, qui eodem exeunte. Conferri de hacce annotatione universe merentur, quae, sub titulo (rubrica) *Pulpit Eloquence*, habentur in: *Quarterly Review*, 1823. N°. LVIII. pag. 283—313.

(43) Conf. §. 31. ann. 8 et 9. pag. 75 sq.

(44) Conf. ibid. ann. 10. pag. 76.

## §. 99.

### *Catechetica.*

Non tantum publice pro concione Christiana de rebus divinis et moralibus dicendi, verum etiam *imperitiores* familiari colloquio religionis Christianae doctrinam docendi, provincia Theologo Ecclesiastico imponitur. Vocari dudum solet haec Sacri Muneris pars ejusque exercitium, *Catechisare*; actus *Catechisatio*; docentes *Catechistae* vel *Catechetae*; discentes, sive pueri sint, sive adulti, *Catechumeni*; libri elementares, qui in ista institutione plerumque usurpari solent, *Catecheses* aut *Catechismi*; denique ars, praecepta, quae illam regant, tradens, *Catechetice* (1). Haec igitur docet, quid intersit *privatas* inter et *publicas* Catechisationes, quales, in patria nostra, plurimis in locis, potissimum in urbibus, paulo post conciones pomeridianas, quoque die dominico, interdum vero et alio quodam hebdomadis die, haberi consueverunt (2). Docet ea, quomodo utrumque genus, ut consilio, quod in utroque non prorsus idem est, optime satisfieri possit, debeat

beat institui. Docet, quaenam in *Catechista* requirantur, ut alumnos Societatis Christianae, eosque diversissimae aetatis, sexûs, conditionis, hac ratione utilia plurima, facillime, brevissimo temporis spatio, atque ita quidem edocere possit, ut ista *et* recte intelligantur, *et* firma memoria retineantur, *et* judicio sincero a falsis discernantur, *et* vim suam in emendando consolandoque animo exserant. Docet, quid in evolvendis et enucleandis ideis et notionibus spectandum sit; quid nimium, quid parum, in modesta, patientiae lenitatisque et hilaritatis plena, *συγκαταβάσει* ad tenellae aetatis et rudiorum hominum ac plebejorum mores, ingenium, imperitiam et stupiditatem; quam prudentiam postulet argumentorum, tam eorum, quae e Rationis rectae dictamine arcessuntur, quam aliorum, certa divinae Revelationis auctoritate nixorum, expositio, item exceptionum et objectionum commemoratio atque solutio; num *Socratica*, quam vocant, methodus, quandonam, in quibus rebus potissimum, et quatenus, hîc usurpari commode possit (5): denique, ne plura commemoremus, quomodo, et in quaestionibus faciendis, et in responsionibus moderandis, versari Catechistam oporteat, ut *illae* quidem brevitate, perspicuitate, justo ordine, necessaria cum antegressis et subsecuturis conjunctione et tali *ἀκριβείᾳ*, quae omnem *ἀμφιβολίαν* arceat, rectas responsiones eliciant, *hae* vero ejusmodi sint, ut ipse sibi res, tanquam suas, apud se invenisse, non extrinsecus alienas accepisse, videatur discipulus, revera tamen in utili rerum scientia proficiens. Haec igitur et plura tradens ars quin utilissima sit et dignissima, in quam magno studio futurus Theologus incumbat, dubitare potest nemo, nisi qui factitandae illius difficultatem, quae tamen valde magna est, experiundo ipse non cognoverit, aut ad multiplicem recte institutae Catechisationis utilitatem, neglectae vero illius, vel negligenter aut perperam institutae, noxas gravissimas, coecutiat. Certe omnium meliorum seculorum historia, apud omnes, quibus vera religio cordi esset curae-

que, summo in honore fuisse hanc familiarem instituendorum parvulorum et imperitiorum rationem, abunde testatur (4). Itaque Theologiae Studiosi est, postquam ipse, ut doctrinam, in Catechisationibus tradendam, accuratissime teneat, Theologiam theoreticam et practicam diligenter didicerit, observato discrimine eorum, quae ad popularem (*exotericam*) et quae ad eruditam, subtilem (*acroamaticam*) doctrinae Christianae institutionem pertinent (§. 84.), accedere ad perlegendum unum alterumque Scriptorem, qui in tradenda hac arte occupatus fuerit. Tales, post *Augustinum* ex Patribus (5), *Hyperium* (6), *Alstedium* (7) et *Rambachium* (8) ex antiquioribus Theologis, sunt recentiores, *Felbigerus* (9), *Seilerus* (10), *Millerus* (11), *Rosenmüllerus* (12), *Graeffius* (13), *Krollus* (14), *Baumgartenus* (15), *Müllerus* (16), *Carstensenus* (17), et, multos alios (18) ut mittam, Nostrates *Polmannus* (19), *Ockersius* (20), *Prinsius* (21) et *Goedius* (22). Illis vero addat hunc illumve, bonam et probabilem catechisandi rationem exemplis monstrantem, veluti *Alpenium* (23). Quibus utrisque *paedagogica* quaedam scripta insuper, haud sine insigni utilitatis fructu, adjunget (24). At vero, ut in aliis plerisque artibus, ita in Catechetica potissimum, *exercitatio*, fatentibus Catechistis omnium maxime expertis, utramque, quod ajunt, facit paginam. Quocirca *et* mature incipiendum est a familiari de aliqua re graviore colloquio, cum pueris (verbi causa, fratribus junioribus, sororibus, sodalibus et condiscipulis, aliisve), identidem, data opportunitate, eoque, ut hi edoceantur, consilio, instituendo: *et*, si fieri potest, jam in ipso cursu Academico, sub auspiciis periti Catechetae, Pastoris, aut Professoris, in catechisando virium periculum faciendum (25).

(1) *Κατηχεῖσθαι*, haud secus ac *διδάσκειν*, *μανθάνειν*, *παιδεύειν*, de *qualibet* narratione, (Act. XXI: 21 et 24.), peculiariter vero de institutione religionis, praesertim ea, quae *viva voce*, non scripto, fit, in Novi

Foe-

Foederis Scriptis occurrit (Luc. I: 4. Act. XVIII: 25. Rom. II: 18. 1 Cor. XIV: 19. Gal. VI: 6.). Itaque per se nullam voce viva docendi rationem excludit, potestque ad Sermones Sacros haud incommode transferri. Verum jam pridem usus voluit, ut et verbum ipsum, et substantiva ac participia, inde descendentia, referrentur signate ad dialogos, sive colloquia, a religionis Doctoribus cum imperitis instituenda. Frequens est in antiquioribus scriptis Ecclesiasticis τῶν Κατηχουμένων mentio, quo nomine appellabantur οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα ἑτοιμαζόμενοι. (*Balsamon* ad Can. XIX. Conc. Laod.). Postea quoque occurrunt κατηχούμενα et κατηχουμενεῖα de locis, ubi illi erudiebantur. (Conf. *Suicerus*, in *Thesauro Eccl.* II: 69—76.) Κατήχησις apud *Chrysostomum* (Homil. XXI. *ad populum Antiochenum*) jam occurrit: praesertim vero *Cyrillus* ea voce usus est. Mature vero Latini verbum *Catechisare* inde effinxerunt, quod *Tertullianus* jam usurpavit (vid. loca in *Schützii Indice Latinitatis Tertullianeae*, Opp. *Tertulliani*, e *Semleri* ed. Vol. VI. pag. 342.), uti et alii postea, in his praecipue *Augustinus*. Atque hinc pedetentim reliquorum, huic affinium, verborum fluxit usus.

(2) Peculiari hocce Nostratium instituto id maxime spectari videtur, ut, si qui in coetu sint, qui minus bene olim religionis perceperint doctrinam, aut non facile docentes ex umbone Sacro Verbi divini Ministros sequi possint, illi ratione, suo captui magis accommodata, quam si Homiliis edocerentur solis, etiamnum imbui possint Christianae doctrinae praeceptis. Itaque, qui ad respondendum a Catechista publico evocantur, non sunt ex imperitioribus sociis, sed ex melius, quam plerique sunt, institutis et cognitione haud tralatitia imbutis. Omnino de universa re legendus est (*Focco Liefstink*) in: *Vervolg van de Gedachten over het Predikambt in de Gereformeerde Kerk*, caet. pag. 24—38.

(3) Praeter alias, inferius laudandas, hic consulatur Anonymi scriptio, cui titulus: *Etwas von der Katechetischen Methode und ihrer ähnlichkeit mit der Sokratischen*, 1783. 8. et *Frid. Aug. Schroedter*, *Ausführliche Sokratische Katechisationen über die gesammte einzelne Sätze unserer kirchlichen Glaubenslehre*, Altonae 1805. 8.

(4) Ne ad Patriarcharum (Gen. XVIII: 19.), aut pristinorum Israëlitarum (Exod. XII. XIII. Deut. IV: 9. VI: 6, 7. XI: 18. Prov. XXII: 6 sq., 1 Sam. XIX: 20. 2 Reg. II: 3. Mal. II: 7. Act. XXII: 3. 2 Tim. III: 15.) tempora et mores adscendamus; non dubitandum est, quin summus Ecclesiae Doctor ipse, cum suos doceret, et viva voce et catechetica ratione usus sit. *Illud* autem ex universo Euangeliorum argumento satis superque constat: qua in re exosculanda est suprema Servatoris prudentia et sapientia. (Vid. *Joannis Casp. Lavater* Opusculum, cui, Belgice a Rev. *Jacobo van Loo* reddito, titulus est: *Twee Volksleeraars; een gesprek tusschen Agapetus en Seton* (Traj. ad Rhen. 1792. 8.) pag. 18 sqq.). *Hoc* vero ex nonnullis locis luce clarius apparet, v. c. Matt. XVI: 13 sqq. Luc. VII: 14 sqq. X: 26 sqq. etc. Neque Eum parvulos quidem a se removisse, sed potius ad se al-

allexisse, patet ex ipsis Ejus verbis, Marci X: 14. Similiter Apostoli ore tenus, familiaribus instituendis colloquiis, imperitos *initia* doctrinae, postea peritiores etiam difficiliora praecepta, docuisse, constat ex l. l. 1 Cor. III: 2. 2 Tim. I: 13. Hebr. VI: 1. aliisque. In *veteri* porro Ecclesia, primis temporibus, Catecheticam rationem adhibitam fuisse in erudiendis alumnis, dubio vacat. Testantur hoc Scholae Catecheticae, quas Joannem Ephesi, Polycarpum Smyrnae, condidisse ferunt, Romae vero, Caesareae, Antiochiae, et praesertim Alexandriae, pridem fundatas esse nemo nescit. Testantur plurima dicta *Irenaei*, *Tertulliani*, *Clementis Alexandrini*, *Origenis* (de quo conf. *Eusebii Hist. Eccl.* Lib. VI: c. 8.), aliorum. Testantur scripta, velut *Augustini* (*de catechisandis rudibus*, *Opp.* Tomo VI. pag. 191—216.); *Cyrilli Hierosolymitani* (qui suas *Catecheses*, octodecim numero, *Procatecheses* et quinque *Catecheses mystagogicas*, ad erudiendos baptismi candidatos, sub Episcopo *Maximo*, Diaconus vel Presbyter scripsit); et quodammodo *Gregorii Nysseni* (*Ὁ λόγος ὁ κατηχητικὸς ὁ μέγας*, *Opp.* Tomo III. pag. 43—109.). Testantur denique, quaecunque *Suicerus* (l. c.), *Binghamus* (*Origg. Eccl.* Lib. III. Cap. X. Vol. II. pag. 51 sqq. Lib. X. Cap. 1 et 2. Vol. IV. inde ab initio, ut et aliis locis, in Indice notatis), *Augustius* (in: *Denkwürdigkeiten aus der Christl. Archäologie*, Vol. VI. (Lips. 1825. 8.) et in: *Versuch einer historisch-kritischen Einleitung in die beyden Hauptkatechismen der Evang. Kirche* (Elberf. 1824. 8. Belgice Gron. 1830. 8.), Sect. I.), aliique his fere similes Scriptores, ex antiquitate Christiana eruerunt. Postea vero, cum omnia in pejus ruerent, neglecta est Catechetica, non minus quam Homiletica; praesertim postquam imagines, in templa receptae, Laïcis pro Catechistis et Catechismis esse jussae essent. Quamquam, vel iniquis istis et *tenebricosis seculis*, non plane defuerunt, quibus rudium et puerorum institutio curae esset cordique, quique propterea huic rei diligentius, quam passim fieret, operam darent. *Concilia* certe quaedam, ut Bracarense, Sec. VI, Turonense, tempore Caroli Magni, quin Moguntinum, a. 1347. celebratum, eam commendarunt. Et *Catechesis theotisca* Monachi Weissenburgensis, Sec. IX. conscripta, et a *Joanne Geo. Eckhardt*, Hannoverae 1713., cum monimentis variis catecheticis, edita, indicio est, non semper frustraneam fuisse ejusmodi commendationem. Sic etiam *Waldenses* se invicem erudivisse catechisationibus, ex eorum Confessione, a. 1541. Francisco I. tradita, patet. Similiter *Joannes Charlier Gerson*, uti Tractatum *de parvulis ad Christum adducendis* exaravit, ita, ultimis praesertim vitae annis, hac in re fuit occupatus. *Joannes* item *Wicklef* eo consilio librum conscripsit, cui titulum fecit: *Pauper rusticus.* De *Fratribus vitae communis*, hanc rem serio agentibus, conferri potest *G. H. M. Delprat*, *Verhandeling over de Broederschap van G. Groote* etc. (Traj. ad Rhen. 1830. 8.), cum alibi saepius, tum praesertim pag. 201 sqq. Atque *Joannes Huss Explicationem Symboli Apostolici*, *Orationis Dominicae et Decalogi* evulgavit (repet. in Ejus *Opp.* ed. 1715. pag. 38 sqq.). Verum et hac in re, cum Sacra Sec. XVI.

re-

repurgabantur, *magnus ab integro seculorum ordo natus est;* nam *Lutherum*, *Melanchthonem*, *Calvinum*, *Camerarium*, *Bezam* reliquosque Coryphaeos, Catechismis adornandis, et domestica atque scholastica religionis institutione vehementer urgenda, Protestantes, quique porro Romanensibus Sacris valedicebant, communi consensu, secuti sunt. Cf. *P. H. Schuler*, *Gesch. der Katech. Religionsunterr. unter den Protest.*, *bis auf* 1762., Halae, ex nova ed. 1802. 8. Quid? quod ipsi Pontificii, atque in his illi praecipue, qui Societati Jesu erant adscripti, Protestantes mox imitati sunt, ab eoque inde tempore, longe diligentius quam antea, in erudiendis alumnis versati. Principio quidem cunctanter; nam non ante illum, quo *Palatina Catechesis* ederetur, annum (1563.), Patres Tridentini *Catechismum Romanum* concinnare aggressi sunt, atque in hacce opella, per tres annos et quód excurrit, fuere occupati: et Pontifex, cui approbandus tradebatur *Catechismus* (a. 1566.), non nisi quatuordecim demum annis post, (a. 1580.), a se, ut edi eum permitteret, impetrare potuit. *Tridentinos* Patres hac in parte laudandos esse, quis inficietur? Laudandi igitur sunt et Patres *Dordraceni*, qui (Sess. 17.) Parentes non tantum et Ludimagistros, verum etiam Seniores laïcos et Catechistas, imprimis vero Pastores, ut strenue in erudiendis alumnis versarentur, et, quomodo ea in re iis versandum esset, graviter monuerunt. Laudandae Synodi Provinciales, quae identidem illi Decreto tuendo invigilarunt, ut v. c. *Synodus Noord-Hollandiae* a. 1641. §. 55., *Frisiae* (conf. e. g. *Kerkelijke Wetten van Friesland*, Tit. XI. Art. 6. Tit. XXXVII. Art. 8 et 9., praesertim Tit. LX. Art. — 3.), aliae. Laudanda *Synodus* etiam *Nationalis*, quae, quanti faceret catecheticam rudiorum institutionem, gravissimo decreto palam fecit. (Vid. *Handelingen van de Algem. Christel. Synode der Hervormde Kerk in het Koningrijk der Nederlanden*, ann. 1830. pag. 112—117. coll. pag. 69—79. sed add. et *Handelingen* etc. ann. 1831., pag. 70, 88 sqq.). Universe cordatis Ecclesiastis perplacuit *decretum*, novoque eos ardore incendit.

(5) Libello *de catechisandis rudibus*, ann. praec. l., et in quem *Joannes Bened. Carpzovius* commentatus est, in *Dispp. Theol.* pag. 857 sqq.

(6) *Andreas H.*, *de Catechesi;* saepius ed., praesertim a *Joanne Andr. Schmid*, Helmst. 1704. 8.

(7) *Joannis Henr. A. Theologia Catechetica*, Hanoviae 1616. 4.

(8) *Joannis Jacobi R. Wohlunterrichteter Catechet*, Jenae 1727. Lips. 1736. 8.

(9) *Joannis Ignatii F. Vorlesungen über die Kunst zu Katechisiren*, Vindob. 1774. et Spirae 1775. 8.; item Latine, curante *J. B. Roka*, Vindob. 1780. 8.

(10) *Georgii Frid. S. Grundsätze zur Bildung künftiger Volks-und Jugend-lehrer*, (*IIer Buch*, *von der Katechisation*) Erlangae 1786. 8.

(11) *Joannis Petri M. Anweisung zur Katechisirkunst, oder zu Religionsgespräche* (*Gedanken über die beste Art der Katechisation*) Lips. 1778. 1782. 1783. 8.

(12)

(12) *Joannis Geo. R., Anweisung zum Katechisiren*, Lips. e tertia ed. 1798. 8. (Belgice versum Schediasma exstat in *Bijdragen tot bevordering van Waarheid en Godsvrucht*, Vol. II. Parte III. pag. 65 sqq.).

(13) *Joannis Christ. Frid. Gräffe, Die Katechetik nach ihren wesentlichsten Forderungen betrachtet*, Goett. 1792. 8. — *Neues* — et *Neuestes Katechetisches Magazin zur Beförderung des katechetischen Studiums*, ibid. 1789—1801. — *Katechet. Journ.* ibid. 1793—1800. — *Vollständiges Lehrbuch der allgemeinen Katechetik, nach Kantischen Grundsätzen*, ibid. 1795. II. Voll. 8. et Vol. I. denuo 1805. — *Ausführliche Katechisationen über den Hannov. Katechism*, ibid. 1804. III. Voll. 8. — Add. Sectio IIa. libri: *Die Pastoraltheologie*, caet. (vid. §. 97. ann. 9. pag. 564.).

(14) *Friderici Phil. Guil. K. Reden an die Mitglieder des katechetischen Seminariums zu Helmstadt*, Helmst. 1810.

(15) *Joannes Casp. Frid. B., Die Katechisirkunst (Ein Handbuch für Anfänger und Ungeübte in derselben; nebst einigen Katechisationen)*, Köthenae 1801. II. Voll. 8. (*Tertium* an exierit, me latet: Volumen *primum* emendatius repetitum est ibid. a. 1822., alterum a. 1826.).

(16) *Henrici M. Lehrbuch der Katechetik, mit besonderer Hinsicht auf den katechetischen Religionsunterricht*, Altonae 1816. 8.

(17) *Caspari C. Handbuch der Katechetik, mit besonderer Hinsicht auf den katechetischen Religionsunterricht (ein Commentar über Heinr. Müller Lehrb. der Katech., nach dessen hinterlassenen Papieren bearbeitet)*, Altonae 1821. II. Voll. 8.

(18) *Gisb. Voetius* (in *Politica Eccl.* I. 835.) *Ursinum, Kuchlinum, Altingium, Zeppium, Aretium* aliosque commemorat; quibus *Buddeus, Walchius, Noesseltus, Koecherus* aliique, si eos consulas, multos alios facile superaddent. E Nostratibus *Hoornbeekius* (in *Miscellaneis*), *Martinius, d'Outreinius, Kriegerus, Witmondus, Steenmeyerus, Lambrechtsius*, alii, huc etiam referendi: ex Germanis *Bohnerus, Seidelus, Ungibauerus, Paulius, Joannes Schmidt* (*Methodus tradendi elementa prima religionis*, 1769. Germanice vers. a *Strauchio* 1772. 8.), *Jo. Guil. Schmidt* (*Katechet. Handbuch zu Akademischen Vorlesungen*, Jenae 1791. III. Partt. 8.). Ex recentissimis *Schweizerus, Pilgerus, Dolzius, Dinterus, Kotzerus, Winterus, Thierbachius*, aliique, suis singuli meritis conspicui, hic possint laudari; uti et *Jo. Frid. Schlez* (*Katechetisches Handbuch* caet., Giessae 1728. 8.), quamquam non omnino *huc* referendus: possint autem et citari eorum aliqui, quorum scripta ἀνονύμως prodierunt. Verum nec omnes ipsi cognovimus, et singulos quosque indicare longum sit ac paene infinitum.

(19) *H. Polman, A. F., Handboek voor het Godsdienstig Onderwijs*, Harlemi, 1817. 8.

(20) (*Guilielmi Antonii O.*) *Katechetische Verhandeling ter aanprijzing van eene geheel nieuwe en doelmatige manier om de jonge leerlingen in de grondwaarheden van den Christel. Godsdienst te onderwij-*

*wijzen* (in *den Recensent, ook der Recensenten*, Tom. X. Parte II. pag. 354—367 et 422—425.).

(21) *Isaäco Prins*, Pastori Amstelaedamensi, debetur: *Berigt nopens het uitgeven van trapswijze opklimmende Katechiseerboekjes over de gewijde Geschiedenissen* (in: *Bijdragen tot de beoefening en geschiedenis der Godgeleerde Wetenschappen*, Tom. VIII. Parte II. pag. 547—561.); ad quam scriptionem cum ab alio quodam Viro Docto nonnulla essent perite observata (in iisdem *Symbolis*, eodem Tomo, eademque Parte, pag. 753—776 et 905—925.), *Prinsius* illis animadversionibus haud gravate usus est, in conscribendis libellis Catecheticis elementaribus (Vid. eaedem *Symbolae*, Tomo XI. Parte I. pag. 153 sqq.).

(22) *W. Goede, Manier van katechizeren, door hemzelven beschreven, en met een aantal uitgewerkte katechizatiën verrijkt* (*Eene Handleiding voor jonge Leeraars en Onderwijzers in den Godsdienst van allerlei Kerkgenootschappen*), Arenaci 1831. 8.

(23) *Henrici Simonis van Alpen Oeffentliche Katechisationen, nebst Predigt-Entwürfen über den Heidelbergischen Katechismus, nach den Bedürfnissen unserer Zeit*, Francof. ad Moen., 1796. II. Voll. 8. (*Tertium* Volumen duplex *Supplementum* exhibet, alterum (Sectione I.): *Leitfaden beim Christl. Religions-Unterricht — — od. Abriss der Oeff. Katech. und der Heid. Katech.*; alterum (Sect. II.): *Geschichte und Literatur des Heidelb. Katech., oder kurze Geschichte der Reformation in der Pfalz, Schweiz, in Holland, England, Deutschland, Polen und Ungarn*). Cui addi et alii possint haud pauci, et auctor anonymus scripti theoretici (cui titulus est: *Vorzüglichsten Reglen der Katechetik, als Leitfaden beym Unterricht künftiger Lehrer in Bürger-und Landschulen*, Neostad. ex altera ed. 1806. 8.), qui practicum quoque exhibuit, quem hic spectamus, librum, inscriptum: *Unterredungen über die vier letzten Hauptstücke des Lutherischen Katechismi, Gebet, Taufe und Abendmahl*, ibid. 1806. II. Voll. (IV. Pp.) 8.

(24) Omnium instar est Opus immortale *Augusti Hermanni Niemeyer* (§. 101. anm. 8. pag. 607. citandum) saepius recusum et meritissimis laudibus, non a popularibus tantum, sed et ab exteris ornatum. Ingens autem est, et paene infinitus, hujus generis librorum numerus, qui, ab eo inde tempore, quo *Basedovius, Braunius* aliique hanc rem tractare diligentius et commendare coeperunt, in lucem emissi sunt. Nota imprimis sunt, quae *Pestalozzius*, ne de *Fellenbergo*, de *Stephanio* aliisve dicam, in ea praestitit. Cum hujus instituti angustiae non sinant nos in illum locum excurrere, contenti sumus indicandis, cum scriptiuncula *C. G. Saltzmanni*, quae, Belgice versa, inscribitur: *Ontwerp ter proeve, hoe men op de beste wijze kinderen, van jongs af, tot Godsdienst kan opleiden*, Harlemi 1790. 8., tum Commentatione *Bernardi Overberg*, vernacule inscripta: *Anweisung zum zweckmässigen Schulunterricht*, caet., a Societate *pro salute publica* Belgice versa, et

et in suis Operibus, ad rem Scholasticam pertinentibus, Tomo. VIII, a. 1808. edita, cum titulo: *Handleiding voor Schoolleeraars ten platten lande;* tum vero *Symbolis Belgicis*, sive *Bijdragen betrekkelijk den staat en de verbetering van het Schoolwezen*, Lugd. Bat. 1800. III. Voll. 8. min. et *Bijdragen tot bevordering van het Onderwijs en de Opvoeding, voornamelijk met betrekking tot de lagere Scholen*, ibid. 1810 sqq. 8. maj. (XII. Fasciculis quotannis prodire solent Symbolae).

(25) Fortasse quis hîc loci desideret catalogum libellorum elementarium, quibus, in catechisandis rudibus, Theologus Ecclesiasticus commode uti possit: verum tanta eorum seges est, ut plerosque, quin vel optimos tantum, indicare vix possis. Difficile quoque dictu est, qui sint reliquis praeponendi. Praestantissimi vix quemquam hodie latere possunt. Sic, quis elementares libellos *van den Bergii*, *Westeri*, *Lambrechtsii*, *Tilani*, *Brinkii*, *Egelingii*, *Krummacheri*, *Prinsii*, quis paulo majora *Rosenmülleri*, *Hamelsveldii*, *Ypeji*, et quorum non? opuscula ignoret? Vix tamen ex ullo horum omnium vera catechisandi ratio, quoad formam et necessaria adjuncta, a quoquam facile intelligetur.

## §. 100.

### *Liturgica.*

Altera sacri muneris pars *regendo* constat. Regi autem primo loco debet *publicus* Dei in templis Christianorum *cultus*. Disciplinae vero Theologicae pars, futurum Theologum, quae Pastorum et Ecclesiae Praepositorum, in regendo cultu, sint partes, quid vitandum iis, quid observandum, quid faciendum sit, docens, *Liturgica* (1) vocari solet. De cujus discendae *utilitate* nemo facile ambiget, qui; *nec* perinde esse, quomodo publicus cultus instituatur, utrum consilio, quod spectandum sit, convenienter, an contrarie, perpendat, *et* permultum in utramque partem ab iis pendere, qui Sacris praesunt. Consilium autem *primarium* publici cultûs in eo cerni videtur, ut, qui Christiana unius veri Dei cultorum Societate contineantur, unanimi consensu, gravissimo officio fungantur (2); officio, nempe, palam profitendi, Summoque Dei Numini pie offerendi, religiosos sensus, Deique honori vitam socialem, unde tot et tanta ad se redundare agnoscunt beneficia, grati animi testificatione, consecrandi. Id quod

vix

vix ulla ratione alia melius fieri evidentiusque posse videtur, quam consociandis animis vocibusque, in Dei laudes celebrandas Ejusque benignitatem implorandam effusis. Primario huicce consilio adjungi par est *alterum* (minime, quod multis tamen praeplacet, pro *unico* consilio habendum), situm in excitandis et refocillandis apud singulos socios piis animi sensibus et propositis; unde sponte consequatur morum integritas et obsequium, Dei Jesuque praeceptis, in omni vita, praestandum (3). Utrique igitur consilio quin publicus cultus accommodandus, quicquid autem ipsi aliqua ex parte officere possit, evitandum et arcendum sit, nullum esse potest dubium (4). Itaque, ut *Aedificia*, huic rei consecrata, satis luculenta, munda et necessaria supellectili instructa, esse necesse est (5); ita ipsi potissimum Sacrorum *Antistites* habitu, vestitu, et praesertim actuum et rituum administrandorum ratione modoque, exhibere debent gravitatis exempla (6). Ad necessarias autem cultûs divini, ex Christianae religionis indole et praeceptis celebrandi, *partes* referenda sunt: *Sacri Codicis*, quippe Dei Verbum (revelationem divinam) continentis, publica *Praelectio* (7), *Hymnorum* sacrorum *Cantus* (8), solennes et clara voce, omnium nomine, fusae *Preces* (9) et, statis facienda temporibus, Sacrorum *Baptismatis* (10) et *Coenae* Domini (11) rituum administratio. Accedunt *vota* (benedictio) pro congregati populi salute (12), et *stipem* pro pauperibus sociis *colligendi* officium (13). His vero necessariis (*essentialibus*) cultûs Christianorum divini partibus interdum peculiares actus aut caerimoniae, sed quibus illius natura nullo modo immutetur, superaddi possunt; verbi causa, die *Supplicationis*, publica Civitatis, aut Ecclesiae, auctoritate indicto (14), et in solenni *novorum Sociorum*, fidei professionem palam facientium (15), aut in *Pastorum*, *Seniorum*, *Diaconorum*, *receptione* et *confirmatione* (16), in *sanctione* (vel, quam vocant, benedictione) *Matrimonii* (17), coram Magistratu initi, et si quae alia sunt, his non prorsus dissi-

similia. In quibus omnibus cum res agatur Antistitum religionis, apparet, quantopere futuri Theologi intersit, cum in eo est, ut Sacro Muneri sit inaugurandus, praeceptorum, rectam horum omnium rite administrandorum rationem monstrantium, non omnino esse rudem. Discet autem Liturgicam, ista praecepta complexam, *primo* quidem, consulendis libris, qui de sacris *Ritibus*, dudum in Ecclesia observari solitis, exponunt, tam antiquioribus, veluti *Isidori Hispalensis* aliorumque (18), quam recentiorum (19); *dein* pervolvendis *Liturgiarum*, sive veterum (20), sive serioris aevi (21), collectionibus. His *porro* futurus Sacrorum Antistes adjungere poterit talia scripta, quibus *vel superstitiosorum*, qui, ante Sacrorum Sec. XVI. instaurationem, pedetentim invecti fuerant, rituum *origo* et *noxae* indicantur (22), *vel* nonnulla commendantur, quae ad publicorum Sacrorum *ulteriorem emendationem* facere posse videantur (23); qua tamen in re, ut fere in omni alia, videndum, *ne quid nimis* (24). *Adhaec* ab ipso consulantur Ecclesiasticae de cultu et ritibus *Constitutiones*, etiam *antiquae* (25), imprimis vero illae, quae in ea Societate, in qua Sacris praeficiendus est Noster, vim et auctoritatem *legum*, vel *habuerunt antea*, saepius nimirum in rebus, de quibus nova lex nihil definiat, ex analogia adhibendae (26), vel *etiamnum habeant* (27). *Denique*, in peculiaribus rebus et dubiis, quae ipsi, jam sacro Munere fungenti, objiciantur, Collegas natu majores et longo rerum usu exercitatos, modeste consulat, eosque sententiam, quid et quomodo agendum sit, roget (28): nec facile sine eorum, aut Synedrii suffragio, insoliti quid faciat, nedum innovet; ne libertate, quam, ut diversis Coetibus, ita et Sacrorum administris, aliquò tenus concedi par est (29), in pacis et ordinis detrimentum, abuti videatur (30).

(1) *Λειτουργία*, ex Etymologia, pp. est quodvis *opus publicum*. Peculiariter vero ad *res sacras* translata vox, *aut* ipsum *cultum* (sive *officium*) di-

divinum significat, *aut* aliquid, quod aliqua ex parte ad illum pertinet. Prius ex Alexandrinorum usu, apud quos *λειτουργία* respondet Hebraico עבודה. Conf. *Schleusnerus*, in utroque *Lexico*, tam *in N. T.*, quam *in Septuag. Intt. et Apocr.*, in v. Hujus quidem significationis exemplum in N. T. prostat, e. g. Luc. I: 23, ubi respondet voci *ἱερατεία*, comm. 9. Verbum *Λειτουργεῖν* eodem significatu legitur Act. XIII: 2. De *sacrificiorum* vero *oblatione* peculiariter occurrit Hebr. X: 11. Sed et de *subsidiis*, quae Societatis religiosae membris *pauperibus*, aut ejusdem *doctoribus*, tribuantur, Rom. XV: 27. coll. 26. 2 Cor. IX: 12. Phil. II: 30. Atque hinc, apud *Patres*, qui vocantur, *Ecclesiae Graecos*, quaevis ad Sacra Christianorum pertinentia verbis *λειτουργεῖν* et *λειτουργία* exprimuntur. Sic — ipsum Scripturae Sacrae *praelegendae* negotium (nam *Justinianus* ad *ἱερὰν λειτουργίαν* refert *θείων ἀνάγνωσιν γραφῶν*); — atque *Concionandi* opus (*Chrysostomus* enim, *Homilia XVII.* in *Acta Ap.*, consentiente *Oecumenio*, *λειτουργεῖν* interpretatur: *κηρύσσειν*: — et *ὁμιλεῖν*, non minus quam *προσφέρειν*, tanquam *λειτουργίας* pars, vel forma (species), in *Can.* 1. *Ancyr.* occurrit; nam sequitur: *καὶ λειτουργεῖν ὅλως τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν*): — porro *preces* publicae (*Zonaras λειτουργεῖν* exponit *εὔχεσθαι*) et *hymnorum cantus* (nam *δημοσία λειτουργία*, in *Can.* 6. *Eccles. Afr.*, est, interprete *Balsamone*, *φανερῶς ὑμνεῖν τὸν Θεὸν μετὰ τοῦ δήμου*); — quaecunque *festis* diebus mane et vesperi fiebant Sacra (*Concilium Ephesinum* ea *τὰς ἑσπερτινὰς καὶ τὰς ἑωθινὰς* vocavit *λειτουργίας*): — strictissime vero et *κατ' ἐξοχὴν*, ea Sacrorum pars, quae *mensam eucharisticam* spectat (*Catholicus* apud *Theorianum*: *ἡ λειτουργία*, inquit, *ἁγιάζει τὸν οἶνον*, *καὶ γίνεται αἷμα Χριστοῦ*). — Unde jam *Λειτουργὸς*, latiore quidem significatu, *Magistratus* civilis (Rom. XIII: 6.), strictiore vero *Sacrorum Minister*, appellatur; sive *Lector* sit (*'Αναγνώστας τῶν θείων γραφῶν — λέγει λειτουργοὺς Pachymerius*); sive *Diaconus* (*Maximus λειτουργοὺς λέγει τοὺς Διακόνους*); sive *Presbyter* aut *Episcopus* (quem *Basilius*, *Gregorius* uterque, *Chrysostomus*, aliique *λειτουργὸν τοῦ Θεοῦ*, *λ. τοῦ θυσιαστηρίου*, *λ. τῆς καινῆς διαθήκης*, vel *τὸν τὴν λειτουργίαν τοῦ θυσιαστηρίου πεπιστευμένον* vocant). Conf. de his omnibus *Jo. Casp. Suicerus*, in *Thesauro Eccl.* ad v. Tom. II. pag. 219 sqq. — Patet autem, *Λειτουργικὴν* (*ἐπιστήμην*) dici haud incommode posse eam Theologicae disciplinae partem, quae tota est in informando *τῷ Λειτουργῷ*, Sacrorum Antistite; cujus nimirum est, populo preces, gratiarum actiones, hymnorum cantum et reliqua, ad publicum cultum pertinentia, praeire. Unde, quaenam in *Liturgice* praecipue tractanda sint, facile quivis intelligit.

(2) Quodsi in omni vitae humanae parte, ergo et in illa, quae in frequentia et luce Societatis versatur; quodsi in hac, ut voluntatis, ita et perfectionis atque majestatis divinae ratio nobis habenda est; quodsi religionis Christianae praecepta, ea praesertim, quae ad utramque ritum primarium,

quem Jesus instituit, spectant, sine publicis conventibus religiosis, vix aut ne vix quidem recte observari possunt; quodsi denique nulli, vel certe vix ulli, habendi sunt interni sensus amoris, reverentiae, fiduciae, grati et submissi animi, et reliqui, qui se non foris prodant, quorumve hominem pudere videatur: quodsi haec ita se habent, profecto dubitari non posse videtur, quin publicus Dei cultus ad *officia* hominis, ejusque praesertim Christiani, vel tum referendus esset, si nulla haberetur efficacitatis, quam in firmandis augendisque piis sensibus exserat, ratio. Sed in hunc locum tanto minus excurrendum hic est, quo diligentius eum tractavit *Govertus Janus van Rijswijk*, in *secunda* ex *quatuor* de *publico cultu Dissertationibus*, editis Trajecti ad Rhenum a. 1797. 8., hoc titulo: *Vier Verhandelingen over de oorzaken van het verval in den Openbaren Eerdienst, en middelen van deszelfs herstel, — ter beantwoording eener Prijsvrage van een Gezelschap vrienden van Godsdienst en deszelfs openbare oefeningen te Leyden, geschreven door Jan van Geuns, — Govert Jan van Rijswijk, — Jan Brouwer — en Frederik van Teutem.*

(3) Conf. e. g. *Aug. Herm. Niemeyer*, in: *Liturgik* (*Handb. für Christl. Religionslehrer*, Vol. II. pag. 309 sqq. ex quarta ed.) §. 7. — Caeterum ad singula, quae sequuntur, fere omnia, conferri meretur *Christiani Guil. Oemler Repertorium* (§. 97. ann. 25. pag. 566. indicatum) ad alphabeti verba.

(4) Valet hic praeceptum Apostolicum: *Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γενέσθω. — Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. — Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γενέσθω.* 1 Cor. XIV: 26, 33, 40. Conf. *Niemeyer*, l. c. §. 8, 9.

(5) Hac de re, ut et de iis, quae mox sequuntur, fuse hic agere nos vetat instituti ratio. Ne tamen prorsus destituamus eos, si qui forte sint, qui eorum, quos de singulis rebus consulere queant, unum alterumve sibi indicatum cupiant, legendum commendamus *Gisbertum Voetium*, Virum doctissimum, in *Politicae Ecclesiasticae* (Amst. 1663. IV. Voll. 4.) Tom. II. pag. 851—893.; qui porro de necessaria templorum et de superflua supellectili agit, pag. 894—936. Conf. *Niem.* §. 10.

(6) *Niem.* §. 8 et 28, 29.

(7) Cf. *Voetius*, l. c. Tom. I. pag. 599—606. *Niem.* §. 19. *Carolus Beers, Handb. voor jonge Predikanten*, Cap. II. Sect. III. §. 1—5. *Jacobus Hinlópen, Vervolg van Overdenkingen* (Traj. ad Rh. 1799. 8.) pag. 1 sqq. *Jodocus Heringa, E. F., Kerkel. Raadvrager* etc. Tom. I. pag. 38 sq. Add. *Campegius Vitringa*, *De Synagogis*, Lib. III. Cap. 7—11.

(8) Leg. *Voetius*, l. c. Tom. I. pag. 520 sqq., qui *et* de *Psalmis* ibi agit, *et* mox (pag. 527 sqq.) de *Hymnis* humanae compositionis; tum etiam de *Musica* Sacra (pag. 534 sqq.) et de *organorum*, aliorumve instrumentorum, musicorum, in Sacris celebrandis, usu (pag. 544—598.). Porro conf. *Boersius*, l. c. §. 6—12. *Niem.* §. 11—16. *Heringa*, pag. 39. Imprimis hic

hic legi merentur, *et Guilielmi Moll* Commentatio, a Theologis Leidensibus praemio ornata et Academiae *L. B. Annalibus* a. 1833—1834. inserta, *de Musica Sacra, in Ecclesia Protestantium, ad exemplum Veterum Christianorum emendanda; et* praecipui, qui hac de re exposuerunt, Scriptores, ab ipso indicati.

(9) *Voetius*, l. c. Tom. I. pag. 481 sqq. *Niem.* §. 17, 18. *Boers*, Sect. II. §. 1—3. *Heringa*, pag. 41. *Hinlópen*, l. c. pag. 103 sqq. *Vervolg van Gedachten over het Predikampt*, p. 180 sqq. — De usu *precum formulariarum*, de quo non una omnium est sententia, conf., ex *una* parte, *Voetius*, l. c. I. 484 sqq. 525 sq. et *Davides Clarckson*, in libro: *A discourse concerning Liturgies* (Lond. 1689. 8.), qui Franco-Gallice redditus, alii adjunctus, cum inscriptione: *Traitez historiques de l'état primitif de l'Episcopat et des Liturgies*, editus est Roterod. 1716. 8. Verum leg. et ex *altera*, e. g. *Abrahamus Heydanus*, *de origine erroris*, Lib. VIII. Cap. 2. §. 2. pag. 432 sqq. et alibi; et *Jac. Hinlópen*, in: *Brief aan A. v. d. Berg, over het invoeren van geestelijke Gezangen* etc. (inserta in *Vervolg op A. v. d. B.'s Gedachten over geestelijke Oden en Liederen, inzonderheid bij den Openbaren Godsdienst* (Traj. ad Rh. 1802. 8., pag. CLIII sqq, coll. CLIX. Addendus omnino est *Joannes Hoornbeek, Theol. Practicae* Lib. IX. Cap. 15. T. II. pag. 245—253. Plures commemorare omittimus. — Caeterum attentionem merentur, quae leguntur in: *Reflexions sur la prière en public*, ex biographica de Rev. *Paysono* relatione transscriptis in: *Archives du Christianisme* (ad m. Martium a. 1832.) pag. 128—135. Add. *Friderici Rehm Historia precum biblica*, Goett. 1814. 4. et *Joachimi Guil. Suringar*, *Diss. de publicis veterum Christianorum precibus*, supra (§. 72. ann. 3. pag. 328.) laud.

(10) *Voetius*, l. c. I. 631—731. *Boers*, Sect. III. §. 1—9. *Niem.* §. 21. *Heringa*, pag. 24 sqq.

(11) *Voetius*, l. c. pag. 731—834. *Boers*, Sect. III. §. 10—22. *Niem.* §. 23—26. *Heringa* pag. 30. Qui postremus et de *Sermonibus*, quibus Coetus, apud Nostrates, ad rectam S. Coenae celebrationem *praeparari* solet, videndus, pag. 29 sqq. Add. *Gedachten over het Predikampt*, pag. 255 sqq. et *Vervolg van Ged. over het Pred.*, pag. 59 sqq.

(12) *Voetius* l. c. pag. 515 sqq. *Boers*, Sect. III. §. 22.

(13) *Boers*, Sect. III. §. 22. Prae caeteris attentionem merentur, quae scripsit *Voetius*, l. c. I. 930 sqq. add. II. 302.

(14) *Voetius*, I. 970—994. *Heringa*, pag. 53. (*P. L. Statius Muller*), *Zedemeester der Kerkelijken*, Tom. I. pag. 193 sqq. coll. 177 sqq.

(15) *Voetius*, I. 472. IV. 75. *Boers*, Cap. IV. §. 47—52. *Niem.* §. 24. *Heringa*, pag. 27.

(16) *Voetius*, I. 460. (ex parte).

(17) *Voetius*, II. 1—125. *Niem.* §. 22. *Heringa*, pag. 36.

(18) *Isidorus Hispalensis*, *de Ecclesiasticis officiis*; in *Opp.* Coloniae 1617. f. m. — Huic vero, in antiquissimo censu, addantur, praeter

ter *Bedam Venerabilem* et *Alb. Alcuinum*, *Amalarius Fortunatus*, *de divinis sive Ecclesiasticis Officiis*, Libris IV. (in *Biblioth. max. Patrum*, Tomo XIV. pag. 934 sqq.), *Walafridus Strabo*, *de exordiis et incrementis rerum Ecclesiasticarum* (*Bibl. m. Pp.* XV. 181 sqq.), *Guibertus de pignoribus Sanctorum* (in *Opp. ed. studio Lucae d'Achery*, Parisiis, 1651. f. m.); *Rupertus van Duitsch*, *de divinis officiis* (ed. in *Opere Melchioris Hittorp*, inscripto: *De divinis Ecclesiae Catholicae officiis Patrum et Scriptt. Eccl. Scripta*, Paris. 1624.): et *Guilielmus Duranti*, in *Rationali divinorum officiorum*, Lugd. 1672.

(19) Huc pertinent eorum plerique, quos ad §. 76. ann. 5. citavimus, *Calvoerius*, v. gr., *Binghamus*, *Dallaeus*, *Hildebrandus*, *Augustius*, reliqui. Quibus multos alios addere facile sit; in his, *Antonium Blackmore* (*Christian Antiquities*, Germanice vers. c. praef. *F. E. Rambachii*, Vratislav. 1768. II. Voll. 8.); et, qui de uno alterove sacrorum rituum peculiariter scripserunt, veluti *Corn. Samuelem Schurzfleisch*, *Joannem Gothofr. Moerlin*, *Joannem Theoph. Frid. Drescher*, qui de *Agapis* egerunt; *Samuelem Basnagium*, qui de *Catechumenis* eorumque *baptismate* (in *Annall. Politico-Eccl.*, Roterod. 1737. III. Voll. f. m.); *Joannem Andr. Schmid*, qui de *festis*; et sic porro. His vero etiam add. *Jo. Christ. Koecherus*, in *Bibliotheca Liturgica* (conf. §. 90. ann. 24.), *Chr. Mich. Pfaffius*, *de Liturgiis — Ecclesiae — veteris et modernae* (Tübing. 1718. 4.): et, ut, ex Romano-Catholicis Scriptoribus, unum alterumque addamus, *Petrus Le Brun*, *Dissertations sur les Liturgies de toutes les Eglises du monde Chrétien* (Paris. 1726. IV. Voll. 8.); *Fridericus Brenner*, *Geschichtliche Darstellung der Verrichtung und Ausspendung der Sacramente*, *von Christus bis auf unsre Zeiten*, *mit besonderer Rücksicht auf Deutschland*, *und besonders auf Franken* (Bambergi et Würzeburgi, 1818. III. Voll. 8.); *Theodorus Lienhart*, *De antiquis Liturgiis et de Disciplina arcani Tractatus historico-dogmaticus*, *ad commonstrandam perpetuam Ecclesiae Catholicae fidem de sanctissimo Eucharistiae mysterio* (Argentorati 1829. 8.). Add. *J. J. Nusbaumer*, *Liturgie*, *oder Erklärung der Gebräuche und Ceremonien der H. Katholische Kirche* (Lucernae, ex tertia ed. 1827. 8.). Quibus adjungatur *Adolphi Henrici Gräser*, *Die römisch-katholische Liturgie*, *nach ihrer Entstehung und Ausbildung*; —— *mit steter Rücksicht auf die Liturgie der Griechischen und ältesten Evangelisch-Lutherischen Kirche* (Halae 1829. II. Voll. 8.) caet.

(20) Quales exstant in *Biblioth. maxima Patrum*; in qua tamen et illae occurrunt (v. c., *Christi*, *Jacobi*, *Marci*, aliorumque) Liturgiae, quas spurias esse, ipsi Pontificii Scriptores, *Nourryus*, *Alexander*, *Du-Pinius*, alii, fatentur. Praesertim laudantur: *Eusebii Renaudot Collectio Liturgiarum Orientalium* (Paris. 1706. II. Voll. 4.: sed et haec spurias plurimas ipsa complectitur, et aliis insuper de causis minus probanda est); *Joannes Ma-*

*Mabillonii De Liturgia Gallicana Libri VI.* (Paris. ex altera ed. 1729. 4.) *Joannis Bona*, *De rebus liturgicis* Scriptum (in *Opp.* Antv. 1723. f. m.); *Josephi Mariae Thomasi Liturgia antiqua Hispanica* (Romae 1746. f. m.): al. Conf. *Buddei Isag.* pag. 755 sqq.

(21) Prae aliis commendanda est Collectio *Geo. Frid. Seileri* (*Allgemeine Sammlung Liturgischer Formulare der Evangelischen Kirchen*, Erlangae III. Voll. 1787—1804. 8.: cujus etiam laudatur: *Versuch einer Christl. Evangel. Liturgie*, ibid. 1782, 1786. 8. — item: *Liturgisches Magazin*, ibid. 1784, 1786. II. Voll. IV. Sectt. 8. Quale *Horreum* (*Liturgisches Journal*, Hal. 1801—1811., IX Voll. 8., deinde, a. 1812., repet. novo tit. *Beiträge zur Verbesser. d. Liturgie*) etiam *Henrico Balth. Wagnitzio* debetur. — Mitto *Priestleyi*, *Werthi*, *Bökelmanni*, *Eisenschmidti*, *Mehlisii*, aliorumque in hoc genere scripta. Mitto, quae haud ita pridem in Borussia, publica Regis auctoritate, commendata et introducta est, Liturgiam (*Kirchenagende*); ut et turbas, quarum ea ansam dedit, ac scripta, quae de ea a piis doctisque Viris, in utramque sententiam, luci commissa sunt. De quibus, cui volupe sit, consulat *Ephemerides*, quales sunt *Literaturzeitungen* (*Halensis*, *Jenensis*, *Lipsiensis*), *Theologische Annalen* et *Nachrichten* (*Wachleri*, *Schwarzii*, item *Schulthessii*), *Allgemeine Kirchenzeitung* (*Zimmermanni* utriusque et *Bretschneideri*), *Evangelische Kirchenzeitung* (*Hengstenbergi*), *Jahrbücher* (*Schuderoffii*), et similes. Quas ideo praesertim hîc verbulo indicandas duximus, quoniam, quaecunque, sive Ecclesiastica, sive Magistratûs politici auctoritate, alicubi terrarum constituuntur, praesertim vero in Germania et adjacentibus regionibus, ab illis, ut plurimum, ad lectorum notitiam producuntur. De Liturgia nostra *Belgica*, post alios et *Gisbertum* praesertim *Voetium* (in *Politica Eccl.*), prae caeteris legendus est *Joannes Ens* (supra laudatus ad §. 90. ann. 9.), Parte II. pag. 153 sqq. et conferendi *Ypeij* et *Dermout* (ibidem quoque laudati), et, contra hos, *C. M. van der Kemp*, (§. 72. ann. 4. Sect. IX. pag. 357. cit.) pag. 215 sqq. Memoratu dignum videtur, quod hujus libri Censor in: *Letterk. Magazijn*, 1831. N°. 4. pag. 151 sq. de *Joannis Gröpperi*, Theologi Coloniensis, postea Cardinalis, opusculo (*Wie bey Haltung und Reichung der heiligen Sacramenten — — die Priester das Volk unterrichten mögen*, etc. Colon. 1549.) refert, nempe Pontificium illum Theologum Belgicam Reformatorum Liturgiam ibi imitatum esse, et in multis adeo verbotenus secutum.

(22) Exempli gratia, *Georgii Calixti* Liber *de pontificio Missae Sacrificio*, Francof. 1614. 4. Ejusd. *de Missis solitariis contra Pontificios exercitatio*, ibid. 1647. *Frid. Spanhemii Historia imaginum*, Lugd. Bat. 1686. 8. *Jacobi Boileau*, *de adoratione Eucharistiae*, Paris 1685. 4. *Jo. Franc. Buddei Diss. de origine Missae pontificiae*, in Ejus *Miscell. Sacr.* (Jenae 1727. III. Voll. 4.), Tom. I. pag. 1—63. *Petri Zornii Historia Eucharistiae infantum*, Berol. 1736. 8. *Joannis Melch. Kraft Ausführliche Historie von dem Exorcismo*, Hamb. 1750. 8. Et, plures

id

id genus Scriptores ut praetermittam, (*Petri Mussard*) *Conformité des cérémonies modernes avec les anciennes*, Amst. 1744. II. Voll. 8. *Georgii Christ. Hamberger* (vel *Joannis Matth. Gesner*) *de ritibus, quos Romana Ecclesia a majoribus suis gentilibus in Sacra sua transtulit*, Goett. 1751. 4. Ex novissimis Scriptis huc pertinet anonymi Pastoris Bavariensis Opusculum: *Ueber den Ursprung und die erste Beschaffenheit der Feste, Fasten und Bittgänge der katholischen Kirche*, Monachi, 1804. 8. Add. *Adolphi Henr. Gräser* (modo, ann. 19. pag. 600. laudatus).

(23) Tantus est Scriptorum, qui a viginti fere, vel triginta annis, praesertim in Germania, hanc rem egerunt; ne de aliis superioris memoriae Scriptoribus, veluti de *Symbolis Hermetis*, *Fischeri* et *Salzmanni* (*Beyträge zur Verbesserung des öffentlichen Gottesdienstes der Christen*, Lips. 1785—1788. II. Voll. 8.) dicamus; tantus igitur eorum numerus est, tanta copia, ut ne praecipui quidem, nedum omnes, commode recenseri queant. Itaque omittimus, quotquot in *Diariis*, *Horreis*, *Annalibus*, symbolas dederunt; ex iis vero, qui peculiaria opuscula, huc referenda, publici juris fecerunt, sequentes paucissimos ex plurimis indicamus: *Dan. Jenisch*, *Ueber Gottesverehrung und kirchliche Reformen*, caet. Berolini 1803 et 1816. 8. *C. H. Neumann*, *Aus welchem Gesichtspunkte muss die in Anregung gebrachte Verbesserung der protestantischen Kirchenverfassung betrachtet werden*, Berolini 1815. 8. Hoc Opusculum, una cum tribus aliis, pertinentibus ad Decretum Regis Borussici, ad diem 17 Sept. 1814, censetur in *Hali. Allgem. Literaturz.* a. 1815. N°. 161. — Plurimis id genus scriptis (nam infinitum sit) recensendis supersedemus. — Sed add. Anonymi Senis (*v. e. Greise*) *Gedanken, Wünsche und Vorschläge über die öffentliche Gottesverehrung*, caet. Solisbaci 1813. 8. *Jonathani Schuderoff Ansichten und Wünsche betreffende das protestantische Kirchenwesen*, caet. Lips. 1814. 8. Sectione III. Anonymi *Briefe über die Verbesserung der öffentliche Gottesverehrung*, Lips. 1816. caet. — Ex Nostratibus prae caeteris huc pertinent *Johannis Guil. Corn. Ann. Visser Bijdragen* — et *Nieuwe Bijdragen — ter bevordering van de kennis en verbetering van den Eerdienst*, caet.

(24) Legendae praeprimis sunt: *Henrici Theophili Tzschirner* tres *Commentationes de Sacris Ecclesiae nostrae publicis caute emendandis*; quae Programmata Academica repetita sunt, *cum* in *Tzschirneri Memorabilien für das Studium und die Amtsführung des Predigers*, Tom. V. Parte I. pag. 1 sqq., *tum* in Ej. *Opuscc. Acad.* (ed. a *Jul. Frid. Winer*, Lips. 1829.) pag. 137 sqq. Add. Anonymi, *A. K. Z. K.*, *Sendschreiben an einen Freund weltlichen Standes, über die Erneuerung des Cultus*, Lips. 1813. 8. Et, plures alios ut mittam, *Cornelii Fransen van Eck Kerkelijke Redevoering, bij de opening van de algemeene Synode der Hervormde Kerk in het Koningrijk der Nederlanden*, — d. 1 Julii 1818, Daventriae eod. ann. 8: quam orationem *Theodorus Fliedner*, Germanice redditam, in suis *Liturgische Mittheilungen*, (Essenae 1815. 8.) popularibus cognoscendam praebuit. In quae extrema incautos adducere queat immoderatum studium ma-

majorem Cultui publico solennitatem conciliandi, praesertim disci potest ex *Georgii Conradi Horst Mysteriosophie, oder über die Veredlung des protestantischen Gottesdienstes, durch die Verbindung eines einfach-erhabenen inneren Acts des Cultus mit der Predigt*, caet. Francof. ad Moen. 1817. II. Voll. 8.

(25) Huc pertinent *Conciliorum*, tam antiquissimorum, quam eorum, quae postea celebrata sunt, *Canones;* Opera *Patrum Ecclesiae*, tam *Graecorum*, inde a *Justino Martyre*, quam *Latinorum:* denique alia Scripta *Liturgica;* qualia sunt, v. gr. *'Αρχιερατικὸν*, *Liber Pontificialis Ecclesiae Graecae*, *labore Isaäci Habert*, Paris. 1643.; *Εὐχολόγιον*, *Rituale Graecorum*, opera *Joannis Goar*, ibid. 1647.; *Gregorii Papae*, *cognomento Magni*, *Liber Sacramentorum*, opera *Hugonis Meinardi*, ibid. 1642. — *Missale Romanum;* — *Breviaria*, — Non autem obliviscendi Scriptores de *Antiquitate Christiana.*

(26) Prae aliis scriptis hic commendari meretur *Gisberti Voetii Politica Ecclesiastica* (ann. 5. indicata). De Legibus et Statutis Ecclesiasticis paulo post, §. 102., dicetur.

(27) Quae huc pertinent, pro majore certe parte, iis continentur, quae leguntur in *Actis Synodi Nationalis* ann. 1817. (*Handelingen van de Algemeene Christelijke Synode der Hervormde Kerk in het Koningrijk der Nederlanden*, ten j. 1817. Hagae Com. 1822. 4.) ad d. 9 Julii et seqq. (pag. 64—88.).

(28) Qui, longo rerum usu edocti, norunt, quae Coetui Christiano, vel prosint atque grata et accepta accidant, vel noceant et statim, aut certe post aliquod temporis spatium, plerisque displiceant, tum vero etiam, quid leges Ecclesiasticae, certis in rerum adjunctis, vel postulent vel ferant, vel denique cujusque arbitrio reliquerint; hi igitur Pastores, nomine et omine *πρεσβύτεροι*, ii sunt, a quibus juniores, quomodo, *cum* in administranda re Ecclesiastica universe, *tum* in iis praecipue, quae ad cultum externum pertinent, regendis, versandum sibi sit, omnium optime discere possint. Quidni igitur, *ex Synodi Nationalis auctoritate*, illi, qui, postquam examen subierint, inter Sancti Ministerii Candidatos sint recepti, antequam Coetui alicui Pastores praeficiantur, ad aliquod tempus, huic illive ex peritioribus et senioribus, atque ex senectute jam infirmiore utentibus valetudine, Antistitibus adjungantur; quibus *et* concionando, catechisando, aegrotis visitandis aliisque rebus auxilio sint, *et* simul se ipsi in novam tradant, eamque practicam, vitae Ecclesiasticae disciplinam? Hoc profecto longe utilius foret, quam si, vel e Studiosis academicis continuo (saltu, quod ajunt, Rhodio) Pastores fiant, Coetibus praeponendi, vel per annum et quod excurrit, domi exspectent otiosi, donec huc vel illuc evocentur. Sumtibus quidem hanc in rem faciendis haud difficulter, ut putamus, provideri possit. — Quicquid autem de hac qualicunque opinione nostra [quam, in priore hujus Operis editione, iisdem fere, quibus nunc iterum, verbis propositam, nonnullos magnae in nostra

Ecclesia auctoritatis Viros D. advertisse, neque prorsus ipsis displicuisse, magnopere laetamur; — quicquid autem de ea] statuatur; verissime certe dixit *Niemeyerus*, l. c. §. 3. ann. 2. pag. 129.: „*Es ist sehr schädlich, zu früh in ein geistliches Amt zu kommen. Jeder Christlicher Lehrer sollte sich erst durch Menschenumgang gebildet und vorbereitet haben. — — Hülfsmittel* — [ist] — *Umgang mit musterhaften Geistlichen, und Wahrnehmung ihrer Handlungsart.*"

(29) Aliquam omnino hac in causa libertatem singulis Coetibus, eorumque Synedriis, concedendam esse, prudentiores dudum judicarunt. In hanc sententiam, verbi gr., pronunciavit jam *Martinus Lutherus*. Vid. *Opp.* T. X. pag. 269. ed *Walchii*. Add. *Gisb. Voetius* l. c. Tom. I. pag. 365 sqq. 458. et alibi.

(30) Conf. *Henr. Theoph. Tzschirnerus*, paulo ante (ann. 10.) l., *Augustus Herm. Niemeyer*, in: *Briefe an Christl. Religionslehrer*, Epist. 25. Tom. II. pag. 341 sqq. *Petrus Beets*, in: *Christelijk Magazijn*, T. I. pag. 84 sqq. 405 sqq. Add. excerpta ex *Sharpii Letters and Essays* (Lond. 1834. 12.), in: *Quarterly Review*, N°. 102, pag. 298. — Utinam in Reipublicae, tam Ecclesiasticae, quam Civilis, administratione nunquam obliviscerentur homines Phaedrini illius:

*Athenae cum* florerent *justis legibus*,
Procax *libertas Civitatem* miscuit!

## §. 101.

### *Cura pastoralis.*

Sacri Muneris pars, a qua Ecclesiae praepositi nomen *Pastorum* κατ' ἐξοχὴν nacti videntur (1), ea est, quae vulgo dicitur *Pastoralis Cura*, vel *Pastorales Curae*, vel *Cura animorum. Theologia Pastoralis*, stricte dicta, praecepta tradit, hanc *Curam* regentia. Complectitur autem haecce Cura omnia ea, quae Ecclesiastae, extra templa, ubi Sermones pro concione recitat atque Sacris praeest, et extra Conclavia, ubi Catechisationi vacat, versanti, obeunda et agenda sunt, ut homines, suae curae divinitus commissos, ad veram pietatem et felicitatem adducat. De hac igitur Cura praelectionibus Academicis exponi, omnino utilissimum est et necessarium. Nam neque pauca sunt, neque levia, quae ad illam pertineant; neque censendus est Theologus futurus, vel istiusmodi institutione facile carere, vel suo marte ex libris eam satis haurire, posse (2).

Ita-

Itaque et docendus est debitam, *cum* generalem omnium universe, qui Coetui, cui praeerit, adscripti sint, hominum, *tum* peculiarem singulorum, eorumque admodum diversorum, Curam. Est autem *debita* Cura et legitima, quae aeque abest a socordiae et negligentiae, atque ab ἀλλοτριοεπισκοπῆς (3), aliena negotia temere curantis et agentis, vitiis. — Spectatur vero *generalis* Cura maxime *visitatione*, quae eximie *domestica* vocari solet, et fere habetur semel vel bis quotannis, ante publicam Sacrae Coenae et solennem celebrationem. Quo vero majoris ea esse potest utilitatis, nec tamen est semper, tanto major opera danda est, ut consilio revera satisfacere possit (4). Praeter hanc tamen, quae officii ratione instituitur, a Pastore requiritur frequens et familiarior, et cum aliis hominibus, et praesertim cum Coetûs sociis, *Conversatio*. Quae prudenter instituenda est, ut, neque moribus fatuis et minus castis, neque morositate censoria et supercilio, aut agresti et inhumana asperitate, quemquam offendat Antistes, sed urbanitate potius venustaque humanitate, et adjuncta eì morum castitate, honestate et gravitate, aditum sibi ad hominum animos paret, data quavis opportunitate erudiendos, exhortandos, consolandos (5). Quapropter, nec *epulis solennioribus* et lautioribus, sive laetis, ut *nuptialibus*, sive tristibus, ut *sepulcralibus*, interesse invitatus recusabit, quippe et ibi, *cum* verbis et consolatione atque utili confabulatione, *tum* continentiae Christianae, gravitatisque, aut temperatae hilaritatis, exemplo, aliis profuturus (6): et a frequentandis *publicis recreationibus* potius abstinebit, quam ut periculum, ne cuiquam invitus et imprudens noceat, incurrat (7). — Jam *peculiaris* Cura Pastoris versabitur, *primo* quidem circa *Juventutem*, quam et a Parentibus, et in Scholis, religionis, ejusque Christianae, praeceptis imbuendam, quantum in se erit, curabit; ut ne *Ephoratûs* quidem *Scholastici*, si quando ipsi offeratur, oneri humeros subducat (8): *dein* vero circa *majores natu* diversissimi generis. Nam, si quos experiatur *alieno* a *religione*, vel *omni*, vel *Chri-*

*stiana* saltem, *animo*, iis de hujus veritate et salubritate persuadere conabitur (9): graviter, sed humane, redarguens *illudentes* religioni et virtuti (10); alios, qui *pravis* sint *moribus* (11), aut ad *externam* quidem *speciem* honestis, nec tamen ad Christianae Ethices praecepta conformatis, serio et diligenter de errore et periculo commonefaciens (12); *dissidentes* et *litigantes* ad redeundum secum invicem in gratiam exhortans (13); *Separatistas*, si quos offendat, ad Ecclesiasticam communionem blande revocans (14); Pseudodidascalis, alios *exercitiis*, quae vocant, *pietatis* (15), a se, Pastore, abalienantibus, comitatem, mansuetudinem et summam, in obeundis omnibus Sacri Muneris partibus et officiis, assiduitatem, diligentiam, religionem, opponens (16); *Proselytos*, sive e Judaeis, sive ex aliena Christianorum Sectione quavis, nec facile admittens, nec proterve a se abigens, lubenter vero eos vera edocens (17). *Porro*, ut cum *felicibus* gaudere, eorumque hilaritatem pietate et religione sanctam reddere gestiet; ita *infelicium* praesertim, sive melancholia, praecipue religiosa, laborantium (18), sive tristium ob clades domesticas, viduarum imprimis et orphanorum (19), *pauperum* (20), aegrotantium, morti proximorum (21), *miserebitur*, in eorum aedes et casas solatium et, quantum quidem in se erit, opem inferens. Neque *postremo* difficillimum, et haud unam ob causam ingratum, negotium in carcere visitandi, et ad subeundum mortis supplicium praeparandi, capitis damnatos *maleficos* suscipere detrectabit, sed summa, ut diligentia atque assiduitate, ita et prudentia atque misericordia, eo fungetur (22). — Haec vero omnia, quaeque alia his possint addi, cum ad Pastoralem Curam sine dubio pertineant; quis neget, futuri Theologi esse, jam mature, *et* suo ipsius animo diligenter curando, *et* consulendis, sive eximiis de hisce rebus scriptis, sive Doctoribus Academicis et Pastoribus, aetate et pietate conspicuis, ad tantum se et tam arduum munus, omni opera et studio praeparare?

(1)

(1) Conf. quae ad verba: *Pascere* et *Pastor*, habet *Petrus Ravanellus*, in *Bibliotheca Sacra* (Genevae 1654. f. m.) Tom. II. pag. 230. b. et 234. a. et b.; praesertim ex collatione locorum, Jerem. XXIII: 1 sqq. Ezech. XXXIV: 2 sqq. Zach. XI. Jo. X. al. Conf. *Gisb. Voetius*, l. c. Tom. I. pag. 887 sqq.

(2) Libri, quos de hacce Sacri Muneris parte, cum utilitatis fructu, consulere potest futurus Theologus, fere iidem sunt, quos jam §. 97. ann. 4 sqq. pag. 563 sqq. indicavimus. Quibus etsi plures alii addi potuissent, e. g. *Weingardti Handboek voor jonge Predikanten*; citatos sufficere existimavimus.

(3) Conf. 1 Petr. IV: 15. *Niemeyer*, l. c. §. 34. pag. 265.

(4) De hac cf. *Gisb. Voetius*, l. c. Tom. IV. pag. 107 sq. *Boers*, Cap. III. Sect. I. §. 1—30. *Niem.*, §. 33. *P. L. Statius Muller*, *Zedem. der Kerkel.* I. 153 sqq. (*Focco Liefsting*), *Gedachten over het Predikambt*, pag. 255 sqq. Sed, prae caeteris nunc consuli, de istius Visitationis *origine*, *utilitate* atque *optima* ejus instituendae *ratione*, poterit Commentatio *Guilielmi Christiani Slingerland Conradi*, quae a Facultate Theologica Rheno-Trajectina praemio ornata est, et *Annalibus Acad. Rheno-Traj.* inserta ann. 1827—1828.

(5) Conf. *Boers*, l. c. Cap. III. Sect. II. §. 1—8. *Niem.* §. 16 sqq. quosque laudat, *Trussler*, *Knigge*, al.

(6) Exemplo Christi, Matth. IX: 9 sqq. Luc. VII: 36 sqq. XIX: 5 sqq. Jo. II: 1 sqq. XII: 2 sqq. Conf. (*F. Liefsting*), *Vervolg van de Gedachten over 't Predikambt*, pag. 97 sqq. 113 sqq.

(7) De *Encoeniis* cf. *Voetius*, l. c. II. 690 sqq. (*F. Liefsting*), *Verv. van de Gedachten* caet. pag. 122 sqq. *Niem.*, §. 20 et 21. et, quem citat, *Witting*, *über das Kartenspielen des Predigers*, Lips. 1791. 8.

(8) *Voetius*, l. c. II. 303 sqq. IV. 109 sqq. *Niem.* §. 38—40. *J. L. Ewald*, *Predigerbeschäftigung und Predigerbetragen* (Lemg. 1784—1794. IX. Pp. 8.) III. 1 sqq. — Itaque identidem quoque legenda sunt Scripta paedagogica, partim indicata §. 99. ann. 24. pag. 593 sq., praesertim *Augusti Hermanni Niemeyer Grundsätzen der Erziehung und des Unterrichts* (Halae 1792. IV. Voll. 8. Quod Opus luculentissimum, ab Auctore ipso saepius repetitum, auctum et emendatum, ultimum ed. post Ejus fatum, ibid. a. 1833., Belgice vero egregie redditum a *Josua Teissèdre l'Ange*, Harlemi 1799—1803. IV. Voll. 8. item, praestantissima ratione, praeeunte *F. Stiller*, in compendium redactum a *P. J. Prinsen*, Amst. 1828. 8.). Legenda porro nonnulla, quae de re Scholastica agunt, Scripta, ut *Hermanni Joannis Krom*, *Cornelii van der Palm* et *Diderici Cornelii van Voorst* (*Verhandelingen over de verbeteringe der openbare, vooral der Nederduitsche, Scholen, — met eenige Aanmerkingen — — en, met de Nalezingen van — G. J. Nahuys*, — — (in *Opp.* Societatis Scientt. Zelandicae) — Mediob. 1781. 8.); (*Adriani van den Ende*) *Handboek voor Schoolonderwijzers op de openbare lagere Scholen*, Tom. I. Amst. 1803. (quod opus amici nos-

nostri integerrimi, semiseculi consuetudine spectati, dolendum profecto est, injuria temporum continuari non potuisse et ad finem perduci). Legenda item, quae *Societas pro Salute publica* (*Verhandelingen betrekkelijk het Schoolwezen*, jam XII. et quod excurrit, Voluminibus), evulgavit, ut et *Symbolae* (l. c. pag. 594. a nobis citatae): et, quae plura sunt, huc spectantia, Scripta.

(9) *Niem.* §. 50. *Boers*, Cap. III. Sect. I. §. 10.

(10) *Niem.* §. 43. *Boers*, §. 11.

(11) *Niem.* §. 44. *Boers*, §. 12 sqq.

(12) *Boers*, §. 14 sqq.

(13) *Voetius*, l. c. II. 918 sqq. *Boers*, Cap. III. Sect. II. §. 8.

(14) *Voetius*, l. c. IV. 488 sqq. *Niem.* §. 46. *Boers*, Cap. III. Sect. I. §. 29. Nunquam debet de Christiano Pastore ex vero dici posse, quod de *Momiorum*, sive Separatistarum, in pago (*Canton*) aut Republica *Vallesiorum*, *adversariis* scripsit *Augustus de Staël* (*Oeuvres diverses*, Tom. I. pag. 239.): » — *Disons le hautement et sans crainte, car la vérité » l'exige de nous, ce qui anime contre les Séparatistes la majorité de » ceux qui les attaquent, c'est moins la désapprobation de certaines do» ctrines, peut-être condamnables, que la haine de tout sentiment de » dévotion. Ce qui importune dans les Séparatistes, ce n'est pas l'exa» gération de tel ou tel dogme, c'est la piété évangélique elle-même; ce » que l'on redoute, c'est qu'une Morale plus pure et plus austère ne » vienne demander le sacrifice d'un plaisir grossier, ou d'un sentiment » égoiste*, etc." Nec scripsit tantum Nob. *Staelius*, sed, in sequentibus, hanc suam sententiam demonstrat veram esse, pag. 240—246. Quod autem (ibidem) praecedit hanc vexationum (*des persécutions religieuses dans le Canton de Vaud*, pag. 219 sqq.) narrationem, Senatûs-Consultum (*l'Arrêté du Conseil d'Etat*, pag. 174—218.) omnino, quod perpendatur, dignissimum est.

(15) *Niemeyer*, l. c. §. 47. (*Alberti Brink*) *Bijzonderheden uit het leven van zekeren Oefeninghouder* (Leov. 1801. 8.); *Boers*, §. 27.

(16) *Boers*, Cap. III. Sect. II. §. 7.

(17) *Niem.* §. 48, 49.

(18) *Niem.* §. 51.

(19) *Niem.* §. 52. *Boers*, l. c. Cap. III. Sect. III. §. 1—10.

(20) *Niem.* §. 64.

(21) *Niem.* §. 53—69., quosque citat, e. g. *Drelincurtius* (*Visites charitables*, Genev. 1667. V. Voll. 8.), *Christianus Guil. Oemler* (*Der Prediger an dem Krankenbette*, Jenae 1770., 1774. emendatius 1782—1791. V. Pp. 8.) alii. Porro *Boers*, Cap. III. Sect IV. §. 1—24. *Statius Müller*, l. c. Tom. I. pag. 161 sqq. (*F. Liefsting*), *Vervolg van de Gedachten* pag. 67—96. — Caeterum Scriptores, quales sunt *Tissotus* (in: *Avis au peuple sur sa santé* et aliis), *Lambertus Bicker* (ad Belgice reddita *Tissoti* scripta),

pta), *Willichius*, *Hufelandus*, alii, Pastoribus omnino legendi sunt: ut et, ex. gr., *C. H. Theodorus Schreger*, in: *Handbuch der Pastoral-Medicin für christliche Seelsorger*, Halae 1823. 8.

(22) *Niem.* §. 606—63., quosque laudat, *Jacobius* (*Beytrag zur Pastoraltheologie* Cap. VII.), *Oemlerus* (*Der Prediger bey Delinquenten*, Jenae 1775. 8. et *D. Pred. im Strafamte*, ibid. 1773. 8.); porro *Boers*, Cap. III. Sect. V. §. 1—15.; *Ostervalt*, *sur le Ministère Sacré*, pag. 422 sqq.; *Steinbartus*, peculiari hac de materia scripto, quod, Belgice versum, exstat in: *Bijdragen tot het Menschelijk Geluk*, T. VI. p. 1 sqq.: et *Statius Müller*, l. c. I. 329 sqq. — Caeterum legendae quoque sunt notabiliores quaedam de visitatis a peritis Pastoribus ejusmodi maleficis narrationes, ut *Münteri* relatio de Illustri quondam *Struenseeo*, *Adriani Buurt* de *Humberto*, *Joannis Scharp* Epistolae de *Meyero* (pseudonymo, Nobili Dano), *Guilielmi Broes* de venefica, al. Ex quibus narrationibus, quid agendum, quid vitandum sit, melius, quam e theoreticis praeceptis, intelligetur. — Praeterea, ad recte cognoscendam, cum internam, tum externam, talium hominum conditionem, excitandamque apud se eam, sine qua iis mederi nequaquam poterit, misericordiam, Theologo utilis erit lectio id genus librorum, cujus sunt *Meisneri Criminalgeschichten*, — *Biographien von Hingerichteten*, — *Spiessi Wandelingen door de Holen des Ongeluks*, — *Eckartshauseni Geschondene Regten der Menschheid*, et plures, his non dissimiles. — Postremo ignorare Pastorem hodie dedecet, quae, exemplo *Howardi* aliorumque (partim a *Niemeyero* jam laudatorum, pag. 302. in ann.), nostra aetate, — *tam* alibi in Europa atque America (de qua, quantum laudabilem, quae carceribus publice impenditur, curam spectat, vid., inter al., *Revue des Revues*, ad m. Junii ann. 1830. pag. 435 sqq. et ex *Trollopiae* Itinerario in Americam Belgice descripta in Ephemeridibus: *Vaderl. Letteroefeningen* ann. 1835., in *Miscellaneis*, pag. 395.), *quam* praesertim in patria nostra, a generosae indolis Philanthropis fiunt, ut vel istorum hominum, qui, propter delicta et crimina, carceribus et vinculis coërcentur, *et* sors reddatur tolerabilior, *et* animus in virtutis et pietatis tramitem revocetur. Omnino lectioni commendanda sunt, *cum* Diarium (*Tijdschrift*), quod inscribitur: *Liefde en Hoop* (Amst. 1827 sq., huc usque II. Voll. 8.), *tum* praesertim *Guilielmi Henrici Suringar* utilissimum, a Societate *pro Salute publica* praemio ornatum et editum, opusculum: *Godsdienstig en Zedekundig Handboek voor Gevangenen, geschikt voor Zon- en Feestdagen*, Amst. 1828. 8. Cui add. libellus, a Societate Batava *pro propaganda Religione Christiana* editus Roterodami, 1819. 8., inscriptus: *Leesboek voor Gevangenen, inzonderheid die ter dood veroordeeld zijn.* Quae scripta, ut, captivis legenda, distribui magna cum spe utilitatis possunt; ita quoque ipsi Pastori, qui visitando illis prodesse cupiat, non uno nomine proderunt.

§. 102.

## §. 102.

### *Politica et Jurisprudentia Ecclesiastica.*

Ecclesia Christiana, ut alia quaevis hominum Societas, et suo *Jure* multiplici gaudet, et justis, quibus temperetur, *Legibus* indiget. *Illius* quidem tuendi, *harum* vero interpretandarum atque ad singulares casus adhibendarum, munus *practicam Jurisprudentiae* Ecclesiasticae partem continet: dum *theoretica* et Jurium cognitione et Legum constat. *Politica* Ecclesiastica exsequendis istis Legibus persequendoque illo Jure censetur, estque igitur regiminis Ecclesiastici ratio (1). Hoc vero regimen, ex Summi Ecclesiae Regis, Jesu Christi, voluntate, tanquam jus ordinis et ministerii (2), vel plane, vel certe magnam partem (3), ad *Praepositos Ecclesiae* delatum est. Hinc apparet, quantae utilitatis, imo vero quam necessarium sit, doctrina, quae de Ecclesiastico Jure exponat, satis mature (id est, dum adhuc in Academia versetur, necdum Munus ipsi Sacrum capessendum sit) imbui futurum Theologum Ecclesiasticum. Namque statim, ut ad Sacrum Ministerium admissus erit, Synedrii sive Assessor, sive adeo Praeses aut Actuarius creabitur, et paulo post fortasse ad Moderamen Classicale, imo Provinciale, quin aliquando, Synodo Nationali ut intersit, evocabitur. Illis autem adscripti Collegiis ejus erit, Juris Ecclesiastici vindiciis, Legumque exsecutioni invigilare, et, si quae disceptatio de Ecclesiasticis rebus inciderit, probabiliter respondere. Quid? quod ipse, in omnibus Sacri Muneris partibus obeundis, Leges sequi iisque parere debet, et, quid universae Ecclesiae, quid peculiari, cui praefectus est, Coetui, quid singulis ejus sociis, denique quid sibi ipsi, debeatur, probe scire. Imprimis vero hoc de illis rebus omnibus valet, in quibus aliquae sunt partes Ecclesiasticorum Virorum, quaedam etiam Civilis Magistratûs (4); uti in negotio *evocandi*, *approbandi*, *confirmandi* novos in Coetibus *Pastores* (5): ad

ad quem locum ea quoque aliquatenus referenda, quae *de Jure Patronatûs* disputantur (6). Praeterea valet illud in omnibus, quae pertinent ad *receptionem novorum* Coetûs *sociorum*, post editam ab ipsis fidei professionem; ad *stationis* alicujus, sive cum altera quadam *commutationem*, sive *abdicationem* (7); ad *Seniorum*, qui vocantur (sive Presbyterorum laïcorum) et *Diaconorum* ordinationem (8); ad curam et (quam vocant) alimentationem *pauperum* in Coetu (9); ad *peculii Ecclesiastici* administrationem (10): et, ne ad plura alia descendamus, ad vindicandam *doctrinae* Ecclesiasticae *morumque* in Ecclesia publicorum *puritatem*, exercendamque, ubi opus est, Ecclesiasticam *disciplinam* (11). Propterea minime audiendos censemus eos, qui solis Juris-Consultis, aut Politicis viris, non Theologis quoque, interiorem Ecclesiastici Juris scientiam competere judicant. Theologiae autem Studiosus, ad eam recte, ut par est, comparandam adspirans, *primum* quidem distinguet accurate Jus Ecclesiasticum *generale*, quod ad Ecclesiam universe, ergo ad eam omnem, ubivis et semper, pertinet (12), et *peculiare*, quod apud diversas Sectiones (Orientalem, Romano-Catholicam (13), Protestantium (14), et in his Lutheranorum, Reformatorum, aliorum) viget; idque vel *universe* apud omnes illas, vel *singulatim* inter Anglos (15), Germanos, in his Borussos (16), Gallos (17), Batavos (18). *Dein* vero in Juris cujusque Ecclesiastici *fontes* inquiret. Hos vero, quod ad *primam* rei Christianae periodum (usque ad annum post C. N. 325), inveniet, cum in Canonicis Veteris et Novi Foederis Scriptis, tum in Constitutionibus Synodorum, inde a medio Seculo secundo celebratarum (19). *Sequente* periodo, in Orientali Ecclesia, Canonum Collectiones et Imperatorum Edicta ipsi occurrent: in Occidentali, Decretales Paparum et Capitularia (20). *Tertia* autem, quae ad repurgata Sec. XVI. Sacra decurrit, *Corpus Juris Canonici*, sensim ex utraque *Decreti*, quod *Gratianum* vocatur, Parte

(*Distinctionibus* et *Causis*), ex *Decretalium Gregorii IX Libris V*, *Libroque VI. Bonifacii VIII*, *Clementinis* (*Clementis V*) et *Extravagantibus Joannis XXII*, excrescens: quibus accesserunt postea, licet non eamdem nacti auctoritatem, *Institutionis Juris Canonici Libri IV*, et *Decretalium Liber VIIus* (21). In *ultima* tandem periodo, maxime apud Protestantes, cum revocata postliminio *Sacrarum Literarum* auctoritate, *Constitutiones Ecclesiasticae*, a *Synodis*, sive *solis*, sive *Summorum Imperantium* consensu et potestate fultis, factae, tum *Jus Naturae*, item *Jus Publicum*, in singulis regnis et rebuspublicis vigens, denique *analogia*, in censum potissimum veniunt. Ex hisce autem omnibus, ad partes insuper vocata Historia Ecclesiastica, jam Hierarchiae *historiam* (22) cognitam habens Studiosus, aditum sibi paratum intelliget, tam ad accurate definiendos *potestatis Ecclesiasticae fines* legitimos, atque dirimendam difficilem caeteroqui, de Jure *Magistratûs* politici *circa Sacra*, quaestionem (23), quam ad omnem omnino Juridico-Ecclesiasticae doctrinae ambitum et circumspiciendum et ad Scholae etiam severitatem accommodata ratione (*scientifice*) tractandum. In quo studio haud parum ejus adjuvabitur industria, si et *Juris Romani Jurisque hodierni* non omnino rudis, imo vero satis peritus sit, et optima, in his recentiora, de Ecclesiastico Jure Scripta (24), diligenti manu oculoque pervolvat et lustret.

(1) De *regiminis Ecclesiae* natura, plurimisque *controversiis*, quae dudum de eo agitatae sunt a *Presbyterianis*, ex una parte cum *Pontificiis* et *Episcopalibus*, ex altera cum *Libertinis*, *Erastianis*, *Independentibus*, aliis, hîc quidem loci dicendum non videtur. In Theologia *Dogmatica* et *Elenchtica* ea res agi consuevit. Videantur, e. gr., *Jo. Calvinus*, *Institt. Rel. Chr.* Lib. IV. Cap. III.; *Franc. Turrettinus*, in *Institt. Theol. Elencht.* Loco XVIII. Quaest. 16 — 34. Vol. III. pag. 164 — 374.; *Benedictus Pictet*, in *Théologie Chrétienne*, Libro XIV. Cap. XVI sqq. Vol. II. pag. 413 — 530.; *Abrahamus Heidanus*, in *Corp. Theol.* Loco XIII. Vol. II. pag. 432 — 445.; *Joannes á Marck*, in *Theol. Comp.* Cap. XXXIII. pag. 655

655—696. et ad illum *Bern. de Moor*, in *Comm. perpet. in Marckii Medullam*, Vol. VI. pag. 480—585. Add. *Joannes Gerhardus*, in *Locis Theol.* Tomis XII° (Loco XXIV. integro), XIII° integro et XIVi pag. (ed. *Jo. Frid. Cottae*) 23—73., atque ibid. *Cotta* ipse (pag. 368—408.). Plures excitare nihil attinet. Prae reliquis vero omnibus conferendus est *Gisbertus Voetius*, in *Politica Ecclesiastica*, qui universum argumentum, pro sui ratione temporis, penitus exhausisse videtur. Ipsi autem ex parte adjungi possit magni Viri filius, *Paulus Voet*, in *Jurisprudentia Sacra*, *instituta Juris Caesarei cum Divino*, *Consuetudinario atque Canonico*, *in multis collatione*, Amst. 1662. 12. — Caeterum legendi etiam sunt: *Jo. Franc. Buddeus*, in *Isagoge Hist. Theol.*, Libro II. Cap. V. pag. 652 sqq. et *Jo. Aug. Noesselt*, in *Anweisung zur Bildung angehender Theologen*, Parte III. §. 80 sqq.

(2) Qua de re conferantur modo indicati, aliique ex Protestantibus Theologi, in his Collega noster aestumatissimus, *Nicolaus Christianus Kist* (ann. 24. citandus) pag. 145 sqq.

(3) In aliis enim Civitatibus plus, in aliis minus, auctoritatis, in rebus ad Ecclesiam spectantibus, delatum est ad Principem et Magistratum politicum: nusquam tamen nihil Sacrorum Antistitibus relictum. Romano-Catholici quam minimum Imperantibus cedere, quin Clericorum jura ultra modum augere solent; ut adeo „*Imperatorum leges et constitutiones Ca-* „*nonicis decretis postponendas*, *et contra canones et decreta Praesulum* „*Romanorum nullius esse momenti*," doceant (*Decr. Grat.* Parte I. Dist. X. Cap. 1 et 4.). Apud Protestantes magna hac in re differentia locum obtinet, prout Systema *Episcopale*, aut *Territoriale*, aut *Collegiale* praevalet. Ex *primo* Princeps consideratur supremus Episcopus; uti in publica Angliae Ecclesia (*the High-Church*) res sese habet ab Henrici VIII. inde tempore. Atque ante a. 1795., in regione Rheno-Trajectina, idem fere moris erat quoque, dum recens vocatis Pastoribus *Literae*, ut vocabantur, *investiturae*, quibus illi Coetibus praeficerentur, ab *Ordinibus*, Summo in Provincia Imperante, tanquam *Episcopi Trajectini* successore, tradebantur. Ex *secundo* Systemate Principi universae Civitatis, tanquam talis, summa potestas tribuenda censetur, ut in alias quasvis Societatum formas, ita et in Ecclesiasticam quoque; secundum dictum illud solenne: „Cujus est „regio, illius est religio." Ex *tertio* denique, quod hodie passim assumitur, auctoritas ad Principes ab ipsis Ecclesiis, quae caeteroquin ab illis non pendeant, vel diserte, vel certe tacite, delata censetur. De quibus omnibus consulantur, partim Scriptores, jam citati, partim vero et imprimis mox citandi, ann. 23. Nullum vero horum Systematum Ecclesiasticos viros ab omni regimine et jurisdictione plane excludit. Imo vero vel in Anglia, Suecia, Dania, Borussia, Archiepiscopi, Episcopi, Superintendentes, Suprema Consistoria, et quae id genus plura sunt *Hierarchiae* antiquae λείψανα, reperiuntur. In patria nostra, inde a Reipublicae Batavae initiis, minime nulla esse solebat Synodorum Provincialium, Classium et Synedriorum potestas: li-

